Ferialibus diebus per totā quadrageſimam poſt ſeptē pſalmos fratres accipiant diſciplinas. Similiter ⁊ in triduo ante paſc. ſtatim poſt matutinas lumine reportato. Alijs vero temporibus per annuꝫ ferijs ſextis, quartis, ⁊ ſecundis: quando de feria, ⁊ cuꝫ proſtrationibus agit. Dicto. Fidelium anime poſt matutinas ſimiliter accipiantur diſcipline. Dum ergo recipiende fuerint diſcipline fratribus proſtratis ſuper formas, vel in medio chori: ⁊ conuenienter denudatis, ſcilicet in vna ſcapula, dicatur alternatim. ps. Miſerere mei deus. Gloria patri. quo dicto, dicatur a conuentu. Confiteor. Et hebdomadarius ſubiungat. Miſereatur veſtri. Indulgentiam. In nomine patris, ⁊ fil. ⁊c. Dum autem. ps. Miſerere

Digitized by Google

ſerere. Cõfiteor. ⁊ Miſereatur dicuntur, circumeat hebdomadarius dando cum virgis diſciplinas. Poſtea ille, qui dedit diſciplinas: ⁊, ſi qui alii tenentur: vel ex deuotione voluerint plures recipere, q̄ vnam: ab hebdomadario precedentis ſeptimane: modo predicto dicendo pſalmū Deꝰ miſereatur. ſicut prius, recipiant diſciplinas.

¶ De prima, ⁊ ad ipſam pertinentibus. Rubr. xiiij.

PRima cum aliis horis dici vſqꝫ ad veſperas inchoetur cū Deus in adiutorium. eo modo, ſicut de matutinis dictum eſt: preterq̄ in cena domini: ⁊ deinceps vſqꝫ ad vj. feriam poſt paſc. excluſiue Hym. Jam lucis. Et capitulū, Domine miſerere. dicantur per totum annum ad primam, niſi in cena domini, ⁊ deinceps, vſqꝫ ad oct. paſc. excluſiue. pſal, Deus in nomine. Beati immaculati Retribue. dicant per totum annum ad primam. Dominicis diebus per totū annum de quocunqꝫ agatur cum predictis pſalmis addatur in fine Symbolū Athanaſij. Quicunque vult. ſolo die paſche excepto: pſalmi. Deus, deus meus reſpice. Dominus regit. Gloria patri. ps. Domini eſt terra. Ad te domine leuaui animam. Gloria patri. ps. Judica me domine. Deus in nomine. Gloria pa. ps. Confitemini. Gloria patri. ps. Beati immaculati. Gloria patri. ps. Retribue. Gloria pa. Symbolum. Quicunque vult. Gloria pa. dicantur ad primam diebus dominicis, quando de tempore agitur: In aduentu, preterquam dominica quarta, dum illa eſt in vigilia natiuitatis domini, Dicantur etiam dicti pſalmi dominica j. poſt oct. epipha. ⁊ deinceps in dominicis, quando de tempore agitur: vſqꝫ ad paſcha, etiam in die palmarum: ⁊ in dominica prima poſt trinitatem: deinceps diebus dominicis: quū fit de tēpore: vſqꝫ ad proximam dominicam ante aduentum excluſiue: cum agitur commemoratio reſurrectionis dominice. Hoc ſolo excepto, quod a ſeptuageſima: vſqꝫ ad paſcha loco Pſalmi Confitemini. dicat. ps. Dominus regnauit, decorem. Aliis vero tēporibꝰ pdictus. ps. Deus, deus meus reſpice. non dicatur, nec ceteri. pſalmi. tamen. Confitemini. dicat poſt pſalmū Deus in noie. ſingulis diebus p octa. paſche. ⁊ deinceps diebus dominicis, vſqꝫ ad aſcenſionem domini: quando de tempore agitur, ⁊ dominica proxima ante aduentum domini: quando fit commemoratio. reſurrectionis dominice. Dominica autem poſt aſcenſionē domini, ⁊ in die pentecoſtes, ⁊ trinitatis, ſimiliter in

vigilia natiuitatis domini, dum in dominica euenerit, ⁊ deinceps in ſubſequentibus dominicis, vſq; ad octauas Epiphanie, ⁊ alijs diebus dominicis per annū quando non agitur de tempore. non dicatur. ps. Confitemini. ad primam ſed ſolum vltra conſuetos pſalmos dicatur Symbolum. Quicunque vult. ſicut fuit dictum. ℟. Jeſu Chriſte. ſemper dicatur ad primam, niſi per aduentum, vſq; ad vigiliam natiuitatis domini excluſiue. Et a ſeptuageſima, vſque ad octa. paſch. quando de tempore agitur. Et ſimiliter in feſtis trium lectionum, ab octauis epiphanie, vſque ad quadrageſimam non dicatur Jeſu Chriſte. Dū vero eiſdem temporibus de feſto nouem lectionum fit, etiam Jeſu Chriſte. dicatur. ℣. Qui ſedes. dicatur ſemper ad Jeſu Chriſte. preterquam in die natiuitatis domini, ⁊ deinceps vſque ad octauam epiphanie incluſiue. Et niſi in toto tempore paſchali, ſcilicet a paſcha ad trinitatem excluſiue. Et diebus dominicis poſt trinitatem vſque ad aduentum, quando hore fiunt de reſurrectione. Et niſi, quando fit de beata virgine. Et de venerabili ſacramento, ⁊ de ſancta cruce, ⁊ in feſto armorum Chriſti. ℣. Exurge domine. Semper dicatur ad primam, niſi a die cene, vſque ad octauas paſc. Notandum autem, quod reſponſorium Jeſu Chriſte. ⁊ reſponſoria ad horas dici debent cum duobus Alle. In vigil. natiuitatis domini, ⁊ deinceps vſque ad octauas epiphanie incluſiue. Similiter ⁊ per totum tempus paſchale de quocunque agatur. Et diebus dominicis poſt trinitatem vſq; ad aduentum, quando hore dicuntur de reſurrectione. Et in omnibus feſtis duplicibus, ⁊ totis duplicibus, extra quadrageſimam, ⁊ per octauas trinitatis. Johannis Baptiſte. Petri, ⁊ Pauli, quando de ipſis agitur, ⁊ in feſto commemoratio. ſancti Pauli. Similiter quotidie per omnes octauas ſolennes, ⁊ per octa. ſancti Martini, alijs vero temporibus anni reſponſoria horarum cum Allah. non dicuntur verſiculi ad horas nunquam cū Alleluiah. dicuntur. Sed eorum reſponſiones cum Alleluiah terminentur, quando ipſa reſponſoria cum Alla. dicūtur, excepto verſiculo. Exurge domine. Ad primam, qui nunquam cū Alleluia. termīnatur. Finito verſiculo. Exurge domine. cantore incipiēte voce humili. Kyrie eleiſon proſequatur chorus. Chriſte eleiſon. ⁊ Pater noſter. quo dicto, hebdomadarius dicat. Et ne nos.

e omnes verſus ſequentes. Et conuentus reſpondeat, Verſus. Eruere anima mea. Erraui ſicut ouis, quę. Credo. Carnis reſurrectionem. Et ego ad te. Verba mea. Intende voci. Quoniã ad te orabo. Repleatur os. Domine auerte. Eripe me domine ab homine. Eripe me de inimicis. Eripe me de operantibus. Sic pſalmum dicam. Exaudi nos. Deus in adiutorium. Sanctus deus, ſanctus fortis, ſanctus ⁊ immortalis. ps. Benedic anima mea domino. Benedic anima. Qui propitiatur. Qui redimit de interitu. Qui replet in bonis. Confiteor. ⁊c. Dignare domine. Miſerere noſtri domine. Fiat miſericordia tua. Domine deus virtutum conuerte. Domine exaudi. Dominus vobiſcũ. Oremus. Domine deus, qui nos ad principium huius diei. Per dñm. Dominus vobiſcum. Benedicamus domino. Preces cũ oratione dicta, modo predicto dicãtur ad primam, per totum annum, niſi a cena domini, vſq; ad octa. paſchę. Hoc ſolum addito, quod tempore proſtrationũ ſtatim poſt verſum. Fiat miſericordia. ſubiũgatur. Exaudi domine vocẽ meam, qua. ps. Miſerere mei deus. Gloria patri. Exurge domine. Domine Deus virtutum, ⁊c. ſicut prius. Benedicamus domino. Nunquam dicatur ad primã cum Malah. Dum vero. Confiteor. dicendũ fuerit, ſiue in choro, ſiue extra chorum, tam in horis, quam in miſſa, prior, vel, qui facit officiũ, etiam vno ſolo aſtante dicat ſic. Confiteor Deo, ⁊ beatę Marię, ⁊ omnibus ſanctis, ⁊ vobis fratres, quia peccaui nimis cogitatione, locutione, opere, ⁊ omiſſione, mea culpa, Ideo precor beatam virginem Mariam, ⁊ omnes ſanctos Dei, ⁊ vos fratres orare pro me ad dominum Ieſum Chriſtum. Ille vero, ſicut illi, qui reſpondent, ſemper dicere debent, etiam prelato. Miſereatur tui omnipotens Deus, ⁊ dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, conſeruet, ⁊ confirmet in omni opere bono, ⁊ perducat ad vitam ęternam. Amen. Quo dicto, ſubiungatur ab eodem, vel ab eiſdem. Confiteor Deo. ⁊c. ⁊ tibi pater, ⁊c. ⁊ te patrem, ⁊c. ſicut prius. Et ille, qui primo dixit. Confiteor. ſubiungat etiã, ſi vnus ſolus ſit, cui dicitur, Miſereatur veſtri omnipotens Deus, ⁊ dimittat vobis. ⁊c. ſicut prius. Et reſponſo, Amẽ. dicat. Indulgentiam abſolutionem, ⁊ remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens, ⁊ miſericors dominus, Amen. Quando autem

tem ille, qui incipit horas, non eſt ſacerdos, reſpondeatur. Confiteor. ⁊c. ⁊ tibi frater: ⁊c. Dum vero ſolus dicit primam, vel completorium dicat ſic, Confiteor Deo, beatę Marię, ⁊ omnibus ſanctis, quia peccaui nimis, cogitatione, locutione, opere, ⁊ omiſſione, mea culpa. Ideo precor beatam virginem Mariam, ⁊ omnes ſanctos Dei orate pro me ad Dominum Jeſum Chriſtum. Miſereatur mei omnipotens Deus, ⁊ dimittat mihi omnia peccata mea. Similiter. Indulgentiam, abſolutionem, ⁊ remiſſionem. ſuo modo. Finita oratione de prima, ſemper legatur martyrologium in choro, niſi in triduo ante paſcha, tunc enim in capitulo legatur, vel in ſacriſtia. Sic autem pronuncietur. Decimonono. vel Decimooctauo, vel Decimoſexto, vel Quintodecimo, vel Pridie nonas vel idus, vel Kalendis. talis, vel talis menſis. Dum vero abſolute, ⁊ per ſe abſque numero hęc fuerint pronuncianda, dicatur Kalendis, nonis, idibus. talis menſis Luna prima, ſextadecima, decimaſeptima, decimaoctaua. In fine dicatur. Et aliorum plurimorum ſanctorum, martyrum, confeſſorum, atque virginum. Et legatur eo modo quo lectiones, ⁊ prophetię legi conſueuerunt. Finito martyrologio, Hebdomadarius ſubiungat. Pretioſa in conſpectu domini. Reſpondeat conuentus. Mors ſanctorum eius. Deinde hebdomadarius ſine Dominus vobiſcum. vel Oremus. dicat orationem Sancta Maria, ⁊c. Qua finita, ⁊ reſponſo. Amē. dicat verſum. Deus in adiutorium ter. Et reſpondeatur ter. Domine ad adiuuandum me. Deinde ſubiungat. Gloria patri, e filio. Sicut erat ſiue Halelui. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Et veniat ſuper nos. ⁊ reſpice in ſeruos. Et ſit ſplendor domini Dei noſtri. ſius Dominus vobiſcum, ⁊ ſine Oremus. Dirigere, ⁊ ſanctificare. Adiutorium noſtrum. Sit nomen domini. Benedicamus domino. Deinde dicat Lector. Jube domine. hebdomadarius reſpondeat. Diuinum auxiliū. Deinde Lector. Gratia domini noſtri. Dicto Tu autem, ⁊ reſponſo Deo gratias. ſubiungat Lector. Commemoratio fratrum, ſororum. ⁊c. Hebdomadarius. Requieſcant in pace. Reſponſo Amen. dicatur pſ. Laudate dominum omnes gentes. Alternatim incipiendo, vbi chorus eſt. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat Hebdomadarius. Oſtende nobis.

nobis. Oremus. ut. dominus vobiſcum. Actiones noſtras. Per Chriſtum dominum. Salue regina. Ora pro nobis. Pro rege. proſternendo. Fidelium animę. Pater noſter. Hoc modo ſine nota ſemper dicatur. Preciosa, quando non fiunt proſtrationes ad ſolum. Pater noſter. & ad Gloria patri. inclinamus. Ad reſiduum autem, niſi dum. ps. Laudate dominum omnes gentes. dicitur, ſtamus verſis vultibus ad altare. Tempore vero proſtrationum, dum dicitur. Kyrie eleiſon. Pater noſter. & cętera vſque ad Per dominum. de oratione Dirigere fratres ſtant.

De tertijs. ſextis, & nonis, & ad ipſas pertinentibus. Rub. xv.

Circa tertiam, ſextam, & nonam dici ſciendum eſt, quod Hymni. Nunc ſancte. Rector potens, Rerum Deus in ſuis horis debent dici per totum annum, preterquam in cena domini, & deinceps vſque ad octauas paſchę excluſiue. Niſi, quod in hebdomada Pentecoſtes ad tertiam loco hym. Nunc ſancte. dicitur hymn. Veni creator. Sciendum etiam, quod vltimi verſus de hymnis prędictis, & de hymno. Jam lucis ad primam, & etiam de alijs hymnis eiuſdem metri mutantur interdum. Et quandoque aliqui verſus appo-nuntur, ſecundum quod diuerſa tempora & feſta requirunt: prout ſuis locis inuenies aſſignatum. pſal. Legem pone. Defecit. Mirabilia. dicantur ad horas per totum annum. Notandum etiam, quod quandocunque antiphonę laudum dicuntur ad horas, ſemper quarta antiphona intermitti debet, pręterquam in vig. natiuitatis domini. Quoniam tunc quarta antiphona. ſcilicet. Craſtina die erit vobis ſalus. ad nonam dicitur, & alię per ordinem ad horas dici debent. Capitulum ſemper dicatur ad horas, niſi a die cenę domini vſque ad octauas Paſchę excluſiue. Similiter reſponſoria, & verſiculi ſemper dicantur, niſi per octauas Paſchę. Oratio autem ſemper dicatur ad horas. Benedicamus domino. Ad horas nunquam dicatur cum Alle. niſi in tempore Paſchali. Quando autem reſponſoria horarum debeant dici cum Al. in pręcedenti rubrica de prima dictum fuit. Finito verſiculo, ſi preces dicendę fuerint, cantore incipiente. Kyrie eleiſon. chorus proſequatur. Chriſte ele. Kyrie. Pater noſter. Et ne nos, Ego dixi domine. Conuertere domine vſquequo. Fiat miſericordia tua. Sacerdotes tui induantur. Domine ſaluum fac. Saluum fac populum. Fiat pax. Oremus pro fidelibus defunctis. Requieſcant in pace. Pro priore noſtro. Pro fratri-

bus

bus noſtris abſentibus. Pro amicis, ⁊ benefactoribus noſtris. Pro afflictis, ⁊ captiuis. Mitte eis domine. Eſto nobis domine. Exaudi domine vocem. ℣. Miſerere mei Deus. In Quadrageſima poſt verſum Mitte eis domine, addatur. Pro iter agentibus. Pro peccatis, ⁊ negligentijs. Adiuua nos. Eſto nobis domine. Exaudi domine vocem. ℣. Miſerere Gloria patri. Sicut erat. Exurge domine. Domine Deus virtutum. Domine exaudi. Dominus vobiſcum.

Oratio qualis euenerit. Et ſic horę terminentur, ſicut de matutinis dictum eſt. Preces prędictę in voce humili, ⁊ mediocri cum nota ſi re dicantur, hebdomadario prędictos verſus incipiente, conuentu reſpondente. Notandum autem, quod dictę preces dicendę ſunt, ad horas prędictas, ad matutinas, ⁊ ad veſperas per totum annum, quando fiunt proſtrationes communes, niſi in die paraſceues, ⁊ in Sabbatho ſancto Paſchę. Quando vero proſtrationes fieri debeant, aut etiam intermitti, ſupra in principio ſeptimę rubricę fuit dictum. Poſt tertiam vero, vel poſt primam, vel poſt completa diuina officia ante meridiana, dum conuenientior hora fuerit, fratres ad capitulum ſimul vadant, vbi recommendatis benefactoribus, ac alijs, quos prior, vel eius tenens locum habuerit recommendare, dicatur. ℣. Deus miſereatur. Gloria patri. ℣. Ad te leuaui. Gloria patri. ℣. De profundis. Requiem ęternam. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Quo finito, dicat hebdomadarius. Et ne nos. ℣. Memor eſto congregationis. ℣. Saluos fac ſeruos tuos, ⁊ ancillas. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. Oremus pro fidelibus defunctis. Requieſcant in pace. Domine exaudi. Dominus vobiſcum. Oremus. Eccleſię tuę. Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia. Oratio. Protege domine. Oratio. Miſerere quęſumus domine animabus. Oratio. Abſolue. Hę quinque orationes incipiantur ſub vno. Oremus. ⁊ ſub vno. Per Chriſtum. terminentur. Deinde, qui pręeſt capitulo fratrum, culpas corrigat: ⁊ pręcipue ad diuinum cultum pertinentes. Et concludat per Sit nomen domini quod etiam dicatur per hebdomadarium abſente priore, vel ſubpriore.

De veſperis. Rubr. xvj.

Veſperę ſemper inchoentur cum Deus in adiutorium, ⁊ cętera eo modo quo dictum eſt

in matutinis, pręterquam in tri dũo ante paſcha, ⁊ niſi in die paſchę cum tribus diebus ſequentibus. pſalmi, ⁊ antiphonę, prout tempus dictauerit ſemper dicãtur, Capitulum quoque hym. ⁊ ℣. ſemper dicantur, niſi a die cenę, vſque ad primas veſpe. octauarum paſchę. De reſponſorio dicendo in veſp. hoc notandum eſt, ꝙ ſingulis diebus per aduentum, ⁊ quadrageſimam, vſque ad diem cenę, primis tribus diebus in capiteieiunij, exceptis dicendum eſt. ℟. in veſperis de quocunque agatur, in omnibus etiam feſtis duplicibus, ⁊ totis duplicibus per totum annum, ⁊ i dominicis ſeptuageſimę, ſexageſimę, quinquageſimę, ad vtraſque veſperas. ℟. dicatur. Extra aduentum vero, ⁊ quadrageſimam, in feſtis ſemiduplicibus, ⁊ nouem lectionum ⁊ in octauis feſtiuitatum habentium ſolennes octa. Et in dominicis infra octauas prędictas: ad primas veſpe. tantum, vel, ſi illas non habuerint, ad ſecundas veſpe. ℟. dicatur. In octauis autem feſtiuitatum, in quibus dies dominica in fra octauas, ⁊ dies octauarum fuerit duplex, ſimiliter ⁊ ad vtraſque veſperas, quando de beata virgine agitur ſolenniter. ℟. dicatur ad vtraſque veſperas In omnibus inſuper dominicis a paſcha vſque ad penthecoſten, quando de tempore agitur. Et quandocunque aliqua hiſtoria extra prędicta tempora inchoanda fuerit, ſiue in ſua prima dominica inchoetur, ſiue poſtea in primis veſperis. ℟. dicatur, non autem in ſecundis. Sed, ſi hiſtoria ſemel inchoata fuerit: ⁊ contingat eandem in alijs dominicis repeti. ℟. neque in primis neque in ij. veſp. eſt dicendum. Alijs autem temporibus ad veſpe. ℟. non dicatur Sciendum eſt ꝙ, quando in veſperis aliquibus. ℟. dicendum fuerit, ſi in ordinali ipſius non exprimatur, tunc dicatur tertium, vel ſextum, vel nonum. ℟. principalis hiſtorię, de qua fit officium. Quando autem in veſperis, extra ferias aduentus, ⁊ quadrageſimę. ℟. dicitur, illud a duobus ad gradum dicatur. Et poſt ℟. ⁊ eius verſum ſemp. Gloria patri dicatur, niſi in dominica in paſſione, ⁊ in primis veſperis, ⁊ deinceps, vſque ad paſcha, quando de tempore agitur. Magnifica cum añã. ⁊ oratione ſecundum q̃ ſi tempus dictauerit per totum annum dicatur. Et terminentur veſperę ſicut dictum eſt de matutinis. Quando etiam. Benedicamus. in veſperis cũ hal. dici debeat, ibidem fuit dictum.

¶ De completorio, ⁊ ad ipſum pertinentibus Rubr. xvij.

Ομ completorium in cho

ro dicendum fuerit, dicat Lector cum nota. Iube domine benedicere. Et ſubiungat hebdomadarius, vel, qui facit officium. Noctem quietã. Sequitur Lector. Fratres ſobrij eſto, ꝛc. Tu autem. Tunc ille, qui facit officium, dicat. Adiutoriũ noſtrũ, Deinde dicto Pater noſter. cũ Aue Maria. prior, vel, qui facit officium dicat. Confiteor. Miſereatur veſtri. Indulgentiã eo modo, ſicut ſupra in rubrica de prima aſſignatũ eſt. Quo dicto, erigant ſe fratres. Et ille, qui facit officium, incipiat. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter Deus in adiutorium. ꝛc. ſicut de inceptione matutinarum ſupra dictum fuit. Et hoc modo incipiatur completorium per totum annum: niſi in ipſa die cenę, ꝛ in die paraſceues, quando completorium incipitur ſolũ per. Pater noſter ꝛ Confiteor. Et niſi in vigilia paſchę ad completorium, ꝛ deinceps vſque ad feriã quintam poſt paſc. excluſiue, quãdo dicit Iube dñe bñdicere: ꝛc. ſed non dicit Conuerte nos neque Deus in adiutorium. ps. Cum inuocarem. ps. In te domine ſperaui. vſque ad verſum Odiſti obſeruantes. ps. Qui habitat. ps. Ecce nunc. dicantur per totum annum ad completorium, niſi in cęna domini, ꝛ deinceps vſque ad completorium ſabbathi in hebdomada paſchę, intermittitur. ps. Qui habitat in. Añ. Miſerere mei domine: omni tempore anni dicatur, niſi a cena domini: vſque ad completorium ſabbathi ante feſtum trinitatis. Cap. Tu in nobis ℣. Cuſtodi nos. ſemper dicantur, niſi in cena domini, ꝛ deinceps vſque ad Completorium ſabbathi, in hebdomada paſch. Hym. Saluator mundi. dicatur ſemper preterquam a ſabbatho dominicę. j. xl. incluſiue, vſque ad ſabbathum trinitatis excluſiue, in omnibus feſtis duplicibus, ꝛ totis duplicibus ad vtrunque completorium. Et, quando officium commemorationis beatę Marię virginis fit ad modum feſti duplicis, ad vtranque completorium, ſi habuerit, etiam ſi in craſtino fiat de feria, aut feſto trium lectionum. Similiter dicatur, ꝛ in omnibus feſtis ſemiduplicibus nouem lectionũ diebus dominicis, ad primum completoriũ, ꝛ quotidie per octauas tam ſolennes, quã communes. Hym. Te lucis dicatur per predictum tempus in ferijs, ꝛ feſtis trium lectionum ad vtrunque completorium, excepto feſto ſancti Bricij. Similiter ꝛ in feſtis ſemiduplicibus nouem lectionum, dominicis, ꝛ in ipſa die octauarum cuiuſcunque feſti ſolennes octauas habentis, ad ſecundum

cunctum completorium, niſi duplex fuerit, vel, niſi in craſtino nouem lectionum feſtuʒ euenerit. Qui autem hymni per quadrageſimam, ꝛ per totum tempus paſchale ad completorium dici debeant in alijs locis inuenies aſſignatum. Nunc dimittis. omni tempore anni dicatur ad cõpletorium aña. Salua nos. dicatur ad Nunc dimittis, niſi in primo ſabbatho aduentus, ꝛ deinceps vſque in craſtinum octauarum Epiphanię. Et niſi in ſabbatho ante primam dominicam quadrageſimę, ꝛ deinceps vſque in ſabbathum trinitatis. Et in feſto ſanctę crucis, ꝛ, quando agitur de lancea, ꝛ de armis dñi: Et in feſto corporis Chriſti, ꝛ per eius octauas. Et quando de beata virgine agitur. Et niſi in ſabbatis, ꝛ dominicis poſt trinitatem, quando horę ſunt de reſurrectione vel aliud ſuis locis ſignetur. Quę autem aãę his temporibus ſint dicendę, inuenies ſuis locis. Finita Aã. poſt Nũc dimittis dicatur Kyrie el. Chriſte ele. Kyrie el. Pater noſter. hebdomadarius. Et ne nos. In pace in idipſum. Credo hebdomadarius, Carnis reſurrectionem. Benedicamus patrem. Benedictus es domine Benedicat, ꝛ cuſtodiat. Dignare dñe nocte iſta. Miſerere noſtri dñe. Fiat miſericordia tua domine. Domine Deus virtutum. Domine exaudi. Dñs vobiſcũ. Oratio. Viſita quęſumus domine. Benedicamus domino.

Preces cum prędicta oratione ad completorium ſemper ſunt dicendę, niſi in cena domini, ꝛ deinceps, vſque ad completoriũ ſabbathi, in hebdomada paſchę. Hoc ſolũm addito, quod tempore proſtrationum ſtatim poſt verſum Fiat miſericordia, dicatur. ℣. Exaudi domine vocem. ℟. Miſerere mei Deus. Gloria patri. Sicut erat. Exurge domine. Domine Deus virtutum. ꝛc. ſicut prius. Benedicamus domino in completorio nunquam dicatur cum hale. niſi in vigilia paſchę, ꝛ in die paſchę. Dicta oratione prior, vel, qui facit officiũ, ſi prior pręſens non fuerit, det benedictionem erectus, dicẽdo. Benedictio Dei omnipotentis, patri, ꝛ filij, ꝛ ſpiritus ſancti deſcendat ſuper nos, ꝛ maneat ſemper. Deinde vnuſquiſq; fratrũ ſigno crucis ſe ſignet reſpondẽdo, Amen. Statim dicatur cõpletorium de beata virgine, ſi dici debeat cereis accenſis, prout in quarta rubrica de officio sacriſtę dictum eſt. Ille qui facit officium, incipiat añam. Salue regina. Ad cuius inchoationem conuentus genuflectet, vel inclinet ſecundum quod ſupra in rubrica vij. eſt ſignatum. Finita

antiph.

antiphona dicat verſicularius. Ora pro nobis. Reſpōſio de hoc verſu, ꝛ de verſu, Cuſtodi nos. de verſu poſt aſperſionem aquę benedictę, nūquam terminetur cum Vale. Deinde, qui facit officium, dicat orationem, Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſę. per eundem Chriſtum.

Finita oratione: qui facit officiū, ad inferiorem gradum altaris genuflectens aſpergat aqua benedicta magnum altarę, dicēdo vna cum cōuentu. Aña. Aſperges me pſ. Miſerere mei Deus, vſqꝫ ad verſum Aſperges me incluſiue. Gloria patri. Sicut erat. cū reſumptione añę Aſperges me dñe. Et interim oēs fratres aſpergat, etiam ſeculares, ſi pręſentes fuerint, ſeruando ordinem: qui infra in rubrica quadrageſima ſecūda eſt ſignatus. Poſt aſperſionem, ſtans in choro ante altare dicat verſum Oſtende nobis domine. cum oratione Exaudi nos. Per Chriſtū. Deinde prior ſi pręſens fuerit, vel in eius abſentia officiator dicat. Fidelium animę. Et terminetur completorium, ſicut ſupra dictum eſt de matutinis. Et notandum, quod predicta Aña Salue regina. cū omnibus quę ſequūtur poſt cōpletorium modo pędicto de tpe dicenda eſt, niſi quod in die cenę, ꝛ paraſceues ſine nota dicatur. Dicto completorio fratres, ꝛ ſanctimoniales flexis genibus dicant ter. Pater noſter, ꝛ ter Aue Maria. ob defectus veniales, quos inter ſoluendum horas commiſerunt, ſicut indulto apoſtolico cautum eſt, prout in Mari magno habetur.

¶ Qualiter officia dominicalia poſt octa. Epipha. ꝛ ante Aduent. ſm diuerſa tempora ſint dicenda. Rubr. xxv.

Omnia poſt oct. Epiph. vſque ad ſeptuageſimam: ꝛ poſt feſtum trinitatis: vſqꝫ ad aduentum dñi tpš variatur, ſic, quod interdum eſt longius: interdū breuius. Ideo ſm exigentiam ipſius Officia dominicalia ordinate dicantur. Sciendū, quod poſt oct. Epiph. vſqꝫ ad ſeptuageſimam, dum tpš prolixius fuerit, ſunt quinqꝫ dñicę, cum ſuis hebdomadis, ꝛ tres dies. Qn vero breuiſſimum fuerit, nulla dñica eſt intermedia, ſed tm̄ quatuor dies. Alijs autem temporibus medio modo ſe habet. Officia igitur dominicalia, quę ſub hiſtoria. Domine ne in ira. Prędicti temporis in ſuis locis ſignatur, cum ſuis pertinentijs per ordinem ſingulis dominicis inter octauas Epiphanię, ꝛ ſeptuageſimę dicantur. Si vero exigente temporis breuitate, dominicę non ſufficerint, Euangelia dicantur cum ſuis expoſitionibus. Et Añę. ad Bñdictus, Magnifica.

ꝛ cum ſuis collectis ad matutinas, ad veſperas, horas, ꝛ ad veſperes p. primas ferias vacãtes ante ſeptuageſimam. Si autem ferię non ſuffecerint: dicantur per feſta trium lectionum: ꝛ tunc de illis feſtis fiat tantum memoria. Ad veſperas, ad Matutinas, ꝛ ad Miſſam fiat de feria. Si vero inter octauas epiphanię: ꝛ ſeptuageſimam nulla dominica fuerit: tunc in anno, quo ſeptuageſima eſt, in die beatę Priſcę, Euangelium. Cum factus eſſet Jeſus pronuncietur fer. iiij. infra octauas epiphanię: Et memorię de dominica fiant ad matutinas, ꝛ ad veſperas: Et miſſa de dominica. In excelſo throno. ſecunda oratio de epiphania: tertia. A cunctis. Et prima die poſt octauas Epiphanię dicatur Euangelium. Nuptię. Et cantetur prima turba de hiſtoria. Domine ne in ira ꝛc. fiant ſecundum feriam, ſed antiphonę ad Benedictus, ꝛ ad Magnificat erunt de dominica. Ad miſſam Omnis terra cum ſuis pertinentijs. Et ſimiliter fiat duobus ſequentibus diebus: ſecundum ordinem turbarum hiſtorię, ꝛ officiorum, ꝛ euangeliorum. Sed in die beati Antonij legatur expoſitio de euang. quintę dominicę. ꝛ memo. de ipſa fiat ad matut. ꝛ veſpe. Et miſſa matutinalis cũ Gloria in excelſis. ꝛ ſine Credo. Maior vero miſſa, ꝛ cętera omnia de feſto, In anno autem, quo ſeptuageſima eſt in craſtino ſanctę Priſcę, vel in die ſanctorum Fabiani, ꝛ Sebaſtiani mart. prima die poſt oct. Epiph. pronuncietur euangelium. Cum factus eſſet Jeſus cum ſuo officio, ꝛ pertinentijs ꝛ alia alijs diebus per ordinem ſicut prius. Quid autem de feſtis nouem lect. quę in dominicis poſt oct. Epiph. eueniunt: agendum ſit: in ſequenti rubrica dicetur.

Poſt feſtum vero Trinitatis vſque ad aduentum, ſunt viginti ſeptem dominicę, quando prolixius fuerit temporis ſpatium, ꝛ cum breuius: viginti duę. Euangelia autem dominicalia cum orationibus vigintiquinque, ꝛ totidem antiphonis ad Benedictus, ꝛ totidem ad Magnificat. Quando igitur viginti ſeptem dominicę fuerint: tunc homilia penultima Euangelij: ſcilicet Loquente Jeſu cum ſuis pertinentijs dicatur per duas dominicas: ſcilicet dominica xxiiij. ꝛ xxv. Et homilia euange. vltimi ſcilicet. Cum ſubleuaſſet: in dominica xxvj. dicatur: ꝛ in xxvij. dominica fiat commemoratio reſurrectionis dominicę. Si tamẽ in predicta xxiiij. dominica feſtum ſancti Martini euenerit homilia dominicę poſtea repetenda. Loquente Jeſu neque

In illa die dominica, neque in aliqua die per hebdomadam dicatur: ſed ſolum in ſequenti dominica, quę eſt octaua ſancti Martini. Semper tamen in ipſis dominicis fiat memoria de eis: & miſſa matutinalis. Si vero viginti ſex dominicę fuerint, tunc quęlibet homilia legatur in ſua dominica: & in vigeſimaſexta, fiat commemoratio reſurrectionis dominicę. Omnibus autem alijs temporibus, dum pauciores, quam viginti ſex dominicę fuerint, homilia vltima. Cum ſubleuaſſet. cum ſuis añis: neq; in dominica: neq; in hebdomada dicatur: ſed ſolum miſſa matutinalis in commemoratione reſurrectionis dominicę de ſuo officio celebretur: & eius collecta, per ferias ſequentis hebdomadę: ſi quę fuerint, dicatur ad horas. Si igitur fuerint vigintiquinque dominicę, alię vigintiquatuor homilię dicātur in ſuis dominicis, & in vigeſimaquinta dñica fiat prędicta commemoratio de reſurrectione. Si vero fuerint vigintiquatuor, vel vigintitres, vel vigintiduę dominicę, tūc homilię reſiduę, ſiue ſit vna, ſiue due, vel tres, cum añis ad Benedictus, & ad Magnificat: & cum miſſis ſuis, in vltima hebdomada ante commemorationē dominicę reſurrectionis dicantur per ferias, aut per feſta triuz lectionum vel etiam, ſi oportet, in feſtis nouem lectionum; vel infra octauam ſancti Martini: eo modo, quo iam ſupra poſt octauas Epiphanię fuit dictum.

¶ De tranſlatione feſtiuitatum per totum annum Rub. xxvj.

FEſtum quodcūq; veniens a commemoratione dominicę reſurrectionis: vſq; ad natiuitatem domini, qualiter trāſferri, aut celebrari debeat: require in rubrica xxiiij. de in anno. Si autem in domin. j. poſt octa. epiph. feſtum nouē lcōnum euenerit, transferetur in proximū diem vacantem, vel trium lectionum: & in ipſa dñica incipiatur hiſtoria. Dñe ne in ira. Poſt quam vero prędicta hiſtoria primo in aliqua dñica dicta fuerit, in alijs dominicis vſque ad ſeptuageſimam feſtum nouem lectionum celebretur. Feſtum purificationis ſi in ipſa dominica ſeptuageſimę euenerit: quando mos eſt ſanctę Eccleſię dimittere. Vale, transferatur in ſecundam feriam: & feſtū ſancti Blaſij quod tūc eſt: poſt octauas purificationis transferatur. Si autem purificatio in dñicis alijs. ſ. ſexageſimę, vel quinquageſimę euenerit, in ipſis celebret. Quodcunque vero feſtum aliud ix. lectio. aut maius in dominicis a ſeptuageſima: vſq; ad dñicam palmarum excluſiue venerit &

tranſferatur in proximum diē
vacantem: vel trium lectionum:
excepto feſto annunciationis: de
quo ſtatim dicetur. Porro fe-
ſtum nouem lectionum, vel ſim-
plex: ſicut eſt Agathe, & Symo-
nis in die cinerum veniens: in
precedenti feria tertia celebre-
tur: ſed feſtum cathedre ſancti
Petri: vel ſancti Mathie ſi ve-
nerit in die cinerum, in ipſa ce-
lebretur. Feſtum annunciatio
nis Beate Marie ſi in die pal-
marum occurrerit: tranſfera-
tur in craſtinum: & veſpere in ip
ſa dominica fiant de virgine glo-
rioſa: vel anticipetur ſecundū
vſum patrie. Sed ſi predictum
feſtum in dominica in paſſione,
vel in alijs dominicis lx. euene-
rit: in ipſa celebretur. Simili-
ter, ſi fer. ij. iij. vel iiij poſt domi-
nicam palmarum venerit, cele-
bretur, vel ſeruetur conformiter
ad conſuetudinem patrie. Si
autem predictum feſtum annun
ciationis in die cene: vel deinceps
quacunque die: vſque ad octa.
paſche euenerit: non celebretur:
ſed tranſferatur vſque ad feriā
ſecundam, poſt octauam paſch.
Octaue tamen annunciationis
nunquam tranſferantur ſine
feſto. Quodcunque vero aliud
feſtū nouem lectionum, vel ma-
ius in die palmarum, & dein-
ceps vſque ad octau. paſch. eue-
nerit: poſt ipſas octau. in pri-
ma die vacante celebretur. De
feſtis iij. lect. vſque ad cenam do-
mini ſi occurrant: fiat memoria:
deinceps autem venientia: vſ-
que poſt octa. paſch. tranſferan-
tur. Specialiter autē circa quin
que tardiores annos, quibus pa
ſcha venire poteſt: aduertendū,
quod, ſi feſtum ſancti Georgij
tertia fer. infra octa. paſ. euene-
rit: ipſum tranſferatur in craſti-
num ſancti Vitalis: & feſtum
ſancti Marci in vigilia apoſto-
lorum Philippi, & Iacobi cele-
bretur. Si vero feſtum Sancti
Georgij in craſtino paſche eue-
nerit: tranſferatur in craſtinum
apoſtolorum Philippi, & Iaco-
bi: & feſtum ſancti Marci in vi-
gilia eorundem celebretur. Si
autem feſtum ſancti Georgij die
paſch. euenerit, tranſferatur in
craſtinum apoſtolorum Philip
pi, & Iacobi: & feſtū ſancti Mar
ci in craſtinum ſancti Quiriaci.
Si vero feſtum ſancti Georgij
in vig. paſ. euenerit: tranſferatur
in aliam diem vacantem, & fe-
ſtum ſancti Marci in craſtinū
ſancti Iohannis ante portam
Latinam: & feſtum apoſtolorum
Philippi, & Iacobi in die ſan-
cti Athanaſij celebretur. Si au-
tem feſtum beati Marci die pa-
ſche euenerit: tunc feſtum ſan-
cti Georgij tranſferatur in cra-
ſtinum ſancti Iohannis ante
portam Latinam: & die ſequen-

et feſtum ſancti Marci, ⁊ feſtū apoſtolorum Philippi, ⁊ Jacobi in craſtino ſancti Quiriaci celebretur. Pro dictis ſuperius: ⁊ poſtea dicendis ſciendum, quod feſta omnia predicta, eodem ordine transferantur, ⁊ in diebus vacantibus ſeruentur, quo venerint, tali ſcilicet modo, quod feſtum, quod primo cadit, primo transferatur ⁊ celebretur, ⁊ q̄ ſecundo, ſecundo loco, ⁊ cetera exceptis feſtis Marci, Philippi, ⁊ Jacobi: Inuentionis ſancte Crucis, ac aliorum celebrium feſtorum, in quibus vſus patrie ſeruandus eſt. Poſt octauas paſche, ſi deinceps in dominicis, vſque ad aſcenſionem, feſtum ſimplex nouem lectionum, ſicut eſt ſancti Georgij, ⁊ ſancti Quiriaci euenerit: in craſtinum transferatur. Feſtum vero ſemiduplex, aut duplex in predictis dominicis veniens, celebretur. In tribus diebus rogationum, de feſto trium lect. tantum memoria fiat, ⁊ non transferatur, ſed feſtum quodcunq; nouem lectionum in ipſis celebretur. Quodcunq; autem feſtum nouē lectionum, vel ſupra, in die aſcenſionis venerit, transferatur in craſtinū octauarum aſcenſionis, niſi eſſet tale feſtum, quod propter parochias Eccleſie conformitatem aliud exigeret, vt eſt feſtum inuentionis ſancte Crucis, ⁊ cetera feſta celebria, ⁊, ſi tunc ſit feſtum trium lectionum, nulla fiat memoria. Dum vero feſtum ſancte Crucis in die aſcenſionis veniens transfertur, in craſtinum, feſtum ſancti Quiriaci poſt octauas Aſcenſionis transferatur, quod etiam de alijs feſtis nouem lectionum eſt faciendum, quia eſt ſolennis octaua. Feſtum quoque trium lectionum in die aſcenſionis veniens transferatur in craſtinū, ⁊ tunc de ipſo fiat memoria. Quodcunque vero feſtum nouem lectionum feria ſexta poſt octa. aſcenſionis euenerit, celebretur, ſed de feſto trium lectionum memoria tantum fiat. Similiter ⁊ de feſto trium lectionū in vigilia pentecoſtes ſolum fiat memoria. Feſtum vero nouem lectionum tunc, ⁊ deinceps per octauas pentecoſtes, ⁊ in die Trinitatis veniens infra octauas Trinitatis celebretur. Similiter ⁊ feſta trium lectionum in die Pentecoſtes, ⁊ deinceps per eius octauas venientia infra octauas Trinitatis transferantur, ⁊ tunc de eis per ordinem fiat memoria.

¶ Poſt octa. vero pentecoſtes, vſq; ad proximam dn̄icam ante aduentum, quando fit commemoratio reſurrectionis, feſtum quodcunque nouem lectionū noui ordinalis veniens, in ali-

quibus dominicis intermedijs, quarum dominicarum hiſtorię in alijs dominicis dici non poſſunt, transferatur in alium diē vacantem. Feſtum vero antiqui ordinalis aut patrię celebre, aut octauę dedicationis Eccleſię, in dictis dominicis veniens, celebretur in ipſis, ⁊ hiſtoria dicatur per ferias, quod ſi ferię non ſuffecerint, illo anno poteſt omitti illa hiſtoria: ex parte: vel ex toto, ſecundum exigētiam temporis.

¶ De concomitantia feſtiuitatum adinuicem, ⁊ cum dominicis. Rubr. xxvij.

SI feſtum nouem lectionū in quocunque ſabbato ab octauis epiphanię, vſque ad ſeptuageſimam, ⁊ ab octauis paſchę, vſque ad aſcenſionem: ⁊ a trinitate, vſque ad proximam dominicam ante aduentum euenerit: ⁊ in craſtino agatur de dominica: in ipſo ſabbatho ad veſperas antiphona, ⁊ pſalmi erūt de feſto. Capitulum, ⁊, quę ſequuntur de dominica, niſi feſtū primis veſperis caruerit: tunc enim ſecundas plene habebit: ⁊ memoria fiet de dominica etiā ſi hiſtoria aliqua fuerit inchoanda. Si vero feſtum ſemiduplex in prędictis ſabbathis euenerit, veſperę erunt plene de feſto, ⁊ memoria de dominica, niſi forte dominica ſecundis veſperis careat: ⁊ feſtum illud ſuas primas veſperas habuiſſet: tunc enim antiphona, ⁊ pſalmi erunt de feſto: capitulum, ⁊, quę ſequuntur de dominica: pręcipue, ſi aliqua hiſtoria fuerit inchoanda.

¶ Quando autem feſtum nouem lectionum, vel ſemiduplex eiſdem prędictis temporibus feria ſecunda euenerit, antiphonę, ⁊ pſalmi erunt de dominica: capitulum, ⁊, quę ſequuntur de feſto. De feſtis vero nouem lectionum, vel ſemiduplicibus: in ſabbathis a ſeptuageſima, vſque ad paſcha contingentibus, in ſecundis veſperis fiat tantum memoria: etiam ſi primas veſperas non habuerint. Similiter ⁊ ſi dicta feſta in ferijs ſecundis euenerit: ipſę dominicę habebunt plene ſuas veſperas ſecundas: ⁊ memoria tantum fiat de ipſis feſtis. Si vero feſtum duplex, vel totum duplex: in quocunque ſabbatho: poſt octauas epiphanię, ⁊ deinceps, vſque ad proximam dominicam ante aduentum celebretur: habebit totas ſecundas veſperas, ⁊ dominica ſequens ſolum memoriam. Et idem fiat, ſi poſt feſtum duplex, vel totum duplex veniat feſtum nouem lectionum, vel ſemiduplex, vel ſi poſt feſtum totumduplex, occurrat feſtum duplex, vel poſt ſemiduplex feſtum nouem lectionū: in omnibus enim his de feſto minori, quod ſubſe-

ſubſequitur, ſolum fiat memoria, ⁊ veſperę plenę de feſto pręcedenti. Si vero feſtum duplex, vel totumduplex poſt dominicam euenerit, vel poſt feſtum nouem lectionum, aut ſemiduplex, ſequens feſtum incipiatur a capitulo: vel, ſi proprias antiphonas ſibi pro primis veſperis aſſignatas habuerit, a capite inchoetur. Et idem fiat, ſi poſt feſtum duplex venerit feſtum totum duplex. Si autem feſtum totum duplex, duplex, ſemiduplex, aut nouem lectionum poſt aliud conſimile feſtum euenerit, ſequens feſtum a capitulo inchoabitur: niſi primum caruiſſet primis veſperis, quia tunc habebit ſecundas: ⁊ memo. fiet de feſto ſubſequenti.

¶ Qualiter autem feſta, ⁊ dominicę a commemoratione reſurrectionis dominicę, vſque ad natiuitatem Domini: quantum ad prędictas concomitantias debeant celebrari, ſupra in rubrica vigeſimaquarta de in anno diſtincte pro ſingulis annis fuit dictum.

¶ Similiter ⁊ feſta poſt natiuitatem dñi venientia quia immobilia ſunt, in ſuis locis aſſignant.

¶ De diuerſo modo diuerſas feſtiuitates celebrãdi. Ru. xxviij

DE feſtis trium lectionum per aduentum: ⁊ a die cinerum, vſque ad cenam domini: ⁊ in tribus diebus rogationũ: ⁊ in ieiuniis quatuor temporum in Septembri: ⁊ in vigiliis ſanctorum venientibus, tantum memoria fiat ad primas veſperas, ⁊ ad matutinas, ſolo feſto ſancti Zachei excepto: de quo ad vtraſque veſperas memoria facienda eſt. Similiter ⁊ de illis, quę veniunt infra quaſcunque ſolennes, vel communes octauas: vel in maioribus feſtis: ſic, quod non transferuntur, vel in dominicis, vel, quando de beata virgine fit commemoratio, ad modum feſti duplicis in conuentu. Similiter ⁊ in feria ſexta poſt octauas Aſcenſionis: ⁊, quando poſt octauas Epiphanię, propter temporis breuitatem Homilię dominicales in feſtis trium lectionum dicuntur. Sed a prędicta regula excipitur ipſum feſtum Sancti Bricii: quod infra communes octauas veniet: ⁊ tamen de ipſo fit officium ſicut in ſuis locis inuenies aſſignatum.

¶ Dum autem extra prędicta tempora feſtum trium lectionũ venerit, ipſum celebretur: ſic, quod, ſi feria, vel feſtum aliud trium lectionum pręceſſerit, a capitulo in primis veſperis inchoetur, alter de ipſo ad veſperas ſola memoria fiat.

¶ Ad Matut. ⁊ Inuit. ⁊ hym. ſicut pro tempore: ⁊ ſecun-

dum diuerſa feſta in ſuis locis notantur: antiphonę: ꝛ dicta ſecundum feriam: verſiculus ꝛ tria reſponſoria dicantur de cōmuni ſanctorum ſecundum ordinem turbarum, ꝛ dierum. Tres lectiones legantur de vita eorum: vel ſi proprię non habeātur, legantur de communi ſanctorum: vel de temporali. Oratio, ſicut in ſuo loco notatur. Cętera omnia de cōi ſanctorum, niſi, quod extra tempus paſc. prima antiphona laudum ſola dicitur in laudibus ſuper pſalmos.

¶ Dominus regnauit. Iubilate ꝛ cęteros ꝛ in tempore paſchali antiphona ferialis. Similiter ꝛ ad horas tunc dicuntur antiphonę, ſicut in ferijs. Et niſi de aliquibus feſtis aliud eis magis proprium ſignaretur. Dicta autē nona: ſemper terminantur: exceptis feſtis ſanctorum Hippolyti, ꝛ Lucij dum in dominica euenerint. Feſtum vero nouem lectionum, ꝛ ſemiduplex ſemper habebunt primas veſperas: incipiendo eas a capitulo. Similiter ꝛ ſecundas veſperas: niſi aliunde propter aliud feſtum: vel pp dñicam impediantur. Lectiones legantur de legenda propria, vel de communi: ꝛ de euangelio, quale euenerit. Similiter ꝛ alia omnia dicantur de proprio offō, vel de cōi, ſi non habeat propria. Quando autem, ꝛ in quibus feſtis inuitatorium: Reſponſorium: haleluiah. ꝛ hymn. a duobus cantari debeant: ſupra in ſuis locis aſſignatur.

¶ Feſtum dupl. fiat de proprio, vel de communi, ſicut ſuis locis ſignatur. Incipiatur autem in primis veſperis a capitulo, vel, ſi proprias antiphonas, ꝛ pſalmos habeat: ꝛ veſperę plenę de ipſo fiant, niſi aliunde propter feſtū pręcedens impediatur: prout in pręcedenti rubrica fuit dictum. Ad Magnific. ꝛ ad Bñs. Añę ante pſalmos: ꝛ poſt percantentur. Et ille, qui facit officium: ipſas incipiat: ꝛ reincipiat. Ad Magnificat, ꝛ in vtriſque veſperis thurificetur altare. Similiter ꝛ ad Benedictus: vbi poterit fieri bono modo. De hac aūt thurificatione in rubr. xxx. dicitur.

¶ Reſponſorium in vtriſq; veſperis: ꝛ nonum Reſponſorium ad matutinas, ꝛ Haleluia ad miſſam a quatuor cantari poterūt: pręcipue in magnis cōuentibus, ꝛ in maioribus feſtis, ſcilicet, totis duplicibus. In ſecundis veſperis dicantur quinque antiphonę ſup pſalmis. Cętera quę ad cantores ſpectant: quo ad feſta duplicia: ſupra in rubr. quinta ſunt ſignata. Similiter ꝛ de Haleluiah, dicendo ad reſpōſoria horarū, ꝛ ad Benedicamus, ſupra in ſuis locis ſunt dicta. Feſtum totum duplex celebre-

tur ſicut in ſuis locis ſignatur, ⁊ ea, quę iam ſupra de feſto duplici ſunt facta: cum maiori ſolennitate: in feſto toto duplici conſeruentur. Similiter ⁊ in quibuſcunque feſtis per ordinē aſcendendo: ſecundum quod feſtum maius fuerit: ſecundum hoc maior ſolennitas fiat, tam in cantu, quam in ornamentis miniſtrorum, ⁊ altaris.

¶ De octa. diuerſis. Rubr. xxx.

Pro clariori notitia dicendorum in hac rubrica, ⁊ in ceteris: ſcire neceſſe eſt differentiam octauarum: quoniam ex ignorantia huius diſtinctionis multa eſt confuſio in noſtro ordinali antiquo. Sunt ergo octauę in triplici differentia, omiſſa illa, quę vocatur octaua ſancti Andreę: quia illa proprie octaua non eſt, exceo, quod nunquā de ipſa fit plenum officium, ſed ſolum memoria. Primę ſunt octauę ſolenniſſimę, quę ſunt natiuitatis Chriſti. paſchę, ⁊ pentecoſtes: ſic, quod, ſi in craſtino S. Thomę dominica fuerit: illa, vt duplex ſeruabitur, ⁊ dicatur in maiori miſſa proſa. Letabundus. Secundę dicuntur ſolennes: ⁊ ſunt omnes illę: in quibus non dicuntur quindecim pſalmi: nec horę Beatę virginis, neque ſuffragia communia: vt ſunt omnes octauę virginis glorioſę, octauę Epiphanię, aſcenſionis domini: venerabilis ſacramenti, ⁊ Marię Magdalenę. Michaelis, omnium ſanctorum, ⁊ dedicationis eccleſię: ita tamen, quod in dominicis infra octauas: ⁊ in vltima die octauarum iſtarum trium ſequentium feſtiuitatum, ſcilicet venerabilis ſacramenti, aſſumptionis glorioſę virginis, ⁊ omnium ſanctorum, fiat, vt feſtum duplex. Legantur tamen in dominicis infra iſtas tres octauas homilię dominicales: non obſtante, quod ſeruentur, vt duplicia feſta. In reliquis autē huius ordinis octauis: dominicis infra octauas: ⁊ in vltimo die octauarum fiat, ſolum vt ſemiduplex. Feſta etiam cadentia infra octauas ſolennes tranſferantur in alium diem vacantem, niſi ſint feſta celebria patrię. A qua regula excipitur octauę dedicationis, quę quomodo ſeruanda ſit, vide in regulis generalibus. Tertię octauę ſunt communes: in quibus dicuntur quindecim pſalmi, ⁊ horę beatę virgi. ⁊ ſuffragia communia nō ferialia: vt ſunt octauę Trinitatis ⁊ ſancti Laurentij.

¶ Differentiam tamen harum octauarum communium: quo ad reſponſoria horarum dicēda cum Hal. ⁊ ſine Halleluiah, inuenies ſupra rubrica quartadecima. Cum ergo octauę ſolennes:

alicuius feſti occurrerint: τ alijs feſtiuitatibus non impedientibus poterunt celebrari ſubſcripto modo celebrentur: niſi aliud in ſuis locis ſignetur. Ad matut. inuitatorium: hymnus, vt in die: ſuper nouem pſalmis feſti prima antiphona primi nocturni. Verſus, τ tria reſponſoria ſecundum ordinem dierum, τ turbarum. Lectiones de ipſis feſtiuitatibus legantur. **Te Deum.** quotidie dicatur, niſi vigilia occurrerit: τ tunc loco eius vltimum Reſponſorium non reſumatur. Sacerdotalis verſus, vt in die. In laudibus ſuper pſalmis prima antiphona laudum, Capitulum, hymnus, verſus, vt in die. **Ad Benedictus.** Antiphona de nocturnis, prima omiſſa, niſi alię antiphonę ſint ad hoc aſſignatę. Oratio, τ horę, vt in die. Ad ſummam miſſam, Officium, vt in die ſine Proſa cum Kyrie eleiſon. **Gloria in excelſis.** ſicut in feſtis nouem lectionum. **Credo** ſingulis dieb[us] dicatur, quando officium eſt de octauis. Per octauas autem communes fiat, vt prędictum eſt: excepto quod dicatur. **Kyrie el.** τ **Gloria in excelſis:** ſicut per octauas communes ſignatur. Quando autem. **Credo.** dici debeat in eiuſmodi octauis communibus: infra rubrica trigeſimaoctaua inuenies aſſignatum,

Ad veſperas ſuper pſalmis de ſecundis veſperis feſti prima Antiphona laudum. Capitulum: Hymnus verſus, vt in die. **Ad Magnificat.** Antiphonę de Nocturnis, niſi alię proprię aſſignentur. Completorium, vt in die. Dominica infra octauas. **Sabbatho ad Veſperas** ſuper pſalmis de ſecundis veſperis feſti prima Antiphona laudum. Capitulum. Reſponſorium, hymnus, Verſus Antiphona. Ad Magnificat, vt in primis veſperis feſti. Oratio, τ completorium, vt in die. **Ad Matutinas** inuitatorium: hymnus: Antiphone: Pſalmi: Verſus τ Reſponſoria, ſicut in die. Lectiones ſex de ipſa feſtiuitate legantur, tres de expoſitione Euangelij dominicalis. In laudibus Antiphonę quinque cum pſalmis. Capitulum hymnus: verſus: antiphona ad Benedictus: τ oratio, vt in die. Miſſa matutinalis de dominica. Maior miſſa, ſicut in die, cum proſa. Ad horas: τ ad veſperas, vt in die: niſi, quod ad veſperas ſolum prima antiphona laudum dicatur ſuper Pſalmis: τ non dicatur reſponſorium: pręter illas dominicas: quę ſuperius ſūt ſignatę, vt duplicia feſta: quia tunc quinque Añę laudum ad veſperas dicuntur ſuper Pſalmis, τ ſimiliter Reſponſorium.

In octaua die feſti ad primas ve ſpe. ſuper pſal. de oct. j. aña. lau. Cetera, vt in j. veſp. feſti. Ad matutinas, vt in die. Sed, ſi dñica fuerit, homilia legatur de dominica: horę, vt in die: ſimiliter & Miſſa cum proſa in oct. ſolennibus. In octauis autem cõibus proſa in miſſa nõ dicat, q̃ tales ad modũ feſti ix. lec. celebrãtur.

¶ Ad ij. veſpe. j. aña lau. ſuper pſalmis: excipiũtur tres octauę ſuperius nominatę: quę, vt duplicia feſta ſeruantur: in quibus quinq̃ añę lau. & hymn dicunt. Cap. hym. ℣. ad Mag. antiphona, & oratio, vt in feſto.

¶ De feſtiuitatibus, & trãſlationib⁹ extraordinarijs. Rub. xxxj.

Feſtiuitates ſanctorũ: quę ſolẽnes habentur in locis, in quibus fratres commorantur: poſſunt ab eis ſolenniter celebrari: & cantari eorũ hiſtorię & legendę legi: licet in ordinali: vel calendario ordinis non ſint ſcriptę: quorum tamen legendę, vel hiſtorię non ſunt in legẽdis: & añarijs ordinis: nec orationes: vel officia in miſſalibus, nõ ſunt inter alia inferenda: ſed in fine librorum poni poterunt: vel in quaternis ſeorſum haberi. In martyrologio vero talium ſanctorũ nomina: niſi alias ibi fuerint, i margine ſuo loco ponant.

¶ Notandũ quoq̃, q̃, licet in rubricis ſupra poſitis de in anno, & tranſlatione feſtiuitatum: certus modus celebrandi, & tranſferẽdi feſtiuitates ſit poſitus: ſi tñ in aliquo loco pręcipue ſolenni: ſm conſuetudinẽ cõem totius villę, vel diœceſis feſta aliqua maiora: ſicut eſt feſtum ſancti Andreę: ſancti Nicolai: Thomę: cõceptionis: purificationis: & annũciationis beatę Virginis: Marci, & conſimilia: vel nullo modo: vel forſitan aliter transferẽtur: quam ſupra ſit poſitum: ſic, q̃ cõuenienter modus ſupradictus obſeruari non poſſit: tunc in celebrando: & transferendo hęc feſta: modus loci teneri poterit: & idem fiat de feſtis venientibus in die cinerum, & de officio animarum: quando in dominica venerit: & in conſimilibus.

¶ Ubi tamen modus ſupradictus conuenienter obſeruari poterit: ibi ab omnibus conuentibus vniformiter obſeruetur.

¶ De homilijs concurrentibus. Rub. xxxij.

Quando feſtũ ix. lectionũ: quod nec eſt duplex, nec proprium habens euangeliũ in aliqua dñica habente proprium euangelium celebratur: homilia de dñica pronũcietur ad matu. & homilia de feſto omittatur.

¶ Quãdo vero feſtum duplex: aut totũ duplex: aut etiã aliud feſtum habens proprium euangelium in tali dñica celebratur:

homilia

homilia de feſto pronuncietur: ⁊ homilia de dominica legatur aliqua die per hebdomadam: in qua tamen nulla memoria fiat de dominica: nec de ea miſſa celebretur: niſi alias in tali feria de dominica eſſet celebrandū. Excipiũtur ab hac regula dominicę venientes infra octauas venerabilis ſacramēti: aſſumptionis glorioſę virginis: ⁊ omnium ſanctorum: quę, quamuis, vt duplicia, ſeruētur: vt ſupradictum eſt: euangelia tamen de dominicis in ipſis pronunciantur.

¶ Sunt autem pręter feſta duplicia: ⁊ tota duplicia illa feſta, quę habent propria euangelia: hęc, quę ſequuntur: videlicet ſancti Johannis ante portã Latinam: octaua apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli: Marthę virginis: Petri ad vincula. ⁊ decollationis beati Johannis Baptiſtę. Lect. de Homel. in tota xl. legantur; ſed quando fit de ſanctis, qui proprias lec. habent vij. erit de Homil. xl. alię de propria legenda ſanct. ſolo feſto annunciationis excepto, in quo homilia feſti eſt legenda: ⁊ homilia xl. illo anno omittenda. Quando vero vigilia alicuius ſancti in dominica euenerit: homilia de vigilia cum eius miſſa in pręcedenti ſabbato dicatur. Et, ſi tũc ſit feſtum trium lectionū, de ipſis fiet tantum memoria. Si autem feſtum ſanctorum Philippi, ⁊ Jacobi in dominica quinta poſt paſcha euenerit: euangeliũ dominicę dicatur feria ſexta pręcedente.

¶ Sed, ſi feſtum inuentionis ſanctę crucis, vel ſancti Angeli in eadem dominica quinta euenerit: euangelium dominicę pronuncietur ſabbato pręcedente. Si vero predictum feſtum: ſcilicet Apoſtolorum Philippi, ⁊ Jacobi vel inuentionis ſanctę Crucis: vel ſancti Johannis ante portam Latinam feria ſecunda in rogationibus euenerit, feria tertia pronũcietur euãgelium **Quis veſtrum habebit amicum.** Sed, ſi feſtum ſancti Angeli in ſecunda feria rogationum euenerit: euangelium **Quis veſtrum.** dicatur ſuo die, ⁊ homilia de ſancto Angelo hoc anno omittatur. Et, ſi aliquod eorum in vigilia aſcenſionis euenerit: euangelium **Subleuatis Jeſus.** pronuncietur in feria tertia pręcedente. Sed, ſi alia feſta in predictis diebus euenerint, euangelium de rogationibus in ipſis dicatur.

¶ Dũ vero vigilia beati Matthei in ieiunijs quatuor temporum euenerit: homilia de vigilia illo anno omittatur: ⁊ prima miſſa de vigilia cantetur. Si autem feſtum ſancti Mathei vel octaua natiuitatis beatę virginis

nis in ipſis vigilijs euenerit, homilia fit de feſto. ⁊ homilia de ieiunio ſecunda, tertia, vel quinta feria legatur. Sed, ſi feſtum ſancti Maurity in prędictis ieiunijs euenerit ſ' homilia de ieiunio pronuncietur.

¶ Rubricę de diuino officio ordinatę in capitulo generali celebrato in monte Peſſulano anno domini. 1360.

Ordinamus autem; quod in aduētu fiat de beata virgine ſemel in hebdomada: excepta vltima ſeptimana propter laudes proprias feriarum: ⁊ fiat officium de Annunciatione: ſic tamen, quod ad matu. dicatur ſemper antiphona. **Aue ſtella matutina.** ⁊ ad j. veſper. **Aue regina cęlorum.** Euangelium. **Miſſus eſt.**

¶ Ad horas antiphonę de laudibus. Cap. ℟. ℣. ſicut ad alias horas quotidianas dominę noſtrę in aduentu. Et eadem commemoratio beatę virginis fiat feria tertia in Rogationibus dicendo officium aſſumptionis, vt in ordinale dicitur.

¶ Feria ſexta de ſancto Eligio epiſcopo, ꝛ confeſ. ix. lect. Ad matutinas memoria de octaua. Ad ſecundas veſperas totū de ſancto Eligio. Memoria de beata virgine. Memoria de octaua.

¶ Sabbato de beata virgine ad ſecundas veſperas, ſicut in primo ſabbato aduentus. memoria de octa. Ambulans Jeſus.

¶ Dominica prima aduentus, ſicut ſignatur. Ad matut. memoria de octaua. Ad ſecundas veſperas memo. de ſancta Barbara: ꝛ memoria de octaua.

¶ Feria ij. de ſancta Barbara virg. ꝛ mart ix. lect. Ad matutinas memo. de aduen. Angelus dñi. Oratio dominicalis. Memoria de octaua. Ad ſecundas veſperas memoria de aduentu: Jeruſalem reſpice. Oratio dominicalis. Memo. de octa. Memoria de ſancto Sabba abbate.

¶ Feria tertia de tempore. Rn Alieni, quod ſignatur feria ij. ꝛ cetera duo de ſecundo nocturno

dominicę primę. In laud. Rorate. ⁊ cęterę, quę ſignantur feria iij. vltimę hebdomadę ad Bñs. Tu Bethlehem. Oratio dominicalis. memoria de oct. memo. de ſancto Sabba abba. Ad veſpe. Cap. ⁊, quę ſequũtur, de ſancto Nicolao, memoria de aduentu. Quęrite dominum. Oratio dominicalis. memoria de octa.

Feria quarta de ſancto Nicolao epiſcopo, ⁊ confeſſorę. Ad matutinas memoria de aduentu. De Sion. Oratio dominicalis. memoria de octa. Ad ſecundas veſpe. memo. de aduentu. Veniet fortior. Oratio dominicalis. memoria de octa. Ambulans. Oratio. Protegat.

Feria quinta de ſancto Ambroſio dupl. epiſc. ⁊ confeſſ. duplex, memoria de aduentu ad Benedictus Bethlehem. Oratio dominicalis. memoria de octaua. Lux perueniſſet. Oratio. Protegat. Ad veſperas antiphonę, ⁊ pſalmi. ⁊c. totum de conceptione beatę Marię virginis memoria de aduentu. Expectabo. Oratio dominicalis.

Feria ſexta de conceptione totũ duplex. Ad matu. memo. de aduen. Ecce veniet. Oratio dominicalis. Ad ſecundas veſpe. memoria de aduentu. Ex Ægypto. Oratio dominicalis.

Sabbato de oct. Ad mat. mem. de aduen. Sion noli. Oratio dominicalis. Ad veſpe. añs. Benedict⁹. ⁊ cęt. vt in ii. ſabb. aduen. memo. de octa. conceptionis.

¶ Dominica ſecunda de tempore, ſicut eſt. Ad matutinas memoria de octa. Ad ſecundas veſpe. tantum memoria de octaua.

Feria ſecunda de tempore. R. Hieruſalem cito. ⁊c. In laudibus Ecce veniet, ⁊ cęterę, quę ſignantur feria ſecunda vltimę hebdomadę; ad quam feſtum ſancti Lazari transfertur. Ad Benedictus. De cęlo. Oratio dominicalis. memoria de octa. Ad veſpe. añę, pſalmi. ⁊ cęt de octaua. memoria de aduentu. Ecce rex. Oratio dominicalis.

Feria tertia de octaua. Ad matutinas memoria de aduentu. Super te. Oratio dominicalis. Ad veſpe. memo. de aduentu. Vox clamãtis. Oratio dñicalis.

Feria quarta de octaua. Ad matutinas memoria de aduen. Ecce ego. Oratio dominicalis. Ad veſperas memoria de aduentu. Ecce ancilla, propter antiphonã. O clauis Dauid, in veſperis ferię quartę quatuor temporũ. Oratio dominicalis.

Feria quinta de tempore. R. Egredietur, ⁊ cętera duo. In laudibus. De Sion. propter feſtum ſancti Thomę. quod eſt in quinta feria vltimę hebdomadę. Ad benedictus antiphona. Bethlehem. Oratio dominica-

rio. memoria de octa. Ad veſpe. memoria de aduentu. Qui poſt. Oratio dominicalis.

Feria ſexta de vltima die octauarum ſemiduplex. Ad matutinas memoria de aduentu. Dicite puſillanimis. Oratio dominicalis. Ad veſperas memoria de ſancta Lucia: et memoria de aduentu. Cantate. Oratio dominicalis.

Sabbato de ſancta Lucia virgine, et martyre nouem lectiones. Ad matutinas memoria de aduentu. Leuabit dominus. Oratio dominicalis. Ad ſecundas veſperas. Benedictus: et cet. vt in tertio ſabbato aduẽtus. Memoria de ſancta Lucia virgine, et martyre.

¶ Dominica tertia de tẽpore, ſicut eſt. ad ſecundas veſp. ſuper Magnificat. O ſapientia. memoria de ſancto Lazaro.

Feria ſecunda de ſancto Lazaro epiſcopo, et mart. nouem lec. ad matutinas memoria de aduentu. Egredietur, et ſignatur ad veſperas feria ſecũda vltimę hebdomadę. Oratio dominicalis. Ad ſecundas veſperas memoria de aduentu. O Adonai. Oratio dominicalis.

Feria tertia de tempore. Euangelium Miſerunt Iudęi. Reſponſoria de tertio nocturno quartę dominicę. In laudibus. Canite, et cęte. Capit. Gaudete, Ad Benedict⁹. Quomodo fiet. oratio. etc. vſque ad veſperas, ſicut ſignatur in dominica quarta. Ad veſperas memoria de aduentu. O radix. Oratio dominicalis tertię dominicę.

Feria quarta de tempore, ſicut ſignatur in quatuor tẽporibus. Ad veſperas Capitulum, et, quę ſequuntur, de ſancto Thoma, memoria de aduentu. O clauis. Oratio. Gratię tuę.

Feria quinta de ſancto Thoma apoſtolo duplex. Memo. de aduen. Nolite timere. Oratio dominicalis. Ad ſecundas veſpe. memoria de aduentu. O oriens. Oratio dominicalis.

Feria ſexta de tempore. ſicut feria ſexta quatuor tẽporum. Ad veſp. ad Magnificat. O rex gentiũ. Oratio ſicut ad matutinas.

Sabbato de tẽpore, ſicut ſignatur in quatuor temporibus. Ad veſp. ſicut in quarto ſabbato aduentus. Ad Mag. O Emmanuel. Oratio dominicalis.

¶ Dominica quarta de tẽpore. Ad matutinas Inuitatorium. Hodie ſcietis. In primo, et ſecundo nocturno omnia de dominica: Sed in tertio nocturno ſolum antiphonę, et pſalmi de dominica, reliqua omnia, vt in vigilia natiuitatis domini, ſine memoria de dominica. Et ſine, Gloria in excelſis in miſſa, Credo, tamen dicitur.

In anno, quo natiuitas domini feria tertia euenerit: Añę de laudib. ſcilicet Regnaum pronuncient ſeptima Octobris: ⁊ ſunt in aduentu tres ſeptimanę, ⁊ duo dies. Cõmemoratio reſurrectionis dominicę agetur hoc anno ſeptimo calendas Decēbris, ſcilicet, in die ſanctę Catharinę, cuius feſtum in craſtinum transfertur. Ad primas veſp. añã, ⁊ pſalmus. Benedictus, ⁊ cętera de reſurrectione. Memoria de ſancto Chryſogono. Et memoria de ſancto Petro epiſcopo, ⁊ martyre.

¶ **Dominica die feſtum dupl.** totum officium, vt ſignatur in rubrica xxiij. Ad matutinas memoria de ſancto Petro epiſcopo, ⁊ martyre. Ad ſecundas veſpe. añę, ⁊ pſalmi de commemoratione. Capitulum, ⁊, quę ſequuntur, de ſancta Catharina. memoria de reſurrectione.

¶ **Feria ſecunda de ſancta Catharina virgine, ⁊ martyre** dup. Ad ſecundas veſperas memoria de ſancto Lino.

¶ **Feria tertia de ſancto Lino papa, ⁊ martyre,** nouem lectiones, Ad ſecundas veſperas memoria de beata virgine.

¶ **Feria quarta de beata virg.** Ad ſecundas veſperas memoria de ſancto Saturnino.

¶ **Feria quinta de ſancto Saturnino epiſcopo, ⁊ martyre** nouem lect. Homilia de vig. ſancti Andreę. ad ſecundas veſperas Capitulum, ⁊, quę ſequuntur, de ſancto Andrea. Memoria de ſancto Saturnino.

¶ **Feria ſexta de ſancto Andrea duplex** ad ſecundas veſpe. memoria de ſancto Eligio.

¶ **Sabbato de ſancto Eligio epiſcopo, ⁊ confeſſore** ix. lec. Ad matutinas memoria de octauis. Ad ſecundas veſperas omnia, ſicut in primo ſabbato aduentus. memoria de ſancto Eligio, ⁊ memoria de octauis.

¶ **Dominica prima aduentus de tempore, ſicut eſt.** Ad matutinas memo. de octauis. Ad ij. veſpe. Memoria de octauis.

¶ **Feria ſecunda de tempore.** ℟. Alieni, Et duo de primo nocturno dominicę tertię. In laudibus. Ecce veniet, ⁊ cętera propter feſtum ſancti Lazari. ad Benedictus. Angelus domini. Oratio dominicalis. Memoria de octauis ad veſperas. Capitulum, ⁊, quę ſequuntur, de ſancta Barbara. memoria de aduentu. Jeruſalem reſpice. Oratio dominicalis. memoria de octa.

¶ **Feria tertia de ſancta Barbara virgine, ⁊ martyre** nouem lectiones. Ad matutinas memoria de aduentu. Antequam. Oratio dominicalis, memoria de octauis. Ad veſperas ſecundas. Capitulum, ⁊, quę ſequuntur,

de beata virgine. Memoria de ſancta Barbara. memo. de aduen. Querite dominum. Oratio dominicalis. memoria de octa. memo. de ſancto Sabba abbate.

¶ Feria quarta de beata virg. Ad matutinas memoria de aduentu. De Sion. Oratio dominicalis. memoria de octa. memoria de ſancto Sabba abbate. Ad ſecundas veſpe. Capitulum, et, que ſequuntur, de ſancto Nicolao. memoria de beata virgine. Memoria de aduentu. Veniet fortior. Oratio dominicalis. memoria de octa.

¶ Feria quinta de ſancto Nicolao epiſcopo, et cõfeſſore dup. memoria de aduentu. Benedicta tu. Oratio dominicalis. memoria de octauis. Ad ſecundas veſperas memoria de aduentu. Expectabo. Oratio dominicalis. Memoria de octauis. Ambulans. Oratio. Protegat.

Feria ſexta de ſancto Ambroſio dup. memoria de octauis. Cum perueniſſet. Oratio. Protegat. Ad veſpe. antiphone, et pſalmi. et cetera de conceptione beate Marie virginis. Memoria de aduentu. Ex Aegypto. Oratio dominicalis.

¶ Sabbato de conceptione totum dup. Ad matutinas. Memoria de aduentu. Sion noli. Oratio dominicalis ad veſpe. totum de Conceptione, memo. Veni domine. Oratio. Excita domine, vt in ſabbato ſecundo.

¶ Dominica ſecunda de tempore ſicut iacet. Ad matutinas memoria de octauis. Ad veſpe. memoria tantum de octauis.

¶ Feria ſecunda de oct. Ad matutinas memoria de aduentu. De celo veniet. Oratio dominicalis. ad veſperas memoria de Aduentu. Super te. Oratio dominicalis. ad veſperas. memoria de aduentu Vox clamantis. Oratio dominicalis.

¶ Feria quarta de octauis. Ad matutinas memoria de aduentu. Ecce ego. Oratio dominicalis. Ad veſperas. Capitulum, et que ſequuntur de ſancta Lucia. memoria de octauis. memoria de aduentu. Ecce ancilla, propter antiphonam. O radix. Oratio dominicalis.

¶ Feria quinta de ſancta Lucia virgine, et martyre nouem lectiones. memoria de octauis. memoria de aduentu. Tu es, qui. Oratio dominicalis. Ad veſperas Capitulum, et, que ſequuntur, de octauis. memoria de ſancta Lucia. memoria de aduentu. Qui poſt me. Oratio dominicalis.

¶ Feria ſexta de tempore. ℟. Emitte, etc. In laudibus au tem. Conſtantes etc. propter feſtum ſancti Thome. Ad benedictus. Ex quo propter antiphonam.

Nolite. Oratio dominicalis. memoria de octaua conceptionis. Ad veſperas, memoria de aduentu. Cantate domino. Oratio dominicalis.

Sabbato de vltimo die octauarum ſemidup. Ad matu. memoria de aduentu. Leuabit dominus. Oratio dominicalis. Ad veſpe. antiphone, et pſalmi, et cetera, que ſequuntur, totum, vt in tertio Sabbato aduentus. memoria de octaua.

¶ **Dominica tertia de tempore,** ſicut iacet. Ad veſperas memoria de ſancto Lazaro.

Feria ſecunda de ſancto Lazaro epiſcopo, et martyr. ix. lect. Ad matutinas memoria de aduentu. Egredietur, que ſignatur ad veſpe. vltime hebdomade. Oratio dominicalis. Ad veſpe. memoria de aduentu. O ſapientia. Oratio dominicalis.

Feria tertia de tempore. R. Suſcipe. et cet. In laudibus Rorate. et cet. ad Benedictus. In Bethlehem. Oratio dominicalis. ad veſpe. ad Magni. O Adonai. Oratio dominicalis.

Feria quarta de tẽpore omnia, ſicut ſignantur in quattuor temporibus. ad veſperas ad Mag. O radix. Oratio. Gratie tue.

Feria quinta de tempore. R. [illegible]tur Dominus. Exurgens Maria, propter feſtũ ſancti Thome, quod erit in craſtino. R. Egredietur et c. In laud. de Sion. ad Benedictus. Bethlehem. Oratio dominicalis. ad veſp. Cap. et, que ſequuntur, de ſancto Thoma. Memo. de aduentu. O clauis. Oratio dominicalis.

Feria ſexta de ſancto Thoma apoſtolo dupl. ad matutinas memoria de aduentu. Nolite timere. Oratio de ieiunio, ſcilicet, Excita queſumus. Ad veſpe. omnia de ſancto Thoma. memoria de aduentu. O oriens. Oratio de ieiunio, ſicut ad matuti.

Sabbato de tempore omnia, ſicut in quattuor tẽporibus ſignatum. Ad veſperas, vt in quarto ſabbato aduentus. ad Magnificat antiphona. O rex gentium.

¶ **Dominica quarta de tpe**, ſicut iacet ad ij. veſ. aña. ad Mag. O Emmanuel. Oratio ad mat. Hic finiatur offm̃ defunctorum cum nouem lectionibus.

Feria ij. totũ ſicut in vig. nat. dñi.

In anno, quo natiu. domini. **Feria iiij.** euenerit, Añe de laud. Regnauit pronuncientur. 20. Octo. et ſunt in aduentu tres ſeptimane, et tres dies. Commemoratio dominice reſurrectionis hoc anno agetur octauo Calẽdas Decembris, ſcilicet, in die ſancti Chryſogoni. Ad primas veſp. aña. Benedictus. ps. Ipſe. Capitulum, et, que ſequuntur, de commemoratione. memoria de ſancto Clemente.

¶ Domi-

¶ **Dominica die** de reſurrectio-nis dñice commemoratione, vt ſignatur rubrica xxiij. ad ij. veſ. añę ⁊ pſalmi de commemoratio-ne. Capitulum, ⁊ quę ſequũtur, de ſancta Catharina. memor. de reſurrectione, ⁊ memoria de ſan-cto Petro epiſcopo, ⁊ martyre.

Feria ſecunda de ſancta Catha-ria virgine, ⁊ martyre duplex. ad matutinas mem. de ſancto Pe-tro epiſcopo, ⁊ marty. ad ſecun-das veſp. mem. de ſancto Lino.

Feria tertia de ſancto Lino Pa-pa, ⁊ martyre ix. lect. Ad ij. veſp. memo. de ſancto Chryſogono.

Feria quarta de ſancto Chryſo-gono mart. ix. lect. Ad ij. veſper. totum de ſancto Chryſogono, memo. de beata virg. ad ij. veſp. añę, ⁊ pſalmi de beata virg. Capi-tulum, ⁊ quę ſequuntur, de ſctõ Saturnino. mem. de beata virg.

Feria ſexta de ſancto Saturnino epo, ⁊ mart. ix. lectio. Et legatur Dom. de vig. Ad ij. veſp. Capitu-lum, ⁊ quę ſequuntur, de ſancto Andrea. me de ſctõ Saturnino.

Sabbato de ſãcto Andrea apo-ſtolo dup. ad ij. veſp. añę, ⁊ pſal-mi de ſctõ Andrea. Capitulũ, ⁊, quę ſequũtur, ſicut in primo ſab-bato adu, mem. de ſctõ Andrea.

¶ **Dñica j. Aduent** ſicut eſt, ad matu. mem. de octa. ad ij. veſpe. me. de ſctõ Eligio. Et me. de oct.

Feria ij. de ſctõ Eligio epo, ⁊ cõf. ix. lec. ad mat. mem. de Aduen. Angelus dñi. Oro dñicalis. Et mem. de oct. ad ij. veſp. oia de feſto mem. de aduent. Jeruſalem reſpi-ce. Oratio dñicalis. mem. de oct.

Feria iij. de tpe. ℟. Aliení, quod ſignatur fer. ij. Et duo ℟ia de ij. noct. dñice primę. In laud. Rora-te. ⁊c. pp feſtum ſancti Lazari quõ erit fer. iij. ad Bñe. Cu Bethe-lẽ. Oro dñicalis. mem. de oct. Ad veſp. Cap. ⁊, quę ſequuntur, de ſancta Barbara mem. de aduen. Quęrite dominum. Oratio do-minicalis. memoria de octaua.

¶ **Feria iiij. de ſancta Barbara virg. ⁊ mar** ix. lec. mem. de aduẽ. De Sion. Oratio dñicalis. mem. de oct. Ad ij. veſp. Cap. ⁊, quę ſe-quuntur, de bta virg. memo. de ſancta Barbara. mem. de aduẽ. Veniet fortior. Oratio dominica-lis memoria de octauis memor. de ſancto Saba Abbate.

¶ **Fer. v. de beata virg.** Ad mat. mem. de aduent. Benedicta tu. dñicalis. memo de oct. memo. de ſctõ Saba Abbate Ad ij. veſp. Cap. ⁊, quę ſequuntur, de ſctõ Nicolao mem. de beata virgine. mem. de aduen. Expectabo. Oro dominicalis. memo. de octauis.

¶ **Fer. vj. de ſctõ Nicolao epo, ⁊ confeſſ.** dup. Ad matu. memo de aduen. Ecce veniet. Oro dñica-lis. memo. de octa. Ad ij. veſper. memo. de aduent. Ex Aegypto. Oro dñicalis memo. de octauis. Ambulans. Oratio. Protegat.

¶ **Sabbato de tpe** ꝛ feſtū ſancti Ambroſij hoc anno transferat in fer. iij. ſequētis hebdomadę. ℟. Paratus. ꝛc. In lau. Intuemini, ꝛ cęterę pp feſtū ſancti Thomę. Ad Bñs Ois vallis, ppter aūam. Nolite. Oratio dñicalis mem. de octa. Cum peruenifſet. Oio. Protegat Ad veſp. oīa de conceptione btē virg. memor. de aduē. Veni dñe Oio. Excita dñe.

¶ **Dñica ij. oia de conceptione** ſoiū dup. Ad mat. mem. de dñica. Super ſolium. Oio dñicalis. Ad ij. veſpe. mem. de aduentu. Beata cūbratione dominicali.

¶ **Feria ij. de tpe** Legatur homilia dñicę ſecundę Pia de j noct. dñicę ſecundę. In laud. Ecce in nubibus, ꝛ cęterę cum pſalmis ferialibus. Cap Quęcunq; ſcripta ſunt. Ad Bñs. De cęlo. Oratio dñicalis. meme de octa. Ad veſp. oia de oct. mem. de aduen. Ecce rex. Oratio dominicalis.

Feria tertia de ſancto Ambroſio dup Ad mat meme. de octa. ꝛ de aduentu. Super te. Oratio dominicalis. Ad veſperas memoria de aduentu Vox clamantis. Oratio dominicalis.

¶ **Feria quarta de octauis** Ad mat. mem. de aduent Ecce ego. Oratio dominicalis. Ad veſper. ad memoriam de aduentu. Ecce ancilla, propter antiphonam O Adonai. Oratio dominicalis.

¶ **Feria v. de oct.** Ad mat. me. de aduen. Tu es, qui. Oratio dñicalis Ad veſp. memo. de aduentu. Qui poſt me. Oio dominicalis.

¶ **Feria vi. de octa.** Ad matuti. mem. de aduen. Dicite puſillanimis Oratio dominicalis. Ad veſperas memor. de aduentu. Cantate dño Oratio dominicalis.

¶ **Sabbato de vii. die octa.** ſemiduplex. Ad mat. mem. de aduē. Ecce abit dñs. Oratio dominicalis. Ad ij. veſp omnia, ſicut in tertio ſabbatho aduentus, memoria tantum de octauis.

¶ **Dñica iij. de tpe.** Ad mat. memo. de oct. Ad ij. veſp. memo. de ſancta Lucia memo de octauis.

¶ **Feria ij. de ſancta Lucia virg. ꝛ mart.** ix. lect. Ad mat. mem. de aduent. Dicit dñs. Oratio dñicalis. Ad ij. veſpe. memo. de ſancto Lazaro, memo. de aduent. Beatam me dicent. Oratio dñicalis.

¶ **Fer. iii. de ſancto Lazaro epo, ꝛ mar** ix. lect. Ad mat. mem. de aduent. Conſurge. Oio dñicalis. Ad ij. veſp. mem. de aduentu. O ſapientia. Oratio dominicalis.

¶ **Fer. iiii. de tpe** ſicut eſt in quatuor tpibus Ad veſ. Ad Mag. O Adonai. Oio. Dñę tuę. ꝛ cęte.

¶ **Feria v. de tempore.** Et legatur Euangelium. Anno xv. ℟. Egredietur, ꝛ cętera. In laud. De Sion, ꝛ cęterę ad Benedictus, Bethlehem. Oratio dominicalis Ad veſpe. ad Magnificat. O radix. Oratio dominicalis.

Feria

¶ Feria vj. de tempore, ſicut eſt in quatuor tẽporibus. Ad veſp. Cap. ꝛ, quę ſequuntur, de ſancto Thoma, mem. de aduent. O clamis. Oratio, ſicut ad matutin.

¶ Sabbato de ſancto Thoma apoſtolo dup. ad mat. memo. de aduen. Nolite timere. Oratio de ieiunio. Deus, qui conſpicis. Ad ij. veſp. omnia de ſancto Thoma Memo. de aduentu. O oriens. Oratio. Excita domine: ꝛ cęter.

¶ Dominica iiij. de tẽpore, ſicut eſt. ad ij veſp. ad Magni. O rex gentium. Oratio, vt ſupra.

¶ Feria ij de tpe Fia de j. noct. quartę dñicę. In laudib. Ecce veniet, ꝛ cęter. ad Benedictus. Egredietur, ꝛ ſignatur ad veſp. Oratio dñicalis. ad veſp. ad Magnific. O Emmanuel. Oratio dominicalis. Hic finiatur officiũ defunctorum cum ix. lectio.

¶ Feria iij omnia, ſicut ſignantur in vigilia natiuitatis dñi.

In anno, quo natiuitas dñi. ¶ Feria v euenerit. Añę de aud ſ. magnũ, pronunciẽtur in die ſancti Theodori, quę eſt. 9. Nouemb. ꝛ ſunt in aduen tres ſeptimanę, ꝛ quatuor dies. Com memo. dñicę reſurrectionis hoc anno agetur ix. Kal. Decemb. ſ. in die ſancti Clementis. In primis veſp. Benedictus, ꝛ cętera omnia de reſurrectionis comme memora tione. memor. de ſancta Cęcilia: Feſtum ſancti Clemẽtis transferatur in v. fer. ſequentẽ.

¶ Dñica die omnia de comme moratione. Ad ſecũdas veſpe. memo. de ſancto Chryſogono.

¶ Feria ij. de ſancto Chryſogono marty. ix. lect. Ad ij. veſpe. Cap. ꝛ quę, ſequuntur, de ſancta Chatharina, memo. de ſancto Chryſogono memoria de ſancto Petro Epiſcopo, ꝛ martyre.

¶ Fer. iij. de ſancta Chatharina virg. ꝛ mary. duplex. Ad matut. memo. de ſancto Petro. Ad ij. veſpe. memo. de ſancto Lino.

¶ Feria iiij. de ſancto Lino papa, ꝛ martyre ix. lect. Ad ij. veſp. memo. prout occurrerit.

¶ Feria v. de ſancto Clemente martyre ix. lect. ad ij. veſpe. memoria de beata virgine.

¶ Feria vj. de beata virg. ad veſ. ij. Cap. ꝛ quę ſequuntur, de ſctõ Saturnino. memo. de btã virg.

¶ Sabbato de ſancto Saturnino epo, ꝛ marty. ix. lect. Et legatur Euang. de vigil. ad ij. veſpe. omnia, ſicut. in primo ſabbato aduẽ. mem. de ſctõ Saturnino.

¶ Dominica prima aduentus omnia de tempore. Ad ſecũdas veſperas Capitulum, ꝛ, quę ſequuntur, De ſancto Andrea: memoria de Dominica.

¶ Feria ſecunda de ſancto Andrea Apoſtolo duplex Ad matutinas memoria de aduentu. Angelus domini. Oratio dominicalis. Ad ſecundas veſperas mem.

mem. de ſcō Eligio, ⁊ mem. de aduēt. Jerl'm reſpice. Oro dñicalis.

¶ Fer. iij de ſancto Eligio epo, ⁊ confeſſ. ix. lect. Ad mat. mem. de aduent. Antequā conuenirent. Oratio dñicalis, ⁊ mem. de octa. Ad ij. veſp. mem. de ſancto Clemente memo de aduen. Aperite dominum Oratio dominicalis. memoria de octauis.

¶ Fer. iiij. prout ipſis dictauerit. ad mat. mem. de aduen. De Siō. Oratio dñicalis. mem. de oct. Ad ij. veſp. mem de ſancta Barbara mem. de aduentu Veniet fortior. Oro dñicalis. Mem. de octauis.

¶ Fer. v. de ſancta Barbara virgine, ⁊ mar. ix. lect. memo de aduent. Benedicta tu. Oro dñicalis. mem. de oct. Ad ij veſ. mem. tm̄ de beata virg mem. de aduen. Expectabo. Oro dñicalis. me. de oct. mem. de ſancto Sabba abba.

¶ Fer. vj. de beata virg. Ad mat. Mem. de adu. Ecce ven et Oro dñicalis. mem. de oct. mem de ſcō Sabba Abbate. Ad ij veſ. Cap. ⁊, que ſequuntur de ſancto Nicolao memo. de beata virg mem. de aduentu. Ex Aegypto. Oratio dominicalis memo. de octauis.

¶ Sabbato de ſancto Nicolao epo, ⁊ confe. dup. Ad mat. mem. de aduen. Sion noli Oratio dñicalis mem. de oct. Ad ij. veſp. oīa plene erūt de feſto. Mem. tm̄ de aduen. non obſtante, q͏ dñica ij. veſperis carebit memo. de octa. Ambulans. Oratio. Protegat.

¶ Dñica ij. de tpe ſicut eſt. ⁊ feſtum ſancti Ambroſii transferatur, in fer. iij. ſequentē. Ad mat. mem. de octa. Cum perueniſſet. Oratio. Protegat. Ad ij. veſper. añe, ⁊ pſalmi, ⁊ cet. ſiāt de conceptione virg. mem. tm̄ de dominica.

¶ Feria ij de conceptione totum dup Ad mat. memo. de aduent. De celo Oratio dñicalis. Ad ij. veſperas memoria de ſancto Ambroſio, ⁊ de Aduentu. Ecce rex. Oratio dominicalis.

¶ Fer. iij. de ſcō Ambroſio dup. mem de oct. ⁊ de aduent. Super te. Oratio dñicalis. Ad veſ. me. de octau. ⁊ aduen. Vox clamantis. Oratio dominicalis.

¶ Feria iiij. de oct. Ad matu. me. de aduent. Ecce ego. Oratio dñicalis. Ad veſp. mem. de aduent. Ecce ancilla, propter añam. O ſapientia. Oratio dominicalis.

¶ Fer. v. de tpe, propter feſtū ſcti Lazari, quod transfertur in fer. v. ſequentem Oña. Egredietur. ⁊c. In laud. De Sion. ⁊c. Ad Benedictus. Tu es, qui. Oratio dominicalis. mem. de oct. Ad veſp. omnia de oct. mem. de aduc. Qui poſt me. Oratio dominicalis.

¶ Fer. vi de oct Ad mat. mem. de aduentu. Dicite puſillanimis. Oratio dominicalis. Ad veſper. memo. de aduentu. Cantate domino. Oratio dominicalis.

¶ Sabbato de vlt. die octauarum ſemi-

ſemidup. mem. Ad mat. memo. de aduent. Leuabit dñs. Oratio dñicalis. Ad ii. veſp. añę, ⁊ pſal. de oct. Cap. ⁊, quę ſequuntur, vt in tertio ſabb. aduc. mem. de oct.

¶ Dnica iii. de tpe, ſicut eſt. Ad matut: memo de octau. Ad ii. veſperas memoria de octauis.

¶ Fer. ii. de tpe. propter feſtum ſancti Thomę, quod transfertur in ii. fer. ſequentem. ℟. Ueni, quod ſignat in fer. ii. primę hebdomadę. Et duo ℟ia. de i. noct. dñicę tertię. In lau. Ecce veniet, ⁊ cęt. Ad benedictus. Dicit dñs. Oratio dñicalis. Mem. de. octa. Ad ii. veſp. Cap. ⁊, quę ſequuntur, de ſancta Lucia. memoria de aduentu. Beatam me. Oratio dominicalis. memoria de octau.

¶ Feria iii. de ſancta Lucia virg. ⁊ mart. ix. lect. Ad mat. memor. de aduen. Conſurge. Oratio dñicalis. ad ii. veſp. mem. de aduent. Eleuare. Oratio dominicalis.

¶ Feria iiii. de tpe omnia ſicut in quatuor tpibus ſignantur. Feſtũ vero ſancti Lazari, quod ipſa die venit transfertur in craſtinum, ⁊ hoc propter euãgeliũ. Miſſus eſt. Ob cuius reuerentiam offiũ quotidianuz beatę virg. proſtrationes, preces, ac ſuffragia intermittuntur in choro. Ad veſper. Cap. ⁊, quę ſequuntur, de ſancto Lazaro: memo. de aduentu. O ſapientia. Oratio. Gratię tuę,

¶ Feria v. de ſancto Lazaro epo ⁊ mar. ix. lect. Ad mat. mem. de aduent. Bethlehem. Oratio dñical. Ad ii. veſp. mem. de aduent. O Adonai. Oratio dominicalis.

¶ Feria vi. ſicut eſt in quatuor tēporibus. Ad veſpe. ad magnific. O radix. Oro de ieiun. vt ad mat.

¶ Sabbato de tpe, ſicut in quatuor tpibus ſignatur. Ad veſpe. ſicut in quarto ſabbato aduent. Ad magnificat. O clauis. Oratio Excita domine, de dominica.

Dnica iiii. ſicut eſt. Ad B. añ. Nolite timere. Ad ii. veſp. Cap. ⁊, quę ſequũtur, de ſctō Thoma, cuius feſtum transfertur in fer. ſecundam memor. de aduentu. O oriens. oratio de dominica.

¶ Feria ii. de ſancto Thoma apoſtolo dup. mem. de aduen. Egredietur, ⁊ ſignatur. Ad veſp. Oro dñicalis. Ad ii. veſper. omnia de ſancto Thoma, memo. de aduen. O rex gentium. Oratio dñicalis.

¶ Feria iii. de tpe. ℟ia. Me oportet, ⁊ cęt.: duo de ſecundo noctu. quartę dñicę. In laud. Rorate, ⁊ cete. Ad Bñs in Bethlehem. Oratio dñicalis. Ad veſper. Ad Magnific. O Emmanuel. Oratio dñicalis. Hic finiatur offiũ de ſanctorum cum nouem lect.

¶ Feria quarta totum, ſicut in vigilia natiuitatis domini.

In anno quo natiu. dñi feria vi. euenerit. Añę de laud. ſ. Regnauit: pronunciẽtur in die ſanctorum Criſpini, ⁊ Criſpiniani,

niant, ſ.25. Octob. ⁊ tunc ſunt in aduen. tres ſeptimanę, ⁊ quinq; dies. Comm. reſurrectionis dñi-cę hoc anno agetur x. Cal. De-cembr. ſ. in die ſanctę Cecilię cu-ius feſtum transfertur in ſextã fer. ſequentem. Ad veſp. oĩa de pſentatione btẽ Marię memo. de comme. reſurrectionis dñicę.

¶ Dñica die totum de comme. ſicut ſignatur rubr. xxiij. Ad ij. veſp. mem. de ſancto Clemente.

¶ Fer. ii. de ſancto Clemente papa, ⁊ mart. ix. lect. Ad ii. veſper. memo. de ſancto Chryſogono.

¶ Feria iii. de ſancto Chryſogono mart. ix. lect. ad ii. veſp. Cap. ⁊ quę ſequuntur, de ſancta Catharina. mem. de ſancto Chryſogono: ⁊ mem. de ſancto Petro.

¶ Feria iiii. de ſancta Catharina virg. ⁊ mart. dup. Ad matu. memo. de ſancto Petro epo, ⁊ mar. Ad ii veſ. me. de ſcõ Lino.

¶ Feria quinta de ſancto Lino papa, ⁊ mar. ix. lect. ad ij veſper. memoria de ſancta Cecilia.

¶ Feria vi. de ſancta Cecilia virgine, ⁊ mart. Ad ij. veſpe. mem. tantum de beata virgine.

¶ Sabbato de beata virg. Homilia de vigil. ſancti Andreę. ad ſecundas veſperas omnia, vt in primo ſabbato aduentus.

¶ Dominica prima Aduentus de tempore, ſicut eſt. Ad veſp. ii. Cap. ⁊ quę ſequuntur, de ſancto Andrea, memoria de dominica.

¶ Feria ſecunda de ſancto Andrea apoſtolo dupl. Ad matut. mem. de Aduen. Angelus dñi. Oratio dñicalis. Ad ii veſ. mem. de ſancto Eligio mem. de aduẽ. Hieruſalem. Oratio dominicalis.

¶ Feria iii. de ſancto Eligio epiſcopo, ⁊ confeſſ. ix. lect. Ad mat. memo. de aduentu. Antequam conuenirent. Oratio dominicalis. mem. de oct. ad ii veſp. mem. de ſancto Saturnino. memor. de aduentu. Quęrite dñm. Oratio dominicalis memoria de octau.

¶ Feria iiii de ſancto Saturnino epo, ⁊ mart. ix. lect. Ad mat. memo. de aduent. De Sion. Oratio dominicalis. mem. de octaua. Ad ii. veſp. omnia de ſancto Saturnino mem. de aduẽ. Veniet fortior. Oĩo dñicalis. me. de oct.

¶ Feria v. de tempore. R. Egredietur. ꝛc. In laud. De Sion. ⁊ cęt. propter feſtum ſancti Lazari. Ad Benedictus. Benedicta tu. Oratio dominicalis. mem. de octau. Ad veſper. Cap. ⁊ quę ſequuntur, de ſancta Barbara. mem. de aduen. Expectabo. Oratio dominicalis. memo. de octa.

¶ Feria ſexta de ſancta Barbara virg. ⁊ martyr. nouem lectio. Ad matutinas memoria de aduentu. Ecce veniet. Oratio dominicalis memo. de oct. Ad ii. veſper. Capitulum, ⁊ quę ſequuntur, de beata virgine. memoria de ſancta Barbara. memo. de aduentu.

aduentu. Ex Aegypto. Oratio dominicalis. mem. de oct. memoria de ſancto Sabba abbate.

¶ Sabbato de beata virgine Ad matutinas memoria de aduent. Sion noli. Oratio dominicalis memoria de octauis. memoria de ſancto Sabba abbate. Ad veſperas omnia, ſicut in ſecundo ſabbato aduentus. Memoria de octauis.

¶ Dominica ſecunda de tempore, ſicut eſt. Ad matut. memo. de octau. Ad ſecundas veſpe. Cap. ꝛ, que ſequuntur, de ſancto Ambroſio. Memoria de dominica, Memoria de octauis. cum oratione. Protegat.

¶ Feria ſecunda de ſancto Ambroſio epo, ꝛ confeſſ. dupl. ꝛ feſtū ſancti Nicolai transferatur in fer. iiii. ſeq. Ad matut. memo. de aduentu. De celo. Oratio dominicalis. mem. de octa. Cum perueniſſet. Oratio. Protegat. ad ii. veſpe. omnia ſiunt de Conceptione virginis. Memoria de ſancto Ambroſio memoria de aduent. Ecce rex. Oratio dominicalis.

¶ Feria tertia de conceptione totum dup. Ad matutinas memoria de aduentu. Super te. Oratio dominicalis. Ad ſecundas veſper. memoria de ſancto Nicolao epiſcopo, ꝛ confeſſore duplex. ꝛ de aduentu. Vox clamantis. Oratio dominicalis.

¶ Feria iiii. de ſancto Nicolao. Ad mat. mem. de octa. ꝛ de aduentu. Ecce ego. Oratio dominicalis. ad veſpe. Sion renouaberis. Oratio dominicalis.

¶ Feria v. de oct. Ad mat. Memo. de aduen. Tu es. Oratio dominicalis. Ad veſp. mem. de aduent. Qui poſt. Oratio dñicalis.

¶ Feria ſexta de octa. Ad matu. mem. de aduent. Dicite. Oratio dñicalis Ad veſpe. mem. de aduentu. Cantate. Oratio dñicalis.

Sabbato de oct. Ad mat. mem. de aduen. Leuabit. Oratio dominicalis. Ad ii. veſpe. oia, ſicut in tertio ſabbato adue. mem. de oc.

¶ Dñica iii. ſicut eſt. ad matu. memo. de octauis. Ad ſecundas veſperas memoria de octauis.

¶ Feria ſecunda de tempore [illegible] ſponſorium. Alieni, q eſt feria ſecunda prime hebdomade: Et duo Reſponſoria de primo nocturno dominice tertie. In laudibus. Ecce veniet. cetera, propter feſtum ſancti Thome. Ad Benedictus. Dicit dominus. Oratio dominicalis. memoria de octauis. Ad ſecundas veſperas Antiphona, ꝛ pſalmi, ꝛ cetera omnia de octau. memoria de aduentu. Beatam me. Oratio dominicalis.

¶ Fer. iii. de vlt. die octauarum ſemidup. Ad mat. memo. de aduen. Conſurge. Oratio dominicalis. Ad ii. veſpe. omnia de octauis. memoria de Aduentu.

Eleuare.

Elevare. Oratio dominicalis.

Feria iiii. de tpe oia, vt in quatuor tēporibus. Ad veſp. Cap. ꝛ, q̄ ſequuntur, de ſancto Lazaro: memoria de aduentu. Ecce ancilla domini Oratio. Gratię tuę.

Feria v. de ſancto Lazaro epo, ꝛ mart ix lect. Ad mat. memo. de aduēt. Bethlehem. Oratio dominicalis. Ad ii veſper. oia de ſancto Lazaro memo. de aduen. O ſapientia. Oio dominicalis.

Fer. vi. de tpe omnia, ſicut in quatuor tēporibus ſignātur. Ad veſp. ad Mag O Adonai. Oratio de ieiunio. Excita qs.

Sabbato de tpe oia ſicut in quatuor tēpibus ſignantur. Ad veſp vt in quarto ſabba. adu. ad Mag. O radix. Oio de dñica iiii.

Dñica iiii. de tpe. ſicut et. Ad ii veſp. Cap. ꝛ, quę ſequūntur, de ſancto Thoma. Mem. de aduē. O clauis Oratio de dominica.

Feria ii. de S Thoma ap'lo dup. Ad mat. mem. de aduen. Nolite timere Oratio dominicalis. Ad ſecūdas veſp. memo. de aduent. O oriens. Oro dominicalis.

Feria iii. de tpe. Prium. Me oportet minui, ꝛ cętera duo de ſecūdo noct. quartę dñicę. In lau. Rorate, ꝛ cętera. Ad Bñs. Tu Bethlehem. Oratio dñicalis. Ad ii. veſp. Cap. ꝛ, quę ſequunt: de ſctā Lucia Mem. de aduent. O rex gentium Oio dñicalis.

Feria iiii. de ſancta Lucia virgine, ꝛ mar. ix. lect. Ad mat. me. de aduēn. Egredietur, quę feria ſecunda ſignatur ad veſp. Oro dominicalis. Ad dua veſpe. omnia de ſancta Lucia. Mem de aduent. O Emmanuel. Oro dñica lis. Hic finiatur offm̄ defunctorum cum nouem lectionibus.

Feria quinta omnia, vt in vigilia natiuitatis domini.

In anno, quo nati. dñi in ſabbato euenerit Añę de laud. Regnātii pronūncientur in die ſancti Quintini, quę eſt vlt. oct. ꝛ ſunt in aduentu tres ſeptimanę, ꝛ ſex dies. Commemoratio Reſurrectionis dñicę hoc anno agetur in die pręſentationis btē Marię virginis.

Dñica proxima ante aduent. De commemoratione Reſurrectionis dominicę.

Feria ii de pręſenta btē virg. Ad ii. veſp. mem. de ſctō Clem.

Feria iii de ſancto Clemente papa, ꝛ mart. ix. lect. ad ii. veſpe. memo. de ſancto Chryſogono.

Feria quarta de ſancto Chryſogono mar. ix. lect. ad ii. veſper. Cap. ꝛ, quę ſequuntur, de ſancta Catharina. Memoria de ſancto Chriſogono. memo. de ſancto Petro epiſcopo, ꝛ martyre.

Feria quinta de ſancta Catharina virginē, ꝛ martyre duplex. Ad matutinas memoria de ſancto Petro. ad ſecundas veſperas memoria de ſancto Lino.

Feria

¶ Feria vj de sctõ Lino papa, & mart. ix. lect. ad ij. vesp. mem. tñ de btã virg. sabbato de S. Cecilia ad ij. vesp. oia, vt in j. sabb. aduẽ.

¶ Dñica j. aduent. sicut est. Ad ij. vesp. mem. de sctõ Saturnino.

¶ Fer. ij de sctõ Saturnino epo, & mart. ix. lect. Dñi. de vig. beati Andree. Mem. de aduent. Angelus dñi. Oõ dñicalis. ad ij. vesp. Cap. &, que sequuntur, de sancto Andrea. Mem. de sctõ Saturnino memoria de aduentu. Jerusalem. Oratio dominicalis.

¶ Fer. iij de sctõ Andrea Apl'o dup. Ad mat. mem. de aduẽ. Antequã conuenirent. Oõ dñical. ad ij. vesp. memo de sctõ Eligio. memoria de aduentu. Querite dominum. Oratio dominicalis.

¶ Fer. iiij de sctõ Eligio epo, & conf. ix. lect. Ad matu. memo. de aduent. De Sion. Oõ dñicalis. mem. de oct. Ad ij. vesp. mem. de btã virg. mem. de adu. Veniet fortior. Oõ dñicalis. mem. de octa.

¶ Feria v de btã virg. Ad matu. memo. de aduen. Benedicta tu. Oõ dñicalis. mem. de oct. Ad ij. vesp. mem. de aduen. Expectabo. Oratio dñicalis. memo. de octa.

¶ Fer. vi. de tpe. Inuum. Emitte agnum &c. In laud. Constãtes, & cet. pp festũ sancti Lazari. Ad Bñs Ecce veniet. Oõ dñicalis. Mem. de oct. Ad ij. vesp. Cap. & que sequuntur, de sancta Barbara. mem. de aduẽ. Ex Egypto. Oratio dñicalis. memo. de oct.

¶ Sabbato de sancta Barbara virg. & mar. ix. lect. ad mat. mem. de aduen. Sion noli. Oõ dñical. mem. de oct. Ad ij. vesp. oia, vt in ij. sabb. aduen. mem. de sctã Barbara. Memo. de octa & memo. de sancto Sabba Abbate.

¶ Dñica ij de tpe, sicut est. Ad mat. mem. de oct. & mem. de sctõ Sabba Abbate. Ad ij. vesp. Cap. & q̃ sequunt, de scõ Nicolao. Memo. de dñica & memo. de oct.

¶ Fer. ij de sctõ Nicolao epo, & conf. dup. Ad mat. memo. de aduen. de celo. Oõ dñicalis. meme. de oct. Ad ij. vesp. mem. de aduẽ. Ecce rex. Oõ dñicalis mem. de oct. Ambulãs Jes⁹. Oõ. pregat.

¶ Fer. iij de tpe. Et transferatur festum scti Ambrosij in fer. v. sequentem. Inuum. Docebit nos, & cet. In laud. Rorate, & cet. pp festum scti Thome. Ad Bñs. Tu Bethlehem, pp añam. Nolite timere. Oõ dñicalis mem de oct. Cum peruenisset. Oõ. Protegat. Ad ij. vesp. oia de conceptione. memoria de aduentu. Vox clamantis. Oratio dominicalis.

¶ Fer. iiij. de conceptione beate virg. totum dup. Ad mat. mem. de aduen. Ecce ego. Oratio dominicalis. Ad ij vesp. mem. de adu. Sion renouaberis. Oõ dñicalis.

¶ Feria v. de sctõ Ambrosio epo, & conf. dup. Ad mat. mem. de [illegible] & aduen. Tu es, qui. Oõ dñicalis

Ad ij.veſp.mem.de aduen.Qui poſt me: Oratio dominicalis.

¶ Feria vi. de oct. Ad mat. memo. de aduent. Dicite puſillanimis. Oȓo dñicalis. Ad ij. veſpe. memor de aduentu. Cantate domino. Oratio dominicalis.

¶ Sabbato de oct. Ad mat.memo.de aduen. Tenebit dominus. Oratio dominicalis. Ad veſp.omnia,vt in tertio ſabbato Aduen.

¶ Dñica iij.ſicut eſt Ad matu. Memo.de oct. Ad ii.veſpe. memo. tantum de octauis.

¶ Fer. ii.de oct. Ad mat.Mem. de aduent.Dicit dñs.Oȓo dñicalis. Ad ii.veſp.mem. de aduent. Beatam me. Oȓo dominicalis.

¶ Fer.iij de vlt.die oct.ſemidup. Ad mat.memo. de aduen.Conſurge.Oȓo dñicalis ad ii.veſ.me. de Aduē.Eleuarę.Oȓo dñicalis.

¶ Fer.iiii.de tpe. ſicut ſignatur in quatuor tpib'.ad mat. mem. de octa. Ad veſp.Cap.ꝛ, quę ſequuntur,de ſctā Lucia. mem.de oct.Memoria de Aduent. Ecce ancilla. Oratio.Gratię tuę.

¶ Fer.v.de ſancta Lucia virg.ꝛ mar.ix.lec. Ad mat.mem.de aduen. Conſolamini.Oȓo dñicalis. Ad ij veſp. Cap.ꝛ,quę ſequuntur,de ſctō Lazaro. Memor. de ſancta Lucia.mem. de Aduent. Letamini. Oratio dominicalis.

¶ Fer. vi. de ſctō Lazaro epo, ꝛ mart. ix lect. Nom. Exurgens Maria. Ad mat.mem. de aduē. Ex quo. Oȓo de ſeiunio. Electa qs.Ad ii.veſp. mem. de Aduen. O ſapientia,Oȓo,vt ad matu.

¶ Sabbato de tpe,ſicut eſt Ad veſpe.vt in iiii ſabb. aduent. ad Mag.Aña.O Adonai.Oratio, ſicut in quarto ſabbatho.

¶ Dñica iiii.ſicut eſt Ad ii. veſ. Ad m.Aſt Oradix oī a dñica.

¶ Fer.ii.de tpe. Pium. Alieni,qđ ſignatur in fer. ii. primę hebdomadę:ꝛ cęt.duo de i.noct. dñicę quartę. In laud. Ecce veniet, ꝛ cęt. Ad Bñs. Egredietur: q̄ ſignatur ad veſper. Oȓo dñicalis. Ad veſp. Cap.ꝛ, quę ſequuntur, de ſctō Thom.Mem. de Aduē. O clauis.Oratio dominicalis.

¶ Fer.iii.de ſctō Tho.Aplo dup. Ad mat.Mem.de aduen.Nolite timere. Oȓo dñicalis. Ad ii. veſp.Mem.de btā virg.Mem. de aduen.O oriēs.Oȓo dñicalis.

¶ Fer.iiij.de btā virg Ad matu. mem.de aduen.Pona in Sion. Oratio dominicalis.Ad ii.veſp. memoria de Aduen. O rex gentium. Oratio dominicalis.

¶ Fer.v.de tpe. Pium. Egredietur ꝛ cęt. In laudibus. De Sion, ꝛ cęt. Ad Benedictus Bethlehem. Oratio dominicalis. Ad ii.veſpe.Ad Magnific. O Emmanuel.Oȓo.dñical. Dicitatur offm defunc. cū ix. lect.

¶ Feria ſexta,omnia, vt in vigilia natiui. domini.

Rubrica librorum Noui veteriſq; teſtamẽti legẽdorum: ⁊ fines, ſeu terminationes, lect. tam tpis, quam homiliarũ, ſermonum, ⁊ legendarũ ſctõꝝ per totum annũ ſummo ſtudio, atq; diligentia ex ordinario ſummatim excerptę, per venerabilem religioſum fratrem Johannem Mariã de Pollucijs, de Nuuolaria, feliciter incipiunt.

¶ Liber Iſaię legatur a prima dñica aduentus, vſq; ad Natalẽ dñi: ⁊ tres j. lect. in die Epipha. de ipſo erũt in fine lect. dicatur: Hęc dicit dñs Deus noſter.

¶ Epiſtolę Pauli per ordinem legantur a prima dñica poſt oct. Epiph. vſq; ad ſeptuageſimam in fine lectio. dicatur. Tu autẽ.

¶ Liber Geneſeos legatur a ſeptuageſima vſq; ad ſexageſimã. in fine lect. dicatur. Tu autem.

¶ Libri Exodi legãtur in dñica ſexageſima: ita, quod in vnaquaque dñica incipiatur vnus liber: ſic, quod de vltimo libro, ſ. Judicum legatur vſq; ad dñicam de paſſione dñi: in fine lec. dicatur. Tu autem domine miſerere nři.

¶ Liber Jeremię prophetę legatur in dñica de paſſione dñi, vſq; ad diem Paſchę: in fine lect. dicatur: Hęc dicit dñs Deus, conuerte. Niſi in triduo ante Paſcha: loco cuius dicatur: Jeruſalem, Jeruſalem conuertere ad dominum Deum tuum.

¶ Liber de Actibus apoſtoloꝝ legatur in ii. fer. poſt octau. Paſchę: vſq; ad tertiam dñicam: in fine lect. dicatur. Tu autem dñe.

¶ Epiſtole beati Jacobi legant̃ in dñica tertia poſt oct. Paſchę: ⁊ deinceps epiſtolę canonicę cõtinuẽtur, vſq; ad rogationes: in fine lectionis dicatur, Tu autẽ.

¶ Liber Apocalypſis legatur ꝑ octauã Aſcenſionis: in fine lect. dicatur. Tu autem domine miſe.

¶ Libri Regum legantur in prima dñica poſt feſtum ſancte trinitatis, vſque ad primã dñicam Auguſti: in fine lec. dicat. Tu au.

¶ Libri Salomonis legãtur in prima dñica Auguſti, vſque ad primam dñicam Septemb. in fine lectionis dicatur: Tu autem.

¶ Liber Job legatur in prima dñica Septemb. vſq; ad tertiam dñicam eiuſdem menſis in fine lectionis dicatur. Tu autem do.

¶ Liber Tobię legatur in tertia dominica Septemb. ⁊ per hebdomadam: in fine lectionis dicatur: Tu autem domine miſerere.

¶ Liber Judith, ⁊ Eſter legatur in iiii. dñica Septembr. vſq; ad primam dominicam Octob. in fine lectionis dicatur. Tu au.

¶ Libri Machabęorum legantur in prima dñica Octob. vſque ad primam dñicam Nouemb. in fine lectionis dicatur: Tu autẽ.

¶ Libri Ezechielis, ⁊ Danielis

⁊ cęterorum prophetarum minorum legantur in prima dñica Nouemb. ⁊ deinceps per ordinem, vſq; ad primam dñicam aduentus, ſi neceſſe fuerit: cum fine lect. prophetarum ad mat. dicatur: Hęc dicit dñs Deus. Niſi in j. cap. Ezechielis, ⁊ in lib. Danielis. Cęterę vero lect. finiantur per. Tu autem domine miſerere.

Notandũ eſt ergo, quod, qñ in diebus ferialibꝰ lectiones de vno libro, quamuis de diuerſis capitulis dicendę fuerint ad matutinum: ſi pręſentes nimis breues ibi videantur: accipe cum pręſentibus lect. de pręterita, ſeu futura: niſi lectę, vel legendę fuerint: ⁊ ita ad libitum tuum longare, ⁊ breuiare poteris.

Notandum, quod, quando feria ſexta fit de beata virgine, multi in ſecundis veſpe. dicunt Añam. Aue regina cęlorum. ⁊ hoc pp dictũ ordinalis dicẽtis.

¶ Feria ſexta per totum annum de quocunque agatur ad veſpe. Añã, Aue regina cęlorum: dicatur. Sed profecto errant: non facientes differentiam inter memorias communes, ſeu conſuetas, de quibus auctoritas intelligitur: ⁊ memoriam ſpecialem ſolennitatis illo die celebratę, de qua non intendit loqui ordinale. Et hoc patet, quia commemoratio feria ſexta non terminatur in nona: ſed ſolum diebus ſabbatis: ⁊ debet habere ſecundas veſp. niſi aliquod feſtum in craſtinum veniens impediat: ita vt antiphona ad Magnificat de ſecundis veſp. pronũciari debeat: quę eſt: Alma redemptoris: vel aliqua alia ex aſſignatis in ſecundis veſperis: cuius rei euidens argumentum etiam eſſe debet, quod verſus: Diffuſa: ⁊ oratio: Concede nos: tunc dicantur, ⁊ non. Poſt partum. necq;. Famulorum tuorum quęſumus dñe.

¶ Finis Rubricarum de modo officiandi.

¶ Sanctus Auguſtinus epiſcopus de laude ⁊ vtilitate pſalmorum ſic dicit.

Canticum pſalmorum carmen electum eſt apud deum: omne peccatum expellit: acquirit vinculum charitatis, quę omnia imperat: omnia ſuffert: omnia implet: omnia adducit: gratiam conſequitur: os purificat: cor letificat: hominem clarificat, ſenſum aperit. omne malum occidit: perfectionē inſtruit: excelſa demonſtrat: deſiderium regni cęleſtis dat: pacem inter corpus, ⁊ animam facit: ignem ſpiritualem in cordibus accendit: radices malorum omnium expellit: ſicut lorica induit: ſicut galea defendit: ſpes ſalutis eſt: conſolatio doloris: notitia veri luminis: fons ſanctitatis eſt. Hominem iuuenem caſtigat: regnum Dei ſuper terram dat: tędium animę tollit: Qui diligit canticum pſalmorum aſſidue: non poteſt peccatum agere Qui habet laudem Dei in corde ſuo poſtremo apud Deum gaudebit: ⁊ animam ſuam in cęlo viuificabit in ſecula ſeculorum. Vox enim pſalmodię valet, cum per intentionem cordis agitur: per hanc omnipotenti Deo ad cor iter paratur, vt intentę menti, vel prophetię myſteria, vel compunctionis gratiam infundat. Vnde ſcriptum eſt. Sacrificium laudis honorificabit me: ⁊ illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei. In ſacrificio laudis diuinę fit ad Ieſum iter aſcenſionis: quia dum per pſalmodiam compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Ieſum veniamus. Dignum quippe eſt, vt mens a pręſentibus vniuerſis, inquantum valet, fugiat: ⁊ diuinis laudibus, atq; ſpiritualibus inhęreat: vt cęleſtia ei reuelentur. Nihil eſt in hac mortali vita, quo poſſimus deo familiarius iungi, quã in laudibus ipſius. Nullus itaq; mortalium poteſt nec verbis, nec mente virtute pſalmorum, qui non ſuperficie labiorum, ſed mente intenta in omnipotentis Dei laudem canuntur, explicare. In pſalmis itaq; inuenies, ſi intenta mente perſcruteris, dominici verbi incarnationem: paſſionem: reſurrectionem: atq; aſcenſionem. In pſalmis inuenies tam intimam orationem, ſi intenta mente perſcruteris, quam potes per temetipſum vllatenus excogitare. In pſalmis inuenies intimam confeſſionem peccatorum tuorum: ⁊ integram deprecationem diuinę, atque dominicę miſericordię. In pſalmis quoque inuenies omnium, quę tibi accidunt: integram gratiarum actionem. In pſalmis confiteris infirmitatem tuam, atq; miſeriam: ⁊ per hoc miſericordiam Dei prouocas. Omnes

enim

enim virtutes in pſalmis inuenies: ſi a Deo, vt tibi reuelet ſecreta pſalmorum, requiras.

¶ Si vis pro peccatis tuis penitentiam agere: ⁊ per confeſſionem peccatorum tuorum veniam impetrare, quantum vales, non celeritate verborum, ſed mente cogitando, ac ſcrutando, decanta illos ſeptenos Dauidicos pſalmos: qui dicuntur penitentiales: ⁊ celerrime miſericordiam Dei inuenies.

¶ Si vis mentem tuam ſpirituali gaudio, ⁊ letitia illuminare: ⁊ magnam ſpem de Dei miſericordia, ⁊ indulgentia tibi promittere, mitte mentem tuam in virtutem pſalmorum, quorum initia ſunt hec. pſ. Exaudi domine iuſtitiam. pſ. Ad te domine leuaui. pſ. Deus in nomine. pſ. Deus miſereatur. pſ. Deus in adiutorium. pſ. In te domine ſperaui. pſ. Inclina domine: ⁊ ſpirituali gaudio, ⁊ ſpeciali letitia perfrueris.

¶ Si vis omnipotentē deum laudare, ⁊ ipſius maieſtati omnium beneficiorum, quibus humano generi ab initio mundi in veteri teſtamento patriarchis, ⁊ prophetis: ⁊ in nouo per incarnationem ſempiterni filij ſui miſertus eſt, gratias agere, dicas illos pſalmos, quorum initia ſunt hec. pſ. Confitemini domino. pſ. Laudate dominum. pſ. Benedic anima mea domino. Et omne mel, ⁊ fauum dulce munus offeres domino.

¶ Si diuerſis tribulationibus, vel afflictionibus afflictus ſis: ⁊ tibi videris a Deo derelictus, qui plerunq; ſanctos ſuos ad tempus derelinquit probandos, ⁊ propter id tibi videtur tribulatio maior eſſe, quam tolerare poſſis intima mente dicas illos pſal. quorū initia ſunt hec, videlicet. pſ. Deus, deus reſpice in me. pſ. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor. pſ. Saluum me fac. Et clemens deus te adiuuabit, ⁊ tentationem tolerare poteris.

¶ Si vis in preſenti vita contemplari Deum, ⁊ ipſum omnipotentem ardenti deſiderio diligere, intenta mente dicas pſalmos illos, quorum initia ſunt hec. pſ. Deus auribus. pſ. Miſerere mei deus. pſ. Exaudi deus orationem meam, ⁊ ne deſpexeris depreca. pſ. In te dn̄e ſperaui. Et ſtatim letificabit te in omnibus anguſtijs tuis.

pſ. Poſt acceptam quietem tranquillitatis: proſperitatis tempore, hos pſalmos dicas in laudem Dei, videlicet. pſ. Benedicam dominum. pſ. Benedic anima mea. pſ. Exaltabo te: ⁊ in omni tempore, ſiue aduerſitatis, ſiue proſperitatis, ſemper dicas hymnū trium puerorum. pſ. Benedicite omnia opera domini domino. Nullus

enim

enim mortalium virtutem huius cantici, ꝛ Ps. Laudate dominum ex cęlis, explicare poteſt: in quibus omnis creatura ad laudandum creatorem ſuum inuocatur.

¶ Si volueris intima mente exercere te in diuinis laudibus, ac pręceptis cęleſtibus, ꝛ mandatis. Ps. Beati immaculati in via, vſq3. ¶ Ad dominum, cum tribularer dicas. Et licet huius pſalmi virtutem vſq3 ad vltimum vitę tuę contempleris, atq3 ſcruteris: nunquam perfecte illum, vt puto, intelligere poteris: cuius nullus verſus eſt, in quo non lex domini: vel via: vel mandatum: vel verbum: vel iuſtificationes: vel ęquitias: vel miſericordia: vel ſermones: vel ſalutare: vel veritas: vel miſerationes: vel ordinatio: vel teſtimonia: vel iudicia: vel eloquia: vel mirabilia, vel huiuſmodi deſcripta ſint. Et ideo non eſt opus, vt per vniuerſos libros animo diffundaris. In pſalterio enim ſolo vſq3 ad obitum vitę habes materiam legendi ꝛ ſcribendi: docendi. In quo omnes propheticos, ꝛ euangelicos, ꝛ omnes diuinos libros ex parte tractatos: ꝛ omnem virtutem diuinorum dictorum ibi reperies, ſi integra mente ſcruteris.

¶ Diſtinguitur autem per tres quinquagenas: quibus tres ſtatus Chriſtianę religionis ſignificantur. Quorum primus eſt in pęnitentia: Secundus in iuſtitia: Tertius in laude vitę ęternę. Quo circa prima quinquagena in pęnitẽtia, ſcilicet in Ps. Miſerere mei deus, terminatur. Secunda in iuſtitia, ſcilicet in Ps. Miſericordiam ꝛ iudicium, terminatur. Tertia in laude vitę ęternę, ſcilicet in Ps. Laudate dominum in ſanctis eius, terminatur, vbi dicitur: Omnis ſpiritus laudet dominum.







AB OCTAVA

EPIPHANIÆ.

vſq; adquadrageſimam diebus dominicis. Hymnus.

PRimo dierum omniũ: Quo mũdus extat cõditus: Vel quo reſurgens conditor, Nos morte victa liberet.

Pulſis procul torporibus, Surgamꝰ oẽs ocyus: Et nocte queramus piũ, Sicut ꝓphetã nouimꝰ.

Noſtras ꝑces vt audiat, Suãq; dextrã porrigat: Et expiatos ſordibus, Reddat polorum ſedibus.

Vt quiq; ſacratiſſimo: Huiꝰ diei tẽpore: Horis quietis pſallimus Donis beatis muneret.





Iam nunc paterna claritas, Te poſtulamus affatim: Abſit libido ſordidans, Omniſq; actus noxius.

Ne feda ſit lubrica, Compago noſtri corporis: Per quā auerni ignib⁹, Ipſi crememur acri⁹.

Ob hoc redemptor quęſumus, Ut probra noſtra diluas: Vitę perennis commoda, Nobis benigne conferas.

Quo carnis actu exules, Effecti ipſi celibes: Ut pręſtolamur cernui, Melos canamus glorię.

Pręſta pater piiſſime, Patriq; compar vnice: Cum ſpiritu paraclito, Regnans per omne ſeculum. Amen.

Hic hymnus dicitur ab octaua trinitatis vſq; ad aduen. Dñi: quando de tempore agitur.

Nocte ſurgentes vigilem⁹ omnes, Semper in pſalmis meditemur atque, Viribus totis domino canamus, Dulciter hymnos.

Ut pio regi pariter canentes, Cum ſuis ſanctis mereamur aulam, Ingredi cęli, ſimul & beatam Ducere vitam.

Pręſtet hoc nobis deitas beata, Patris ac nati pariterq; ſancti Spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amen.

In aduen. Añ. Cōſurge. Poſt Epiphaniam. Antipho. Seruite domino. Poſt Trinit. Añ. Pro fidei mer. Pſalmus 1.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentię non ſedit.

Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanq̄ lignum quod plātatum eſt ſecus decurſus aquarum: q̄ fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

Et folium eius non defluet: & omnia quęcunq; faciet ſemper proſperabuntur.

Non ſic impii non ſic: ſed tanquam puluis quē proiicit vent⁹ a facie terrę.

Ideo non reſurgunt impii in iudicio: neque peccatores in cōſilio iuſtorum.

Quoniam nouit dñs viā iuſtorum: & iter impiorum peribit. Pſ 2.

Quare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania?

Aſtiterunt reges terrę & principes conuenerunt in vnum: aduerſus Chriſtum eius.

Dirumpamus vincula eorum: & proiiciamus a nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cęlis irridebit eos: & dominus ſubſannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem conſtitut⁹ ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſanctum eius: prędicans pręceptum eius.

Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Poſtula a me: ⁊ dabo tibi gentes hęreditatem tuam: ⁊ poſſeſſionem tuam terminos terrę.

Reges eos in virga ferrea: ⁊ tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam: ne quando iraſcatur dominus: ⁊ pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira ei⁹: beati omnes qui confidunt in eo. Pſalmus 3.

Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me.

Multi dicunt animę meę: non eſt ſalus ipſi in deo eius.

Tu autem domine ſuſceptor meus es: gloria mea ⁊ exaltans caput meum.

Voce mea ad dominum clamaui ⁊ exaudiuit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſum ⁊ exurrexi: quia dominus ſuſcepit me.

Non timebo millia populi circundantis me: exurge domine ſaluum me fac deus meus.

Qm̃ tu percuſſiſti oẽs aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti.

Dñi eſt ſalus: ⁊ ſuper populũ tuum benedictio tua.

Iſti duo ſequen. pſal. non dñr in iſto nocturno. Pſalmus 4.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iuſtitię meę: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei: ⁊ exaudi orationem meam.

Filii hominum vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem ⁊ quęritis mendacium?

Scitote qm̃ mirificauit domin⁹ ſanctum ſuum: dñs exaudiet me cum clamauero ad eum.

Iraſcimini ⁊ nolite peccare: quę dicitis in cordibus veſtris, ⁊ in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium iuſtitię ⁊ ſperate in dño: multi dicunt quis oſtendit nobis bona?

Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine: dediſti lętitiam in corde meo.

A fructu frumenti vini ⁊ olei ſui: multiplicati ſunt.

In pace in idipſum: dormiam ⁊ requieſcam.

Qm̃ tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Pſalmus 5.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intēde voci orationis meę: rex meus ⁊ deus meus.

Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi ⁊ videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum ⁊ doloſum abominabitur dñs: ego autē in multitudine miſericordię tuę.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuū in timore tuo.

Dñe deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige ī conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos Deus.

Decidāt a cogitationibus ſuis, ſm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et lętentur omnes qui ſperāt in te: in ęternum exultabunt ⁊ habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iuſto.

Dñe vt ſcuto bonę voluntatis tuę: coronaſti nos. Pſalmus. 6.

Domine ne ī furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei dñe quoniam infirmus ſum: ſana me domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde, ſed tu domine vſquequo?

Conuertere domine ⁊ eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam nō eſt in morte q̄ memor ſit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dñs deprecationem meam: dñs orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant ⁊ cōturbentur vehemēter omnes inimici mei: cōuertantur ⁊ erubeſcāt valde velociter.

In aduen. Antipho. Conſurge conſurge induere fortitudinem brachium domini. Antiphona. Eleuare eleuare. Poſt epipha. Aña. Seruite domino in timore.

re. Añа. Domine. Poſt Trin.
Antipho. Pro fidei meritis vocitatur iure beatus: Legem qui domini meditatur nocte dieq̃.
Antipho. Juſte deus. Pſal. 7.
Domine deus meus i te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me ꝛ libera me.
Ne quando rapiat vt leo animã meam: dum nõ eſt qui redimat neque qui ſaluum faciat.
Dñe deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Perſequat inimic⁹ animã meã ꝛ comprehendat, ꝛ conculcet in terra vitam meam: ꝛ gloriã meã in puluerem deducat.
Exurge dñe in ira tua: ꝛ exalta re in finibus inimicorũ meorũ.
Et exurge domine deus meus in precepto quod mandaſti: ꝛ ſynagoga populorũ circũdabit te.
Et propter hãc in altum regredere: dominus iudicat populos.
Judica me domine ſecundum iuſtitiam meam: ꝛ ſecundum innocentiam meam ſuper me.
Conſumetur nequitia peccatorum ꝛ diriges iuſtum: ſcrutans corda ꝛ renes deus.
Juſtũ adiutorium meũ a dominõ: qui ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis ꝛ patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit ꝛ parauit illum.
Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorẽ: ꝛ peperit iniqtatẽ.
Lacum aperuit ꝛ effodit eum: ꝛ incidit in foueam quam fecit.
Conuertet dolor eius in caput eius: ꝛ in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.
Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius: ꝛ pſallam nomini domini altiſſimi. Pſal. 8.
Domine domin⁹ noſter: q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra?
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper celos.
Ex ore infantium, ꝛ lactẽtium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum ꝛ vltorem
Qm̃ videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam ꝛ ſtellas que tu fundaſti.
Quid eſt homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam viſitas eum?
Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria ꝛ honore coronaſti eum, ꝛ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues ꝛ boues vniuerſas, inſuper ꝛ pecora campi.

Volucres celi ꝛ piſces maris: qui perambulát ſemitas maris.
Domine dñs noſter: quã admirabile eſt nomen tuuz in vniuerſa terra. Pſalmus 9.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor ꝛ exultabo i te: ꝛ pſallam nomini tuo altiſſime.
In conuertendo inimicuz meũ retrorſum: infirmabuntur ꝛ peribunt a facie tua.
Quoniam feciſti iudicium meum ꝛ cauſam meã: ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam.
Increpaſti gentes ꝛ periit impius: nomen eorum deleſti in eternum, ꝛ in ſeculum ſeculi.
Inimici defecerunt framee in finem: ꝛ ciuitates eorum deſtruxiſti.
Periit memoria eorum cum ſonitu: ꝛ dominus in eternum permanet.
Parauit in iudicio thronũ ſuũ, ꝛ ipſe iudicabit orbem terre in equitate: iudicabit populos in iuſtitia.
Et factus eſt dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti querentes te domine.
Pſallite domino qui habitat in Sion: annunciate inter gentes ſtudia eius.
Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.
Miſerere mei domine: vide humilitatẽ meã de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie ſiõ.
Exultabo in ſalutari tuo: infixe ſunt gentes in interitu quem fecerunt.
In laqueo iſto quem abſconderunt: comprehenſus eſt pes eorum.
Cognoſcetur dominus iudicia faciens in operibus manuũ ſuarum comprehenſus eſt peccator.
Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes que obliuiſcuntur deum.
Quoniam non in finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.
Exurge domine non confortetur homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo.
Conſtitue domine legiſlatorez ſuper eos: vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.
Vt quid dñe receſſiſti longe: deſpicis in opportunitatibus in tribulatione?
Dum ſuperbit impius incenditur pauper: cõprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator i deſideriis anime ſue: ꝛ iniquus benedicitur.

Exacerbauit dominum peccator: ſecundum multitudinem irę ſuę non queret.

Non eſt Deus in conſpectu ei⁹: inquinatę ſunt vię illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

Dixit enim in corde ſuo: non mouebor a generatione in generationem ſine malo.

Cuius maledictione os plenũ eſt ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſub lingua eius labor ⁊ dolor.

Sedet in inſidijs cum diuitib⁹ in occultis: vt interficiat innocentem.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiatur vt rapiat pauperẽ: rapere pauperẽ dũ attrahit eũ.

In laqueo ſuo humiliabit eũ: inclinabit ſe ⁊ cadet cum dñat⁹ fuerit pauperem.

Dixit enim in corde ſuo oblit⁹ eſt deus: auertit faciem ſuam, ne videat in finem.

Exurge dñe deus ⁊ exaltet manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.

Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde ſuo non requiret.

Vides quoniam tu laborem ⁊ dolorem conſideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris ⁊ maligni: queretur peccatum illius ⁊ non inuenietur.

Dñs regnabit in ęternum, ⁊ in ſęculum ſęculi: peribitis gentes de terra illius.

Deſiderium pauperum exaudiuit dñs: pręparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Iudicare pupillo ⁊ humili vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terrã. Pſal. x.

In dño confido quomodo dicitis animę meę: tranſmigra in montem ſicut paſſer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerũt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniam que tu perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?

Dñs in templo ſancto ſuo: dominus in cęlo ſedes eius.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogãt filios hominum.

Dominus interrogat iuſtũ ⁊ impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam.

Pluet ſup peccatores laqueos: ignis, ſulphur, ⁊ ſpiritus procellarum: pars calicis eorum.

Quoniam iuſtus dominus ⁊ iuſtitias dilexit: ęquitatem vidit vultus eius.

In Aduen. Aña. Eleuare eleuare conſurge Jeruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia ſiō. Antiphona. Leuabit dominus. Poſt Epiph. Añ. Domine dꝯ meꝯ in te ſperaui. Añ. Reſpice. Poſt Trini. Aña. Juſte Deus iudex fortis patiēſq benignus: In te ſperantes muni miſerando fideles. Aña. Surge. ps. 11.

SAluū me fac dñe quoniā defecit ſanctus: quoniam diminutę ſunt veritates a filiis hominum.

Vana locuti ſunt vnuſquiſq ad proximum ſuum: labia doloſa in corde ⁊ corde locuti ſunt.

Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguam magniloquam.

Qui dixerunt linguam noſtrā magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt, quis noſter dominus eſt?

Propter miſeriā inopum ⁊ gemitum pauperum: nunc exurgam dicit dominus.

Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.

Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum: ꝓbatum terrę purgatū ſeptupliū.

Tu domine ſeruabis nos ⁊ cuſtodies nos: a generatione hac in ęternum.

In circuitu impij ambulant: ſꝫ altitudinē tuam multiplicaſti filios hominum. Pſalmus 12.

VSquequo dñe obliuiſceris me in finē: vſquequo auertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Vſquequo exaltabitur inimicꝰ meus ſuper me? reſpice ⁊ exaudi me domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus ꝑualui aduerſus eum.

Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cātabo dño qui bona tribuit mihi, ⁊ pſallam nomini domini altiſſimi. Pſalmus 13.

DJxit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus.

Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: non eſt qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum.

Dominus de cęlo proſpexit ſuper filios hoīum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deū.

Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonū, nō eſt vſq ad vnū.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Quorum os maledictione ⁊ amaritudine plenum eſt: velo-

ces

ces pedes eorum ad effundēdū ſanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorāt plebē meā ſicut eſcā panis?

Dominum nō inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Qm̄ dn̄s in generatione iuſta eſt: conſilium inopis confudiſtis, qm̄ dominus ſpes eius eſt.

Quis dabit ex ſion ſalutare Iſrael: cum auerterit dn̄s captiuitatem plebis ſuę, exultabit Iacob & letabitur Iſrael. Pſal. 14

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: & operatur iuſtitiam.

Qui loquitur veritatē in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit p̄ximo ſuo malum: & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in cōſpectu eius malignus: timētes autem dn̄m glorificat.

Qui iurat proximo ſuo & non decipit, qui pecuniam ſuam nō dedit ad vſuram: & munera ſup innocentem non accepit.

Qui facit hęc: non commouebitur in ęternum.

In aduen. añ. Leuabit dn̄s ſignū in nationibus: & congregabit diſperſos Iſrael. Poſt epiphaniam aña. Reſpice & exaudi me domine Deus meus. Poſt trinitatem. Antiphona. Surge & in ęternum ſerua munimine ſacro: cuſtodique tuos altripotens famulos. Poſt epiphaniam, & trinitatem. ℣. Memor fui nocte nominis tui domine. ℟. Et cuſtodiui legem tuam. In aduentu ℣. Ex ſion ſpecies decoris eius. ℟. Deus noſter manifeſte veniet. In quadrageſimam. ℣. Dicet domino. ℟. Suſceptor meus es tu. In ſecūdo nocturno in aduentu. Aña. Leua Ieru. Poſt epiphaniā. Antiph. Bonorum meorum. Poſt trin. añ. Naturę genitor.

Pſalmus 15.

Conſerua me dn̄e quoniā ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Domin⁹ pars hęreditatis meę & calicis mei: tu es qui reſtitues

hęre-

hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.
Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper et vsque ad noctem concrepuerunt me renes mei.
Prouidebam dominum in conspectu meo semper: qm̃ a dextris est mihi ne commouear.
Propter hoc letatum est cor meum, et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe.
Qm̃ nõ derelinques aiaꝫ meã in inferno: nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vite, adimplebis me letitia cuꝫ vultu tuo: delectationes i dextera tua vsqꝫ in finẽ. In aduentu. aña.
Leua Jerusalem oculos tuos: et vide potentiam regis: ecce saluator venit soluere te a vinculo
Aña. Oĩs vallis. Post epipha. añ. Bonorũ meorũ nõ indiges: in te speraui conserua me dñe.
Aña. Inclina dñe. Post trini. aña. Natura genitor conserua a morte redemptos: Facqꝫ tuo dignos seruitio famulos.
Pectora. Psalmus 16.
Exaudi domine iustitiam meam: intẽde deprecationem meam.
Auribus percipe orationem meam: non in labiis dolosis.
De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitates.
Probasti cor meum et visitasti nocte: igne me examinasti, et nõ est inuenta in me iniquitas.
Ut non loquatur os meũ opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui qm̃ exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea.
Mirifica misericordias: qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarũ protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meã circundederunt adipem suum cõcluserunt: os eorum locutuꝫ est superbiam.
Proijcientes me nũc circunderunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Susceperũt me sicut leo paratus ad predam: et sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge domine preueni eum et supplanta eũ, eripe aiaꝫ meã ab impio: frameaꝫ tuam ab inimicis manus tue.
Domine a paucis de terra diuide

uide eos in vita eorum: de ab-
ſconditis tuis adimpletus eſt
venter eorum.
S aturati ſunt filiis: ⁊ dimiſe-
rūt reliqas ſuas paruulis ſuis.
E go autem in iuſtitia appare-
bo in conſpectu tuo: ſatiabor cū
apparuerit gloria tua.
In Aduen. Añ. Omnis vallis
implebitur, ⁊ omnis mōs ⁊ col-
lis humiliabitur: ⁊ videbit om-
nis caro ſalutare dei.
Aña. Letamini cum Jeruſalē.
Poſt epiphan. Aña. Inclina
domine aurem tuā mihi ⁊ exau
di verba mea. Añ. Dñe. Poſt
Trinita. Aña. Pectora noſtra
tibi tu ꝓditor orbis adure Igne
pio purgans atq; cremādo pro-
bans. Aña. Tu populū. ps. 17.
D Iligam te domine fortitu
do mea: dominus firma-
mentum meum ⁊ refugiū meū
⁊ liberator meus,
D eus meus adiutor meus: ⁊
ſperabo in eum.
P rotector meus ⁊ cornu ſalu-
tis meę, ⁊ ſuſceptor meus.
L audans inuocabo dominū: ⁊
ab inimicis meis ſaluus ero.
C ircundederunt me dolores
mortis: ⁊ torrentes iniquitatis
conturbauerunt me.
D olores inferni circundede-
runt me: pręoccupauerunt me
laquei mortis.
I n tribulatione mea inuocaui
dñm: ⁊ ad Deum meū clamaui.
E t exaudiuit de templo ſancto
ſuo vocem meā: ⁊ clamor meus
in conſpectu eius introiuit in
aures eius.
C ommota eſt ⁊ cōtremuit ter-
ra, fundamenta montium con-
turbata ſunt ⁊ commota ſunt:
quoniam iratus eſt eis.
A ſcendit fumus in ira eius, ⁊
ignis a facie eius exarſit: carbo-
nes ſuccenſi ſunt ab eo.
I nclinauit cęlos ⁊ deſcendit ⁊
caligo ſub pedibus eius.
E t aſcendit ſuper Cherubin ⁊
volauit: volauit ſuper pennas
ventorum.
E t poſuit tenebras latibulum
ſuum: in circuitu eius taberna
culum eius tenebroſa aqua in
nubibus aeris.
P rę fulgore in conſpectu eius,
nubes tranſierunt, grādo ⁊ car
bones ignis.
E t intonuit de cęlo dominus,
⁊ altiſſimus dedit vocem ſuam:
grando ⁊ carbones ignis.
E t miſit ſagittas ſuas, ⁊ diſſipa
uit eos: fulgura multiplicauit
⁊ conturbauit eos.
E t apparuerunt fontes aqua-
rum: ⁊ reuelata ſunt fundamen
ta orbis terrarum.
A b increpatione tua dñe: ab
inſpiratione ſpiritus irę tuę.
M iſit de ſummo ⁊ accepit me: ⁊
aſſumpſit me de aquis multis.
E ripuit me de inimicis me-
is fortiſſimis, ⁊ ab his qui
ode-

oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.

Preuenerũt me in die afflictionis meę: ⁊ factus eſt dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit quoniam voluit me.

Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam: ⁊ ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Quia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a Deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo: ⁊ iuſtitias eiꝰ non repuli a me.

Et ero immaculatus cum eo: ⁊ obſeruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, ⁊ ſecundũ puritatẽ manuũ mearũ in conſpectu oculorum eius.

Cum ſancto ſanctus eris: ⁊ cũ viro innocẽte innocens eris.

Et cum electo electus eris: ⁊ cum peruerſo peruerteris.

Quoniam tu populum humilem ſaluum facies: ⁊ oculos ſuperborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: Deus meꝰ illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a tẽtatione, ⁊ in Deo meo trãſgrediar murum.

Deus meus impolluta via eiꝰ eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.

Quoniam quis deꝰ pręter dñm: aut quis deus pręter Deum noſtrũ?

Deus qui pręcinxit me virtute: ⁊ poſuit immaculatã viã meã.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: ⁊ ſuper excelſa ſtatuens me.

Qui docet manus meas ad pręlium: ⁊ poſuiſti vt arcũ ęreũ brachia mea.

Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuę: ⁊ dextera tua ſuſcepit me.

Et diſciplina tua correxit me, in finem: ⁊ diſciplina tua ipſa me docebit.

Dilataſti greſſus meos ſubtus me: ⁊ non ſunt infirmata veſtigia mea.

Perſequar inimicos meos ⁊ cõprehendam illos: ⁊ non conuertar donec deficiant.

Confringã illos nec poterũt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.

Et pręcinxiſti me virtute ad bellum: ⁊ ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

Et inimicos meos dediſti mihi dorſũ: ⁊ odientes me diſperdidiſti.

Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Eri-

Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

Populus quem non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt: et claudicauerunt a ſemitis ſuis.

Uiuit dominus et benedictus Deus meus: et exaltetur Deus ſalutis meę.

Deus qui das vindictas mihi, et ſubdis populos ſub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab inſurgētibꝰ ī me exaltabis me: a viro iniquo eripies me

Propterea cōfitebor tibi in nationibus domine: et nomini tuo pſalmum dicam.

Magnificans ſalutes regis eius, et faciens miſericordiā Chriſto ſuo Dauid: et ſemini eius vſqꝫ in ſeculum.

In aduentu. aña. Lętamini cū Jeruſalem: et exultate in ea omnes qui diligitis eam in ęternū. Poſt epiphaniam. aña. Dñs firmamētum meū et refugiū meū. Poſt trini. aña. Tu populum humilem ſaluaſti ab hoſte redēptor: Atque ſuperba tuo colla premis iaculo. Poſt epiphaniā et trinitatem. ℣. Media nocte ſurgebam. ℟. Ad confitendum nomini tuo dñe. In aduentu dñi. ℣. Egredietur virga de radice Jeſſe. ℟. Et flos de radice eiꝰ aſcendet. In quadrageſima. ℣. Ipſe liberauit me. ℟. De laqueo venātiū: et a verbo aſpero. In tertio noctur. in aduen. aña. Conſolamini conſolamini, poſt epiph. aña. Non ſunt loquelę. Poſt trinit. aña. Sponſus vt e thalamo proceſſit. Pſal. 18.

Celi enarrant gloriā Dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelę neqꝫ ſermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terraꝫ exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terrę verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum: et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currēdā viā: a ſummo cęlo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſqꝫ ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex domini immaculata conuertens animas, teſtimonium domini fidele: ſapientiam preſtans paruulis.

Iuſtitię domini rectę lętificantes corda: pręceptum domini lucidum illuminans oculos.

Timor dñi ſanctus permanet in ſeculuꝫ ſeculi: iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurum ⁊ lapidem precioſum multum: ⁊ dulciora ſuper mel ⁊ fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: ⁊ emundabor a delicto maximo.
Et erunt vt cōplaceāt eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus: ⁊ redēptor meus.
In aduen. dñi. Añ. Conſolamini conſolamini popule meus: dicit dominus deus noſter.
Poſt epiphaniam. Añа. Non ſunt loquelę neque ſermones, quorū nō audiant voces eorū.
Añа. Exaudiat. Poſt trinitatē. añа. Sponſus vt e thalamo proceſſit Chriſtus in orbem: Deſcendens cęlo iure ſalutifero.
Añа Auxilium nobis. Ps. 19.
Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob.
Mittat tibi auxiliū de ſancto: ⁊ de ſion tueatur te.
Memor ſit ois ſacrificij tui: ⁊ holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſcḋm cor tuum: ⁊ omne conſilium tuū confirmet.
Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ in noīe Dei nr̄i magnificabimur.
Impleat dñs omnes petitiones tuas: nunc cognoui qm̄ ſaluum fecit dominus Chriſtum ſuū.
Exaudiet illum de cęlo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexterę eius.
Hi in curribus, ⁊ hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderūt: nos autem ſurreximus ⁊ erecti ſumus.
Dñe ſaluū fac regem: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
In aduē. añ. Dies dñi ſicut fur in nocte veniet: ⁊ vos eſtote parati, qa qua hora non putatis filius hois veniet. Añ. Dicit dñs.
Poſt epipha. añа. Exaudiat te dñs in die tribulationis. Añа. Dñe. Poſt trinitatē. añа. Auxiliū nobis ſaluator mitte ſalutis: Et tribue vitam tpe perpetuo.
Añа. Rex ſine fine. Pſal. 20.
Domine in virtute tua letabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer.
Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
Qm̄ preueniſti eū i bn̄dictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.
Uitam petiit a te ⁊ tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſęculū ⁊ in ſęculum ſęculi.
Magna eſt gloria eius in ſaluta

ri tuo: gloriam τ magnum deco rem impones ſuper eum.

Q. m dabis eum in benedictio ne in ſeculum ſeculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Q. uoniam rex ſperat in dño: τ in miſericordia altiſſimi non commouebitur.

I nueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderũt.

P ones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, dominus in ira ſua conturbabit eos: τ deuorabit eos ignis.

F ructum eorum de terra perdes: τ ſemen eorũ a filiis hoium.

Q. m declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia que nõ potuerunt ſtabilire.

Q. uoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis preparabis vultum eorum.

E xaltare domine i virtute tua: cantabimus τ pſallemus virtutes tuas. In aduen. domini. Aña. Dicit dñs penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Poſt epipha. aña. Domine in virtute tua letabitur rex. Poſt trinitate. aña. Rex ſine fine manens miſeris tu parce ruinis. Premia cõcedens: τ tua cuncta regens. Poſt epiph. τ trinit. ℣. Exaltare dñe in virtute tua. ℟. Cantabimus τ pſallemus virtutes tuas. In aduentu. ℣. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet vt saluũ faciat populũ ſuũ a peccatis eorũ. In quadrageſi. ℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. ℟. Et ſub pẽis eiꝰ ſperabis. Nota quod Aña. laudum Regnauit dñs, dicũtur ſingule ſuper ſingulos pſalmos in prima dñica poſt octauã trinitatis τ in vltima ante aduentũ in quibus fit de tempore: alijs vero dñicis inter medijs: vna ſola aña dicatur ſuper quinque pſalmos. Et eadẽ aña dicantur ſingule ſuper ſingulos pſal. dñica prima poſt oct. epiph. τ alijs dñi. quando de tempore agitur vſque ad Sept. Sacer. ℣. Excelſus ſuper omnes gentes dominus. ℟. Et ſuper celos gloria eius.

In laudibus. Antiphona.

R Egnauit dñs precinctꝰ fortitudine cũ decore virtutũ, cuius ſedes parata eſt in eternũ. ps Dñs regnauit. aña. Sciamꝰ dẽs quia dñs ipſe eſt deus, cui iubilemꝰ τ exultemꝰ τ laudemꝰ nomen eius eternum. ps. Iubilate. aña. Benedicaʒ te dñe in vita mea: vt videã virtutẽ tuam τ gloriam tuam. ps. Deus deus meus. aña. Ois creatura tua celi τ terre benedicat dominũ τ hymnuʒ dicat τ ſuperexaltet eũ in ſecula. ps. Benedicite. Añ. Spiritus omnis laudet dñm: quia ipſe dixit τ facta ſunt omnia, mandauit τ creata ſunt.

ps. Laudate. Capitulum.
Benedictio et claritas et ſapientia et gratiarum actio: honor, virt⁹, et fortitudo deo noſtro, in ſecula ſeculorū. Amen.
Poſt epiph in laudibus. Hym.
Eterne rerum cōditor, noctem diem[que] qui regis: et temporum das tempora: vt alleues faſtidium.
Preco diei iam ſonat: noctis profunde peruigil: nocturna lux viātibus: a nocte noctem ſegregās.
Hoc excitatus lucifer: ſoluit polum caligine: hoc oīs errorum chorus viam nocendi deſerit.
Hoc nauta vires colligit: pōtu[que] miteſcunt freta: hoc ipſa petra eccleſie: canente culpam diluit.
Surgamus ergo ſtrenue: gallus iacētes excitat: et ſomnolētos increpat: gallus negantes arguit.
Gallo canēte ſpes redit: egris ſalus refundit: mucro latronis cōditur: lapſis fides reuertitur.
Ieſu labentes reſpice: et nos vidēdo corrige: ſi reſpicis lapſi ſtabunt: fletu[que] culpa ſoluitur.
Tu lux refulge ſenſibus: mentiſque ſomnum diſcute: te noſtra vox primum ſonet: vota ſoluamus tibi.
Deo patri ſit gloria. ℣. Dn̄s regnauit. Uel ſm tēpus dicitur.
℣. Dn̄e refugiū fact⁹ es nobis. ℟. A generatione et generationem.
Ab oct. trinitatis vſ[que] ad aduētum in laudibus. Hymnus.
Ecce iā noctis tenuatur vmbra: Lucis aurora rutilās coruſcat: Niſibus totis rogitemus omnes, Cuncti potentem.
Ut deus noſter miſeratus omnē Pellat languorem: tribuat ſalutem: Donet et nobis pietate patris, Regna polorum.
Preſtet hoc nobis deitas beata Patris ac nati pariter[que] ſancti Spiritus: cuius reboat in omni Gloria mundo. Amē. ℣. Dn̄s regnauit. ℟. Decorem induit.
AD PRIMAM. ps. xxi.
Deus deus meus reſpice i me quare me dereliquiſti? lōge a ſalute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte, et non ad inſipientiam mihi.
Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael.
In te ſperauerunt patres nr̄i: ſperauerunt et liberaſti eos.
Ad te clamauerunt et ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt et non ſunt confuſi.
Ego autem ſum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis.
Oēs vidētes me deriſerūt me: locuti ſūt labijs et mouerūt caput.
Sperauit in dn̄o eripiat eum: ſaluū faciat eū, qm̄ vult eum.
Qm̄ tu es qui extraxiſti me de vētre: ſpes mea ab vberib⁹ mr̄is

meę,

et mee: i te proiectus ſum ex vtero.
De ventre matris mee deus meus es tu: ne diſceſſeris a me.
Quoniam tribulatio proxima eſt: et non eſt qui adiuuet.
Circūdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederūt me.
Aperuerūt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum: et diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meū tāquā cera liqueſcens: in medio ventris mei.
Aruit tanquā teſta virtus mea, et lingua mea adheſit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxiſti me.
Quoniam circūdederunt me canes multi: concilium malignātium obſedit me.
Foderūt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.
Ipſi vero conſiderauerunt et inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, et ſuper veſtē meā miſerunt ſortem.
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defenſionem meam conſpice.
Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicornuum humilitatem meam.
Narrabo nomen tuū fratribus meis: i medio eccl'ie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: vniuerſum ſemē Jacob gloꝛificate eum.
Timeat eū omne ſemē Iſrael: quoniam non ſpreuit: neque deſpexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem ſuam a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea i eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum.
Edent pauperes et ſaturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.
Reminiſcentur et conuertentur ad dominū: vniuerſi fines terre.
Et adorabunt in conſpectu eius: vniuerſe familie gentium.
Quoniam domini eſt regnū: et ipſe dominabitur gentium.
Manducauerunt et adorauerūt omnes pingues terre: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: et ſemen meum ſeruiet ipſi.
Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabunt celi iuſtitiā eius: populo qui naſcetur, quē fecit dn̄s. Pſal. 22.

Dominus regit, et nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſti
tię: propter nomen ſuum.
Nam etſi ambulauero ĩ medio
vmbrę mortis, non timebo ma-
la: quoniam tu mecum es.
Virga tua & baculus tuus: ipſa
me conſolata ſunt.
Paraſti ĩ ɔſpectu meo mēſam:
aduerſus eos qui tribulant me.
Impinguaſti ĩ oleo caput meū:
& calix meus inebrians quā prę-
clarus eſt?
Et miſericordia tua ſubſequet
me: omnibus diebus vitę meę.
Et vt inhabitē in domo domi-
ni, in longitudine dierum. Glo-
ria patri. Pſalmus. 23.
Domini eſt terra & plenitu-
do eius: orbis terrarum &
vniuerſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria funda-
uit eum: & ſuper flumina prępa-
rauit eum.
Quis aſcendet in montem do-
mini: aut quis ſtabit in loco ſan-
cto eius?
Innocens manibus & mundo
corde, qui non accepit in vano a-
nimam ſuam: nec iurauit in do-
lo proximo ſuo.
Hic accipiet bñdictionē a dño:
& mſicordiā a deo ſalutari ſuo.
Hęc eſt gñatio quęrentiū eum:
quęrentium faciem Dei Iacob.
Attolite portas principes vr̃as:
& eleuamini portę ęternales, &
introibit rex glorię.
Quis eſt iſte rex glorię? domi-
nus fortis & potens, dominus po-
tens in prælio.
Attolite portas principes vr̃as:
& eleuamini portę ęternales: & in
troibit rex glorię.
Quis eſt iſte rex glorię? dñs vir
tutū ipſe ē rex glorię. Pſal. 24.
Ad te domine leuaui animā
meam: deus meus in te con
fido non erubeſcam.
Neqꝫ irrideāt me inimici mei:
etenim vniuerſi qui te expectāt,
non confundentur.
Confundantur omnes iniqua a-
gentes: ſuperuacue.
Vias tuas dñe demōſtra mihi:
& ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua & do-
ce me: quia tu es deus ſaluator
meus, & te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationū tua-
rum domine: & miſericordiarū
tuarum quę a ſęculo ſunt.
Delicta iuuentutis meę: & igno
rantias meas ne memineris.
Secundum miſericordiam tuā
memento mei tu: propter boni-
tatem tuam domine.
Dulcis & rectus dominus: pro-
pter hoc legem dabit delinquen
tibus in via.
Diriget manſuetos in iudicio:
docebit mites vias ſuas.
Vniuerſę vię domini miſericor
dia & veritas: requirētibus teſta-
mentum eius, & teſtimonia eius.
Propter nomē tuū dñe ꝓpitia-
beris peccato meo: multū ē enī.

Quis eſt homo qui timet dominum? legem ſtatuit ei in via quã elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: ꝛ ſemen eius hereditabit terram.
Firmamentum eſt dominus timentibus eum: ꝛ teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad dominũ: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice i me ꝛ miſerere mei: qa vnicus ꝛ pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meam ꝛ laborem meum: ꝛ dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos quoniã multiplicati ſunt: ꝛ odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animã meã ꝛ erue me: non erubeſcam, quoniam ſperaui in te.
Innocentes ꝛ recti adhęſerunt mihi: quoniam ſuſtinui te.
Libera deus Iſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis. Gloria patri. ꝛ filio. Pſalmus. 25.
Iudica me domine, quoniam ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum: ꝛ in domino ſperans nõ infirmabor.
Proba me domine ꝛ tenta me: vre renes meos ꝛ cor meum.
Quoniã miſericordia tua ante oculos meos eſt: ꝛ complacui in veritate tua.
Non ſedi cum concilio vanitatis: ꝛ cum iniqua gerentibus nõ introibo.
Odiui eccleſiam malignantiũ: ꝛ cum impiis non ſedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas: ꝛ circundabo altare tuum domine.
Ut audiam vocem laudis tuę: ꝛ enarrẽ vniuerſa mirabilia tua.
Dñe dilexi decorẽ dom⁹ tuę: ꝛ locũ habitationis glorię tuę.
Ne perdas cum impiis de⁹ animam meam: ꝛ cum viris ſanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me ꝛ miſerere mei.
Pes enim meus ſtetit i directo: in eccleſiis benedicam te domine. ꝶ. Deus i nomine tuo. Gloria patri ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto.
Et cetera vt i rubr. xiiij. dicitur.

FERIA SECVNDA.

Inuitato. Uenite exultem⁹ dño. Ꝑs. Iubilemus Deo. Hymnus.

Somno refectis artubus;
Spreto cubili ſurgimus,
Nobis pater canentibus,
Adeſſe te depoſcimus.
Te lingua primum concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Ut actuum ſequentium,

Tu sancte sis exordium.
Cedant tenebre lumini,
Et nox diurno syderi
Ut culpa quam nox intulit,
Lucis labescat munere.
Precamur iidem supplices
Noxas vt omnes amputes,
Et ore te canentium
Lauderis in perpetuum.
Presta pater piissime. Antiph.
Dominus. Psalmus. 26.

Dominus illuminatio mea: et salus mea, quem timebo?
Dominus protector vite mee: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo.
Unam petij a domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee.
Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmum dicam domino.
Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi domine in via tua: et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dominum viriliter age: et confortetur cor tuum et sustine dominum. Psalmus. 27.

Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templũ sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniqui-

quitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo: mala autem in cordibus eorum.

Da illis ſecundum opera eorũ: ⁊ ſecundum nequitiam adinuẽtionum ipſorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.

Quoniã nõ intellexerunt opera domini: ⁊ in opera manuum eius deſtrues illos, ⁊ non edificabis eos.

Benedictus dominus: quoniã exaudiuit vocem deprecationis mee.

Dominus adiutor meus ⁊ protector meus: ⁊ in ipſo ſperauit cor meum ⁊ adiutus ſum.

Et refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea confitebor ei.

Domin⁹ fortitudo plebis ſue: ⁊ protector ſaluationum Chriſti ſui eſt.

Saluum fac populum tuum domine ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege eos ⁊ extolle illos vſque in eternum.

Antiph. Dñs defenſor vite mee.

Añs. Adorate. Pſalm. 28.

Afferte domino filij Dei: afferte domino filios arietũ.

Afferte domino gloriã ⁊ honorem: afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.

Vox domini ſuper aquas deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox domini confringentis cedros: ⁊ confringet dominus cedros libani.

Et comminuet eas tãquam vitulum libani: ⁊ dilectus quẽadmodum filius vnicornium.

Vox domini intercidẽtis flammam ignis, vox domini concutientis deſertum: ⁊ commouebit dominus deſertum cades.

Vox domini preparãtis ceruos ⁊ reuelabit condenſa: ⁊ in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: ⁊ ſedebit dominus rex in eternum.

Domin⁹ virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo [redacted] i pace. Pſalm. 29.

Exaltabo te domine qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine deus meus clamaui ad te: ⁊ ſanaſti me.

Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.

Pſallite domino ſancti eius: ⁊ confitemini memorie ſanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: ⁊ vita in voluntate eius.

Ad veſperum demorabitur fle-

rus: ad matutinum letitia.
Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: preſtitiſti decori meo virtutem.
Auertiſti faciem tuã a me: & factus ſum conturbatus.
Ad te dñe clamabo: & ad deum meum deprecabor.
Que vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi puluis aut annunciabit veritatem tuam?
Audiuit dominus & miſertus eſt mei: dominus factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctũ meũ in gaudium mihi: cõſcidiſti ſaccũ meũ & circundediſti me letitia.
Ut cantet tibi gloria mea & non compungar: domine deus meus in eternum confitebor tibi. Antiphona. Adorate dominum in aula ſancta eius. Antiphona. In tua. Pſalmus. 30.
In te domine ſperaui nõ cõfundar in eternum: in iuſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Eſto mihi in deum protectorẽ: & in domum refugij, vt saluũ me facias.
Quoniam fortitudo mea & refugium meũ es tu: & propter nomẽ tuum deduces me & enutries me.
Educes me de laqueo quem abſcõderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo ſpiritũ meum: redemiſti me domine deus veritatis.
Odiſti obſeruantes vanitates: ſuperuacue.
Ego autem ĩ domino ſperaui: exultabo & letabor in miſericordia tua.
Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.
Nec concluſiſti me in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.
Miſerere mei domine quoniam tribulor: cõturbatus eſt in ira oculus meus: anima mea & venter meus.
Quoniam defecit ĩ dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.
Infirmata eſt in paupertate virtus mea: & oſſa mea conturbata ſunt.
Super oẽs inimicos meos factus ſum opprobriũ vicinis meis valde: & timor notis meis.
Qui videbant me foras fugerunt a me: obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde.
Factus ſum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorãtium in circuitu.
In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me: accipere animam

meam

meam conſiliati ſunt.
Ego autem in te ſperaui domine: dixi deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meę.
Eripe me domine de manu inimicorum meorum: ꝛ a perſequentibus me.
Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuū, ſaluum me fac in miſericordia tua domine: non cōfundar quoniam inuocaui te.
Erubeſcant impij: ꝛ deducantur in infernum: muta fiant labia doloſa.
Que loquūtur aduerſus iuſtū iniquitatē: in ſuperbia ꝛ in abuſione.
Quia magna multitudo dulcedinis tuę domine: quam abſcondiſti timentibus te?
Perfeciſti eis qui ſperant in te: in cōſpectu filiorum hominum.
Abſcōdes eos i abſcōdito faciei tuę: a conturbatione hominum.
Proteges eos i tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.
Benedictus dominus qm̄ mirificauit miſericordiam ſuam mihi: in ciuitate munita.
Ego autem dixi in exceſſu mentis meę: proiectus ſum a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudiſti vocem orationis meę: dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes ſancti eius, quoniā veritatem requiret dominus: ꝛ retribuet abūdāter facientibus ſuperbiam.
Viriliter agite ꝛ cōfortetur cor veſtrum: omnes qui ſperatis in domino. Pſalmus. 31.
Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates: ꝛ quorum tecta ſunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū: nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Quī tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata ēſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ęrumna mea, dū configitur ſpina.
Delictum meum cognitum tibi feci: ꝛ iniuſtitiam meam non abſcondi.
Dixi, cōfitebor aduerſum me iuſtitiam meam dn̄o: ꝛ tu remiſiſti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione quę circūdedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me.
Intellectum tibi dabo, ꝛ inſtruā te i via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus ꝛ mulus: quibus non eſt intellectus.
In chamo ꝛ freno maxillas eorum conſtringe: qui nō approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperantes autem in domino miſericordia circumdabit.

Letamini in domino ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.

Antiphona. In tua iuſtitia libera me dñe. Antiphona. Rectos. Pſal. 32.

Exultate iuſti i domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini domino in cithara: in pſalterio decem chordarũ pſallite illi.

Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione.

Quia rectum eſt verbũ domini: ⁊ omnia opera eius in fide.

Diligit miſericordiam ⁊ iudicium: miſericordia domini plena eſt terra.

Verbo dñi celi firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregãs ſicut in vtre aquas maris: ponẽs in theſauris abyſſos.

Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniã ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit ⁊ creata ſunt.

Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, ⁊ reprobat conſilia principum.

Conſilium autem domini in eternum manet: cogitationes cordis eius in gñatione ⁊ gñationẽ.

Beata gens cuius eſt dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem ſibi.

De celo reſpexit dominus: vidit omnes filios hominum.

De preparato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.

Qui finxit ſigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

Non ſaluatur rex per multam virtutem: ⁊ gigas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſue.

Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſue non ſaluabitur.

Ecce oculi domini ſup metuentes eum: ⁊ in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Ut eruat a morte animas eorũ: ⁊ alat eos in fame.

Anima noſtra ſuſtinet dominũ: quoniã adiutor ⁊ protector noſter eſt.

Quia in eo letabitur cor noſtrum: ⁊ in nomine ſancto eius ſperauimus.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te. Pſalmus. 33.

Benedicam dominũ in omni tẽpore: ſemper laus eius in ore meo.

In domino laudabitur anima mea audiant manſueti ⁊ letentur.

Magnificate dñm mecũ: ⁊ exaltemus nomen eius in idipſum.

Exquiſiui dominum ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum ⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtrę nō cōfundent.

Iſte pauper clamauit ⁊ dominꝰ exaudiuit eum: ⁊ ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.

Immittit angelus dñi in circuitu timētium eum: ⁊ eripiet eos.

Guſtate ⁊ videte, quoniam ſuauis eſt dominus: beatus vir qui ſperat in eo.

Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum.

Diuites eguerunt ⁊ eſurierūt: inquirentes autem dominū nō minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorē domini docebo vos.

Quis eſt homo qui vult vitā: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguā tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum.

Diuerte a malo ⁊ fac bonū: inquire pacem ⁊ perſequere eam.

Oculi dñi ſuper iuſtos: ⁊ aures eius, in preces eorum.

Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta eſt dominus: his qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.

Multę tribulationes iuſtorum: ⁊ de omnibus his liberauit eos dominus.

Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his nō cōteretur.

Mors peccatorum peſſima: ⁊ q oderunt iuſtum delinquent.

Redimet dominus animas ſeruorum ſuorū: ⁊ non delinquent omnes qui ſperant in eo.

Aña. Rectos decet collaudatio.

Antiph. Expugna. Pſal. 34.

Iudica domine nocētes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma ⁊ ſcutum: ⁊ exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam ⁊ conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animę meę: ſalus tua ego ſum.

Confundantur ⁊ reuereantur quęrentes animam meam.

Auertātur retrorſum ⁊ cōfundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciē venti: ⁊ angelus domini coarctans eos.

Fiat via illorum tenebrę ⁊ lubricum: ⁊ angelus domini perſequens eos.

Quoniā gratis abſconderunt mihi interitū laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerūt animā meā.

Veniat illi laqueus quem ignorat, ⁊ captio quam abſcondit apprehēdat eum: ⁊ in laqueum cadat in ipſum.

Anima autē mea exultabit in

domino: ⁊ delectabitur ſuper ſalutari ſuo.

Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tui?

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum ⁊ pauperē a diripientibus eum

Surgentes teſtes iniqui: quę ignorabam interrogabant me.

Retribuebāt mihi mala pro bonis: ſterilitatem animę meę.

Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animā meam: ⁊ oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Quaſi proximum, ⁊ quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam: quaſi lugens ⁊ cōtriſtatus ſic humiliabar.

Et aduerſum me lętati ſunt ⁊ conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella ⁊ ignoraui.

Diſſipati ſunt nec compūcti, tētauerunt me, ſubſanauerūt me ſubſanatione: frenduerūt ſuper me dentibus ſuis.

Domine quādo reſpicies? reſtitue animā meā a malignitate eorum: a leonibus vnicā meam.

Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te.

Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique: qui oderunt me gratis ⁊ annuunt oculis.

Quoniā mihi quidem pacifice loquebantur: ⁊ in iracundia terrę loquentes, doloſ cogitabant.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt euge euge viderunt oculi noſtri.

Vidiſti domine ne ſileas: domine ne diſcedas a me.

Exurge ⁊ intende iudicio meo: deus meus ⁊ dominus meus in cauſam meam.

Iudica me ſecundū iuſtitiā tuā domine deus meus: ⁊ non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis euge euge animę noſtrę: nec dicant deuorabimus eum.

Erubeſcāt ⁊ reuereantur ſimul: q gratulantur malis meis.

Induantur confuſione ⁊ reuerentia: qui maligna loquuntur ſuper me.

Exultent ⁊ lętentur qui volūt iuſtitiam meam: ⁊ dicāt ſemper magnificetur dominus, qui volunt pacem ſerui eius.

Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam: tota die laudem tuam.

Pſalmus. 35.

DIxit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo: nō eſt timor dei ante oculos eius.

Quoniam doloſe egit in cōſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas ⁊ dolus: noluit intelligere vt bñ ageret.

Iniquitatē meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni vię non bonę: malitiam autem non odiuit.

Domine

Dñe in cęlo miſericordia tua: ꝛ veritas tua vſque ad nubes.

Iuſtitia tua ſicut montes dei: iudicia tua abyſſus multa.

Homines ꝛ iumēta ſaluabis domine: quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus.

Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum ſperabunt.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuę: ꝛ torrente voluptatis tuę potabis eos.

Quoniã apud te eſt fons vitę: ꝛ in lumine tuo videbimus lumen.

Pretende miſericordiam tuam ſciētibus te: ꝛ iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.

Non veniat mihi pes ſuperbię: ꝛ manus peccatoris non moueat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatē: expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. Antiphona. Expugna impugnantes me. Antiph. Reuela. Pſalmus. 36.

Noli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquam fęnum velociter areſcent: ꝛ quemadmodum olera herbarum cito decident.

Spera in domino ꝛ fac bonitatem: ꝛ inhabita terram ꝛ paſceris in diuitiis eius.

Delectare in domino: ꝛ dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela domino viam tuam: ꝛ ſpera in eo, ꝛ ipſe faciet.

Et educet quaſi lumen iuſtitiã tuam ꝛ iudicium tuum tãquam meridiem: ſubditus eſto domino ꝛ ora eum.

Noli ęmulari in eo qui proſperatur in via ſua: in homine faciēte iniuſtitias.

Deſine ab ira ꝛ derelinque furorem: noli ęmulari vt maligneris.

Quoniam qui malignãtur exterminabuntur: ſuſtinentes autem dominum ipſi hęreditabũt terram.

Et adhuc puſillũ ꝛ non erit peccator: ꝛ quęres locum eius ꝛ non inuenies.

Manſueti autem hęreditabunt terram, ꝛ delectabuntur in multitudine pacis.

Obſeruabit peccator iuſtum: ꝛ ſtridebit ſup eum dentibus ſuis.

Dominus autem irridebit eũ: quoniam proſpicit quod veniet dies eius.

Gladium euaginauerũt peccatores: intēderunt arcum ſuum.

Ut decipiãt pauperem ꝛ inopē: vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipſorum: ꝛ arcus eorum confringatur.

Melius ē modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas.

Quoniã brachia peccatorũ cõterentur: confirmat autem iuſtos dominus.

Nouit

Nouit dominus dies immacu-
latorum: ⁊ hereditas eorum in
eternum erit.
Non confundentur in tempore
malo, ⁊ in diebus famis ſatura-
buntur: quia peccatores peribūt.
Inimici vero dñi mox vt hono-
rificati fuerint, ⁊ exaltati: deficiē
tes quemadmodum fumus defi-
cient.
Mutuabitur peccator ⁊ non ſol
uet: iuſtus autem miſeretur ⁊
tribuet.
Quia benedicentes ei heredi-
tabunt terram: maledicētes au-
tem ei diſperibunt.
Apud dominum greſſus homi-
nis dirigetur: ⁊ viam eius volet.
Cum ceciderit non collidetur:
quia dñs ſupponit manū ſuam.
Iunior fui etenim ſenui: ⁊ non
vidi iuſtum derelictum, nec ſe-
men eius querens panem.
Tota die miſeretur ⁊ commo-
dat: ⁊ ſemen illius in benedictio
ne erit.
Declina a malo ⁊ fac bonum:
⁊ inhabita in ſeculum ſeculi.
Quia dominus amat iudiciū,
⁊ non derelinquet ſanctos ſuos:
in eternum conſeruabuntur.
Iniuſti punientur: ⁊ ſemen im-
piorum peribit.
Iuſti autem hereditabunt ter-
ram: ⁊ inhabitabunt in ſeculum
ſeculi ſuper eam.
Os iuſti meditabitur ſapientiā:
⁊ lingua eius loquetur iudiciū.
Lex dei eius in corde ipſius: ⁊
non ſupplantabuntur greſſus eius.
Conſiderat peccator iuſtum: ⁊
querit mortificare eum.
Dominus autem non dereliu-
quet eū in manibus eius, nec dā-
nabit eū cum iudicabitur illi.
Expecta dominū ⁊ cuſtodi viā
eius, ⁊ exaltabit te vt hereditatē
capias terrā: cum perierint pec-
catores videbis.
Vidi impium ſuperexaltatum:
⁊ eleuatum ſicut cedros libani.
Et tranſiui ⁊ ecce nō erat: que-
ſiui eum, ⁊ non eſt inuentus lo-
cus eius.
Cuſtodi innocentiam ⁊ vide e-
quitatem: quoniā reliquie ſunt
homini pacifico.
Iniuſti autē diſperibunt: ſimul
reliquie impiorum interibunt.
Salus autem iuſtorum a domi-
no: ⁊ protector eorum in tempo-
re tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus: ⁊ li-
berabit eos, ⁊ eruet eos a pecca-
toribus ⁊ ſaluabit eos, quia ſpe-
rauerunt in eo. Pſalmus. 37.
DOmine ne ī furore tuo ar-
guas me: neque in ira tua
corripias me.
Quoniā ſagitte tue infixe ſunt
mihi, ⁊ confirmaſti ſuper me ma
num tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea a
facie ire tue non eſt pax oſſibus
meis a facie peccatorū meorum.
Quoniam iniquitates mee ſu-
per-

pergreſſę ſunt caput meum: ⁊ ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me.

Putruerunt ⁊ corruptę ſunt cicatrices meę: a facie inſipientię meę.

Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: ⁊ non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum ⁊ humiliatus ſū nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum: ⁊ gemitus meus a te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt in me dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum: ⁊ ipſum non eſt mecum.

Amici mei ⁊ proximi mei: aduerſum me appropinquauerūt ⁊ ſteterunt.

Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: ⁊ vim faciebāt qui quęrebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquā ſurdus nō audiebam: ⁊ ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: ⁊ non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequādo ſupergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: ⁊ dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.

Inimici aūt mei viuunt, ⁊ cōfirmati ſunt ſuper me: ⁊ multiplicati ſunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne diſceſſeris a me.

Intēde in adiutorium meum: domine deus ſalutis meę.

Añā. Reuelabo dn̄o viā tuā. ℣. Dn̄e i cęlo miſericordia tua. ℟. Et veritas tua vſque ad nubes. In aduen. ℣. Ex ſion ſpecies decoris eius. ℟. Deus nr̄ manifeſte veniet. In quadrageſima. ℣. Dicet dn̄o. ℟. Suſceptor meus es tu. Te deum. non dicitur Sacer. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quemadmodum ſperauimus in te.

IN LAVDIBVS.

Añā. Miſerere mei de⁹ ps. Ipſe. añā. Intellige clamorē meū dn̄e. ps. Verba mea auri. Añā. Deus deus me⁹ ad te de luce vi-

gl. ℟. Ipſe. Antiphona. Conuerſus. Canticum Eſaie.

Onfitebor tibi dñe, qm̃ iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus ⁊ conſolatus es me.

Ecce deus ſaluator meus: fiducialiter agam, ⁊ non timebo.

Quia fortitudo mea ⁊ laꝰ mea dominus: ⁊ factus eſt mihi in ſalutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die, confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuẽtiones eius: mementote quoniã excelſum eſt nomen eius.

Cantate domino quoniam magnifice fecit, annunciate hoc in vniuerſa terra.

Exulta ⁊ lauda habitatio ſion: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Gloria. Añа. Conuerſus eſt furor tuus domine: ⁊ conſolatus es me. Antiphona. Laudate dominum de celis. ℣. Ipſe. Capitulum.

Fratres: vigilate ⁊ orate: ſtate in fide: viriliter agite ⁊ confortamini in dño: ⁊ omnia veſtra in charitate fiant. Hymnꝰ.

Splendor paterne glorie
De luce lucem proferens
Lux lucis ⁊ fons luminis
Dies diem illuminans.
Veruſque ſol illabere
Micans nitore perpeti
Iubarque ſancti ſpiritus
Infunde noſtris ſenſibus.
Votis vocemus te patrem:
Patrem perennis glorie
Patrem potentis gratie
Culpam releget lubricam.
Informet actus ſtrenuos:
Dentes retundat inuidi:
Caſus ſecundet aſperos:
Donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet ⁊ regat
Caſto fideli corpore:
Fides calore ferueat:
Fraudis venena neſciat.
Chriſtuſq; nobis ſit cibus:
Potuſque noſter ſit fides:
Leti bibamus ſobrie
Ebrietatem ſpiritus
Letus dies hic tranſeat:
Pudor ſit vt diluculum:
Fides velut meridies:
Crepuſculum mens neſciat.
Aurora curſus prouehit:
Aurora rurſus prodeat:
In patre totus filius:
Et totus in verbo pater.
Deo patri ſit gloria. ℣. In matutinis domine meditabor in te. ℟. Quia fuiſti adiutor meus.

Ad benedictus Antiphona. Benedictus dominꝰ deꝰ Iſrael.

FERIA TERTIA.

Ad matutinũ Inuitatorium. Iubilemus deo ſalutari nr̃o. ps. Venite exultemꝰ dño. Hymnꝰ.

Onſors paterni luminis
Lux ipſe lucis ⁊ dies:
Noctem canendo rumpimus:
Aſſiſte poſtulantibus.

Aufer tenebras mentium:
Fuga catervas demonum:
Expelle ſomnolentiam:
Ne pigritantes obruat.
Sic Chriſte nobis omnibus
Indulgeas credentibus:
Ut proſit exorantibus:
Quod precinentes pſallimus.
Preſta pater piiſſime. Antiph.
Ut non delinquam. Pſal. 38.

Dixi cuſtodiam vias meas: vt non delinquã in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiam: cum conſiſteret peccator aduerſum me.
Obmutui, τ humiliatus ſum τ ſilui a bonis: τ dolor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meum intra me: τ in meditatione mea exardeſcet ignis.
Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meorum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi?
Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: τ ſubſtantia mea tãquam nihilum ante te.
Ueruntamẽ vniuerſa vanitas: omnis homo viuens.
Ueruntamen in imagine pertrãſit homo: ſed τ fruſtra conturbatur.
Theſaurizat: τ ignorat cui congregabit ea.
Et nũc que eſt expectatio mea? nõne dominus? τ ſubſtãtia mea apud te eſt.
Ab omnibus iniqtatibus meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me.
Obmutui τ nõ aperui os meũ quoniam tu feciſti: amoue a me plagas tuas.
A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuiſti hominem.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneã animam eius: verũtamen vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationẽ meam domine τ deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.
Ne ſileas quoniam aduena ego ſum apud te: τ peregrinus ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam: τ amplius non ero. Pſalmus. 39.

Expectans expectaui dominum: τ intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas: τ eduxit me de lacu miſerie τ de luto fecis.
Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: τ direxit greſſus meos.
Et immiſit in os meum canticum nouum: carmẽ deo noſtro.
Uidebunt multi τ timebunt: τ ſperabunt in domino.
Beatus vir cuius eſt nomẽ dñi ſpes eius: τ non reſpexit in vanitates τ inſanias falſas.

Multa

M ulta fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: ⁊ cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

A nnūciaui ⁊ locutus sum multiplicati sunt super numerum.

S acrificium ⁊ oblationē noluisti: aures autem perfecisti mihi.

H olocaustum ⁊ pro peccato nō postulasti: tunc dixi ecce venio.

I n capite libri scriptum est de me: vt facerem volūtatem tuam deus meus volui, ⁊ legem tuam in medio cordis mei.

A nnūciaui iustitiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō ꝓhibebo, domine tu scisti.

I ustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam ⁊ salutare tuum dixi.

N on abscondi misericordiam tuam ⁊ veritatem tuam: a concilio multo.

T u autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, ⁊ veritas tua sēmper susceperunt me.

Q m̄ circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meȩ, ⁊ non potui vt viderem.

M ultiplicatȩ sunt super capillos capitis mei: ⁊ cor meum dereliquit me.

C omplaceat tibi dn̄e vt eruas me: domine ad adiuuādum me respice.

C onfundantur ⁊ reuereantur simul qui quȩrunt animā meā: vt auferant eam.

C onuertantur retrorsum ⁊ reuereantur: qui volunt mihi mala.

F erant cōfestim cōfusionē suam: qui dicunt mihi euge euge.

E xultent ⁊ lȩtentur super te omnes querentes te: ⁊ dicant semꝑ magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

E go aūt mendicus sum, ⁊ pauper: dominus solicitus est mei.

A diutor meus, ⁊ protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

Antiph. Ut non delinquam in lingua mea. Antiphona. Sana domine. Psalmus. xl.

B Eatus qui intelligit super egenum, ⁊ pauperē: in die mala liberabit eum dominus.

D ominus conseruet eum, ⁊ viuificet eum, ⁊ beatum faciat eū in terra: ⁊ nō tradat eum in animam inimicorum eius.

D ominꝰ opē ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

E go dixi dn̄e miserere mei: sana animā meā qȝ peccaui tibi.

I nimici mei dixerunt mala mihi: quādo morietur, ⁊ peribit nomen eius?

E t si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius cōgregauit iniquitatem sibi.

E grediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipsum.

Aduerſum me ſuſurrabāt om-
nes inimici mei: aduerſum me
cogitabant mala mihi.
Uerbum iniquum cōſtituerūt
aduerſum me: nūquid qui dor-
mit, non adijciet vt reſurgat.
Etenim homo pacis meę in
quo ſperaui: qui edebat panes
meos magnificauit ſup me ſup-
plantationem.
Tu aūt dñe miſerere mei, ⁊ re-
ſuſcita me: ⁊ retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam vo-
luiſti me: qm̄ non gaudebit ini-
micus meus ſuper me.
Me aūt propter innocentiam
ſuſcepiſti: ⁊ confirmaſti me in cō
ſpectu tuo in ęternum.
Benedictus dominus deus Iſ-
rael: a ſeculo, ⁊ vſque in ſeculū,
fiat fiat. Pſalmus 41.
Quemadmodū deſiderat cer
uus ad fontes aquarum:
ita deſiderat aīa mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deū fon
tem viuum: qn̄ veniam ⁊ appa-
rebo ante faciem dei mei?
Fuerūt mihi lachrymę meę pa
nes die ac nocte: duʒ dicitur mi
hi quotidie vbi eſt deus tuus?
Hęc recordatus ſum ⁊ effudi
in me animam meam: qm̄ tran-
ſibo in locum tabernaculi admi
rabilis, vſque ad domum dei.
In voce exultationis ⁊ cōfeſſio-
nis: ſonus epulantis.
Quare triſtis es anima mea:
⁊ quare conturbas me?

Spera in deo, quoniam adhuc
confitebor illi: ſalutare vultus
mei, ⁊ deus meus.
Ad meipſum anima mea con-
turbata eſt: propterea memor
ero tui de terra Iordanis, ⁊ her
monij a monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat: in vo
ce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua, ⁊ fluctꝰ tui
ſuper me tranſierunt.
In die mandauit dominus mi-
ſericordiam ſuam: ⁊ nocte can-
ticum eius?
Apud me oratio deo vitę meę
dicam deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei, ⁊ qua-
re contriſtatus incedo: dum af-
fligit me inimicus?
Dum cōfringuntur oſſa mea ⁊
exprobrauerunt mihi qui tribu
lant me inimici mei.
Dū dicunt mihi per ſingulos
dies, vbi eſt deus tuus: quare
triſtis es anima mea, ⁊ quare cō
turbas me?
Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi: ſalutare vultus
mei, ⁊ deus meus.
Aña. Sana domine animam
meam quia peccaui tibi.
Aña. Eructauit. Pſalm 43.
Deus auribus noſtris au-
diuimus: patres noſtri an
nunciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in die
bus eoꝝ: ⁊ in diebus antiquis.
Manus tua gētes diſperdidit ⁊

plantaſti eos: ⁊ afflixiſti populos ⁊ expuliſti eos.

Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram: ⁊ brachium eorum non ſaluauit eos.

Sed dextera tua ⁊ brachium tuum ⁊ illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.

Tu es ipſe rex meus ⁊ deus meus: q̄ mādas ſalutes Jacob.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu: ⁊ in noīe tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperabo: ⁊ gladius meus non ſaluabit me.

Saluaſti enim nos de affligentibus nos: ⁊ odientes nos confudiſti.

In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo confitebimur tibi in ſęculum.

Nunc autem repuliſti ⁊ confudiſti nos: ⁊ non egredieris deus in virtutibus noſtris.

Auertiſti nos retrorſū poſt inimicos noſtros: ⁊ qui oderunt nos diripiebant ſibi.

Dediſti nos tanquā oues eſcarum: ⁊ in gentibus diſperſiſti nos.

Vendidiſti populum tuū ſine precio: ⁊ non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem ⁊ deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me eſt: ⁊ confuſio faciei meę cooperuit me.

A voce exprobrātis: ⁊ obloquētis: a facie inimici, perſequentis.

Hęc omnia venerūt ſuper nos, nec obliti ſumus te: ⁊ inique nō egimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retro cor noſtrum: ⁊ declinaſti ſemitas noſtras a via tua.

Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: ⁊ cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti ſumus nomen dei noſtri: ⁊ ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum.

Nonne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

Exurge quare obdormis dn̄e? exurge ⁊ ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis? obliuiſceris inopię noſtrę: ⁊ tribulationis noſtrę?

Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter.

Exurge domine adiuua nos: ⁊ redime nos propter nomen ſanctum tuum.

Pſalmus 44.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego ope

ra mea regi.

Lingua mea calamus ſcribe, velociter ſcribentis.

Speciosus forma pꝛe filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in eternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum: potentiſſime.

Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere, procede, ⁊ regna.

Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſtitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute: populi ſub te cadēt i corda inimicoꝝ regis.

Sedes tua de⁹ in ſclm ſcli: virga directionis virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo letitie pꝛe conſoꝛtibus tuis.

Myrrha ⁊ gutta ⁊ caſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honoꝛe tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate.

Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam: ⁊ obliuiſcere populū tuum ⁊ domum patris tui.

Et concupiſcet rex decoꝛem tuum: quoniā ipſe eſt dominus deus tuus ⁊ adoꝛabunt eum.

Et filie Tyri in muneribus vultum tuum depꝛecabuntur: omnes diuites plebis.

Omnis gloꝛia ei⁹ filie regis ab intus in fimbꝛiis aureis: circū amicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eam: pꝛoxime eius afferent tibi.

Afferentur in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis.

Pꝛo patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos pꝛincipes ſuper omnem terram.

Memoꝛes erūt nominis tui domine: in omni generatione ⁊ generationem.

Pꝛopterea populi confitebuntur tibi in eternum: ⁊ in ſeculum ſeculi. Gloꝛia. Aña. Eructauit coꝛ meū verbum bonū.

Aña. Adiutoꝛ. Pſalmus 45.

Deus noſter refugiū ⁊ virtus: adiutoꝛ in tribulationibus, q̄ inuenerūt nos nimis.

Pꝛopterea non timebimus dū turbabitur terra: ⁊ transferent montes in coꝛ maris.

Sonuerūt, ⁊ turbate ſunt aque eoꝛum: conturbati ſunt montes in foꝛtitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eā deus mane diluculo.

Conturbate ſunt gentes, ⁊ inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam ⁊ mota eſt terra.

D ominus virtutum nobiſcū: ſuſceptor noſter deus Jacob.
V enite et videte opera domini, quę poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terrę.
A rcum conteret et confringet arma: et ſcuta comburet igni.
V acate et videte, quoniam ego ſum deus: exaltabor in gētibus, et exaltabor in terra.
D ñs virtutum nobiſcū: ſuſceptor nr̄ Deus Jacob. ps 46.
O Mnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.
Q uoniam dominus excelſus, terribilis: rex magnus ſuper omnem terram.
S ubiecit populos nobis: et gentes ſub pedibus noſtris.
E legit nobis hęreditatē ſuam: ſpeciem Jacob quem dilexit.
A ſcendit deus in iubilatione: et dominus in voce tubę.
P ſallite deo noſtro pſallite: pſallite regi noſtro pſallite.
Q uoniā rex omnis terrę deus: pſallite ſapienter.
R egnabit deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
P rincipes populorum congregati ſunt cum deo Abraham: quoniam dij fortes terrę vehementer eleuati ſunt.
Añ. Adiutor i tribulationib⁹.
Aña. Auribus percipite. ps 47.

M Agnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius.
F undatur exultatione vniuerſę terrę, mons ſion: latera aquilonis ciuitas regis magni.
D eus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſcipiet eam.
Q uoniā ecce reges terrę cōgregati ſunt: conuenerunt in vnum.
I pſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos.
I bi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.
S icut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate dei noſtri, deus fundauit eam in ęternum.
S uſcepimus deus miſericordiā tuam: in medio templi tui.
S ecundum nomē tuum deus, ſic et laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua.
L ętetur mons ſion, et exultent filię Judę: propter iudicia tua domine.
C ircundate ſion et cōplectimini eam: narrate in turribus ei⁹.
P onite corda veſtra in virtute eius: et diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.
Q uoniā hic eſt deus deus noſter in ęternū, et in ſęculū ſęculi: ipſe reget nos in ſęcula. ps 48.
A Udite hęc omnes gentes: auribus percipite omnes

qui

qui habitatis orbem.
Quique terrigene ⁊ filij homi-num: ſimul in vnum diues ⁊ pauper.
Os meum loquetur ſapientiã: ⁊ meditatio cordis mei pru-dentiam.
Inclinabo in parabolam aures meam: aperiam in pſalterio pro poſitionem meam.
Cur timebo i die mala? iniqui tas calcanei mei circũdabit me.
Qui confidunt in virtute ſua: ⁊ in multitudine diuitiarũ ſua-rum gloriantur.
Frater non redimit, redimet homo: ⁊ non dabit deo placa-tionem ſuam.
Et pretium redemptionis ani me ſue: ⁊ laborabit in eternum, ⁊ viuet adhuc in finem.
Non videbit interitũ cum vi-derit ſapientes morientes: ſimul inſipiens, ⁊ ſtultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulcra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in proge-nie, ⁊ progenie: vocauerunt no-mina ſua in terris ſuis.
Homo cum in honore eſſet nõ intellexit: comparatus eſt iu-mentis inſipientibus, ⁊ ſimilis factus eſt illis.
Hec via illorum ſcandalum ip-ſis: ⁊ poſtea in ore ſuo compla-cebunt.
Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.
Et dominabuntur eorum iu-ſti in matutino: ⁊ auxilium eo-rum in inferno veteraſcet a glo ria eorum.
Veruntamẽ deus redimet ani mam meam de manu inferi: cũ acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo: ⁊ cum multiplica-ta fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit non ſumet omnia: neque deſcẽdet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ip-ſius benedicetur: confitebitur ti bi cum benefeceris ei.
Introibit vſq; in progenies pa-trum ſuorum: ⁊ vſque in eter-num non videbit lumen.
Homo cum in honore eſſet nõ intellexit: cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus, ⁊ ſimilis factus eſt illis. Gloria. Aña. Auribus per cipite qui habitatis orbem.
Aña. Deus deorum. ps 49.
Deus deorum dñs locutus eſt: ⁊ vocauit terram.
A ſolis ortu vſque ad occaſum: ex ſion ſpecies decoris eius.
Deus manifeſte veniet: deus noſter ⁊ non ſilebit.
Ignis in conſpectu eius exarde ſcet: ⁊ in circuitu eius tempe-ſtas valida.
Aduocauit celum deſurſum: ⁊ terram diſcernere populũ ſuũ.
Congregate illi ſanctos eius:

qui ordinant teſtamentum eius
ſuper ſacrificia.
Et annũciabunt celi iuſtitiam
eius: quoniam deus iudex eſt.
Audi populus meus; ⁊ loquar
Iſrael: ⁊ teſtificabor tibi, deus deus
tuus ego ſum.
Non in ſacrificiis tuis arguã te:
holocauſta autem tua in conſpe
ctu meo ſunt ſemper.
Nõ accipiã de domo tua vitulos:
neque de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee ſunt omnes fe
re ſyluarum: iumenta in monti-
bus ⁊ boues.
Cognoui omnia volatilia celi:
⁊ pulchritudo agri mecum eſt.
Si eſuriero non dicam tibi: meus
eſt enim orbis terre ⁊ plenitudo
eius.
Nunquid manducabo carnes
taurorum: aut ſanguinem hirco
rum potabo?
Immola deo ſacrificiũ laudis: ⁊
redde altiſſimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulatio
nis: eruã te ⁊ honorificabis me.
Peccatori autẽ dixit deus: qua-
re tu enarras iuſtitias meas, ⁊ aſ-
ſumis teſtamentum meum per os tuũ.
Tu vero odiſti diſciplinã: ⁊ pro
iecisti ſermones meos retrorſum.
Si videbas furẽ currebas cum
eo: ⁊ cum adulteris portionẽ tuã
ponebas.
Os tuum abundauit malitia: ⁊
lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduerſus fratrem tuum
loquebaris: ⁊ aduerſus filiũ ma-
tris tue ponebas ſcandalum: hec
feciſti ⁊ tacui.
Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſi-
milis: arguam te ⁊ ſtatuam con-
tra faciem tuam.
Intelligite hec qui obliuiſcimi-
ni deum: nequando rapiat ⁊ non
ſit qui eripiat.
Sacrificiũ laudis honorificabit
me: ⁊ illic iter quo oſtendã illi ſa
lutare dei noſtri. Pſalmus. 51.
Quid gloriaris in malitia: qui
potens es in iniquitate.
Tota die iniuſtitiam cogitauit
lingua tua: ſicut nouacula acuta
feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper beni-
gnitatem: iniquitatẽ magis quã
loqui equitatem.
Dilexiſti omnia verba precipi-
tationis: lingua doloſa.
Propterea deus deſtruet te in fi-
nem: euellet te ⁊ emigrabit te de
tabernaculo tuo: ⁊ radicem tuã
de terra viuentium.
Videbũt iuſti ⁊ timebunt, ⁊ ſu-
per eum ridebunt ⁊ dicent: ecce
homo qui nõ poſuit deum adiu-
torem ſuum.
Sed ſperauit in multitudine di
uitiarum ſuarum: ⁊ preualuit in
vanitate ſua.
Ego autẽ ſicut oliua fructifera i
domo dei: ſperaui i miſericordia
dei in eternũ: ⁊ in ſeculũ ſeculi.
Confitebor tibi in ſeculum quia
feciſti: ⁊ expectabo nomẽ tuum:
quoniam

quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum. Gloria. Aña Deus deorum dñs locut⁹ eſt. ℣ Jmmola deo ſacrificium laudis. ℟. Et redde altiſſimo vota tua. Jn aduentu. ℣ Egredietur virga de radice Jeſſe. ℟. Et flos de radice eius aſcendet. Jn xl. ℣ Jpſe liberauit me. ℟. De laqueo venantium: et a verbo aſpero. Te deum. nõ dicitur Sacer. ℣ Fiat miſericordia. etc. vt in fer ij. Jn laudib⁹ aña Secundum magnã miſericordiam tuã miſerere mei Deus. ps 50.

Miſerere mei Deus: ſecundum magnã miſericordiã tuam.

Et ſecundum multitudinẽ miſerationum tuarũ: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a pctõ meo mũda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: et peccatum meũ contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, et malum corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis: et vincas cũ iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi.

Aſperges me dñe hyſſopo et mũdabor: lauabis me et ſuper niuẽ dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiũ et lętitiam: et exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me de⁹: et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: et ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus de⁹ de⁹ ſalutis meę: et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Dñe labia mea aperies: et os meum annunciabit laudẽ tuã.

Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem vtique: holocauſtis nõ delectaberis.

Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua ſion: vt ędificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitię, oblationes et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuũ vitulos. Aña Salutare vultus mei et deus meus. Pſalm⁹ 42.

Judica me deus, et diſcerne cauſam meam de gente non

ſancta: ab homine iniquo ⁊ doloſo erue me.

Quia tu es Deus, fortitudo mea, quare me repuliſti ⁊ quare triſtis incedo: dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem ſanctũ tuũ:⁊ in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deũ q letificat iuuẽtutẽ meã.

Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare triſtis es aia mea,⁊ quare conturbas me?

Spera in Deo quoniaꝫ adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, ⁊ deus meus. Gloria pa.

Aña. Ut te de luce vigilo deus.

Pſalmus, Deus deus meus.

Antiphona. Cunctis diebus.

Canticum Ezechie regis.

Ego dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Queſiui reſiduum annorum meorum: dixi non videbo domi num deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra: ⁊ habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt,⁊ cõuoluta eſt a me: quaſi tabernacula paſtorum.

Preciſa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſqꝫ ad mane: quaſi leo ſic contriuit oia oſſa mea.

De mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſo.

Domine vim patior, reſponde pro me: quid dicã? aut quid rñdebit mihi cum ipſe fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine aie mee.

Domine ſi ſic viuitur, ⁊ in talibus vita ſpiritus mei corripies me,⁊ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autem eruiſti animaꝫ meã vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum oia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neqꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendũt in lacum veritatem tuam.

Uiuens viuens ipſe confitebit tibi, ſicut ⁊ ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine ſaluum me fac: ⁊ pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vite noſtre in domo domini. Aña. Cunctis diebus vite noſtre ſaluos fac nos dñe.

Aña. In eccleſijs laudate deũ.

Ps. Laudate dominũ de celis.

Cap. Fratres, vigi. Hymnus.

Ales diei nuncius.
Lucẽ ꝓpinquam precinit:
Nos excitator mentium:
Jam Chriſtus ad vitam vocat.

Aufer-

Auferte clamat lectulos:
Egros ſopore deſides:
Caſtiq; recti ac ſobrij:
Vigilate iam ſum proximus.
Ieſum clamamus vocibus.
Flentes precantes ſobrie:
Intenta ſupplicatio:
Dormire cor mundum vetat.
Tu Chriſte ſomnum diſcute:
Tu rumpe noctis vincula:
Tu ſolue peccatum vetus.
Nouumq; lumen ingere.
Deo patri ſit gloria.

℣. In matutinis domine meditabor in te. ℟. Quia fuiſti adiutor meus. Ad Bñs. Aña. Erexit dñs nobis cornu ſalutis in domo Dauid pueri ſui.

FERIA QVARTA.

Inui. In manu tua dñe: oẽs fines terre. ps. Venite. Hymnus.

Rerum creator optime:
Rectorq; noſter aſpice:
Nos a quiete noxia:
Merſos ſopore libera.
Te ſancte Chriſte poſcimus:
Ignoſce tu criminibus.
Ad confitendum ſurgimus:
Moraſq; noctis rumpimus.
Mentes manuſq; tollimus:
Propheta ſicut nouimus.
Nobis gerendum precipit.
Pauluſq; geſtis cenſuit.
Vides malũ quod geſſimus:
Occulta noſtra pandimus.
Preces gementes fundimus:
Dimitte quod peccauimus.
Preſta pater piiſſime.

Aña. Auertit dñs. Pſalmus 52.

Dixit inſipiẽs in corde ſuo: non eſt de⁹.

Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.

Deus de celo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens deũ.

Omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum nõ eſt vſq; ad vnũ.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat ~~minor~~. timor

Quoniam deus diſſipauit oſſa eorũ: qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniã deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex ſyõ ſalutare Iſrael: cum cõuerterit dñs captiuitatem plebis ſue: exultabit Iacob & letabitur Iſrael. ps 53.

Exaudi deus orationẽ meã, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi & exaudi me.

Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum a voce inimici, & tribulatione peccatoris.

Quoniã declinauerunt in me iniquitates: & in ira moleſti erãt mihi.

Cor

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coꝛ meum conturbatum eſt in me: ⁊ formido moꝛtis cecidit ſuper me.

Timoꝛ ⁊ tremoꝛ venerunt ſuper me: ⁊ contexerunt me tenebꝛe.

Et dixi, quis dabit mihi pēnas ſicut columbe? ⁊ volabo ⁊ requieſcam.

Ecce elongaui fugiens: ⁊ manſi in ſolitudine.

Expectabam eum qui ſaluum me fecit: a puſillanimitate ſpiritus ⁊ tempeſtate.

Precipita domine ⁊ diuide linguas eoꝛum: quoniam vidi iniquitatem ⁊ contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas: ⁊ laboꝛ in medio eius ⁊ iniuſtitia.

Et non defecit de plateis eius vſura ⁊ dolus.

Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtique.

Et ſi is qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſſet: abſcondiſſem me foꝛſitan ab eo.

Tu vero homo vnanimis: dux meus, ⁊ notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos in domo: dei ambulauimus cum conſenſu.

Ueniat moꝛs ſuper illos: ⁊ deſcendãt in infernum viuentes.

Quoniam nequitie in habitaculis eoꝛum: in medio eoꝛum.

Ego autem ad dominum clamaui: ⁊ dominus ſaluauit me.

Veſpere, ⁊ mane, ⁊ meridie, narrabo ⁊ annunciabo: ⁊ exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meã ab his qui appꝛopinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet deus ⁊ humiliabit illos: qui eſt ante ſecula.

Non enim eſt illis cõmutatio, ⁊ non timuerunt deũ: extendit manum ſuam in retribuendo.

Contaminauerũt teſtamentũ eius, diuiſi ſũt ab ira vult⁹ eius: ⁊ appꝛopinquauit coꝛ illius.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum: ⁊ ipſi ſunt iacula.

Iacta ſuper dñm curam tuam ⁊ ipſe te enutriet: ⁊ nõ dabit in eternum fluctuationem iuſto.

Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus.

Uiri ſanguinũ ⁊ doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autẽ ſperabo in te domine.

Añã Auertit dñs captiuitatẽ plebis ſue. Añã Mĩ. ps. 55.

Miſerere mei deus quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo.

In deo laudabo ſermones meos, in deo ſperaui: non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur aduerſum me: omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, ꝛ abſcōdēt: ipſi calcaneū meum obſeruabunt.

Sicut ſuſtinuerunt animam meā, pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus vitam meam annunciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.

Sicut ꝛ in promiſſione tua: tūc ꝯuertent inimici mei retrorſuꝫ.

In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es.

In deo laudabo verbum, in domino laudabo ſermonē: in deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo.

In me ſunt deus vota tua: quę reddam laudationes tibi?

Quoniam eripuiſti animam meam de morte, ꝛ pedes meos de lapſu: vt placeam coram deo in lumine viuentium. Ps 56.

Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarū ſperabo: donec tranſeat iniquitas.

Clamabo ad deum altiſſimū: deum qui benefecit mihi.

Miſit de cęlo, ꝛ liberauit me: dedit in opprobrium conculcātes me.

Miſit deus miſericordiam ſuā, ꝛ veritatem ſuā: ꝛ eripuit aīam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma ꝛ ſagittę: ꝛ lingua eorum gladius acutus.

Exaltare ſuper cęlos deus: ꝛ in omnem terram gloria tua.

Laqueum parauerunt pedibꝰ meis: ꝛ incuruauerunt animaꝫ meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: ꝛ inciderunt in eam.

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo ꝛ pſalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge pſalterium: ꝛ cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine: ꝛ pſalmum dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata eſt ſuper cęlos miſericordia tua: ꝛ vſque ad nubes veritas tua.

Exaltare ſuper cęlos deus: ꝛ per omnem terrā gloria tua.

Gloria. Ana. Quī in te cōfidit aīa mea. Ana. Juſte. Ps 57.

Si vere vtique iuſtitiam loquimini: recte iudicate filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniuſtitias manus veſtrę concinnant.

Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.

Furor illis ſm ſimilitudinem ſerpen-

ſerpentis:ſicut aſpidis ſurde, ⁊ obturantis aures ſuas.

Quę non exaudiet vocem incantantium:⁊ venefici incantãtis ſapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet dominus.

Ad nihilum deuenient tanq̃ aqua decurrens: intendit arcũ ſuum donec infirmentur.

Sicut cera quę fluit, auferentur:ſuper cecidit ignis, ⁊ nõ viderunt ſolem.

Priuſquam intelligerent ſpinę veſtre rhamnum:ſicut viuentes,ſic in ira abſorbet eos.

Letabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

Et dicet homo,ſi vtique eſt fructus iuſto vtique eſt deus iudicans eos ĩ terra. Pſalmus 58.

Eripe me de inimicis meis deus meus:⁊ ab inſurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: ⁊ de viris ſanguinũ ſalua me.

Quia ecce ceperunt animam meam:irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meũ dñe:ſine iniquitate cucurrit,⁊ direxi.

Exurge in occurſum meum, ⁊ vide: ⁊ tu domine deus virtutum deus Iſrael.

Intende ad viſitandas omnes gentes: non miſerearis omnib⁹ qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad veſperam, ⁊ famem patientur vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore ſuo: ⁊ gladius in labiis eorum,quoniã quis audiuit?

Et tu dñe deridebis eos:ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: quia deus ſuſceptor meus, deus meus miſericordia eius preueniet me.

Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos ne occidas eos:nequãdo obliuiſcant populi mei.

Diſperge illos in virtute tua: ⁊ depone eos protector me⁹ dñe.

Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum: ⁊ comprehendantur in ſuperbia ſua.

Et de execratione ⁊ mendacio annunciabũtur in conſummatione: in ira conſummationis ⁊ non erunt.

Et ſcient quia Deus dominabitur Iacob:⁊ finium terrę.

Conuertentur ad veſperam ⁊ famem patientur vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum:ſi vero non fuerint ſaturati ⁊ murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam:⁊ exaltabo mane miſericordiam tuam.

Quia factus es ſuſceptor me⁹

ꝛ refugium meum: In die tribu-
lationis meę.
Adiutoꝛ meus tibi pſallam: q̄a
deus ſuſceptoꝛ meus es: deus
meus miſericoꝛdia mea. Glo.
Aña. Juſte iudicate filij homi-
nū. Aña Da nobis. Pſal's 59.
Deus repuliſti nos ꝛ deſtru
xiſti nos, iratus es ꝛ miſer
tus es nobis.
Commouiſti terram ꝛ contur
baſti eam, ſana contritiones ei⁹
quia commota eſt.
Oſtendiſti populo tuo dura: po
taſti nos vino compunctionis.
Dediſti metuentibus te ſignifi
cationē: vt fugiāt a facie arcus.
Vt liberentur dilecti tui: ſaluū
fac dextera tua ꝛ exaudi me.
Deus locutus eſt ī ſancto ſuo:
lętaboꝛ ꝛ partiboꝛ ſicchimam, ꝛ
cōuallē tabernaculoꝝ metiboꝛ.
Meus eſt Galaad ꝛ meus eſt
Manaſſes, ꝛ Effraim foꝛtitudi
do capitis mei.
Juda rex meus: Moab olla
ſpei meę.
In idumeam extendam calcia-
mentum meum: mihi alienige-
nę ſubditi ſunt.
Quis deducet me in ciuitatē
munitam: aut quis deducet me
vſque in idumęam?
Nonne tu deus qui repuliſti
nos: ꝛ nō egredieris deus in vir-
tutibus noſtris?
Da nobis auxiliū de tribulatio
ne: quia vana ſalus hominis.

In deo faciemus virtutem: ꝛ
ipſe ad nihilum deducet tribu-
lantes nos. Pſalmus 60.
Exaudi deus depꝛecationē:
meā: intēde oꝛationi meę.
A finibus terrę ad te clamaui ꝛ
dum anxiaretur coꝛ meuꝫ in pe
tra exaltaſti me.
Deduxiſti me quia factus es
ſpes mea turris foꝛtitudinis a
facie inimici.
Inhabitabo ī tabernaculo tuo
in ſęcula: pꝛotegar in velamen-
to alarum tuarum.
Quoniā tu deus meus exaudiſti
oꝛationē meā: dediſti hęredita-
tem timentibus nomen tuum.
Dies ſuper dies regis adijcies:
annos eius vſq; in diē genera-
tionis ꝛ generationis.
Permanet in ęternum in con-
ſpectu dei: miſericoꝛdiam ꝛ ve-
ritatem eius quis requiret?
Sic pſalmum dicā nomini tuo
in ſęculum ſęculi: vt reddā vo-
ta mea de die in diem. Gloꝛia.
Añ. Da nobis dñe auxiliū de tri
bulatiōe. Añ. A timoꝛe. Ps 61.
Nonne deo ſubiecta erit a-
nima mea? ab ipſo enim
ſalutare meum.
Nam ꝛ ipſe deus meus ꝛ ſalu-
taris meus: ſuſceptoꝛ meus nō
moueboꝛ amplius.
Quouſque irruitis in hominē:
interficitis vniuerſi vos tanquā
parieti inclinato ꝛ macerię de-
pulſę?

Veruntamen preciũ meũ cogitauerunt repellere: cucurri in ſiti, ore ſuo benedicebant, ⁊ corde ſuo maledicebant.

Veruntñ deo ſubiecta eſto aĩa mea: qm̃ ab ipſo patiẽtia mea.

Quia ipſe deus meus ⁊ ſaluator meus: adiutor meus non emigrabo.

In deo ſalutare meum ⁊ gloria mea: deus auxilij mei, ⁊ ſpes mea in deo eſt.

Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda veſtra, deus adiutor noſter in eternum.

Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.

Nolite ſperare in iniquitate, ⁊ rapinas nolite concupiſcere: diuitię ſi affluant nolite cor apponere.

Semel locutus eſt deus, duo hęc audiui: quia poteſtas dei eſt, ⁊ tibi domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Pſalmus 63.

Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexiſti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcũ rem amaram: vt ſagittent in occultis immaculatum.

Subito ſagittabunt eum ⁊ non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.

Narrauerunt vt abſconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos?

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur deus.

Sagittę paruulorum factę ſunt plagę eorum: ⁊ infirmatę ſunt contra eos linguę eorum.

Conturbati ſunt omnes qui videbant eos: ⁊ timuit omnis hõ.

Et annunciauerunt opera dei: ⁊ facta eius intellexerunt.

Letabitur iuſtus in dño ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Aña. A timore inimici eripe domine animã meã. Aña. In eccleſiis. Ps 65.

Iubilate deo omnis terra, pſalmum dicite nomini ei⁹: date gloriam laudi eius.

Dicite deo, quam terribilia ſũt opera tua domine? in multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui?

Omnis terra adoret te ⁊ pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo.

Uenite ⁊ videte opera dei: terribilis in conſilijs ſuper filios hominum.

Qui conuertit mare in aridã, ⁊ in flumine pertranſibunt pede: ibi letabimur in ipſo.

Qui dominatur in virtute ſua in eternum, oculi eius ſuper gẽtes reſpiciunt: qui exaſperant non exaltentur in ſemetipſis.
Benedicite gentes deum nr̃m: et auditam facite vocem laudis eius.
Qui poſuit animam meã ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probaſti nos deus: igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.
Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.
Tranſiuimus per ignẽ et aquã: et eduxiſti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuã in holocauſtis: reddam tibi vota mea que diſtinxerunt labia mea.
Et locutum eſt os meum: in tribulatione mea.
Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite et audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee.
Ad ipſum ore meo clamaui: et exaltaui ſub lingua mea.
Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee.
Benedictus deus, qui nõ amouit orationem meam: et miſericordiam ſuam a me. Ps. 67.

Exurgat deus, et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie dei.
Et iuſti epulentur et exultent in conſpectu dei: et delectentur in letitia.
Cantate deo pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum dominus nomen illi.
Exultate in cõſpectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum, et iudicis viduarũ.
Deus in loco ſancto ſuo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.
Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant qui habitant in ſepulchris.
Deus cum egredereris in conſpectu populi tui: cum pertranſires in deſerto.
Terra mota eſt, etenim celi diſtillauerunt a facie dei ſinai: a facie dei Iſrael.
Pluuiam voluntariam ſegregabis deus hereditati tue, et infirmata eſt tu vero perfeciſti eã.
Animalia tua habitabũt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi deus.
Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: et ſpe-

ꝛ ſpeciei dom⁹ diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cle-
ros penne columbe de argenta-
te: ꝛ poſteriora dorſi eius in pal
lore auri.
Dū diſcernit celeſtis reges ſu-
per eam niue dealbabuntur in
ſelmō: mons dei mons pinguis.
Mōs coagulatus mōs pinguis:
vt quid ſuſpicamini mōtes coa-
gulatos?
Mons in quo beneplacitū eſt
deo habitare in eo: etenim do-
minus habitabit in finem.
Currus dei decē millibus mul
tiplex millia letantiū: dominus
in eis in ſinai in ſancto.
Aſcendiſti in altum cepiſti ca-
ptiuitatem: accepiſti dona in ho
minibus.
Etenim non credentes: inha-
bitare dominum deum.
Benedictus dn̄s die quotidie:
proſperū iter faciet nobis deus
ſalutarium noſtrorum.
Deus nr̄ deus ſaluos faciendi:
ꝛ domini dn̄i exitus mortis.
Veruntamen deus confringet
capita inimicorum ſuorum: ver
ticem capilli perambulantium
in delictis ſuis.
Dixit dominus ex baſan con-
uertam: conuertam in profun-
dum mari.
Ut intingatur pes tuus in ſan
guine: lingua canum tuorum
ex inimicis ab ipſo.
Uiderunt ingreſſus tuos deus:
ingreſſus dei mei regis mei qui
eſt in ſancto.
Preuenerunt principes coniun-
cti pſallentibus: in medio iuuē
cularum tympaniſtriarum.
In eccleſiis benedicite deo do-
mino: de fontibus Iſrael.
Ibi beniamin adoleſcentulus:
in mentis exceſſu.
Principes Iuda duces eorum:
principes zabulon, ꝛ principes
Neptalim.
Manda deus virtuti tue: con-
firma hoc deus quod operatus
es in nobis.
A templo tuo in Ieruſalē: tibi
offerent reges munera.
Increpa feras arundinis cōgre
gatio taurorum in vaccis popu
lorum: vt excludant eos qui pro
bati ſunt argento.
Diſſipa gentes q̄ bella volunt:
venient legati ex Ægypto, Æthio
pia preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: pſal
lite domino.
Pſallite deo qui aſcēdit ſuper
celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci ſue vocem vir-
tutis, date gloriam deo ſuper
Iſrael, magnificentia eius ꝛ vir
tus eius in nubibus.
Mirabilis deus in ſanctis ſuis:
deus Iſrael ipſe dabit virtutē
ꝛ fortitudinem plebi ſue: be-
nedictus deus. Gloria.
Aiia. In eccleſijs benedicite do
minum. ℣. Deus vitam meam
annun-

annunciauit tibi. R. Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Antiphona. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. V. Veniet vt ſaluum faciat populum ſuum a peccatis eorum. In iii. N. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. V. Et ſub pennis eius ſperabis. V. Te deum. nõ dicit Sacer. V. Fiat miſericordia. ꝛc. In lau añ. Amplius laua me deus ab iniuſtitia mea. Ps. Miſerere. Aña. Te decet. Pſalmus 64.

Te decet hymnus deus in ſion: ꝛ tibi reddetur votũ in Jeruſalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniat.

Verba iniquorũ preualuerũt ſuper nos: ꝛ impietatibus nr̃is tu propitiaberis.

Beatus quem elegiſti ꝛ aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tue: ſanctum eſt templum tuũ mirabile in equitate.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terre ꝛ in mari longe.

Preparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui cõturbas profundum maris, ſonũ fluctuum eius.

Turbabuntur gentes ꝛ timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis: exitus matutini ꝛ veſpere delectabis.

Viſitaſti terram ꝛ inebriaſti eã: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen dei repletũ eſt aquis, paraſti cibum illorum: quoniaꝫ ita eſt preparatio eius.

Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius letabitur germinans.

Benedices corone anni benignitatis tue: ꝛ campi tui replebuntur vbertate.

Pinguescent ſpecioſa deſerti: ꝛ exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouium, ꝛ valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent. Aña. Te decet hymnus deus in ſion. Aña. Labia mea laudabunt te in vita mea deus meus. Ps. Deus deus. Antiph. Dñs iudicabit. Cant. Anne.

Exultauit cor meum in domino: ꝛ exaltatum eſt cornu meum in deo meo.

Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia letata ſuꝫ in ſalutari tuo.

Non eſt ſanctus vt eſt dñs: neqꝫ enim eſt alius extra te, ꝛ non eſt fortis ſicut deus noſter.

Nolite multiplicare loqui ſublimia: glorianteſ.

Recedant vetera de ore veſtro, quia deus ſcientiarum dominus eſt: ꝛ ipſi pparãtur cogitationes.

Arcus fortium ſuperatus eſt: ꝛ infirmi accincti ſunt robore.

Repleti prius, pro panibus ſe locauerũt: ꝛ famelici ſaturati ſũt.

Donec ſterilis peperit pluri-
mos: ⁊ que multos habebat fi-
lios infirmata eſt.
Dñs mortificat ⁊ viuificat: de-
ducit ad inferos ⁊ reducit.
Dñs pauperem facit, ⁊ ditat:
humiliat, ⁊ ſubleuat.
Suſcitans de puluere egenum:
⁊ de ſtercore erigens pauperem.
Ut ſedeat cum principibus: ⁊
ſolium glorie teneat.
Dñi enim ſunt cardines terre:
⁊ poſuit ſuper eos orbem.
Pedes ſanctorum ſuorum ſer-
uabit, ⁊ impij in tenebris conti-
ceſcent: quia non in fortitudine
ſua roborabitur vir.
Dñm formidabunt aduerſarij
eius: ⁊ ſuper ipſos in celis to-
nabit.
Dñs iudicabit fines terre: ⁊
dabit imperium regi ſuo, ⁊ ſubli-
mabit cornu Chriſti ſui.
Gloria. Aña. Dñs iudicabit fi-
nes terre. Aña. Celi celorum lauda-
te dñm. ps. Laudate dñm de cel.
Cap. Fratres, vigil. Hymnus.
Nox ⁊ tenebre ⁊ nubila
Confuſa mũdi ⁊ turbida
Lux intrat albeſcit polus:
Chriſtus venit diſcedite.
Caligo terre ſcinditur:
Percuſſa ſolis ſpiculo:
Rebuſq; iam color redit:
Vultu nitentis ſyderis.
Te Chriſte ſolũ nouimus:
Te mente pura ⁊ ſimplici:
Flendo ⁊ canendo queſumus:
Intende noſtris ſenſibus.
Sunt multa fucis illita:
Que luce purgentur tua:
Tu lux eoi ſyderis:
Vultu ſereno illumina.
Deo patri. ⁊c. ℣. In matutinis
dñe meditabor in te. ℟. Quia
fuiſti adiutor me⁹. Ad bñs. aña.
Salutẽ ex inimicis nr̃is ⁊ d̃ ma-
nu oĩu q̃ nos oderũt libera nos dñe.

FERIA QVINTA.

Ad Matutinum. Inuitatorium.
Adoremus dñm. Quĩ ipſe fecit
nos. ps. Venite exultem⁹. Hym⁹.
Nox atra rerũ contegit:
Terre colores omnium:
Nos confitentes poſcimus
Te iuſte iudex cordium.
Ut auferas piacula:
Sordeſq; mentis abluas:
Doneſq; Chriſte gratiam,
Ut arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia:
Quam culpa mordet noxia:
Obſcura geſtit tollere:
Et te redemptor querere.
Repelle tu caliginem
Intrinſecus quam maxime:
Ut in beato gaudeat
Se collocari lumine.
Preſta pater pijſſime.
Aña. Dñe deus. Pſalmus 68.
Saluum me fac De⁹,
qm̃ intrauerũt aque:
vſque ad animã meã.
Infixus ſum in limo
profundi: ⁊ nõ eſt ſubſtantia.
Ueni in altitudinem maris:
⁊ tem-

⁊ tempeſtas demerſit me.

Laboraui clamans raucę factę ſunt fauces meę: defecerũt oculi mei, dum ſpero in deum meum.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: quę non rapui tunc exoluebam.

Deus tu ſcis inſipientiam meã: ⁊ delicta mea a te non ſunt abſcondita.

Non erubeſcant in me qui expectant te dñe: dñe virtutum.

Non confundantur ſuper me: qui quęrunt te deus Iſrael.

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis: ⁊ peregrin⁹ filiis matris meę.

Quoniã zelus domus tuę comedit me: ⁊ opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio animam meam: ⁊ factum eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimentum meum cilicium: ⁊ factus ſum illis in parabolam.

Aduerſum me loquebantur q ſedebant in porta: ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meã ad te dñe: tempus beneplaciti deus.

In multitudine miſericordię tuę exaudi me: in veritate ſalutis tuę.

Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab his qui oderũt me, ⁊ de profundis aquarum.

Non me demergat tempeſtas aquę, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

Exaudi me dñe, qm̃ benigna eſt miſericordia tua: ſm multitudinem miſerationum tuarũ reſpice in me.

Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.

Intende animę meę ⁊ libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis improperium meum ⁊ confuſionem meam: ⁊ reuerentiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meum ⁊ miſeriã.

Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur ⁊ non fuit: ⁊ qui conſolaretur ⁊ non inueni.

Et dederunt in eſcam meã fel: ⁊ i ſiti mea potauerũt me aceto.

Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: ⁊ in retributiones ⁊ in ſcandalum.

Obſcurentur oculi eorum ne videant: ⁊ dorſum eorum ſemper incurua.

Effunde ſuper eos iram tuã ⁊ furor irę tuę comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deſerta: ⁊ in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt: ⁊ ſuper dolorem vulnerum meorum addiderũt.

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: non intrent in iuſtitiam tuam.

Deleantur de libro viuentiuȝ: ⁊ cum iuſtis non ſcribantur.

Ego ſum pauper ⁊ dolens: ſalꝰ tua deus ſuſcepit me.

Laudabo nomen dei cum cantico ⁊ magnificabo eũ in laude.

Et placebit deo ſuper vitulum nouellum: cornua producenteȝ ⁊ vngulas.

Uideant pauperes ⁊ lętentur: quęrite deũ ⁊ viuet aĩa veſtra.

Quoniã exaudiuit pauperes dñs ⁊ vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cęli ⁊ terra: mare ⁊ omnia reptilia in eis.

Quoniã deus ſaluam faciet ſion: ⁊ ędificabuntur ciuitates iudę.

Et inhabitabunt ibi: ⁊ hęreditate acquirent eam.

Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: ⁊ qui diligunt nomẽ eius habitabunt in ea. Pſ 69.

Deus in adiutorium meuȝ intende: dñe ad adiuuandum me feſtina.

Confundantur ⁊ reuereantur: qui quęrunt animam meam.

Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi euge euge.

Exultent ⁊ lętẽtur in te omnes qui quęrunt te: ⁊ dicant ſemper magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus ⁊ pauper ſum: deus adiuua me.

Adiutor meus ⁊ liberator meꝰ es tu: dñe ne moreris. Gloria.

Aña. Dñe deus in adiutorium meum intende. Triumph. Eſto mihi. Pſalmus 70.

In te dñe ſperaui non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me ⁊ eripe me.

Inclina ad me aurem tuam: ⁊ ſalua me.

Eſto mihi in Deum protectorem, ⁊ in locum munituȝ: vt ſaluum me facias.

Quoniã firmamentum meum: ⁊ refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris: ⁊ de manu contra legem agentis ⁊ iniqui.

Quoniam tu es patientia mea dñe: domine ſpes mea a iuuentute mea.

In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meę tu es protector meus.

In te cantatio mea ſemper: tanquã prodigium factus ſum multis, ⁊ tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Ne proiicias me in tempore ſenectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: ⁊ qui cuſtodiebant animam meã conſiliũ fecerunt in vnum.

Dicentes, Dereliquit eum perſequimini ⁊ comprehendite eũ: quia non eſt qui eripiat.

Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum reſpice.

Confundantur ⁊ deficiant detrahentes animę meę: operiant confuſione ⁊ pudore, qui quęrunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo: ⁊ adiiciã ſuper oẽm laudem tuã.

Os meum annunciabit iuſtitiã tota die ſalutare tuum.

Qm̃ non cognoui literaturaȝ introibo in potentias domini: domine memorabor iuſtitię tuę ſolius.

Deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſqȝ nunc pronunciabo mirabilia tua.

Et vſque in ſenectam, ⁊ ſeniuȝ: deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachium tuum: generationi omni quę ventura eſt.

Potentiam tuam ⁊ iuſtitiam tuam deus, vſque in altiſſima q̃ feciſti magnalia: deus quis ſimilis tibi?

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, ⁊ malas? ⁊ conuerſus viuificaſti me, ⁊ de abyſſis terrę iterum reduxiſti mẽ.

Multiplicaſti magnificentiam tuam: ⁊ conuerſus conſolatus es me.

Nam ⁊ ego cõfitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam deus: pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſrael.

Exultabunt labia mea cum cãtauero tibi: ⁊ anima mea quaȝ redemiſti.

Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam: cum confuſi ⁊ reueriti fuerint qui q̃runt mala mihi. Pſalmꝰ 72.

Deus iudicium tuum regi da: ⁊ iuſtitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iuſtitia: ⁊ pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo: ⁊ colles iuſtitiam.

Iudicabit pauperes populi, ⁊ ſaluos faciet filios pauperum: ⁊ humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum ſole ⁊ ante lunam: in generatione ⁊ generationem.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtilantia ſuper terram.

Orietur in diebus eius iuſtitia ⁊ abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari vſque ad mare: ⁊ a flumine vſqȝ ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident ethiopes: ⁊ inimici eius terram lingent.
Reges tharſis ⁊ inſulę munera offerent: reges arabum ⁊ ſaba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperem a potente: ⁊ pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum: ⁊ honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, ⁊ dabitur ei de auro arabię: ⁊ adorabunt de ipſo ſemper tota die benedicent ei.
Erit firmamentum in terra, in ſummis montium, ſuperextollętur ſuper libanum fructus eius: ⁊ florebunt de ciuitate ſicut fęnum terrę.
Sit nomē eiꝰ bñdictū in ſecula: ante ſolē permanet nomen eius.
Et benedicētur in ipſo omnes tribus terrę: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dñs deus Jſraelꝗ facit mirabilia ſolus.
Et benedictuꝫ nomen maieſtatis eius in ęternum: ⁊ replebiť maieſtate eius omnis terra fiat fiat Gloria. Antiphona Eſto mihi domine in deū protectorem. Antiphona Liberaſti. Pſalmus 72.

Quam bonus Jſrael deus: ijs qui recto ſunt cordę?
Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſūt greſſus mei.
Quia zelaui ſuper iniquos: pacem peccatorum videns.
Quia non eſt reſpectus morti eorum: ⁊ firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non ſunt: ⁊ cū hominibꝰ nō flagellabunť.
Ideo tenuit eos ſupbia: operti ſunt iniquitate, ⁊ impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt ⁊ locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
Poſuerunt in cęlum os ſuum: ⁊ lingua eorum trāſiuit in terra.
Ideo cōuertetur populus meꝰ hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerūt quomodo ſcit deꝰ: ⁊ ſi eſt ſcientia in excelſo.
Ecce ipſi peccatores ⁊ abundātes in ſclo: obtinuerūt diuitias.
Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: ⁊ laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: ⁊ caſtigatio mea in matutinis.
Si dicebā narrabo ſic: ecce nationem filiorū tuoꝝ reprobaui.
Exiſtimabam vt cognoſcerem: hoc labor eſt ante me.
Donec intrem in ſanctuarium dei: ⁊ intelligam in nouiſſimis eorum.

Veruntamē propter dolos poſuiſti eis: ⁊ deieciſti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti ſunt in deſolationē, ſubito defecerunt: pericrunt propter iniquitatem ſuaʒ.
Velut ſomnium ſurgentiū dn̄e in ciuitate tua: imaginem ipſorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum eſt cor meum, ⁊ renes mei commutati ſunt: ⁊ ego ad nihilum redactus ſum, ⁊ neſciui.
Ut iumētum factus ſum apud te: ⁊ ego ſemper tecum.
Tenuiſti manum dexterā meā ⁊ in voluntate tua deduxiſti me: ⁊ cum gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in cęlo: ⁊ a te quid volui ſuper terram?
Defecit caro mea ⁊ cor meum: deus cordis mei ⁊ pars mea de⁹ in ęternum.
Quia ecce qui elongant ſe a te peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.
Mihi autem adhęrere deo bonū eſt: ⁊ ponere in domino deo ſpem meam.
Ut annunciē oēs prędicationes tuas: in portis filię ſion. Ps 73.

Ut quid deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę.
Memor eſto cōgregationis tuę: quam poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgam hęreditatis tuę: mōs ſiō i quo habitaſti i eo.
Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?
Et gloriati ſunt qui oderūt te: in medio ſolennitatis tuę.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna: ⁊ nō cognouerunt ſicut in exitu ſup ſummum.
Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerunt eam.
Incenderunt igni ſanctuariuʒ tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus oēs dies feſtos dei a terra.
Signa noſtra non vidimus iaʒ non eſt propheta: ⁊ nos non cognoſcet amplius.
Uſquequo deus improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomen tuum in finem?
Ut quid auertis manum tuaʒ, ⁊ dexteram tuam: de medio ſinu tuo in finem?
Deus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem ī medio terrę.
Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.
Tu confregiſti capita draconis: ⁊ dediſti eum eſcam populis ęthiopum.
Tu dirupiſti fontes ⁊ torrētes: tu ſiccaſti fluuios ethan.

Tuus eſt dies ⁊ tua eſt nox: tu
fabricatus es auroram ⁊ ſolem.
Tu feciſti omnes terminos ter
rę: ęſtatem ⁊ ver tu plaſmaſti ea.
Memor eſto huius inimicus im
properauit domino: ⁊ populus
inſipiens incitauit nomen tuū.
Ne tradas beſtijs animas confi
tentes tibi: ⁊ animas pauperū
tuorum ne obliuiſcaris in finē.
Reſpice in teſtamentum tuū:
quia repleti ſunt, qui obſcurati
ſunt terrę domibus iniquitatū.
Ne auertatur humilis factus cō
fuſus: pauper ⁊ inops laudabūt
nomen tuum.
Exurge deus iudica cauſā tuā:
memor eſto improperiorū tuo
rum: eorum quę ab inſipiente
ſunt tota die.
Ne obliuiſcaris voces inimico
rum tuorum: ſuperbia eorum,
qui te oderūt aſcendit ſemper.
Añа. Liberaſti virgam heredi
tatis tuę. Añ. In Iſrael. Pſ 74
Confitebimur tibi deus: cō
fitebimur ⁊ inuocabimus
nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua cū
accepero tempus ego iuſtitias
iudicabo.
Liquefacta eſt terra, ⁊ omnes
qui habitant in ea, ego confirma
ui columnas eius.
Dixi iniquis nolite inique age
re: ⁊ delinquentibus nolite exal
tare cornu.
Nolite extollere in altum cor
nu veſtrum: nolite loqui aduer
ſus deum iniquitatem.
Quia neq; ab oriente, neq; ab
occidente, neq; a deſertis monti
bus: quoniam deus iudex eſt.
Hunc humiliat ⁊ hunc exaltat:
quia calix in manu dñi vini me
ri plenus miſto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: ve
runtamen fex eius non eſt exi
nanita, bibent oēs pcōres terrę.
Ego autem annunciabo in ſe
culum: cantabo Deo Iacob.
Et omnia cornua peccatorum
confringam: ⁊ exaltabūtur cor
nua iuſti. Pſalmus 75.
Notus in iudęa deus: in Iſ
rael magnum nomen ei⁹.
Et factus eſt in pace locus ei⁹,
⁊ habitatio eius in ſion.
Ibi confregit potentias: arcum
ſcutum, gladium, ⁊ bellum.
Illuminans tu mirabiliter a
montibus ęternis: turbati ſunt
omnes inſipientes corde.
Dormierunt ſomnum ſuum: ⁊
nihil inuenerunt omnes viri di
uitiarum in manibus ſuis.
Ab increpatione tua deus Ia
cob, dormitauerunt qui aſcende
runt equos.
Tu terribilis es ⁊ quis reſiſtet
tibi? ex tunc ira tua.
De cęlo auditum feciſti iudi
cium: terra tremuit ⁊ quieuit.
Cum exurgeret in iudicium
deus: vt ſaluos faceret omnes
manſuetos terrę.

Q̃m cogitatio hominis confitebitur tibi: ⁊ reliquię cogitationis diem feſtum agent tibi.

Vouete ⁊ reddite dño deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili ⁊ ei qui aufert ſpiritũ principum: terribili apud reges terrę. Gloria. Aña. In Iſrael magnum nomen eius. Antiph. Tu es deus. Pſalmus 76.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum, ⁊ intendit mihi.

In die tribulationis meę deus exquiſiui, manibus meis nocte contra eum: ⁊ non ſum deceptꝰ.

Renuit conſolari anima mea: memor fui dei, ⁊ delectatus ſum, ⁊ exercitatus ſum, ⁊ defecit ſpiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum, ⁊ non ſum locutus.

Cogitaui dies antiquos: ⁊ annos ęternos in mente habui.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo, ⁊ exercitabar: ⁊ ſcopebam ſpiritum meum.

Nunquid in ęternum proijciet deus: aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?

Aut in finem miſericordiam ſuã abſcindet: a generatione in generationem.

Aut obliuiſcetur miſereri deus: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?

Et dixi, nunc cepi: hęc mutatio dexterę excelſi.

Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis: ⁊ in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in ſancto via tua: quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia.

Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob ⁊ Ioſeph.

Viderunt te aquę deus, viderunt te aquę ⁊ timuerunt: ⁊ turbatę ſunt abyſſi.

Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Etenim ſagittę tuę tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terrę: commota eſt ⁊ cõtremuit terra.

In mari via tua, ⁊ ſemitę tuę in aquis multis: ⁊ veſtigia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manu Moyſi ⁊ Aaron. Pſalmus 77.

Attendite popule meus legem meam: inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meũ: loquar propoſitiones ab initio.

Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres noſtri annun-

nunciauerunt nobis?
N on ſunt occultata a filijs eo
rum: in generatione altera.
N arrantes laudes domini: ⁊
virtutes eius ⁊ mirabilia eius
que fecit.
E t ſuſcitauit teſtimoniū in Ja
cob: ⁊ legem poſuit in Iſrael.
Q uanta mandauit patribus
noſtris nota facere ea filijs ſuis:
vt cognoſcat generatio altera.
F ilij qui naſcentur ⁊ exurgēt:
⁊ narrabunt filijs ſuis.
V t ponant in deo ſpem ſuam:
⁊ non obliuiſcantur operū dei:
⁊ mandata eius exquirant.
N e fiant ſicut patres eorum: ge
neratio praua ⁊ exaſperans.
G eneratio que non direxit cor
ſuum: ⁊ non eſt creditus cum
deo ſpiritus eius.
F ilij effrem intendentes ⁊ mit
tentes arcum: conuerſi ſunt in
die belli.
N on cuſtodierunt teſtamentū
dei: ⁊ in lege eius noluerunt
ambulare.
E t obliti ſunt benefactorū ei⁹:
⁊ mirabiliū eius que oſtēdit eis.
C oram patribus eorum fecit
mirabilia in terra Ægypti: in cā
po thaneos.
I nterrupit mare ⁊ pduxit eos:
⁊ ſtatuit aquas quaſi in vtre.
E t eduxit eos ī nube diei: ⁊ to
ta nocte ī illuminatione ignis.
I nterrupit petrā ī eremo: ⁊ ada
quauit eos velut ī abyſſo multa.
E t eduxit aquaȝ de petra: ⁊ de
duxit tanquam flumina aquas.
E t appoſuerunt adhuc pecca
re ei: in iram concitauerunt ex
celſum in inaquoſo.
E t tētauerunt deum in cordi
bus ſuis: vt peterent eſcas ani
mabus ſuis.
E t male locuti ſunt de deo: di
xerunt, nunquid poterit deus
parare menſam in deſerto?
Q uoniam percuſſit petram ⁊
fluxerunt aque: ⁊ torrentes inū
dauerunt.
N unquid ⁊ panem poterit da
re: aut parare menſaȝ pplō ſuo?
I deo audiuit dn̄s ⁊ diſtulit: ⁊
ignis accenſus eſt in Jacob, ⁊
ira dei aſcendit in Iſrael.
Q uia nō crediderūt ī deo: nec
ſperauerunt in ſalutari eius.
E t mandauit nubibus deſup:
⁊ ianuas celi aperuit.
E t pluit illis māna ad māducā
dum: ⁊ panem celi dedit eis.
P anem angelorum manduca
uit homo: cibaria miſit eis in
abundantia.
T ranſtulit auſtrum de celo
⁊ induxit ī virtute ſua Africū.
E t pluit ſuper eos ſicut pulue
rem carnes: ⁊ ſicut arenam ma
ris volatilia pennata.
E t ceciderunt in medio caſtro
rum eorum: circa tabernacula
eorum.
E t manducauerunt, ⁊ ſaturati
ſunt nimis: ⁊ deſiderium eoruȝ
attu-

attulit eis: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo.

Adhuc eſcę eorū erant in ore ipſorum: ⁊ ira dei aſcendit ſuper eos.

Et occidit pingues eorum: ⁊ electos Iſrael impediuit.

In omnibus his peccauerunt adhuc: ⁊ non crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: ⁊ anni eorum cum feſtinatione.

Cum occideret eos, querebāt eum, ⁊ reuertebantur: ⁊ diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati ſunt quia deus adiutor eſt eorum: ⁊ deus excelſus redemptor eorum eſt.

Et dilexerunt eū in ore ſuo: ⁊ lingua ſua mentiti ſunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.

Ipſe autem eſt miſericors: ⁊ propitius fiet peccatis eorum: ⁊ nō diſperdet eos.

Et abundauit, vt auerteret irā ſuam: ⁊ non accendit omnem iram ſuam.

Et recordatus eſt, quia caro ſunt: ſpiritus vadens ⁊ non rediens.

Quoties exacerbauerunt eum in deſerto: in iram cōcitauerūt eum in inaquoſo.

Et conuerſi ſunt ⁊ tentauerūt deum: ⁊ ſanctum Iſrael exacerbauerunt.

Non ſunt recordati man⁹ ei⁹: die, qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut poſuit in Ægypto ſigna ſua: ⁊ prodigia ſua in campo Thaneos.

Et conuertit in ſanguinem flumina eorum: ⁊ imbres eorum, ne biberent.

Miſit in eos cynomyam, ⁊ comedit eos: ranam, ⁊ diſperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorū: ⁊ labores eorum locuſtę.

Et occidit in grādine vineas eorum: ⁊ moros eorum in pruina.

Et tradidit grādini iumēta eorū: ⁊ poſſeſſionem eorum igni.

Miſit in eos iram indignationis ſuę: indignationem ⁊ iram ⁊ tribulationem: immiſſiones per angelos malos.

Viam fecit ſemitę irę ſuę: ⁊ nō pepercit a morte animabus eorū: ⁊ iumēta eorū in morte cōcluſit.

Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

Et abſtulit ſicut oues populum ſuum: ⁊ perduxit eos tanquam gregem in deſerto.

Et deduxit eos in ſpe, ⁊ non timuerunt: ⁊ inimicos eorū operuit mare.

Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuę: montem, quem

acqui-

acquiſiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes: et ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus Iſrael.
Et tentauerunt, et exacerbauerunt deum excelſum: et teſtimonia eius non cuſtodierunt.
Et auerterunt ſe, et non ſeruauerunt pactum: quemadmodū patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus ſuis: et in ſculptilibus ſuis ad emulationem eum prouocauerunt.
Audiuit deus, et ſpreuit: et ad nihilum redegit valde Iſrael.
Et repulit tabernaculum ſilo: tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatē virtutem eorum: et pulchritudinē eorum in manus inimici.
Et concluſit in gladio populū ſuum: et hereditatē ſuā ſpreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorū nō ſunt lamētate.
Sacerdotes eorū in gladio ceciderunt: et vidue eorum non plorabantur.
Et excitatus eſt tanquam dormiens dn̄s: et tanquam potens crapulatus a vino.
Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioſeph: et tribū Effraim nō elegit.
Sed elegit tribū iuda: montē ſion quem dilexit.
Et edificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra: quā fundauit in ſecula.
Et elegit Dauid ſeruum ſuū: et ſuſtulit eū de gregibus ouiū: de poſtfetantes accepit eum.
Paſcere Iacob ſeruum ſuum: et Iſrael hereditatem ſuam.
Et pauit eos in innocentia cordis ſui: et in intellectibus manuū ſuarū deduxit eos. Gloria.
Añа. Tu es deus qui facis mirabilia. Añа. Propiti⁹. ps̄ 78.
Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam.
Poſuerunt morticina ſeruorū tuorum, eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre.
Effuderunt ſanguinem eorū tanquam aquam in circuitu Ieruſalem: et nō erat qui ſepeliret.
Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio et illuſio his qui in circuitu nr̄o ſunt.
Uſquequo domine iraſceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuam in gentes, que te non nouerunt: et in regna q̄ nomen tuū non inuocauerūt.

Quia

Quia comederunt Jacob: ꝛ
locum eius deſolauerunt.
Ne memineris iniquitatum no
ſtrarum antiquarum: cito anti-
cipent nos miſericordię tuę, qa
pauperes facti ſumus nimis.
Adiuua nos deus ſalutaris nr̄,
ꝛ propter gloriam nominis tui
domine libera nos: ꝛ propitius
eſto peccatis noſtris propter no
men tuum.
Ne forte dicant in gentibus vbi
eſt deus eorum, ꝛ innoteſcat in
nationibus coraꝫ oculis noſtris,
Ultio ſanguinis ſeruorum tuo
rum qui effuſus eſt: introeat in
conſpectu tuo gemitus compe-
ditorum.
Secundum magnitudineꝫ bra-
chij tui: poſſide filios mortifica-
torum.
Et redde vicinis noſtris ſeptu-
plum in ſinu eorū: improperiū
ipſorum quod exprobrauerunt
tibi domine.
Nos autem populus tuus ꝛ o-
ues paſcuę tuę: confitebimur ti-
bi in ſeculum.
In generatione ꝛ generationē:
annūciabimus laudē tuā. ps 79

Qui regis Iſrael intende:
qui deducis velut ouem
Joſeph.
Qui ſedes ſuper cherubin: ma
nifeſtare coram Effraim Benia
min, ꝛ Manaſſe.
Excita potentiam tuam, ꝛ ve-
ni vt ſaluos facias nos.
Deus conuerte nos: ꝛ oſtende
faciem tuam ꝛ ſalui erimus.
Domine deus virtutum: quo-
uſque iraſceris ſuper orationeꝫ
ſerui tui?
Cibabis nos pane lachrymaꝝ:
ꝛ potum dabis nobis in lachry-
mis in menſura.
Poſuiſti nos in contradictionē
vicinis noſtris: ꝛ inimici noſtri
ſubſannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos:
ꝛ oſtende faciem tuam ꝛ ſalui
erimus.
Uineam de Aegypto tranſtuli-
ſti: eieciſti gentes, ꝛ plantaſti eā.
Dux itineris fuiſti in conſpe-
ctu eius: ꝛ plantaſti radices eiꝰ,
ꝛ impleuit terram.
Operuit montes vmbra eius:
ꝛ arbuſta eius cedros Dei.
Extendit palmites ſuos vſque
ad mare: ꝛ vſque ad flumen ꝓ-
pagines eius.
Ut quid deſtruxiſti maceriam
eius: ꝛ vindemiant eam omnes
qui pretergrediuntur viam?
Exterminauit eam aper de ſyl-
ua: ꝛ ſingularis ferus depaſtus
eſt eam.
Deus virtutum conuertere re
ſpice de cęlo, ꝛ vide, ꝛ viſita vi-
neam iſtam.
Et perfice eam quā plantauit
dextera tua: ꝛ ſuper filium ho-
minis quem confirmaſti tibi.
Incenſa igni ꝛ ſuffoſa: ab incre
patione vultus tui peribunt.

Fiat

Fiat manus tua ſuper virum dexterę tuę: ⁊ ſuper filiū hominis quem confirmaſti tibi.

Et non diſcedimus a te, viuificabis nos: ⁊ nomen tuum inuocabimus.

Dñe deus virtutum conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuā ⁊ ſalui erimus. Añā. Propiti⁹ eſto peccatis nr̄is dñe. ℣. Gaudebunt labia mea cū cantauero tibi. ℟. Et aīa mea quā redemiſti. In aduē. ℣. Ex ſion ſpecies decoris ei⁹. ℟. Deus nr̄ manifeſte veniet. In xl ℣. Dicet dño. ℟. Suſceptor meus es tu. ℟. Te deū. nō dr̄ Sacer. ℣. Fiat miſericordia. In laud. añā. Tibi ſoli peccaui dñe miſerere mei.

Miſerere. Añ. Dñe. ps. 89.

Domine refugium factus es nobis: a generatione in generationem.

Priuſquam montes fierēt, aut formaretur terra ⁊ orbis, a ſeculo ⁊ vſque in ſeculū tu es deus.

Ne auertas hominem in humilitatem: ⁊ dixiſti: conuertimini filij hominum.

Quoniā mille anni ante oculos tuos: tanquam dies heſterna, quę preterijt.

Et cuſtodiā in nocte, quę pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat ⁊ tranſeat: veſpere decidat induret ⁊ areſcat.

Quia defecimus in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrū in illuminatione vultus tui.

Quoniā oēs dies noſtri defecerūt: ⁊ in ira tua defecimus.

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorū noſtrorū in ipſis ſeptuaginta annis.

Si autē in potentatibus, octoginta anni: ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor.

Quoniam ſuperuenit māſuetudo: ⁊ corripiemur.

Quis nouit poteſtatē irę tuę: ⁊ prę timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuā ſic notam fac: ⁊ eruditos corde in ſapientia.

Conuertere dñe vſquequo, ⁊ deprecabilis eſto ſup̄ ſeruos tuos.

Repleti ſum⁹ mane miſericordia tua: exultauimus ⁊ delectati ſumus in oībus diebus noſtris.

Letati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti: annis, quibus vidimus mala.

Reſpice dñe in ſeruos tuos, ⁊ in opera tua: ⁊ dirige filios eorum.

Et ſit ſplendor dñi dei nr̄i ſup̄ nos: ⁊ opera manuum noſtrarū dirige ſuper nos: ⁊ opus manuū noſtrarū dirige. Añā Dñe refugiū factus es nobis. Añā. In matutinis dñe meditabor in te. ps. Deus deus meus. Antipho In ęternum.

Cãticũ Marie ſororis Moyſi.

Cantemus dño, glorioſe enim magnificatꝰ eſt: eqnũ ⁊ aſcenſorem proiecit in mare.

Fortitudo mea ⁊ laꝰ mea dñe: ⁊ factus eſt mihi in ſalutem.

Iſte deus meꝰ ⁊ glorificabo eũ: deus patris mei, ⁊ exaltabo eũ.

Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius: currꝰ Pharaonis ⁊ exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro: abyſſi operuerunt eos: deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

Dextera tua domine magnificata eſt in fortitudine, dextera tua domine percuſſit inimicũ: ⁊ in multitudine glorię tuę depoſuiſti aduerſarios meos.

Miſiſti iram tuam, quę deuorauit eos ſicut ſtipulam: ⁊ in ſpiritu furoris tui congregatę ſunt aquę.

Stetit vnda fluens: congregatę ſunt abyſſi in medio mari.

Dixit inimicus, perſequar ⁊ cõprehendam: diuidaʒ ſpolia ⁊ implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.

Flauit ſpiritus tuus, ⁊ operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plũbũ in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus domine, quis ſimilis tui? magnificus in ſanctitate: terribilis atqꝫ laudabilis ⁊ faciens mirabilia.

Extendiſti manum tuaʒ, ⁊ deuorauit eos terra: dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti.

Et portaſti eum in fortitudine tua: ad habitaculũ ſanctuʒ tuũ.

Aſcenderunt populi, ⁊ irati ſunt: dolores obtinuerunt omnes habitatores Philiſthijm.

Nunc conturbati ſunt principes Edom robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaam.

Irruat ſuper eos formido ⁊ pauor: i magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles quaſi lapis: donec pertranſeat populus tuꝰ dñe: donec pertranſeat populus tuus, iſte quem poſſediſti.

Introduces eos, ⁊ plantabis eos in monte hereditatis tuę: firmiſſimo habitaculo, quod operatus es domine.

Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuę: dominus regnabit in ęternum, ⁊ vltra.

Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus ⁊ equitibus eius i mare: ⁊ reduxit ſuper eos dominus aquas maris.

Filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum: in medio eius.

Antiphona. In ęternum dominus regnabit, ⁊ vltra.

Antipho. In ſanctis eius laudate deũ. Pſalmus. Laudate

dominum de celis. Capit. Fra-
tres: Vigilate. Hymnus.

Lux ecce ſurgit aurea.
Pallens fatiſcat cecitas:
Que noſmet in preceps diu
Errore traxit deuio.
Hec lux ſerenum conferat:
Puroſq; nos preſtet ſibi:
Nihil loquamur ſubdolum:
Voluamus obſcurum nihil.
Sic tota decurrat dies:
Nec lingua mendax nec man⁹,
Oculi nec peccent lubrici:
Nec noxa corpus inquinet.
Speculator aſtat deſuper:
Qui nos diebus omnibus:
Actuſq; noſtros proſpicit:
A luce prima in veſperum.
Deo patri ſit gloria. ℣. In ma-
tutinis domine meditabor i te.
℟. Quia fuiſti adiutor meus.
Ad Bñs. Aña. In ſanctitate
ſeruiamus dño, et liberabit nos
ab inimicis noſtris.

FERIA SEXTA.

Ad Matutinum. Inuitatoriũ.
Dñm qui fecit nos: Venite ado-
remus. ps. Venite exulte. Hy⁹.

Tu trinitatis vnitas:
Orbem potenter qui regis:
Attende laudum cantica:
Que excubantes pſallimus.
Nam lectulo conſurgimus:
Noctis quieto tempore:
Vt flagitemus vulnerum.
A te medelam omnium.
Quo fraude quicquid demonũ:
In noctibus deliquimus:
Abſtergat illud celitus
Tue poteſtas glorie.
Nec corpus adſit ſordidum:
Nec torpor inſtet cordium:
Nec criminis contagio:
Tepeſcat ardor ſpiritus.
Ob hoc redemptor queſumus:
Reple tuo nos lumine:
Per quod dierum circulis:
Nullis ruamur actibus.
Preſta pater piiſſime. Antiph.
Exultate. Pſalmus 80.

Exultate deo adiutori
noſtro: iubilate deo
Jacob.
Sumite pſalmum et
date timpanum: pſalterium iu-
cundum cum cithara.
Buccinate in neomenia tuba:
in inſigni die ſolennitatis veſtre.
Quia preceptum in Iſrael eſt:
et iudicium Deo Jacob.
Teſtimonium in Joſeph po-
ſuit illud cum exiret de terra
Aegypti: linguam quam non
nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorſum
eius: manus eius in cophino ſer-
uierunt.
In tribulatione inuocaſti me,
et liberaui te: et exaudiui te in
abſcondito tempeſtatis: proba-
ui te apud aquã cõtradictionis.
Audi populus meus et conte-
ſtabor te: Iſrael ſi audieris me
non erit in te deus recens, neq;
adorabis deum alienum.
Ego enim ſum dominus deus
tuus,

tuus, qui eduxi te de terra egy
pti: dilata os tuum & implebo
illud.
Et non audiuit populus meus
vocem meam: & Iſrael nō inten
dit mihi.
Et dimiſi eos ſecundum deſi
deria cordis eorum: ibūt in ad
inuentionibus ſuis.
Si populus meus audiſſet me:
Iſrael ſi i vijs meis ambulaſſet.
Pro nihilo forſitan inimicos eo
rum humiliaſſem: & ſuper tribu
lantes eos miſiſſem manū meā.
Inimici dñi mentiti ſunt ei: &
erit tempus eorum in ſecula.
Et cibauit illos ex adipe fru
menti: & de petra melle ſatura
uit eos. Pſalmus 81.
Deus ſtetit i ſynagoga deo
rum: in medio autem deos
diiudicat.
Vſquequo iudicatis iniquita
tem: & facies peccatorū ſumitis?
Iudicate egeno & pupillo: hu
milem & pauperem iuſtificate.
Eripite pauperem: & egenum
de manu peccatoris liberate.
Neſcierunt neque intellexerūt,
in tenebris ambulant: mouebū
tur omnia fundamenta terrę.
Ego dixi dij eſtis: & filij excelſi
omnes.
Vos autem ſicut homines mo
riemini: & ſicut vnus de princi
pibus cadetis.
Surge deus iudica terrā: quo
niam tu hereditabis in omnib⁹
gentibus. Antiphona. Exulta
te Deo adiutori noſtro. Alia.
Tu ſolus. Pſalmus 82.
Deus quis ſimilis erit tibi?
ne taceas neque compeſca
ris deus.
Quoniam ecce inimici tui ſo
nuerunt: & qui oderunt te extu
lerunt caput.
Super populum tuū maligna
uerunt conſilium: & cogitauerūt
aduerſus Sanctos tuos.
Dixerunt, venite, & diſperda
mus eos de gente: & non memo
retur nomen Iſrael vltra.
Quoniam cogitauerunt vna
nimiter ſimul aduerſū te: teſta
mentum diſpoſuerunt taberna
cula Idumęorum & Iſmaelite.
Moab & agareni gebal & ammō
& amalech: alienigenę cum ha
bitantibus tyrum.
Etenim Aſſur venit cum illis:
facti ſunt in adiutorium filijs
Loth.
Fac illis ſicut Madian & Si
ſarę: & ſicut Iabin in torrente
Ciſſon.
Diſperierunt in Endor: facti
ſunt vt ſtercus terrę.
Pone principes eorum & ſicut
Oreb: & zeb, & zebee, & Sal
mana.
Omnes principes eorum: qui
dixerunt: hereditate poſſideam⁹
ſanctuarium dei.
Deus meus pone illos vt rotā:
& ſicut ſtipulam ante faciē vēti.

S icut ignis, qui cōburit ſyluam: & ſicut flamma comburēs montes.
I ta perſequeris illos in tempeſtate tua: & in ira tua turbabis eos.
I mple facies eorū ignominia: & querent nomen tuum dñe.
E rubeſcant & conturbētur in ſeculum ſeculi: & confundantur & pereant.
E t cognoſcant, quia nomen tibi dominus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terraʒ. Pſal. 83.
Q Uam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cōcupiſcit & deficit anima mea in atria domini.
C or meum & caro mea: exultauerunt in deum viuum.
E tenim paſſer inuenit ſibi domum & turtur niduʒ: vbi ponat pullos ſuos.
A ltaria tua domine virtutum: rex meus & deus meus.
B eati qui habitāt in domo tua domine: in ſecula ſeculorū laudabunt te.
B eatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco, quem poſuit.
E tenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in ſion.
D omine deus virtutū exaudi orationem meam: auribus percipe deus Jacob.
P rotector noſter aſpice deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.
Q uia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper millia.
E legi abiectus eſſe in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Q uia miſericordiam & veritatem diligit deus: gratiam & gloriam dabit dominus.
N on priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo, qui ſperat in te. Gloria. Aña. Tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terraʒ.
Aña. Benedixiſti. Pſal. 84.
B Enedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob.
R emiſiſti iniquitatē plebis tue: operuiſti omnia peccata eorum.
M itigaſti omnem irā tuā: auertiſti ab ira indignationis tue.
C onuerte nos deus ſalutaris nr̄: & auerte iram tuam a nobis.
N unquid in eternum iraſceris nobis: aut extendes iram tuā a generatione in generationem.
D eus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua letabitur in te.
O ſtende nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.
A udiam quid loquatur in me dominus deus: qm̄ loquetur pacem in plebem ſuam.
E t ſuper ſanctos ſuos: & in eos, qui

qui conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia et veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia et pax oſculate ſunt.
Ueritas de terra orta eſt: et iuſtitia de celo proſpexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: et terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eum ambulabit: et ponet i via greſſus ſuos. ps 85.
Inclina domine aurem tuā, et exaudi me: quoniam inops et pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meā, qm̄ ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuū deus meus ſperantem in te.
Miſerere mei dn̄e, qm̄ ad te clamaui tota die: letifica animam ſerui tui, qm̄ ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine ſuauis et mitis: et multe miſericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationē meā: et intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in dijs dn̄e: et non eſt ſecundum opera tua.
Omnes gentes, quaſcunque feciſti, venient et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Qm̄ magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus ſolus.
Deduc me domine in via tua: et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum, vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi dn̄e deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: et eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me: et ſynagoga potentiū queſierunt animam meā: et non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu dn̄e deus miſerator et miſericors: patiens et multe miſericordie et verax.
Reſpice in me et miſerere mei: da imperium tuum puero tuo, et ſaluum fac filium ancille tue.
Fac mecum ſignum in bonum vt videant qui oderunt me, et cōfundantur: qm̄ tu dn̄e adiuuiſti me, et cōſolatus es me. Añ. Benedixiſti dn̄e terram tuā. Añ. Fundamenta. Pſalmus 86.
Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dn̄s portas ſion, ſuper omnia tabernacula Iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas dei.
Memor ero rhaab, et babylonis ſcientium me.
Ecce alienigene et tyrus et populus ethyopum: hi fuerunt illic.

Nunquid ſion dicet, homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus.

Dñs narrabit in ſcripturis populorum: & principum horum q fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium: habitatio eſt in te. Pſalmus 87

Domine deus ſalutis meę: in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Eſtimatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis & in vmbra mortis.

Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos a me: poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum & non egrediebar: oculi mei languerunt prę inopia.

Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam: & veritatem tuã in perditione?

Nunquid cognoſcẽtur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te dñe clamaui: & mane oratio mea preueniet te.

Ut quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me?

Pauper ſum ego & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus.

In me tranſierunt irę tuę: terrores tui conturbauerunt me.

Circundederũt me ſicut aqua tota die: circundederunt me ſimul.

Elongaſti a me amicum & proximũ: & notos meos a miſeria.

Aña. Fundamenta eius in mõtibus ſanctis. Antiphona. Benedictus. Pſalmus 88.

Miſericordias domini: in ęternum cantabo.

In generatione & generationẽ: annunciabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixiſti in ęternum miſericordia ędificabitur in cęlis: prę parabitur veritas tua in eis.

Diſpoſui teſtamentum electis

meis: iuraui Dauid ſeruo meo vſque in ęternum pręparabo ſemen tuum.
Et ędificabo in generatione et generationem: ſedem tuam.
Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Quoniam quis in nubibus equabitur domino: ſimilis erit deo in filiis dei?
Deus qui glorificatur in concilio ſanctorum: magnus et terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.
Domine deus virtutum quis ſimilis tibi? potens es dñe et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum: in brachio virtutis tuę diſperſiſti inimicos tuos.
Tui ſunt celi et tua eſt terra orbem terrę et plenitudinem eius tu fundaſti: aquilonem et mare tu creaſti.
Thabor et hermon in nomine tuo exaltabunt tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua: iuſtitia et iudicium pręparatio ſedis tuę.
Miſericordia et veritas pręcedent faciem tuam: beatus populus, qui ſcit iubilationem.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die, et in iuſtitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.
Quia dñi eſt aſſumptio noſtra et ſancti Iſrael regis noſtri.
Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis: et dixiſti, poſui adiutorium in potente: et exaltaui electum de plebe mea.
Inueni dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipſius inimicos eius: et odientes eum in fugam conuertam.
Et veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manũ eius: et in fluminibus dexteram eius.
Ipſe inuocabit me, pater meus es tu: deus meus, et ſuſceptor ſalutis meę.
Et ego primogenitum ponam illũ: excelſum prę regibus terrę.
In ęternum ſeruabo illi miſericordiam meam: et teſtamentum meum fidele ipſi.
Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius: et thronum eius ſicut

dies celi.

Si autem dereliquerint filij ei⁹ legem meam: ꝛ in iudicijs meis non ambulauerint.

Si iuſtitias meas prophanauerint: ꝛ mandata mea non cuſtodierint.

Viſitabo in virga iniquitates eorum: ꝛ in verberibus peccata eorum.

Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neq3 nocebo in veritate mea.

Neque prophanabo teſtamentum meum: ꝛ que procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemen eius in eternum manebit.

Et thronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo: ꝛ ſicut luna perfecta in eternum, ꝛ teſtis in celo fidelis.

Tu vero repuliſti ꝛ deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum.

Auertiſti teſtamentum ſerui tui: ꝛ prophanaſti in terra ſanctuarium eius.

Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexterā deprimentiū eū: letificaſti oēs inimicos eius.

Auertiſti adiutoriū gladij ei⁹: ꝛ non es auxiliatus ei in bello.

Deſtruxiſti eum ab emundatione: ꝛ ſedem eius in terra colliſiſti.

Minoraſti dies tēporis eius: perfudiſti eum confuſione.

Uſquequo domine auertis in finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memorare que mea ſubſtātia: nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum?

Quis eſt homo, qui viuet ꝛ nō videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi?

Ubi ſunt miſericordie tue antique domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?

Memor eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum, quod continui in ſinu meo: multarū gentiū.

Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui.

Benedictus dn̄s in eternum: fiat fiat. Adic pi.nō dn̄i noc. Ps. 90.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei celi commorabitur.

Dicet dn̄o, ſuſceptor meus es tu, ꝛ refugiū meum: deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: ꝛ a verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi, ꝛ ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius:

eius: non timebis a timore nocturno.
A sagitta volante in die, a negocio perambulãte in tenebris: ab icursu ⁊ dmonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille, ⁊ decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis conſiderabis: ⁊ retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Non accedet ad te malum: ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum.
Super aſpidem ⁊ baſiliſcũ ambulabis ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem.
Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum: ⁊ glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: ⁊ oſtendam illi ſalutare meum. Pſalmus 93.
Deus vltionum dñs: deus vltionum libere egit.
Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.
Vſquequo peccatores domine: vſquequo peccatores gloriabuntur?
Effabuntur ⁊ loquentur iniquitatem: loquentur omnes q operantur iniuſtitiam.
Populum tuum dñe humiliauerunt: ⁊ hereditatem tuam vexauerunt.
Viduam ⁊ aduenam interfecerunt: ⁊ pupillos occiderunt.
Et dixerunt non videbit dñs: nec intelliget deus Jacob.
Intelligite inſipientes in populo: ⁊ ſtulti aliquando ſapite.
Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum nõ conſiderat?
Qui corripit gẽtes nõ arguet: qui docet hominem ſcientiam?
Dñs ſcit cogitationes hominũ: quoniam vane ſunt.
Beatus hõ quem tu erudieris dñe: ⁊ de lege tua docueris eũ.
Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet dominus plebem ſuam ⁊ hereditatẽ ſuã non derelinquet.
Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium: ⁊ qui iuxta illã omnes qui recto ſunt corde.
Quis conſurget mihi aduerſus malignantes: aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem.

Niſi quia dominus adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea.

Si dicebam motus eſt pes meus: miſericordia tua domine adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: cōſolationes tue letificauerunt animam meam.

Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto?

Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condēnabunt.

Et factus eſt mihi dñs in refugium: & deus meus in adiutorium ſpei mee.

Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos dominus deus noſter.

Hic pſalmus non dicitur in nocturn. Pſalmus 94.

Venite exultemus dño: iubilemus deo ſalutari noſtro.

Preoccupemus faciem eius in confeſſione: & in pſalmis iubilemus ei.

Quoniam deus magnus dñs, & rex magnus ſuper omnes deos.

Quia in manu eius ſunt oēs fines terre: & altitudines montium ipſius ſunt.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerunt.

Venite adoremus & procidamus & ploremus ante dñm qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter.

Et nos populus paſcue eius: & oues manus eius.

Hodie ſi voces eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra.

Sicut in irritatione: ſecundum diem tentationis in deſerto.

Ubi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea.

Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: & dixi ſemper hi errant corde.

Et iſti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meā. Gloria.

Aña. Benedictus Dñs in eternum. Aña. Cantate. Pſal. 95.

Cantate dño canticum nouum: cātate dño oīs terra.

Cantate dño, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam omnes dij gētium demonia: dominus autem celos fecit.

Confeſſio & pulchritudo in cōſpectu eius: ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius.

Afferte dño patrię gētiū, affer-
te dño gloriam ꝛ honorem: affer-
te dño gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias, ꝛ introite in a-
tria eius: adorate dominum in
atrio ſancto eius.
Commoueatur a facie ei⁹ vni-
uerſa terra: dicite in gentibus,
quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terrę,
qui non commouebitur: iudica-
bit populos in ęquitate.
Letentur celi, ꝛ exultet terra: ꝛ
commoueatur mare ꝛ plenitu-
do eius: gaudebūt campi ꝛ om-
nia quę in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna
ſyluarū a facie domini, quia ve-
nit: qm̄ venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrę in ęqui-
tate: ꝛ populos in veritate ſua.

Pſalmus 96.

Dominus regnauit, exul-
tet terra: letentur inſulę
multę.
Nubes ꝛ caligo in circuitu ei⁹:
iuſtitia ꝛ iudicium correctio ſe-
dis eius.
Ignis ante ipſum precedet: ꝛ
inflammabit in circuitu inimi-
cos eius.
Alluxerūt fulgura eius orbi ter-
re: vidit ꝛ commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerunt a
facie domini: a facie domini om-
nis terra.
Annunciauerunt celi iuſtitiā
eius: ꝛ viderunt omnes populi
gloriam eius.
Confundantur omnes, q ado-
rant ſculptilia: ꝛ qui gloriantur
in ſimulachris ſuis.
Adorate eum omnes angeli e-
ius: audiuit ꝛ letata eſt Sion.
Et exultauerunt filię Iudę, p-
pter iudicia tua domine.
Quoniam tu dñs altiſſimus ſu-
per omnem terram: nimis exal-
tatus es ſuper omnes deos.
Qui diligitis dñm, odite ma-
lum: cuſtodit dñs animas ſan-
ctorum ſuorum: de manu pecca-
toris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: ꝛ rectis cor-
de letitia.
Letamini iuſti in dño: ꝛ confi-
temini memorię ſanctificationis
eius. Aña. Cantate dño, ꝛ be-
nedicite nomini eius. ℣. Intret
oratio mea in cōſpectu tuo dñe.
℟. Inclina aurē tuā ad precem
meam. In aduen. ℣. Egredietur
virga de radice Ieſſe. ℟. Et flos
de radice eius aſcēdet. In xl. ℟.
Ipſe liberauit me. ℟. De la-
queo venantium, ꝛ a verbo aſpe-
ro. Te deum nō dr̄. Sacerd.
℣. Fiat miſericordia. In laud.
Aña. Spiritu principali confir-
ma cor meum deus. Ps. Miſe-
rere mei Deus. Aña. In veri-
tate.

Pſalmus 142.

Domine exaudi orationē
meam: auribus percipe
obſecrationē meam: in veritate
tua exaudi me in tua iuſtitia.

Et

Et non intres in iudicium cū ſeruo tuo: quia non iuſtificabit in conſpectu tuo omnis viuēs.

Quia perſecutus eſt inimic⁹ animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſęculi: ⁊ anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in mę turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorū, meditatus ſum in omnib⁹ operibus tuis: ⁊ in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuā: q̄a in te ſperaui.

Notā fac mihi viā, ĩ qua ambulem: quia ad te leuaui aīaʒ meā.

Eripe me de inimicis meis, domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā: quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: propter nomen tuum domine viuificabis me in ęquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: ⁊ in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes oēs, qui tribulāt animam meam, quō ego ſeruus tuus ſum. Gloria. Aña. In veritate tua exaudi me domine.

Aña. Illumina domine vultū tuū ſuper nos. ℣. Deus deus meus. Aña. Domine audiui.

Canticum Abacuc.

Domine audiui auditionē tuam: ⁊ timui.

Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.

In medio annorum notum facies: cum iratus fueris miſericordię recordaberis.

Deus ab Auſtro veniet: ⁊ ſanctus de monte Pharan.

Operuit cęlos gloria eius: ⁊ laudis eius plena eſt terra.

Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.

Ibi abſcōdita eſt fortitudo ei⁹: ante faciem eius ibit mors.

Egredietur diabolus ante pedes eius: ſtetit ⁊ menſus eſt terrā.

Aſpexit ⁊ diſſoluit gentes, ⁊ cōtriti ſunt montes ſęculi.

Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus ęternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria Ethiopię: turbabuntur pelles terrę Madian.

Nunquid in fluminibus irat⁹ es domine: aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?

Qui aſcendes ſuper equos tuos: ⁊ quadrigę tuę ſaluatio.

Suſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ: iuramenta tribubus que locutus es.
Fluuios ſcindes terre, viderũt te ⁊ doluerunt montes: gurges aquarum tranſijt.
Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit.
Sol ⁊ luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum tuarum: ibunt in ſplendore fulgurantis haſte tue.
In fremitu conculcabis terrã: ⁊ in furore obſtupefacies gẽtes.
Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutem cũ Chriſto tuo.
Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.
Malediriſti ſceptris eius capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad diſpergendum me.
Exultatio eorum: ſicut eius q deuorat pauperez in abſcõdito.
Viam feciſti i mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audiui ⁊ conturbatus eſt venter meus: a voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in oſſib⁹ meis: ⁊ ſubter me ſcateat.
Vt requieſcam in die tribulationis: ⁊ aſcendam ad populuz accinctum noſtrum.
Ficus enim non florebit: ⁊ non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliue: ⁊ arua non afferent cibum.
Abſcidetur de ouili pecus: ⁊ non erit armentũ in preſepib⁹.
Ego autem in dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo Jeſu meo.
Deus dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi ceruorũ.
Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentez.
Gloria. Aña. Dñe audiui auditum tuum ⁊ timui. Aña Jn tympano ⁊ choro in cordis ⁊ organo laudate deum. Ps. Laudate dominum de celis Cap. Fratres: Vigilate. Hymnus.

Eterna celi gloria:
Beata ſpes mortalium
Celſi tonantis vnice:
Caſteqꝫ proles virginis.
Da dexteram ſurgentibus:
Exurgat ⁊ mens ſobria:
Flagransqꝫ in laudem dei:
Grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer:
Sparſamqꝫ lucem nunciat:
Cadit caligo noctium:
Lux ſancta nos illuminet.
Manensqꝫ noſtris ſenſibus:
Noctem repellat ſeculi:
Omnique fine diei.
Purgata ſeruet pectora.
Que ſita iam primum fides
Radicet altis ſenſibus:
Secunda ſpes congaudeat:
Quo maior extet charitas.
Deo patri ſit gloria.

℣. Jn matutinis domine meditabor in te. ℟. Quia fuiſti adiutor meus.

Ad Bñs. Añ. Per viſcera miſericordię dei noſtri, in quib⁹ viſitauit nos oriens ex alto.

S A B B A T H O.

Ad matutinũ. Inuitatorium.

Dominum deum noſtrum: Venite adoremus. Venite exultemus. Hymnus.

Summe deus clementię:
Mũdiq; factor machinę:
Unus potentialiter:
Trinuſque perſonaliter.
Noſtros pius cum canticis:
Fletus benigne ſuſcipe
Quo corde puro ſordibus
Te perfruamur largius.
Lumbos iecurque morbidum
Adure igni congruo:
Accincti, vt ſint perpetim',
Luxu remoto peſſimo.
Ut quique horas noctium:
Nunc concinendo rumpim⁹:
Donis beatę patrię.
Ditemur omnes affatim.
Preſta pr̃ piiſſime. patrique.

Añ. Quia mirabilia. Ps. 97.

Cantate dño canticũ nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ brachiũ ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Recordat⁹ eſt miſericordię ſuę: ⁊ veritatis ſuę domui Iſrael.
Uiderunt omnes termini terrę: ſalutare dei noſtri.
Iubilate deo omnis terra: cantate, ⁊ exultate, ⁊ pſallite.
Pſallite dño i cithara in cithara ⁊ voce pſalmi: in tubis ductilibus, ⁊ voce tubę cornee.
Iubilate in conſpectu regis domini, moueatur mare ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum, ⁊ qui habitant in eo.
Flumina plaudẽt manu, ſimul montes exultabunt a cõſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: ⁊ populos in equitate.

Pſalmus 98.

Dominus regnauit, iraſcãtur populi: qui ſedes ſuper cherubim, moueatur terra.
Dñs in Sion magnus: ⁊ excelſus ſuper omnes populos.
Confiteantur nomini tuo magno: quoniã terribile ⁊ ſanctũ eſt: ⁊ honor regis iudiciũ diligit.
Tu paraſti directiones: iudiciũ ⁊ iuſtitiã in Iacob tu feciſti.
Exaltate dñm deum noſtrum: ⁊ adorate ſcabellum pedũ eius: quoniam ſanctum eſt.
Moyſes ⁊ Aaron in ſacerdotibus eius: ⁊ Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dominum, ⁊ ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.
Cuſtodiebant teſtimonia ei⁹: ⁊ preceptum quod dedit illis.
Domine deus noſter tu exaudiebas

diebas

diebus eos: Deus tu propitius fuiſti eis, ⁊ vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.
Exaltate dñm deũ noſtrum, ⁊ adorate in monte ſancto eius: qm̃ ſanctus dñs deus noſter.
Aña. Quia mirabilia fecit dñs.
Aña. Jubilate. Pſalmus 99.
Jubilate deo omnis terra: ſeruite domino in letitia.
Introite in conſpectu eius in exultatione.
Scitote, quoniam dominus ipſe eſt deus: ipſe fecit nos, ⁊ non ipſi nos.
Populus eius ⁊ oues paſcuę eius, introite portas eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen eius, quoniã ſuauis eſt dominus in ęternum miſericordia eius: ⁊ vſque in generationem ⁊ generationem veritas eius. Pſalmus 100.
Miſericordiam ⁊ iudiciũ: cantabo tibi domine.
Pſallam ⁊ intelligam in via immaculata: quãdo venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei: i medio dom⁹ meę.
Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam: facientes preuaricationes odiui.
Non adhęſit mihi cor prauũ: declinantem a me malignũ nõ cognoſcebam.
Detrahẽtem ſecreto proximo ſuo: hunc perſequebar.
Superbo oculo ⁊ inſatiabili corde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terrę vt ſedeant mecum ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.
Non habitabit in medio dom⁹ meę, qui facit ſuperbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terrę, vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.
Aña. Jubilate Deo ois terra.
Aña. Clamor meus. Ps 101.
Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt.
Percuſſus ſum vt fęnum, ⁊ aruit cor meũ: quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhęſit os meum carni meę.
Similis factus ſum pellicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: ⁊ factus ſũ ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ⁊ qui laudabãt me aduer-

aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panē manducabam: ⁊ poculum meū cum fletu miſcebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, ⁊ ego ſicut fenum arui.

Tu autem dn̄e in eternu3 permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.

Tu exurgēs miſereberis Siō: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, ⁊ terre eius miſerebuntur.

Et timebunt gētes nomē tuū domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.

Quia edificauit dominus ſiō: ⁊ videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in oratione humiliū: ⁊ non ſpreuit preces eorum.

Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus, qui creabitur, laudabit dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de celo in terram aſpexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Ut annuncient in ſion nomen domini: ⁊ laudem eius in Jeruſalem.

In cōueniēdo populos in vnū: ⁊ reges, vt ſeruiant domino.

Reſpōdit ei in via virtutis ſue paucitatem dierum meorū nūcia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione ⁊ generationem anni tui.

Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ opera manuum tuaru3 ſunt celi.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: ⁊ omnes ſicut veſtimentu3 veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, ⁊ mutabunt: tu autē idē ipſe es, ⁊ anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt: ⁊ ſemen eorum in ſeculū dirigetur.

Pſalmus 102.

Benedic anima mea domino: ⁊ omnia que intra me ſunt, nomini ſancto eius.

Benedic anima mea domino: ⁊ noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatib9 tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia, ⁊ miſerationibus.

Qui replet in bonis deſideriū tuum: renouabitur vt aquile iuuentus tua.

Faciens miſericordias dominus: ⁊ iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſrael voluntates ſuas.

Miſerator, ⁊ miſericors dominus: longanimis, ⁊ multum miſericors.

Non in perpetuum iraſcetur: neque in ęternū comminabit.

Non ſm peccata noſtra fecit nobis: neque ſm iniquitates noſtras, retribuit nobis.

Quoniam ſecundum altitudinem cęli a terra: corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantum diſtat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates noſtras.

Quomodo miſeret pater filiorum, miſertus eſt dñs timentibus ſe: quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.

Recordatus eſt, quoniam puluis ſumus: homo ſicut fęnum, dies eius tanquam flos agri ſic efflorebit.

Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, ⁊ nō ſubſiſtet: ⁊ non cognoſcet amplius locum ſuum.

Miſericordia autem domini ab ęterno: ⁊ vſque in ęternum, ſuper timentes eum.

Et iuſtitia illius in filios filiorū: his qui ſeruant teſtamentū ei⁹.

Et memores ſunt mandatorū ipſius: ad faciendum ea.

Dñs in cęlo parauit ſedē ſuā: ⁊ regnum ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite dño omnes angeli eius potentes virtute: facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius.

Benedicite dño omnes virtutes eius: miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.

Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea dño. Glo. Añ. Clamor meus ad te veniat deus. Antiphona. Benedic. Pſalmus 103.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.

Confeſſionem ⁊ decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.

Extendens cęlum ſicut pellē: qui tegis aquis ſuperiora eius.

Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos ſpūs: ⁊ miniſtros tuos ignem vrentē.

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabit in ſeculum ſeculi.

Abyſſus ſicut veſtimentū amictus eius: ſuper montes ſtabūt aquę.

Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt.

Aſcendunt montes, ⁊ deſcendunt campi: in locum quē fundaſti eis.

Terminum poſuiſti, quem nō tranſgredientur: neque conuertentur operire terram.

Qui

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertranſibunt aquę.

Potabunt oēs beſtię agri: ꝛ expectabunt onagri in ſiti ſua.

Super ea volucres cęli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de ſuperioꝛib⁹ ſuis: de fructu operum tuoꝛum ſatiabitur terra.

Producens fęnum iumentis: ꝛ herbam ſeruituti hominum.

Vt educas panem de terra: ꝛ vinum letificet coꝛ hominis.

Vt exhilaret faciem in oleo: ꝛ panis coꝛ hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, ꝛ cedri Libani, quas plantauit: illic paſſeres nidificabunt.

Herodij domus dux eſt eoꝝ, montes excelſi ceruis: petra refugium herinaciis.

Fecit lunam in tempoꝛa: ſol cognouit occaſum ſuum.

Poſuiſti tenebꝛas, ꝛ facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtię ſyluę.

Catuli leonum, rugiētes vt rapiant: ꝛ querant a deo eſcā ſibi.

Oꝛtus eſt ſol, ꝛ congregati ſūt: ꝛ in cubilibus ſuis collocabunt.

Exibit homo ad opus ſuum: ꝛ ad operationem ſuam vſque ad veſperam.

Quam magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua.

Hoc mare magnum ꝛ ſpatioſū manibus: illic reptilia, quoꝝ non eſt numerus.

Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt.

Draco iſte, quem formaſti ad illudendū ei: oīa a te expectāt, vt des illis eſcam in tempoꝛe.

Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Auertente autē te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eoꝝ, ꝛ deficient: ꝛ in puluerem ſuum reuertentur.

Emitte ſpūm tuū, ꝛ creabunt: ꝛ renouabis faciem terrę.

Sit gloꝛia domini in ſeculum: letabit dñs in operibus ſuis.

Qui reſpicit terram, ꝛ facit eā tremere: qui tangit montes, ꝛ fumigant.

Cantabo dño in vita mea: pſallam deo meo quamdiu ſum.

Iucundum ſit eloquium meū: ego vero delectaboꝛ in dño.

Deficiant peccatoꝛes a terra ꝛ iniqui ita vt non ſint: bñdic aīa mea domino. Pſalm 104.

Confitemini dño, ꝛ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

Cantate ei, ꝛ pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine ſancto eius: lętetur coꝛ quęrentium dominum.

Querite dominum, & cõfirma mini: querite faciem eius ſemp.
Mementote mirabilium eius, quę fecit, prodigia eius, & iudicia oris eius.
Semen Abraham ſerui eius: filij Jacob electi eius.
Ipſe dominus deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.
Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui: verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod diſpoſuit ad Abrahã: & iuramenti ſui ad Jſaac.
Et ſtatuit illud Jacob in pręceptum: & Jſrael in teſtamentũ ęternum.
Dicens tibi dabo terram Chanaam: funiculum hęreditatis veſtrę.
Cum eſſent numero breui: paucissimi & incolę eius.
Et pertrãſeunt de gente in gẽtem: & de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.
Nolite tangere Chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit.
Miſit ante eos virum: in ſeruũ venundatus eſt Joſeph.
Humiliauerunt in compedib⁹ pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius, donec veniret verbum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: miſit rex & ſoluit eum, princeps populoꝝ, & dimiſit eũ.
Conſtituit eum dominum domus ſuę: & principẽ omnis poſſeſſionis ſuę.
Et erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: & ſenes eius prudentiam doceret.
Et intrauit Jſrael ĩ Ægyptũ: & Jacob accola fuit in terra Chã.
Et auxit populum ſuum vehementer: & firmauit eum ſuper inimicos eius.
Conuertit cor eorum, vt odirẽt populum eius: & dolum facerẽt in ſeruos eius.
Miſit Moyſen ſeruum ſuum & Aaron, quem elegit ipſum.
Poſuit in eis verba ſignoꝝ ſuorũ: & ꝓdigiorum in terra Cham.
Miſit tenebras, & obſcurauit: & nõ exacerbauit ſermones ſuos.
Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum.
Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipſorũ.
Dixit & venit cynomya & ciniphes in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eorum grandinem: & ignem comburentem in terra ipſorum.
Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.
Dixit, & venit locuſta & bruchus cuius non erat numerus.

Et comedit omne fenū in terra eorum: et comedit omnez fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorū: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectione eorum: et ignez vt luceret eis per noctem.
Petierunt, et venit coturnix: et pane celi saturauit eos.
Dirupit petram, et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.
Quoniā memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad Abrahā puerum suum.
Et eduxit populū suū in exultatiōe: et electos suos in letitia.
Et dedit illis regiones gentiū: et labores populorum possederunt.
Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant.
Gloria. An. Benedic aia mea dño. An. Uisita nos. ps. 105.

Confitemini dño, qm̄ bonus: quoniam in seculuz misericordia eius.
Quis loquet potētias dñi: auditas faciet omnes laudes eius?
Beati qui custodiunt iudiciū: et faciunt iustitiam in omni tēpore.
Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.
Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad letādum in letitia gentis tue, vt lauderis cū hereditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatē fecimus.
Patres nostri in Ægypto nō intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordie tue.
Et irritauerunt ascēdentes in mare: (mare rubrum.)
Et saluauit eos propter nomē suum: vt notam faceret potentiam suam.
Et increpauit mare Rubrum, et exsiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odiētium: et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: et non sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt concupiscentiam in deserto: et tentauerunt Deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatem in animas eorum.

Et irritauerūt Moyſen in caſtris: Aaron ſanctum domini.

Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan: & operuit ſuper congregationem Abyron.

Et exarſit ignis ī ſynagoga eorū: flamma cōbuſſit peccatores.

Et fecerunt vitulum in Oreb: & adorauerunt ſculptile.

Et mutauerunt gloriam ſuā: in ſimilitudinem vituli comedentis fęnum.

Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Ęgypto: mirabilia in terra Chā, terribilia in mari rubro.

Et dixit, vt diſperderet eos: ſi nō Moyſes electꝰ eiꝰ ſtetiſſet ī confractione in cōſpectu eius.

Et auerteret iram eius ne diſperderet eos: & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.

Non crediderunt verbo eius: & murmurauerunt in tabernaculis ſuis: nō exaudierūt vocē dñi

Et eleuauit manum ſuā ſuper eos: vt pſterneret eos ī deſerto.

Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus: & diſperderet eos in regionibus.

Et initiati ſunt Beelphegor: & comederūt ſacrificia mortuoꝝ

Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.

Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio.

Et reputatum eſt ei in iuſtitiā: in generationē, & generationē, vſque in ſempiternum.

Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus eſt Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius.

Et diſtinxit in labijs ſuis: non diſperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.

Et commixti ſunt inter gētes, & didicerunt opera eorum & ſeruierunt ſculptilibus eorum: & factum eſt illis ſcandalum.

Et immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dęmonijs.

Et effuderunt ſanguinē innocentē: ſanguinē filioꝝ ſuorum, & filiarum ſuaꝝ: quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan.

Et infecta eſt terra in ſanguinibus, & contaminata eſt in operibus eorum: & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.

Et iratus eſt furore dñs in populum ſuum: & abominatus eſt hęreditatem ſuam.

Et tradidit eos in manus gentium: & dominati ſunt eorum, qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorū: ſępe liberauit eos.

Ipſi autem exacerbauerunt eū in conſilio ſuo: & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.

Et vidit, cum tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit teſtamenti ſui

⁊ penituit eum ſecundũ multitudinem miſericordię ſuę.

Et dedit eos in miſericordias: In conſpectu omnium, qui ceperant eos.

Saluos nos fac dñe deus nr̃: ⁊ congrega nos de nationibus.

Ut confiteamur nomini ſãcto tuo, ⁊ gloriemur in laude tua.

Benedictus dominus deus Iſrael a ſeculo ⁊ vſque in ſeculũ: ⁊ dicet omnis populus fiat fiat.

Pſalmus 106.

Confitemini domino, quõ bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Dicant hunc, qui redẽpti ſunt a domino, quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos.

A Solis ortu ⁊ occaſu: ab Aquilone ⁊ mari.

Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Eſurientes ⁊ ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.

Et clamauerunt ad dñm, cum tribularentur: ⁊ de neceſſitatibꝰ eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectã: vt irẽt in ciuitatẽ habitationis.

Confiteantur domino miſericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum.

Quia ſatiauit animam inanẽ: ⁊ animam eſurientem ſatiauit bonis.

Sedentes in tenebris: ⁊ vmbra mortis: vinctos in mendicitatẽ ⁊ ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia dei: ⁊ conſilium altiſſimi irritauerunt.

Et humiliatum eſt in laboribus cor eorũ: ⁊ infirmati ſunt, nec fuit, qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad dñm, cum tribularentur: ⁊ de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ vincula eorum diſrupit.

Confiteantur domino miſericordię eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum:

Quia contriuit portas ęreas: ⁊ vectes ferreos confregit.

Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: ⁊ appropinquauerunt vſque ad portas mortis.

Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: ⁊ de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

Miſit verbum ſuum, ⁊ ſanauit eos, ⁊ eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur domino miſericordię eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum.

Et ſacrificent ſacrificium laudis: ⁊ annuncient opera eius in exultatione.

Qui

Qui deſcendunt mare in na-
uibus: facientes operationem
in aquis multis.
Ipſi viderunt opera dñi: ⁊ mi-
rabilia eius in profundo.
Dixit ⁊ ſtetit ſpiritus procel-
lę: ⁊ exaltati ſunt fluctus eius.
Aſcendunt vſq ad cęlos ⁊ de-
ſcēdunt vſq ad abyſſos: anima
eorum in malis tabeſcebat.
Turbati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut
ebrius: ⁊ omnis ſapientia eorū
deuorata eſt.
Et clamauerunt ad dñm, cum
tribularentur: ⁊ de neceſſitatib⁹
eorum eduxit eos.
Et ſtatuit procellā eius in au
rā: ⁊ ſiluerunt fluctus eius.
Et lętati ſunt, quia ſiluerunt:
⁊ deduxit eos in portum volun
tatis eorum.
Confiteantur domino miſeri-
cordię eius: ⁊ mirabilia eius fi-
lijs hominum.
Et exaltent eum in eccleſia ple
bis: ⁊ in cathedra ſeniorum lau
dent eum.
Poſuit flumina in deſertum: ⁊
exitus aquarum in ſitim.
Terram fructiferam in ſalſugi
nē: a malitia inhabitātiū in ea.
Poſuit deſertū in ſtagna aqua
rum: ⁊ terram ſine aqua in exi-
tus aquarum.
Et collocauit illic eſurientes:
⁊ conſtituerunt ciuitatem habi-
tationis.
Et ſeminauerunt agros: ⁊ plā-
tauerunt vineas: ⁊ fecerunt fru-
ctum natiuitatis.
Et benedixit eis ⁊ multiplica-
ti ſunt nimis: ⁊ iumenta eorum
non minorauit.
Et pauci facti ſunt: ⁊ vexati ſūt
a tribulatione malorū, ⁊ dolore.
Effuſa eſt cōtentio ſuper prin-
cipes: ⁊ errare fecit eos in inuio,
⁊ non in via.
Et adiuuit pauperē de inopia:
⁊ poſuit ſicut oues familias.
Videbunt recti, ⁊ lętabunt: ⁊
oīs iniquitas oppilabit os ſuū.
Quis ſapiens, ⁊ cuſtodiet hęc:
⁊ intelliget miſericordias dñi.
Gloria. Aña. Viſita nos dñe in
ſalutari tuo. Aña. Confitebor
dño. Gloria mea exurge. Pſ. 107.

Paratum cor meum deus,
paratum cor meum: canta
bo ⁊ pſallam in gloria mea.
Exurge gloria mea, exurge pſal
terium ⁊ cithara: exurgam di-
luculo.
Confitebor tibi dñe in populis:
⁊ pſallam tibi in nationibus.
Quia magna eſt ſuper cęlos
miſericordia tua: ⁊ vſque ad nu
bes veritas tua.
Exaltare ſuper cęlos deus, ⁊ ſu
per omnem terram gloria tua:
vt liberentur dilecti tui.
Saluū fac dextera tua, ⁊ exaudi
me: de⁹ locutus eſt i ſancto ſuo.
Exultabo ⁊ diuidam ſichimā:
⁊ conuallem tabernaculorum
dimetiar.

Meus eſt Galaad, ⁊ meus eſt
Manaſſes: ⁊ effraim ſuſceptio
capitis mei.
Juda rex meus: Moab lebes
ſpei mee.
In idumeam extendam calcia
mentum meum: mihi alienige
ne amici facti ſunt.
Quis deducet me in ciuitatē
munitam? aut quis deducet me
vſque in idumeam?
Nonne tu deus, qui repuliſti
nos? ⁊ non exibis deus in virtu
tibus noſtris.
Da nobis auxilium de tribula
tione: quia vana ſalus hominis.
In deo facienꝰ virtutem: ⁊ ip
ſe ad nihilum deducet inimicos
noſtros. Pſalmus .108.
Deus laudem meam ne ta
cueris: quia os peccatoris
⁊ os doloſi ſup me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lin
gua doloſa, ⁊ ſermonibus odij
circundederunt me: ⁊ expugna
uerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent, detra
hebant mihi: ego autē orabam.
Et poſuerunt aduerſum me
mala pro bonis: ⁊ odium pro di
lectione mea.
Conſtitue ſuper eū peccatorē:
⁊ diabolus ſtet a dextris eius.
Cum iudicatur, exeat cōdēna
tus: ⁊ oratio eiꝰ fiat in peccatū.
Fiant dies eius pauci: ⁊ epiſco
patum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: ⁊ vxor
eius vidua.
Nutantes transferantur filij
eius ⁊ mendicent: ⁊ eijciantur
de habitationibus ſuis.
Scrutetur fenerator omnem
ſubſtantiam eius: ⁊ diripiāt alie
ni labores eius.
Non ſit illi adiutor nec ſit, qui
miſereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: ⁊
in generatione vna deleatur no
men eius.
In memoriā redeat iniquitas
patrum eius in conſpectu do
mini: ⁊ peccatum matris eius
non deleatur.
Fiant contra dn̄m ſemper ⁊ di
ſpereat de terra memoria eorū:
pro eo ꝙ non eſt recordatus fa
cere miſericordiam.
Et perſecutus eſt hominē ino
pem ⁊ mendicum: ⁊ compūctū
corde mortificare.
Et dilexit maledictionem, ⁊
veniet ei: ⁊ noluit benedictionē,
⁊ elongabitur ab eo.
Et induit maledictionē ſicut
veſtimentum: ⁊ intrauit ſicut a
qua i interiora eius: ⁊ ſicut ole
in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimētum, quo
operitur: ⁊ ſicut zona, qua ſem
per precingitur.
Hoc opus eorum, qui detrahūt
mihi apud dominum: ⁊ qui lo
quuntur mala aduerſus animā
meam.
Et tu dn̄e dn̄e fac mecum pro
pter

pter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me, quia egenus ⁊ pauper ego ſum: ⁊ cor meum cõturbatum eſt intra me.
Sicut vmbra, cũ declinat, ablatus ſum: ⁊ excuſſus ſum ſicut locuſta.
Genua mea infirmata ſunt a ieiunio: ⁊ caro mea immutata eſt propter oleum.
Et ego factus ſum opprobriũ illis: viderunt me, ⁊ mouerunt capita ſua.
Adiuua me dñe Deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Et ſcient, quia manus tua hec: ⁊ tu domine feciſti eam.
Maledicent illi, ⁊ tu benedices, qui inſurgunt in me confundãtur: ſeruus autẽ tuus letabitur.
Induantur, qui detrahunt mihi pudore: ⁊ operiantur ſicut diploide confuſione ſua.
Confitebor domino nimis in ore meo: ⁊ in medio multorum laudabo eum.
Qui aſtitit a dextris pauperis: vt ſaluam faceret a perſequentibus animam meam.
Aña. Confitebor tibi domino nimis in ore meo. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. In aduẽtu. ℣. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet, vt saluũ faciat populũ ſuum a peccatis cordi. In xl. ℣. Scapulis ſuis obũbrabit tibi. ℟. Et ſub pennis eius ſperabis. ps. Te deum non dicit. Sacer. ℣. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos. ℟. Quẽadmodum ſperauimus in te.

IN LAVDIBVS. Aña.

Benigne fac in bona voluntate tua domine. ps. Miſerere mei. Aña. Bonũ. ps. 91.

Bonum eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime.
Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.
In decachordo pſalterio: cum cantico in cithara.
Quia delectaſti me dñe in factura tua: ⁊ in operibus manuũ tuarũ exultabo.
Quam magnificata ſunt opera tua dñe? nimis profunde facte ſunt cogitationes tuę.
Vir inſipiens non cognoſcet: ⁊ ſtultus non intelliget hec.
Cũ exorti fuerint peccatores ſicut fenũ: ⁊ apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.
Vt intereant in ſeculum ſeculi: tu autem altiſſimus in eternũ domine.
Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: ⁊ diſpergentur omnes, qui operantur iniquitatem.
Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: ⁊ ſenectus mea

In misericordia vberi.
Et despexit oculos meus inimicos meos: et insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.
Plantati in domo dñi, in atrijs domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: et bene patientes erunt, vt annunciént.
Quoniã rectus dñs deus noster: et non est iniquitas in eo.
Añã. Bonũ est confiteri dño.
Añã. Metuant te dñe omnes fines terre. ps. Deus deus me9.
Antiphona. Et in seruis.
Canticum Moysi.
Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei.
Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiũ meũ.
Quasi imber super herbam: et quasi stille super gramina: quia nomen domini inuocabo.
Date magnificentiam deo nostro: dei perfecta sunt opera: et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis et absq; vlla iniquitate, iustus et rectus, peccauerũt ei: et non filij eius in sordibus.
Generatio praua atque peruersa: hęccine reddis domino popule stulte et insipiens?
Nunquid non ipse est pater tu9: qui possedit et fecit et creauit te?
Memento dierum antiquorũ: cogita generationes singulas.
Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi: maiores tuos, et dicent tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam.
Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorũ Israel.
Pars autẽ dñi populus eius: Iacob funicul9 hereditatis ei9.
Inuenit eũ in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis.
Circunduxit eũ et docuit: et custodiuit quasi pupillã oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad volãdum pullos suos: et super eos volitans.
Expãdit alas suas, et assumpsit eũ: atq; portauit in humeris suis.
Dñs solus dux eius fuit: et nõ erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum.
Vt sugeret mel de petra: oleũq; de saxo durissimo.
Butyrum de armento, et lac de ouibus: cum adipe agnorum et arietum filiorum Basan.
Et hircos cuz medulla tritici: et sanguinem vue biberent meracissimum.
Incrassatus est dilectus, et recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus.
Dereliquit deum factorẽ suũ: et recessit a deo salutari suo.

Prouocauerunt eum in diis a-lienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt demonijs & nō deo: dijs, quos ignorabant.
Noui recentesq; venerūt: quos non coluerunt patres eorum.
Deum, qui te genuit, dereliqui-ſti: & oblitus es domini creato-ris tui.
Vidit dn̄s, & ad iracundiam cō-citatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui & filię.
Et ait, abſcondam faciem meā ab eis: & conſiderabo nouiſſima eorum.
Generatio enim peruerſa eſt: & infideles filij.
Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat deus, & irritauerūt in vanitatibus ſuis.
Et ego prouocabo eos in eo, q non eſt populus: & in gente ſtul-ta irritabo illos.
Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.
Deuorabitq; terram cum ger-mine ſuo: & montium fundamē-ta comburet.
Congregabo ſuper eos mala: & ſagittas meas complebo in eis.
Conſumentur fame: & deuora-būt eos aues morſu amariſſimo.
Dentes beſtiarum immittam in eos: cum furore trahentiū ſu-per terram atque ſerpentium.
Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor: iuuenem ſimul ac virginem, lactentem cum homi-ne ſene.
Et dixi, vbinam ſunt? ceſſare fa-ciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne forte ſuperbirent ho-ſtes eorum.
Et dicerent manus noſtra ex-celſa: & non dn̄s fecit hęc omnia.
Gens abſque conſilio eſt & ſine prudentia: vtinam ſaperent & intelligerent ac nouiſſima pro-uiderent.
Quomodo perſequebatur vn9 mille: & duo fugarent decem millia?
Nonne ideo quia deus ſuus vē-didit eos: & dominus concluſit illos?
Non enim eſt deus noſter, vt dn̄s eorum: & inimici noſtri ſunt iudices.
De vinea Sodomorum vinea eorum: & de ſuburbanis Go-morrhę.
Vua eorum vua fellis: & botr9 amariſſimus.
Fel draconum vinū eorū: & ve-nenum aſpidum inſanabile.
Nonne hęc condita ſunt apud me: & ſignata in theſauris meis?
Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore: vt labat pes eorū.
Iuxta eſt dies perditionis: & ad eſſe feſtinant tempora.
Iudicabit domin9 populū ſuū: & in

ꝛ in ſeruis ſuis miſerebitur.
Uidebit quod infirmata ſit ma nus: ꝛ clauſi quoque defecerūt: reſiduiq; conſumpti ſunt.
Et dicent, vbi ſunt dij eorum in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comede bant adipes: ꝛ bibebant vinum libaminum.
Surgant ꝛ opitulentur vobis: ꝛ in neceſſitate vos protegant.
Uidete ꝙ ego ſim ſolus: ꝛ non ſit alius deus preter me.
Ego occidam, ꝛ ego viuere fa ciam: percutiam, ꝛ ego ſanabo: ꝛ non eſt, qui de manu mea poſ ſit eruere.
Leuabo ad celū manū meam: ꝛ dicam, viuo ego in eternum.
Si acuero vt fulgur gladium meum: ꝛ arripuerint iudicium manus mea.
Reddaȝ vltionē hoſtibus meis: ꝛ his, qui oderunt me, retri buam.
Inebriabo ſagittas meas ſan guine: ꝛ gladius meus deuora bit carnes.
De cruore occiſorum: ꝛ de ca ptiuitate nudati inimicorum capitis.
Laudate gentes populum ei⁹: quia ſanguinem ſeruorum ſuo rum vleiſcetur.
Et vindictam retribuet in ho ſtes eorum: ꝛ propitius erit ter re populi ſui. Antiphona. Et in ſeruis ſuis dominus miſere bitur. Aña. In cymbalis bene ſonantibus laudate dominū. ps. Laudate dn̄m de celis. Capitu. Fratres: Uigilate. Hymnus.

Aurora iam ſpargit polum:
Terris dies illabitur:
Lucis reſultat ſpiculum:
Diſcedat omne lubricum.
Phantaſma noctis decidat:
Mentis reatus ſubruat:
Quicquid tenebris horridum
Nox attulit culpe cadat.
Et mane illud vltimum:
Quod preſtolamur cernui:
In lucem nobis effluat:
Dum hoc canore concrepat.
Deo patri. ℣. In matutinis do mine meditabor in te.
Quia fuiſti adiutor meus.
Ad benedictus. aña. In viam pacis dirige nos domine.

AD VESPERAS.

Aña. Sede a dextris. ps 109.

Dixit dominus domi no meo: ſede a dextris meis.
Donec ponam ini micos tuos: ſcabellum pedum tuorum.
Uirgam virtutis tue emittet dn̄s ex ſion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die vir tutis tue in ſplendoribus ſan ctorum: ex vtero ante Lucife rum genui te.
Iurauit dn̄s, ꝛ nō penitebit eū: tu es ſacerdos in eternum ſm ordi

ordinem Melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in die irę ſuę reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibit: propterea exaltauit caput.
Aña. Sede a dextris meis: dixit dñs dño meo. Añ. Fidelia. ps 110
Confitebor tibi dñe in toto corde meo: in cõſilio iuſtorum ꝛ congregatione.
Magna opera dñi: exquiſita in omnes voluntates eius.
Confeſſio ꝛ magnificentia opus eius: ꝛ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Memoriam fecit mirabiliũ ſuorum miſericors ꝛ miſerator dominus: eſcã dedit timentibꝰ ſe.
Memor erit in ſeculuꝫ teſtamẽti ſui: virtutem operum ſuoruꝫ annunciabit populo ſuo.
Ut det illis hereditatẽ gentiũ: opera manuum eius veritas ꝛ iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſeculũ ſeculi: facta in veritate ꝛ ęquitate.
Redemptionem miſit dñs populo ſuo: mandauit in ęternuꝫ teſtamentum ſuum.
Sanctum ꝛ terribile nomen eius: initium ſapientię timor domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus euꝫ: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Aña. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſeculum ſeculi. Aña. In mandatis. Pſal. 111.
Beatus vir, qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſemen eiꝰ: generatio rectorum benedicet.
Gloria ꝛ diuitię in domo eius: ꝛ iuſtitia eius manet in ſeculuꝫ ſeculi.
Exortum eſt in tenebris lumẽ rectis: miſericors, ꝛ miſerator, ꝛ iuſtus.
Iucundus homo, qui miſeretur ꝛ commodat: diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in ęternum non commouebitur.
In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius ſperare in domino, confirmatum eſt cor eius: non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, ꝛ iraſcetur, dẽtibus ſuis fremet, ꝛ tabeſcet: deſiderium pcõruꝫ peribit. Gloria.
Aña. In mãdatis eius volet nimis. Añ. Sit nomẽ dñi. ps 112
Laudate pueri dñm: laudate nomen domini.
Sit nomen dñi benedictum: ex hoc, nunc, ꝛ vſque in ſeculum.

A Solis

A Solis ortu vſque ad occaſuz: laudabile nomen domini.
Excelſus ſuper omnes gentes dñs: et ſuper celos gloria eius.
Quis ſicut dominus deus nr̃: qui in altis habitat: et humilia reſpicit in celo et in terra?
Suſcitans a terra inopem: et de ſtercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum princib9: cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum letantem. Gloria. Añ. Sit nomē domini benedictuz in ſecula. Añ. Nos, qui viuimus. Pſal. 113.

In exitu Iſrael de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro.
Facta eſt Iudea ſanctificatio eius: Iſrael poteſtas eius.
Mare vidit, et fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum.
Montes exultauerunt vt arietes: et colles ſicut agni ouium.
Quid eſt tibi mare, q fugiſti: et tu Iordanis, quia cōuerſus es retrorſum?
Montes exultaſtis ſicut arietes: et colles ſicut agni ouium.
A facie domini mota eſt terra: a facie dei Iacob.
Qui conuertit petram in ſtagna aquarum: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis dñe, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.
Super miſericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes, vbi eſt deus eorum?
Deus autem noſter in celo: oīa quecunque voluit fecit.
Simulachra gentium, argentū et aurum: opera manuum hominum.
Os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt.
Aures habēt, et nō audient: nares habent, et non odorabunt.
Manus habent, et non palpabunt: pedes habent, et non ambulabunt: non clamabūt in gutture ſuo.
Similes illis fiant, qui faciunt ea: et omnes, q cōfidunt in eis.
Domus Iſrael ſperauit in domino: adiutor eoruz et protector eorum eſt.
Domus Aaron ſperauit in domino: adiutor eorum, et protector eorum eſt.
Qui timent dominum, ſperauerunt in dño: adiutor eorum et protector eorum eſt.
Dominus memor fuit noſtri: et benedixit nobis.
Benedixit domui Iſrael: benedixit domui Aaron.
Benedixit omnibus, qui timēt dñm: puſillis cum maioribus.
Adijciat dñs ſuper vos: ſuper vos: et ſuper filios veſtros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi domino: terraz autem dedit filijs hominum.

Non

Non mortui laudabunt te dñe: neque omnes, qui deſcendũt in infernum.
Sed nos, qui viuimus, benedicimus domino: ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum. Añа. Nos, qui viuimus, benedicimus dño.

Ad veſperas. Capitulum.

Dominus autẽ dirigat corda ⁊ corpora noſtra: in charitate dei ⁊ patientia Chriſti. ℞. Deo gratias. Hymnus.

Lucis creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordijs lucis noue:
Mundi parans originem.
Qui mane iunctum veſperi:
Diem vocari precipis:
Tetrum chaos illabitur:
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine
Vite ſit exul munere:
Dum nil perenne cogitat:
Se ſeq; culpis illigat.
Celorum pulſet intimum,
Vitale tollat premium:
Vitemus omne noxium:
Purgemus omne peſſimum.
Preſta pr pijſſime. ℣. Dirigatur domine oratio mea. ℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

FERIA SECVNDA.

Ad veſp. añ. Inclinauit. Ps 114.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus: vocẽ orationis mee.
Quia inclinauit aurem ſuã mihi: ⁊ in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationẽ ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meã: miſericors dñs: ⁊ iuſtus: ⁊ deus noſter miſeretur.
Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſuꝫ, ⁊ liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapſu.
Placebo domino in regione viuorum. Añ. Inclinauit dñs aurẽ ſuã mihi. Añ. Credidi. Ps 115.

Credidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam dño: pro omnibus, que retribuit mihi?
Calicem ſalutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam, coram omni populo eius: pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.
O domine, quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus ⁊ filius ancille tue.
Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis: ⁊ nomẽ

domini inuocabo.

Uota mea domino reddam, in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui Jeruſalem. Aña. Credidi propter quod locut⁹ ſum. Ant. Laudate. Pſalmus. 116.

Hic pſ. ſemper dicitur ſtando.

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſup nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternu3. Ain. Laudate dominum omnes gentes. Antiphona Clamaui. Ad dominum cum tribularer. Pſalmus. 117.

Confitemini dño, quonia3 bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Dicat nunc Jſrael, quoniam bonus: quoniam in ſęculum miſericordia eius.

Dicat nunc, domus Aaron: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Dicant nunc, qui timent dominum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

De tribulatione inuocaui dominum: ⁊ exaudiuit me in latitudine dominus.

Dñs mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Dñs mihi adiutor: ⁊ ego deſpiciam inimicos meos.

Bonum eſt confiderę in dño: q̄ confidere in homine.

Bonum eſt ſperare in dño: q̄ ſperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: ⁊ in nomine domini: quia vltus ſum in eos.

Circundantes circundederũt me: ⁊ in nomine domini, quia vltus ſum in eos.

Circundederũt me ſicut apes: ⁊ exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: ⁊ in nomine domini, quia vltus ſum in eos.

Impulſus, euerſus ſum, vt caderem: ⁊ dominus ſuſcepit me.

Fortitudo mea ⁊ laus mea dominus: ⁊ factus eſt mihi in ſalutem.

Uox exultationis: ⁊ ſalutis: in tabernaculis iuſtorum.

Dextera dñi fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

Non moriar, ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini.

Caſtigans caſtigauit me dñs: ⁊ morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iuſtitię: ⁊ ingreſſus in eas confitebor dño: hęc porta domini, iuſti intrabunt in ea.

Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me, ⁊ factus es mihi in ſalutem.

Lapidem, quem reprobauerũt ędificantes: hic factus eſt in caput anguli.

A domino factũ eſt iſtud: ⁊ eſt

mirabile in oculis noſtris.
Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea.
O dñe ſaluum me fac, o domine bene proſperare: benedictus, q venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo dñi: deus dñs illuxit nobis.
Conſtituite diem ſolennem in condenſis: vſque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, ⁊ confitebor tibi deus meus es tu ⁊ exaltabo te.
Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutem.
Confitemini domino, quoniã bonus: quoniam in ſeculũ miſericordia eius.

AD PRIMAM.

dicto Pater noſter. Aue Maria. ⁊ Credo. hebdomad. dicat Deus in adiut. vt in Rubr. Hy.

Iam lucis orto ſydere:
Deum precemur ſupplices,
Vt in diurnis actibus
Nos ſeruet a nocentibus.

Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror inſonet:
Viſum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima,
Abſiſtat ⁊ vecordia:
Carnis terat ſuperbiam
Potus cibiq; parcitas.

Vt cum dies abſceſſerit,
Noctemq; ſors reduxerit:
Mundi per abſtinentiam
Ipſi canamus gloriam.

Deo patri ſit gloria,
Eiuſque ſoli filio,
Cum ſpiritu paraclito
Et nunc ⁊ in perpetuum.
Amen. Pſalmus 53.

Deus in nomine tuo ſaluũ me fac: ⁊ in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meã: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni inſurrexerũt aduerſum me: ⁊ fortes quęſierunt animam meam: ⁊ non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum.
Ecce enim deus adiuuat me: ⁊ dominus ſuſceptor eſt animę meę.
Auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua diſperde illos.
Voluntarie ſacrificabo tibi: ⁊ confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum eſt.
Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: ⁊ ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Pſalmus 118.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.
Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eũ.
Non enim, qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandaſti: mandata tua cu
ſtodiri nimis.
Utinam dirigantur vie mee:
ad cuſtodiendas iuſtificatio-
nes tuas.
Nunc non confundar: cũ per-
ſpexero in oĩbus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione
cordis: in eo quod didici iudi-
cia iuſtitie tue.
Iuſtificationes tuas cuſtodiã:
nõ me derelinquas vſquequaqꝫ.
In quo corrigit adoleſcentior
viam ſuam? in cuſtodiendo ſer-
mones tuos.
In toto corde meo exquiſiui te:
ne repellas me a mãdatis tuis.
In corde meo abſcõdi eloquia
tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce
me iuſtificationes tuas.
In labijs meis pronunciaui:
omnia iudicia oris tui.
In via teſtimoniorum tuorum
delectatus ſum, ſicut in omni-
bus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor: ꝛ
conſiderabo vias tuas.
In iuſtificationibus tuis medi-
tabor: non obliuiſcar: ſermo-
nes tuos. Pſalmus.
Retribue ſeruo tuo: viui-
fica me, ꝛ cuſtodiam ſermo-
nes tuos.
Reuela oculos meos: ꝛ conſi-
derabo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra: non
abſcondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea deſide-
rare iuſtificationes tuas in om-
ni tempore.
Increpaſti ſuperbos: maledicti,
qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium ꝛ con-
temptum: quia teſtimonia tua
exquiſiui.
Etenim ſederunt principes, ꝛ
aduerſum me loquebantur: ſer-
uus autem tuus exercebatur in
iuſtificationibus tuis.
Nam ꝛ teſtimonia tua medita-
tio mea eſt: ꝛ conſilium meum
iuſtificationes tue.
Adheſit pauimẽto anima mea:
viuifica me ſm verbum tuum.
Uias meas enunciaui, ꝛ exau-
diſti me: doce me iuſtificatio-
nes tuas.
Uiam iuſtificationum tuarum
inſtrue me: ꝛ exercebor in mira-
bilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre te
dio: confirma me in verbis tuis.
Uiam iniquitatis amoue a me:
ꝛ de lege tua miſerere mei.
Uiam veritatis elegi: iudicia
tua non ſum oblitus.
Adheſi teſtimonijs tuis domi-
ne: noli me confundere.
Uiam mandatorum tuorũ cu-
curri: cum dilataſti cor meum.
Symb. Atha. de fide Catholica.
Quicunqꝫ vult ſaluus eſſe:
ante omnia opus eſt, vt te-
neat catholicam fidem.
Quam niſi quiſqꝫ integrã in-
uiola-

inuiolatamq; ſeruauerit: abſque dubio in eternum peribit.
F ides autem catholica hec eſt: vt vnum deum in trinitate, et trinitatem in vnitate veneremur.
N eq; confundentes perſonas: neq; ſubſtantiam ſeparantes.
A lia eſt enim perſona patris, alia filij: alia ſpiritus ſancti.
S ed patris et filij et ſpiritus ſancti vna eſt diuinitas: equalis gloria, coeterna maieſtas.
Q ualis pater, talis filius, talis ſpiritus ſanctus.
I ncreatus pater, increatus fili⁹, increatus ſpiritus ſanctus.
I mmenſus pater, immenſus filius: immenſus ſpiritus ſanctus.
Æ ternus pater: eternus filius: eternus ſpiritus ſanctus.
E t tamen non tres eterni: ſed vnus eternus.
S icut non tres increati nec tres immenſi: ſed vnus increatus et vnus immenſus.
S imiliter omnipotens pater, omnipotens filius: omnipotēs ſpiritus ſanctus.
E t tamen non tres omnipotētes: ſed vnus omnipotens.
I ta deus pater, deus filius: de⁹ ſpiritus ſanctus.
E t tamen non tres dij: ſed vn⁹ eſt deus.
I ta dñs pater, dominus filius: dñs ſpiritus ſanctus.
E t tamen non tres domini: ſed vnus eſt dominus.
Q uia ſicut ſingillatim vnamquamque perſonam deū ac dominum confiteri Chriſtiana veritate cōpellimur: ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur.
P ater a nullo eſt fact⁹: nec creatus, nec genitus.
F ilius a patre ſolo eſt: non factus, nec creatus, ſed genitus.
S piritus ſanctus a patre et filio: non factus, nec creatus nec genitus, ſed procedens.
V nus ergo pater, non tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus ſpiritus ſanctus, non tres ſpiritus ſancti.
E t in hac trinitate nihil prius aut poſterius: nihil maius aut minus: ſed tote tres perſone coeterne ſibi ſunt et coequales.
I ta vt per omnia, ſicut iam ſupradictum eſt: et vnitas in trinitate: et trinitas in vnitate veneranda ſit.
Q ui vult ergo ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat.
S ed neceſſarium eſt ad eternaꝫ ſalutem: vt incarnationem quoque domini noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat.
E ſt ergo fides recta, vt credamus et confiteamur: quia dominus noſter Jeſus Chriſtus dei filius: deus et homo eſt.
D eus eſt ex ſubſtantia patris ante ſecula genitus: et hō eſt ex ſubſtantia matris in ſc͞lo natus,

Perfectus deus, perfectus homo: ex anima rationali ꝛ humana carne ſubſiſtens.

Equalis patri ſecundum diuinitatem, minoꝛ patre ſecunduꝫ humanitatem.

Qui licet deus ſit ꝛ homo: non duo tñ, ſed vnus eſt Chꝛiſtus.

Unus autem non conuerſione diuinitatis in carnē: ſed aſſumptione humanitatis in deum.

Unus omnino, non confuſione ſubſtantię: ſed vnitate perſonę.

Nam ſicut anima rationalis, ꝛ caro vnus eſt homo: ita deus ꝛ homo vnus eſt Chꝛiſtus.

Qui paſſus eſt pꝛo ſalute nr̃a, deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a moꝛtuis.

Aſcendit ad cęlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotētis: inde vēturus eſt iudicare viuos ꝛ moꝛtuos.

Ad cuius aduētum omnes homines reſurgere habent cũ coꝛpoꝛibus ſuis: ꝛ reddituri ſunt de factis pꝛopꝛijs rationem.

Et, qui bona egerunt, ibunt in vitam ęternam: qui vero mala, in ignem ęternum.

Hęc eſt fides catholica: quam niſi quiſqꝫ fideliter firmiterque crediderit: ſaluus eſſe non poterit.

Diebus fer. inter aduen. dñi. aña. Dixit dñs, pęnitentiam agite: appꝛopinquabit enim regnum celoꝝ. Poſt octauā epiphanię diebus dom. vſque ad sept. Aña. Gloꝛia tibi trinitas, ęqualis vna deitas, ꝛ ante omnia ſecula, ꝛ nunc, ꝛ in perpetuum. Per xl. diebus ferialibus vſqꝫ ad paſſionem dñi. Aña. Viuo ego dicit dominus, nolo moꝛtem peccatoꝛis: ſed vt magis cōuertatur, ꝛ viuat. In paſſione dñi. Aña. Appꝛopinquabat autem dies feſtus, ꝛ q̄rebant pꝛincipes ſacerdotum quomodo Jeſum interficerent: ſed timebant plebem.

Dñicis dieb. poſt Paſch. añ. Angelus aũt dñi deſcendit de cęlo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē: ꝛ ſedebat ſuper eum, allel. allel.

Tpe paſchali diebus feria. añ. Alleluia. vij. diebus feriālib⁹ poſt octa. epipha. vſqꝫ ad sept. ꝛ poſt oct. trini. vſqꝫ ad aduētuꝫ. Aña. Deus exaudi oꝛationeꝫ meā, auribus percipe verba oꝛis mei.

Cap. ſequens dicatur, ꝛ per totum annum niſi a cęna domini vſque ad octauam Paſchę.

Domine miſerere nr̃i: te enī expectauim⁹: eſto bꝛachiũ noſtrum in mane: ꝛ ſalus nr̃a in tpe tribulationis. ℟. Deo grãs.

Sequens. ℟. dicatur ſemper niſi in aduen. ꝛ a sept. vſque ad Paſch. quando de tpe agitur.

Jeſu Chꝛiſte fili dei viui, miſerere nobis. Verſ. ſeq. dicatur in die nat. Dñi, in feſtis beatę Marię Virg. ℣. Qui de virgine dignatus es naſci, miſerere nobis.

Iſte ſequens dicatur in epipha. dñi. ℣. Qui hodie mundi apparuiſti, miſerere nobis. Sequens in tempore Paſch. dñicis dieb. poſt Trini. vſque ad comme. dominice reſurrectionis, qñ fit de tempore. ℣. Qui ſurrexiſti a mortuis, miſerere nobis. Sequens in die aſcenſionis & per octauã. ℣. Qui ſcandis ſupra ſydera, miſerere nobis. Sequẽs in die Pẽtec. & per octauam eiuſdem. ℣. Qui ſpiritum paraclitum miſiſti apoſtolis, miſerere nobis. Sequens ℣. dicatur in vtroque feſt. ſancte crucis. Qui nos ſaluaſti in cruce, miſerere nobis. In feſto corone & lancee Saluatoris. ℣. Qui vulnerari dignatus es p̃ nobis, miſerere nobis. Sequens in feſto ſancte trinita. & per totum annũ qñ dicit. ℞. Ieſu Chriſte. ℣. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis.

verſus. ſeq. per totum annum dicitur et licet non dicatur ℞. Ieſu Chriſte. ℣. Exurge domine adiuua nos. ℞. Et libera nos propter nomen tuũ. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pater nr̃. Et ne nos inducas. ℞. Sed libera nos. ℣. Viuet anima mea, & laudabit te. ℞. Et iudicia tua adiuuabũt me. ℣. Errraui ſicut ouis, q̃ perijt. ℞. Quere ſeruũ tuum dñe: quia mãdata tua nõ ſum oblitus. Credo in deũ patrem. Carnis reſurrectionem. ℞. Vitam eternam. Amen. ℣. Et ego ad te domine clamaui. ℞. Et mane oratio mea preueniet te. ℣. Verba mea auribꝰ percipe domine. ℞. Intellige clamorem meũ. ℣. Intende voci orationis mee. ℞. Rex meꝰ & deus meus. ℣. Quoniam ad te orabo domine. ℞. Mane exaudies vocem meam. ℞. Repleatur os meum laude. ℞. Ut cantem gloriam tuam tota die & magnitudinem tuam. ℣. Domine auerte faciem tuam a peccatis meis. ℞. Et omnes iniquitates meas dele. ℣. Cor mũdum crea in me deus. ℞. Et ſpiritum rectũ innoua in viſceribus meis. ℣. Ne proiicias me a facie tua. ℞. Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. ℣. Redde mihi letitiam ſalutaris tui. ℞. Et ſpiritu principali confirma me. ℣. Eripe me domine ab homine malo. ℞. A viro iniquo eripe me. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meꝰ. ℞. Et ab inſurgentibus in me libera me. ℣. Eripe me de operantibus iniquitatem. ℞. Et de viris ſanguinum ſalua me. ℣. Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi. ℞. Ut reddam vota mea de die in diem. ℣. Exaudi nos deus ſalutaris noſter. ℞. Spes omniũ finium terre: & in mari longe.

℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Dñe ad adiuuandũ me feſtina. ℣. Sanct⁹ deus, ſanctus fortis, ſanctus ꝛ immoꝛtalis. ℟. Miſerere nobis. ℣. Benedic anima mea dño. ℟. Et oia q̃ intra me ſunt nomini ſancto eius. ℣. Benedic aia mea dño. ℟. Et noli obliuiſci omnes retributiones eius. ℣. Qui propitiatur omnibus inquitatibus tuis. ℟. Qui ſanat oẽs infirmitates tuas. ℣. Qui redimit de interitu vitã tuã. ℟. Qui coꝛonat te in miſericoꝛdia ꝛ miſerationibus. ℣. Qui replet in bonis deſideriũ tuũ. ℟. Renouabit vt aquilę iuuentus tua. Prioꝛ vel ſi abeſt hebdo. Confiteoꝛ deo. vt in rubꝛ. 14. ℣. Dignare dñe die iſto. ℟. Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Miſerere noſtri domine. ℟. Miſerere noſtri. ℣. Fiat miſericoꝛdia tua dñe ſuper nos. ℟. Quẽadmodũ ſperauimus in te. Inter dieb⁹ tñ dr. ℣. Exaudi dñe vocẽ meã, qua clamaui ad te. ℟. Miſerere mei ꝛ exaudi me. ℟. Miſerere mei de⁹. Gloꝛia pa. ꝛc. Poſtmodũ dicat ſacer. ℣. Exurge dñe, adiuua nos. ℟. Et libera nos pp nomẽ tuuꝫ. ℣. Domine deus virtutum conuerte nos. ℟. Et oſtende faciem tuam, ꝛ ſalui erim⁹. ℣. Dñe exaudi oꝛonẽ meã. ℟. Et clamoꝛ meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus. Oratio.

Domine deus qui nos ad principium huius diei peruenire feciſti: tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatum: ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciẽdam noſtra pꝛocedant eloquia, dirigantur cogitationes ꝛ opera: ꝛ famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi. Per. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cuꝫ ſpiritu tuo. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Hic legat martyrologium. ℣. Pꝛetioſa in cõſpectu domini. ℟. Moꝛs ſanctoꝛum eius. ℣. Sancta Maria ꝛ omnes ſancti dei intercedant pꝛo nobis ad dominũ deũ noſtrum: vt nos mereamur ab eo adiuuari ꝛ ſaluari. Qui viuit ꝛ regnat deus in ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandũ me feſtina. Et dr ter. ℣. Gloꝛia pat. ℟. Sicut erat. Kyrie elei. Chriſte el. Kyrie el. Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Et veniat ſuper nos miſericoꝛdia tua domine. ℟. Salutare tuum ſecundum eloquium tuum. ℣. Et reſpice domine in ſeruos tuos. ℟. Et in opera tua dirige filios eorum. ℣. Et ſit ſplendoꝛ domini dei noſtri ſuper nos. ℟. Et opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: ꝛ opus manuum

noſtra

noſtrarum dirige. Oratio.

Dirigere ⁊ ſanctificare digneris, domine ſancte pater omnipotens eterne deus: hodie corda ⁊ corpora nr̃a in lege tua ⁊ in omnibus operibus mandatorum tuorum: vt hic ⁊ in eternum te auxiliante ſemper ſalui ⁊ liberi eſſe mereamur. Per dominũ. ℣. Adiutorium nr̃m ĩ nomine dñi. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terram. ℣. Sit nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc, ⁊ vſq; in ſeculum. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Lector. Jube dñe benedicere. Bñdictio. Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amẽ. Lector. Grã D. N. Jeſu Chri, ⁊ charitas dei ⁊ communicatio ſancti ſpiritus ſit ſemp cũ oibus nobis. Amẽ. Tu aũt. Pro benefactoribus. ⁊c. Cõmemoratio fratrum, ſororum, cõfratrum, familiarium ⁊ benefactorum defunctorum ordinis noſtri. Requieſcant in pace. ℟. Amen. Pſal. Laudate dñm omnes gentes. Gloria patri. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiã tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. Oremus. Oratio.

Actiones noſtras queſum⁹ dñe aſpirando preueni ⁊ adiuuando proſequere: vt cuncta nr̃a operatio ⁊ oratio a te ſemp incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per Chriſtum dominum nr̃m.

Salue regina miſericordie, vita dulcedo, ⁊ ſpes noſtra ſalue: ad te clamamus exules filij Heue: ad te ſuſpiramus gementes ⁊ flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte: ⁊ Jeſum benedictum fructum vẽtris tui nobis poſt hoc exilium oſtende: O clemens, o pia: o dulcis virgo Maria. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oratio.

Protege domine famulos tuos ſubſidijs pacis: ⁊ beate Marie ſemper virginis patrocinijs confidentes: a cunctis hoſtibus redde ſecuros. Per Chriſtum. ℣. Fideliũ anime per miſericordiam dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD TERTIAM.

Nunc ſancte nobis ſpiritus: Unum patri cum filio: Dignare promptus ingeri: Noſtro refuſus pectori.

Os, lingua, mens, ſenſus, vigor, Confeſſionem perſonent: Flam meſcat igne charitas: Accendat ardor proximos. Preſta pater pijſſime. Patriq;. Pſalmus.

Legem pone mihi domine viam iuſtificationum tuarum ⁊ exquiram eam ſemper. Da mihi intellectũ, ⁊ ſcruta-

boꝛ legem tuam: ⁊ cuſtodiam illam in toto coꝛde meo.

Deduc me in ſemitam mandatoꝛum tuoꝛum: quia ipſam volui.

Inclina coꝛ meũ in teſtimonia tua: ⁊ non in auaritiam.

Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue ſeruo tuo eloquiũ tuũm: in timoꝛe tuo.

Amputa oppꝛobꝛium meum, quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua: in ęquitate tua viuifica me.

Et veniat ſuper me miſericoꝛdia tua dñe: ſalutare tuum ſecũdum eloquium tuum.

Et reſpondebo expꝛobꝛãtibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

Et ne auferas de oꝛe meo verbum veritatis vſquequaque, qa in iudiciis tuis ſuperſperaui.

Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.

Et loquebar ꝺ teſtimoniis tuis in conſpectu regum: ⁊ non confundebar.

Et meditabar in mãdatis tuis: quę dilexi.

Et leuaui manus meas ad mãdata tua quę dilexi: ⁊ exerceboꝛ in iuſtificationibus tuis. Pſal.

Memoꝛ eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.

Hęc me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuū viuificauit me.

Superbi inique agebãt vſquequaque: a lege autem tua non declinaui.

Memoꝛ fui iudicioꝛum tuorum a ſeculo domine: ⁊ conſolatus ſum.

Defectio tenuit me pꝛo peccatoꝛibus derelinquentibus legē tuam.

Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuę: in loco peregrinationis meę.

Memoꝛ fui nocte nominis tui domine: ⁊ cuſtodiui legem tuã.

Hęc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Poꝛtio mea domine: dixi cuſtodire legem tuam.

Deprecatus ſum faciem tuam in toto coꝛde meo: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas, ⁊ conuerti pedes meos: in teſtimonia tua.

Paratus ſum ⁊ non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.

Funes peccatoꝛum circumplexi ſunt me: ⁊ legem tuam non ſum oblitus.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtifica-

ſtificationis tuę.
P articeps ego ſum omnium ti mentium te: ⁊ cuſtodientium mandata tua.
M iſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas do ce me. Pſalmus.
B Onitatem feciſti cum ſer uo tuo domine: ſecundū verbum tuum.
B onitatē ⁊ diſciplinam ⁊ ſciē tiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
P riuſquam humiliarer ego de liqui: propterea eloquium tuū cuſtodiui.
B onus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.
M ultiplicata eſt ſuper me iniq tas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor man data tua.
C oagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam me ditatus ſum.
B onum mihi, quia humiliaſti me: vt diſcā iuſtificationes tuas.
B onum mihi lex oris tui: ſuper milia auri ⁊ argenti.
M anus tuę fecerunt me, ⁊ plaſ mauerunt me: da mihi intelle ctum, vt diſcam mandata tua.
Q ui timent te, videbunt me: ⁊ lętabuntur: quia in verba tua ſuper ſperaui.
C ognoui domine, quia ęqui tas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humiliaſti me.
F iat miſericordia tua, vt conſo letur me: ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo.
V eniāt mihi miſerationes tuę, ⁊ viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.
C onfundātur ſuperbi: quia in iuſte iniquitatē fecerunt in me: ego autem exercebor in manda tis tuis.
C onuertantur mihi timentes te: ⁊ qui nouerūt teſtimonia tua.
F iat cor meū immaculatū in iuſtificationibus tuis: vt non cō fundar.
Diebus ferialib. per aduen. aīi. Veni, ⁊ libera nos deus noſter.
Capitulum.
I N diebus illis ſaluabitur Juda, ⁊ Jſrael habitabit cō fidenter: ⁊ hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, dn̄s Deus nr̄. Deo gratias. ℟. Veni ad liberā dum nos: Dn̄e deus virtutum. ℣. Et oſtende faciē tuam, ⁊ ſal ui erim⁹. Dn̄e deus. ℣. Timebūt gentes nomen tuum dn̄e. ℟. Et oēs reges terrę gloriam tuam. Preces require poſt.
Diebus dn̄icis poſt oct. epiph. vſq; ad lxx. aīa. Laus ⁊ peren nis gloria Deo patri, ⁊ filio, ſan cto ſimul paraclito, in ſecula ſe culorum. Capi. Sana me dn̄e. vt infra. ℟. Jnclina cor meum de⁹, Jn teſtimonia tua. ℣. Auer te oculos meos, ne videant vani tatem, in via tua viuifica me.

In te. Gloria. Inclina. ℣. Ego dixi, dñe miserere mei. ℟. Sana aiam meam: quia peccaui tibi. Per xl. diebus fer. vſque ad paſſionem domini. Antiphona. Aduenerunt nobis dies pęnitẽtię ad redimenda peccata, ad ſaluandas animas. Capitulũ.

C Onuertimini ad dominũ deum veſtrum, quia benignus ⁊ miſericors eſt: patiens ⁊ multum miſericors, ⁊ pręſtabilis ſuper malitia. Deo gratias.

Sequens cap. dicatur per xl. dominicis diebus a dominica prima vſq; ad dñicã in paſſio. Cap.

I N omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in multa patientia.

Sequens ℟. dicatur a dominica prima vſq; ad dñicam tertiam tam dñicis q̃ fer. dieb. ℟. Participem me fac deus omnium timentiũ te. Et cuſtodientium mandata tua. ℣. Aſpice in me, ⁊ miſerere mei ſecundũ iudicium diligentium nomẽ tuũ. Et. ℣. Dicet domino. ℟. Suſceptor meus es tu. Preces vt infr.

Sequens ℟. dicitur a dominica tertia vſque ad dominicã in paſſione tã dñicis: quã fer. ℟. Bonum mihi dñe, quia humiliaſti me. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri ⁊ argẽti. ℣. Manus tuę domine fecerunt me ⁊ plaſmauerunt me: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua. Bonum mihi lex. ℣. Dicet dño. vt ſupra. Antiph. Veniãt mihi domine miſerationes tuę, ⁊ viuam. Capitulum.

S Ana me dñe, ⁊ ſanabor: ſaluum me fac, ⁊ ſaluus ero, qm̃ laus mea tu es. ℟. Sana animã meã, Quia peccaui tibi. ℣. Ego dixi dñe miſerere mei. Quia. Gloria pa. ℣. Adiutor meus eſto dñe: ne derelinquas me. ℟. Neq; deſpicias me deus ſalutaris meus.

Preces infraſcrip. dicãtur ſemper qñ agit̃ de feria: videlicet in matutinis ⁊ ad tertiam ⁊ ſextã. Et ẽt in nona ⁊ in veſperis ſi in craſtinũ ageretur de feria. Excepto quod non dicatur a cena domini vſque ad trinitatem.

Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pater noſter. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Ego dixi domine, miſerere mei. ℟. Sana animã meã, q̃a peccaui tibi. ℣. Conuertere dñe vſquequo. ℟. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quemadmodũ ſperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiã. ℟. Et ſancti tui exultẽt. ℣. Domine ſaluos fac reges. ℟. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. ℣. Saluum fac populum tuum domine: ⁊ benedic hereditati tuę. ℟. Et rege eos, ⁊ extolle illos vſque in ęternum. ℣. Fiat pax in virtute

te tua. ℟. Et abundãtia in tur-
ribus tuis. ℣. Oremus pro fide-
libus defunctis. ℟. Requiem
eternam dona eis dñe: et lux per
petua luceat eis. ℣. Requieſcãt
in pace. ℟. Amē. ℣. Pro prio
re noſtro. ℟. Dominus conſer-
uet et viuificet eum in pace. ℣.
Pro fratribus noſtris abſenti-
bus. ℟. Saluos fac ſeruos tuos
et ancillas tuas deus meus ſpe-
rantes in te. ℣. Pro amicis et
benefactoribus noſtris. ℟. Be
ne fac dñe bonis et rectis corde.
℣. Pro afflictis et captiuis. ℟.
Libera eos Deus Iſrael ex om
nibus tribulationibus ſuis. ℣.
Mitte eis dñe auxilium de ſan
cto. ℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Eſto nobis dñe turris forti-
tudinis. ℟. A facie inimici. ℣.
Exaudi dñe vocem meam quã
clamaui ad te. ℟. Miſerere
mei et exaudi me. ℟. Miſerere
mei Deus. Gloria patri et filio.
Sicut erat. in xl. poſt. ℣. Mit-
te eis dñe. addatur. Pro iter
agentibus, et fidelibus nauigan-
tibus. ℟. Exaudi nos deus ſa-
lutaris nr̃: ſpes omnium finiũ
in mari longe. ℣. Pro peccatis
et negligentijs noſtris. ℟. Do-
mine ne memineris iniquitatũ
noſtrarum antiquarum: cito an
ticipent nos miſericordie tue,
quia pauperes facti ſumus ni-
mis. ℣. Adiuua nos deus ſalu-
taris noſter. ℟. Et propter glo-
riã nominis tui dñe libera nos:
et propitius eſto peccatis noſtris
propter nomen tuum. ℣. Eſto
nobis dñe. ℣. Exaudi dñe. ℟.
Miſerere. ℣. Exurge dñe ad-
iuua nos. ℟. Et libera nos ꝓ-
pter nomen tuum. ℣. Dñe deus
virtutum conuerte nos. ℟. Et
oſtende faciem tuam, et ſalui eri
mus. ℣. Dñe exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus ad
te veniat. ℣. Dñs vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio qualis euenerit.

De Reſurrectione. Añ. Et
ecce terremotus factus eſt ma-
gnus: angelus autem dñi deſcẽ-
dit de celo haleluiah. Capitu.

Chriſtus paſſus eſt pro no-
bis, vobis relinquens exẽ
plum: vt ſequamini veſtigia eiꝰ,
qui peccatum non fecit, nec in-
uentus eſt dolus in ore eius.
℟. Reſurrexit dñs haleluiah ha
leluiah. ℣. Sicut dixit vobis et
haleluiah haleluiah. Gloria. Re
ſurrexit. ℣. Surrexit dñs vere.
℟. Et apparuit Simoni: ha-
leluiah. Oratio.

Deus, qui per vnigenitũ
tuum eternitatis nobis
aditũ deuicta morte reſeraſti et
vota noſtra q̃ preueniẽdo aſpi-
ras, etiam adiuuando proſequẽ
re. Per eundem dñm noſtrũ.

Poſt tertiã, vel poſt primã,
dum conuenientior hora
uenerit, fratres ad capitulum ſi-
mul

ſationes: ſed non vt lex tua.

Omnia mãdata tua veritas: iniqui pſecuti ſunt me, adiuua me.

Paulominus conſummauerũt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum miſericordiã tuã viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui.

In eternum domine: verbum tuum permanet in celo.

In generatione ⁊ generationẽ veritas tua: fundaſti terram, ⁊ permanet.

Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periiſſem in humilitate mea.

In eternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.

Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quoniã iuſtificationes tuas exquiſiui.

Me expectauerunt peccatores, vt perderẽt me: teſtimonia tua intellexi.

Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Pſalmus.

Quomodo dilexi legẽ tuã domine: tota die meditatio mea eſt.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in eternum mihi eſt.

Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

Super ſenes intellexi: quia mãdata tua queſiui.

Ab oĩ via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.

Quã dulcia faucib⁹ meis eloquia tua: ſuper mel ori meo.

A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui oẽm viã iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbũ tuum, ⁊ lumen ſemitis meis.

Iuraui ⁊ ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue.

Humiliatus ſum vſquequaque domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: ⁊ iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis ſemper: ⁊ legem tuam non ſum oblitus.

Poſuerunt peccatores laqueũ mihi: ⁊ de mandatis tuis non erraui.

Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei ſunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas: in eternũ propter retributionem. Pſ.

Iniquos odio habui: ⁊ legem tuam dilexi.

Adiutor ⁊ ſuſceptor meus es
tu:

nu:⁊ in verbum tuum ſuperſpe-
raui.
Declinate a me maligni:⁊ ſcru
tabor mandata Dei mei.
Suſcipe me ſecūdum eloquiū
tuum ⁊ viuam,⁊ non cōfundas
me ab expectatione mea.
Adiuua me,⁊ ſaluus ero: ⁊ me
ditabor in iuſtificationibus tuis
ſemper.
Spreuiſti omnes diſcedentes
a iudicijs tuis:quia iniuſta cogi
tatio eorum.
Preuaricantes reputaui om-
nes peccatores terre: ideo dile-
xi teſtimonia tua.
Confige timore tuo carnes
meas:a iudicijs eni͂ tuis timui.
Feci iudiciū ⁊ iuſtitiam: non
tradas me calumniantibus me.
Suſcipe ſeruum tuū in bonū:
non calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalu-
tare tuū:⁊ i eloquiū iuſtitie tue.
Fac cum ſeruo tuo ſecundum
miſericordiam tuam:⁊ iuſtifica-
tiones tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego:da mihi
intellectum, vt ſciam teſtimo-
nia tua.
Tempus faciendi domine: diſ-
ſipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua:ſuper
aurum ⁊ topazion.
Propterea ad omnia mandata
tua dirigebar: omnem viam ini
quam odio habui. Añā. Non
confundas me domine ab expe-
ctatione mea. Capitulum.

Omnia autem probate, qđ
bonum eſt tenete:ab omni
ſpecie mala abſtinete vos. ℟. Be
nedicam dñm: In omni tempo
re. ℣. Semper laus eius in ore
meo. In oi. ℣. Dñs regit me, ⁊
nihil mihi deerit. ℟. In loco pa
ſcue ibi me collocauit. De reſur
rectione. añ. Erat autē aſpect⁹
eius ſicut fulgur:veſtimenta ei⁹
ſicut nix,haleluiah. Capitulū.

Chriſtus ſemel pro pecca-
tis noſtris mortuus eſt, iu
ſtus pro iniuſtis, vt nos offerret
Deo: mortificatos quidem car-
ne: viuificatos autem ſpiritu.
℟. Surrexit dñs vere: Halelu-
iah, haleluiah. ℣. Et apparuit
Simoni. Haleluiah. Gloria. ℣.
Surrexit dñs de ſepulchro.
℟. Qui pro nobis pependit in
ligno haleluiah. Oratio.

Preſta q̄s ops ⁊ miſericors
Deus:vt in reſurrectione
dñi nr̄i Jeſu Chr̄i percipiamus
veraciter portionē. Per eūdē.

AD NONAM.

Rerum deus tenax vi-
gor,
Immotus in te per-
manens,
Lucis diurne tempora,
Succeſſibus determinans.
Largire clarum veſpere,
Quo vita nuſquam decidat:
Sed premium mortis ſacre
Perennis inſtet gloria.

Preſta pr̄ piiſſime, Patriqꝫ.

Pſalmus.

Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt anima mea.

Declaratio ſermonum tuoꝛuꝫ illuminat ꝛ intellectū dat paruulis.

Os meum aperui, ꝛ attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

Aſpice in me, ꝛ miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecunduꝫ eloquium tuum: ꝛ non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Redime me a calumnijs hominū: vt cuſtodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: ꝛ doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierūt legem tuam.

Iuſtus es domine: ꝛ rectum iudicium tuum.

Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: ꝛ veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meꝰ: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: ꝛ ſeruus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego, ꝛ contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Iuſtitia tua iuſtitia in ęternū: ꝛ lex tua veritas.

Tribulatio ꝛ anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Equitas teſtimonia tua in ęternum: intellectum da mihi, ꝛ viuam.

Pſalmus.

Clamaui in toto coꝛde, exaudi me dn̄e: iuſtificationes tuas requiram.

Clamaui ad te, ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.

Preueni in maturitate, ꝛ clamaui, quia in verba tua ſuper ſperaui.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloq̄a tua.

Vocem meam audi ſm̄ miſericoꝛdiam tuam dn̄e: ꝛ ſm̄ iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequętes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.

Prope es tu domine: ꝛ omnes vię tuę veritas.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in ęternum fundaſti ea.

Vide humilitatem meaꝫ, ꝛ eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Iudica iudicium meum, ꝛ redime me: pꝛopter eloquium tuuꝫ viuifica me.

Longe a peccatoꝛibus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

M iſericordię tuę multę dñe: ſm iudicium tuū viuifica me.
M ulti, qui perſequuntur me, ⁊ tribulant me: a teſtimoniis tuis non declinaui.
V idi prçuaricantes, ⁊ tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.
V ide quoniam mandata tua dilexi domine: in miſericordia tua viuifica me.
P rincipium verborum tuorū veritas: in ęternum omnia iudicia iuſtitię tuę. Pſalmus.
P Rincipes pſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum.
L ętabor ego ſuper eloqa tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.
I niquitatem odio habui, ⁊ abominatus ſum: legem autem tuā dilexi.
S epties in die laudeꝫ dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitię tuę.
P ax multa diligentibus legem tuā: ⁊ non eſt illis ſcandalum.
E xpectabam ſalutare tuū dñe: ⁊ mandata tua dilexi.
C uſtodiuit anima mea teſtimonia tua: ⁊ dilexit ea vehemēter.
S eruaui mandata tua ⁊ teſtimonia tua: quia omnes vię meę in conſpectu tuo.
A ppropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine: iuxta eloquiū tuū da mihi intellectū.
I ntret poſtulatio mea in cōſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me.
E ructabūt labia mea hymnū: cuꝫ docueris me iuſtificationes tuas.
P ronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua ęquitas.
F iat manus tua, vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.
C oncupiui ſalutare tuū dñe: ⁊ lex tua meditatio mea eſt.
V iuet anima mea, ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabūt me.
E rraui ſicut ouis, quę periit: quęre ſeruū tuum: quia mandata tua non ſum oblitus.
Aña. Juxta eloquiū tuum da mihi intellectum dñe. Capitu.
O Mnis enim quicunqꝫ inuocauerit nomen dñi ſaluus erit. ℞. Redime me dñe: Et miſerere mei. ℣. Pes enīꝫ meus ſtetit in via recta, in eccleſiis benedicā te dñe. Et miſerere mei. ℣. Ab occultis meis mūda me domine. ℞. Et ab alienis parce ſeruo tuo. De reſur
Aña. Reſpondens autem angelus dixit mulieribus nolite timere: ſcio enim ꝙ Jeſuꝫ quęritis, haleluiah. Capitulum.
M Ortui enim eſtis, ⁊ vita veſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo: cum enim Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos apparebitis cū ipſo in glīa. ℞. Surrexit dominus de ſepulchro, haleluiah, halah. ℣. Qui

pro nobis pependit in ligno. ℣. Gloria. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli. ℟. Viſo dño, hal. Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt, qui gratiam dominicę reſurrectionis agnouimus: ipſi quoque per amorez ſancti ſpiritus a morte animę reſurgamus. Per eun. Pſal. 119.

Ad dominum cũ tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Domine libera alam meã a labiis iniquis: ⁊ a lingua doloſa.

Quid detur tibi aut quid apponat tibi: ad linguã doloſam?

Sagittę potentis acutę: cũ carbonibus deſolatoriis.

Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar, multũ incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Aña. Clamaui, ⁊ exaudiuit me. Aña. Auxilium. Pſal. 120.

Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: q fecit cęlum ⁊ terram.

Nõ det i cõmotionẽ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce nõ dormitabit neqꝫ dormiet, qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, dominus protectio tua: ſuper manuz dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.

Dñs cuſtodit te ab oĩ malo: cuſtodiat animam tuaz dominus.

Dominus cuſtodiat introitū tuum, ⁊ exitum tuũ: ex hoc nũc ⁊ vſqꝫ in ſęculũ. Aña. Auxiliũ meum a domino. Capitulum.

Dominus autẽ dirigat corda ⁊ corpora nr̃a in charitate dei ⁊ patientia Chriſti. Hymn.

Immenſe cęli conditor:
Qui miſta ne confunderẽt,
Aquę fluenta diuidens:
Cęlum dediſti limitem.
Firmans locum cęleſtibus:
Simulqꝫ terrę riuulis:
Vt vnda flammas temperet,
Terrę ſolum ne diſſipet.
Infunde nunc piiſſime:
Donum perennis gratię:
Fraudis nouę ne caſibus:
Nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat:
Sic luminis iubar ferat:
Hęc vana cuncta terreat:
Hanc falſa nulla comprimat.
Preſta pater piiſſime. ℣. Dirigatur. Ad magni. Aña. Magnificet te ſemper anima mea deus meus.

FERIA TERTIA.

Ad Veſperas. Antiphona. In domum domini. Pſ. 121.

Lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus.

Stan-

Stantes erant pedes noſtri: in atriis tuis Jeruſalem.

Jeruſalem, que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt trib⁹, tribus dñi, teſtimoniũ Jſrael: ad confitendum nomini domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſup domũ Dauid.

Rogate, q̃ ad pacẽ ſunt Jeruſalẽ: ⁊ abũdantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos ⁊ proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domũ dñi dei noſtri: queſiui bona tibi. Aña. In domum dñi letantes ibimus. Añ. Qui habitas. Pſalmus 122.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancille in manib⁹ domine ſue: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundãtibus, ⁊ deſpectio ſuperbis. Añ. Qui habitas in celis, miſerere nobis. Añ. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. Ps. 123.

Niſi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Jſrael: niſi quia dñs erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos

Cum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentẽ pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet aĩa noſtra aquam intolerabilem.

Benedictus dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine dñi: q fecit celũ ⁊ terrã. Añ. Adiutoriũ noſtrum in nomine dñi. Aña. Benefac. Ps. 124.

Qui confidunt in domino ſicut mons Sion: nõ commouebitur in eternum, qui habitat in Jeruſalem.

Montes in circuitu eius, ⁊ dñs in circuitu populi ſui: ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum.

Quia non relinquet dñs virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas

Benefac domine bonis: ⁊ rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet dñs cum operãtib⁹ iniquitatẽ: pax ſup Jſrael.

Aña.

Aña. Benefac domine bonis: ⁊ rectis corde. Aña. Facti ſumus. Pſalmus 125.

IN conuertendo dñs captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati.

Nunc repletum eſt gaudio os noſtrum: ⁊ lingua noſtra exultatione.

Nunc dicent inter gentes, magnificauit dñs facere cum eis.

Magnificauit dñs facere nobiſcum, facti ſumus lętantes.

Conuerte dñe captiuitatē noſtram: ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant ⁊ flebant: mittētes ſemina ſua.

Uenientes autem venient cū exultatione: portantes manipulos ſuos. Aña. Facti ſumus ſicut conſolati. Cap. Dominus autem dirigat. Hymnus.

TElluris ingens conditor:
Mundi ſolum qui erués:
Pulſis aquę moleſtijs:
Terram dediſti immobilem,
Ut germen aptum proferens,
Fuluis decora floribus:
Fęcunda fructu ſiſteret:
Paſtumq; gratum redderet,
Mentis peruſtę vulnera:
Munda viroris gratia:
Ut facta fletu diluat:
Motuſq; prauos atterat,
Iuſſis tuis obtemperet:
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat ⁊
Et mortis actum neſciat.
Preſta pater pijſſime
Patriq; compar vnice:
Cum ſpiritu paraclito:
Regnans per omne ſęculum.

℣. Dirigatur dñe. Ad Mag. Añ. Exultet ſpiritus meus in domino deo ſalutari meo.

FERIA QVARTA.

ad veſpe. Aña. Beatus vir, qui impleuit deſiderium. Pſ. 126.

NIſi dominus ędificauerit domū: in vanū laborauerūt, qui ędificant eam.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

Uanum eſt vobis ante lucē ſurgere: ſurgite poſtquā ſederitis, qui manducatis panē doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hęreditas dñi: filij merces fructus ventris.

Sicut ſagittę in manu potētis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. Aña. Beatus vir, qui impleuit deſideriū ſuū. Aña. Beati omnes. Pſ. 127.

BEati omnes, qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es, ⁊ be-

ne tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundãs: in lateribus domus tuę.

Filij tui ſicut nouellę oliuarũ, in circuitu menſę tuę.

Ecce ſic benedicetur homo: q timet dominum.

Benedicat tibi dñs ex Sion: & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitę tuę.

Et videas filios filiorum tuorũ: pacem ſuper Jſrael.

Beati omnes qui timẽt dñm.

Añã. Benediximus. ps 126.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nũc Jſrael.

Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fenũ tectorum: qđ priuſquam euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam, qui metet: & ſinum ſuum, qui manipulos colliget.

Et non dixerunt, qui preteribant, benedictio domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine domini. Añã. Benediximus vobis in nomine domini.

Añã. De profundis. ps 129.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuę intendentes in vocem deprecationis meę.

Si iniquitates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit aĩa mea in dño.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Jſrael in dño.

Quia apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Jſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Añã. De profundis clamaui ad te dñe. Añã. Speret. ps 130.

Domine non eſt exaltatum cor meum: neq; elati ſunt oculi mei.

Neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus eſt ſuper matrem ſuã: ita retributio in anima mea.

Speret Jſrael in dño: ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Añã. Speret Jſrael in domino.

Cap. Dñs autem. Hymnus.

Cæli deus ſanctiſſime: Qui lucidũ centrũ poli: Candore pingis igneo,

Augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam
Solis rotam conſtituens:
Lune miniſtras ordinem.
Vagoſque curſus ſyderum.
Ut noctibus vel lumini
Diremptionis terminum:
Primordijs et menſium
Signum dares notiſſimum.
Illumina cor hominum:
Abſterge ſordes mentium:
Reſolue culpe vinculum:
Euerte moles criminum.
Preſta. ℣. Dirigat. Ad mag. Añа. Fecit mihi deus meus magna, quia potens eſt: et ſanctum nomen eius.

FERIA QVINTA.

ad veſp. Añ. Et omnis. ps 131.

Memento dñe David: et omnis manſuetudinis eius.
Sicut iurauit dño: votum vouit deo Jacob.
Si introiero in tabernaculum domus mee: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnũ oculis meis: et palpebris meis dormitationẽ.
Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum dño, tabernaculum deo Jacob.
Ecce audiuimus eũ in Ephrata: inuenimus eum in campis ſylue.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Surge domine in requiẽ tuam: tu et arca ſanctificationis tue.
Sacerdotes tui induātur iuſtitiam: et ſancti tui exultent.
Propter David ſeruum tuum: non auertas faciem Chriſti tui.
Jurauit dominus David veritatem, et non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamẽtum meum: et teſtimonia mea et hec que docebo eos.
Et filij eorum vſq; in ſeculũ: ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit dñs Sion: elegit eam in habitationem ſibi.
Hec requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari: et ſancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu David: paraui lucernam Chr̃o meo.
Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Añ. Et omnis manſuetudinis eius.
Añа. Ecce q̃ bonum. ps. 132.
Ecce quam bonũ et quam iucundum habitare fratres in vnum.
Sicut vnguẽtũ i capite: qđ deſcẽdit in barbã, barbã Aaron.

Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut ros Hermō, qui deſcendit in montem Siō.
Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: ⁊ vitam vſque in ſeculum. Aña. Ecce quam bonum, ⁊ quaꝫ iucundū.
Aña. Omnia. Pſalmus 133.
Ecce nunc bñdicite dñm omnes ſerui domini.
Qui ſtatis in domo domini: in atrijs domus dei noſtri.
In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: ⁊ benedicite dominum.
Benedicat tibi dñs ex Sion, q fecit cęlum ⁊ terram. Ps 134.
Laudate nomen dñi: laudate ſerui dominum.
Qui ſtatis in domo domini: in atriis domus dei noſtri.
Laudate dominū, quia bonus dominus: pſallite nomini eius, quoniam ſuaue.
Quoniam Jacob elegi ſibi dñs: Iſrael in poſſeſſionem ſibi.
Quia ego cognoui, ꝙ magnus eſt dominus: ⁊ deus noſter pręomnibus dijs.
Omnia quęcunqꝫ voluit dñs fecit in cęlo ⁊ in terra: in mari ⁊ in omnibus abyſſis.
Educēs nubes ab extremo terrę: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſſit primogenita Ægypti ab homine vſque ad pecus.
Et miſit ſigna ⁊ prodigia in medio tui Ægypte: in Pharaonem ⁊ in omnes ſeruos eius.
Qui percuſſit gentes multas: ⁊ occidit reges fortes.
Seon Regem Amorrhęorum: ⁊ Og regem Baſan, ⁊ omnia regna Chanaan.
Et dedit terram eorum hęreditatem Iſrael populo ſuo.
Domine nomen tuum in ęternuꝫ: domine memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.
Quia iudicabit dominus populum ſuum: ⁊ in ſeruis ſuis deprecabitur.
Simulachra gentium argentū ⁊ aurū: opera manuum hoīum.
Os habent, ⁊ non loquentur: oculos habent, ⁊ non videbunt.
Aures habent, ⁊ non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
Similes illis fiant, qui faciunt ea: ⁊ omnes, qui confidunt in eis.
Domus Iſrael benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.
Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominum benedicite domino.
Benedictus dominus ex Siō: qui habitat in Jeruſalem.
Aña. Omnia quęcunque voluit dominus fecit. Aña. Quoniam. Pſalmus 135.
Confitemini dño, quoniaꝫ bonus:

bonus: quoniam in ſeculum mi
ſericordia eius.
Confitemini deo deorum.
Confitemini domino domino-
rum.
Qui facit mirabilia magna ſo
lus.
Qui fecit celos in intellectu.
Qui firmauit terrā ſup aquas.
Qui fecit luminaria magna.
Solem in poteſtatem diei.
Lunam ⁊ ſtellas in poteſtatē
noctis.
Qui percuſſit Ægyptum: cum
primogenitis eorum.
Qui eduxit Iſrael de medio
eorum.
In manu potenti: ⁊ brachio ex-
celſo.
Qui diuiſit mare rubrum in
diuiſiones.
Et eduxit Iſrael per medium
eius.
Et excuſſit Pharaonem ⁊ vir
tutem eius in mari rubro.
Qui traduxit populum ſuum
per deſertum.
Qui percuſſit reges magnos.
Et occidit reges fortes.
Seon regem Amorrheorum.
Et Og regem Baſan.
Et dedit terram eorum heredi
tatem.
Hereditatem Iſrael ſeruo ſuo.
Quia in humilitate noſtra me
mor fuit noſtri.
Et redemit nos ab inimicis no
ſtris.

Qui dat eſcam omni carni.
Confitemini deo celi.
Confitemini dño dominorū:
qm̄ in eternum miſericordia e-
ius. An. Qm̄ in eternū miſeri
cordia ei⁹. An. Hymnū. Pſ. 136
Super flumina Babylonis
illic ſedimus ⁊ fleuimus:
dum recordaremur tui Sion.
In ſalicibus in medio eius, ſu-
ſpendimus organa noſtra.
Quia illic interrogauerūt nos
qui captiuos duxerunt nos, ver
ba cantionum.
Et qui abduxerūt nos: hymnū
cātate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canti
cum domini in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Ieruſalē:
obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus
meis: ſi non meminero tui.
Si non propoſuero Ieruſalē:
in principio letitie mee.
Memor eſto domine filiorum
Edom: in die Ieruſalem.
Qui dicūt, exinanite exinani-
te: vſq ad fundamētum in ea.
Filia Babylonis miſera, bea-
tus, q retribuet tibi retributio-
nē tuā, quam retribuiſti nobis.
Beatus, qui tenebit: ⁊ allidet
paruulos ſuos ad petram.
Aña. Hymnum cantate nobis
de canticis Sion. Cap. Domi-
nus autem dirigat. Hymnus.
Magne deus potentie:
Qui ex aquis ortū genuē

Partim remittis gurgiti:
Partim leuas in aera.
Demerſa lymphis imprimens,
Subuecta celis irrogans:
Ut ſtirpe vna prodita:
Diuerſa rapiant loca.
Largire cunctis ſeruulis,
Quos mundat vnda ſāguinis
Neſcire lapſus criminum:
Nec ferre mortis tędium.
Ut culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia
Eliſa mens ne concidat:
Elata mens ne corruat.
Pręſta pater piiſſime. ℣. Diri-gatur dñe. Ad Mag. Aña. Depoſuit potentes ſanctos perſequentes: ⁊ exaltauit humiles Chriſtum confitentes.

FERIA SEXTA.
ad Veſperas. Antiphona.
In conſpectu. Pſal. 137.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua ⁊ veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

In quacunque die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi domine omnes reges terrę: quia audierūt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs domini: qm̄ magna eſt gloria domini.

Quoniam excelſus dominus, ⁊ humilia reſpicit: ⁊ alta a longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: ⁊ ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, ⁊ ſaluū me fecit dextera tua.

Dñs retribuet pro me: domine miſericordia tua in ſeculū: opera manuum tuarū ne deſpicias. Aña. In conſpectu angelorū pſallam tibi deus meus. Aña. Domine probaſti. Pſal. 138.

Domine probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meā, ⁊ reſurrectionem meam.

Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam ⁊ funiculum meum inueſtigaſti.

Et omnes vias meas pręuidiſti: quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima ⁊ antiqua: tu formaſti me, ⁊ poſuiſti ſup me manum tuam.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, ⁊ non potero ad eam.

Quo ibo a ſpiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiam?

Si aſcendero in celum, tu illic

lux es: ſi deſcendero in infernū, ades.
Si ſumpſero pennas meas diluculo: & habitauero i extremis maris.
Et enim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Et dixi forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebræ non obſcurabūtur a te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius ita & lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.
Confitebor tibi domine, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: & anima mea cognoſcet nimis.
Non eſt occultatum os meum a te ꝙ feciſti in occulto: & ſubſtātia mea in inferioribus terræ.
Imperfectum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.
Mihi autē nimis honorificati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.
Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi: & adhuc ſum tecum.
Si occideris deus peccatores: viri ſanguinum declinate a me.
Quia dicitis i cogitatione: accipient in vanitate ciuitates ſuas.
Nonne, qui oderunt te domine oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?
Perfecto odio oderam illos: & inimici facti ſunt mihi.
Proba me de⁹, & ſcito cor meū: interroga me, & cognoſce ſemitas meas.
Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.
Ant. Domine probaſti me & cognouiſti me. Ant. A viro iniquo. Pſalmus 139.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prelia.
Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eorum.
Cuſtodi me de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
Dixi domino, deus me⁹ es tu: exaudi domine vocem deprecationis meæ.
Domine domine virtus ſalutis meæ: obūbraſti ſuper caput meum in die belli.

Non tradas me domine a deſiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorũ ipſorũ operiet eos.
Cadent ſuper eos carbones: in ignem deiicies eos, in miſerijs non ſubſiſtent.
Vir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.
Cognoui, quia faciet dominus iudicium inopis: τ vindictam pauperum.
Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: τ habitabunt recti cum vultu tuo. Añ. A viro iniquo libera me domine.
Aña. Domine cla. Pſal. 140.
Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meę, cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum.
Pone domine cuſtodiam ori meo: τ oſtium circumſtantię labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitię: ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: τ non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iuſtus in miſericordia τ increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quia adhuc τ oratio mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſunt iuncti petrę iudices eorum.
Audient verba mea, quõ potuerunt: ſicut craſſitudo terrę erupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te domine, domine oculi mei: in te ſperaui, non auferas animam meam.
Cuſtodi me a laqueo, quẽ ſtatuerunt mihi: τ a ſcãdalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſuʒ ego donec tranſeam. Aña. Dñe clama ui ad te, τ exaudi me.
Aña. Portio mea. Pſal. 141.
Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum.
Effundo in cõſpectu eius orationem meam: τ tribulationem meam ante ipſum pronuncio.
In deficiendo ex me ſpiritum meum: τ tu cognouiſti ſemitas meas.
In via hac, qua ambulabã abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
Conſiderabam ad dexteram τ videbam: τ non erat, qui cognoſceret me.
Periit fuga a me: τ non eſt, qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine: dixi,

tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationē meā: quia humiliatus ſum nimis.
Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animā meā ad confitēdum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi. Aña. Portio mea domine ſit in terra viuētiū. Capitu. Dominus autem dirigat. Hym.

Plaſmator hominum deus:
Qui cuncta ſolus ordinās
Humum iubes producere:
Reptantis et ferę genus.

Qui magna rerum corpora:
Dictu iubentis viuida:
Ut ſeruiant per ordinem:
Subdens dediſti homini.

Repelle a ſeruis tuis
Quicquid per immunditiam:
Aut moribus ſe ſuggerit:
Aut actibus ſe interſerit.

Da gaudiorum pręmia:
Da gratiarum munera:
Diſſolue litis vincula:
Aſtringe pacis fędera.

Pręſta pater piiſſime. ℣. Dirigatur dñe. Ad Magnif. Aña. Suſcepit deus Iſrael puerum ſuum, ſicut locutus eſt Abrahā et ſemini eius: exaltauit humiles Chriſtum confitentes.

SABBATHO

Ad Veſperas. Antiphona. Benedictus. Pſalmus 143.

Benedictus dominus deus meus: qui docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellum.
Miſericordia mea, et refugium meum: ſuſceptor meus, et liberator meus.
Protector meus, et in ipſo ſperaui: qui ſubdit populum meū ſub me.
Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quia reputas eum?
Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prętereunt.
Domine inclina cęlos tuos, et deſcende: tange montes, et fumigabunt.
Fulgura coruſcationem, et diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, et conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum eſt vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi.
Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruum tuū: de gladio maligno eripe me.
Erue me de manu filiorum alienorum: quorum os locutum

eſt

eſt vanitatem, ⁊ dextera eorum
dextera iniquitatis.
Quorum filij ſicut nouelle plā
tationes: in iuuentute ſua.
Filie eorum compoſite: circum
ornate, vt ſimilitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eru
ctantia ex hoc in illud.
Oues eorum ſetoſe, abundan-
tes in egreſſibus ſuis: boues eo
rum craſſe.
Non eſt ruina macerie, neque
tranſitus: neque clamor in pla-
teis eorum.
Beatum dixerūt populum, cui
hec ſunt: beatus populus, cu⁹
dñs deus eius. Aña. Benedi-
ctus dñs deus meus. Antipho.
In eternum. Pſal. 144.
EXaltabo te deus me⁹ rex:
⁊ benedicam nomini tuo
in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.
Per ſingulos dies benedicam
tibi: ⁊ laudabo nomen tuum
in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.
Magnus dominus ⁊ laudabilis
nimis: ⁊ magnitudinis eius nō
eſt finis.
Generatio ⁊ generatio lauda-
bit opera tua: ⁊ potentiam tuā
pronunciabunt.
Magnificentiam glorie ſanctita
tis tue loquentur: ⁊ mirabilia
tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuoꝝ
dicent: ⁊ magnitudinem tuam
narrabunt.
Memoriam abundantie ſuaui-
tatis tue eructabunt: ⁊ iuſtitia
tua exultabunt.
Miſerator, ⁊ miſericors dominus: patiens ⁊ multum miſe-
ricors.
Suauis dominus vniuerſis: ⁊
miſerationes eius ſuper omnia
opera eius.
Confiteantur tibi domine om-
nia opera tua: ⁊ ſancti tui bene-
dicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: ⁊ po-
tentiam tuam loquentur.
Vt notam faciant filijs homi-
num potentiam tuam: ⁊ gloriaꝫ
magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnuꝫ omniū
ſeculorum: ⁊ dominatio tua in
omni generatione ⁊ generatio-
nem.
Fidelis dominus in omnibus
verbis ſuis: ⁊ ſanctus in omni-
bus operibus ſuis.
Alleuat dominus oēs, qui cor-
ruunt: ⁊ erigit omnes eliſos.
Oculi omnium in te ſperāt do
mine: ⁊ tu das eſcam illorum in
tempore opportuno.
Aperis tu manum tuam: ⁊ im
ples omne animal benedictiōe.
Iuſtus dominus in omnibus
vijs ſuis: ⁊ ſanctus in omnibus
operibus ſuis.
Prope eſt dominus omnibus
inuocantibus eum: omnibus
inuocantibus eum in veritate.
Voluntatem timentium ſe fa-
ciet: ⁊ deprecationem eorū ex
audiet

audiet: & ſaluos faciet eos.

Cuſtodit dominus omnes dili gentes ſe: & omnes peccatores diſperdet.

Laudationem domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius: in ſeculum & in ſeculum ſeculi.

Antiphona. In eternum & in ſeculum ſeculi. Antiphona. Laudabo. Pſalmus 145.

Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: pſallã deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus neque in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cuius de⁹ Jacob adiutor ei⁹, ſpes eius in domino deo ipſius, qui fecit cęlum & terram: mare & omnia, quę in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.

Dominus ſoluit compeditos: dominus illuminat cęcos.

Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.

Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.

Regnabit dominus in ſecula: deus tuus Sion in omni generatione, & generationem. Aña. Laudabo dñ̃ meũ in vita mea.

Aña Deo noſtro. Pſal. 146.

Laudate dominum quoniam bonus eſt pſalmus: deo noſtro ſit iucunda decoraq̃ laudatio.

Ędificans Jeruſalem dominus: diſperſiones Iſraelis congregabit.

Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat.

Magnus dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientię ei⁹ non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos dominus: humilians autem peccatores vſque ad terram.

Pręcinitę dño in confeſſione: pſallite deo noſtro in cithara.

Qui operit cęlum nubibus: & parat terrę pluuiam.

Qui producit in montibus fęnum: & herbam ſeruituti hoĩm.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorum inuocãtibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: neque in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum eſt domino ſup timentes eum & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Antipho. Deo noſtro iucunda

ſit

ſit laudatio. Aña. Lauda. ℙ 147

LAuda Jeruſalē dn̄m: lauda deum tuum Sion.

Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terrę: velociter currit ſermo ei⁹.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuū ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, ⁊ liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, ⁊ fluent aquę.

Qui annunciat verbum ſuū Jacob: iuſtitias ⁊ iudicia ſua Iſrael.

Non fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia ſua non manifeſtauit eis. Aña. Lauda Jeru. Capit.

BEnedictus deus ⁊ pater domini noſtri Jeſu Chriſti: pr̄ miſericordiarum, ⁊ deus totius conſolationis: qui ꝯſolatur nos in oī tribulatione nr̄a. Hymn⁹.

O Lux beata trinitas:
Et principalis vnitas:
Jam ſol recedit igneus:
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine:
Te deprecemur veſperi:
Te noſtra ſupplex gloria:
Per cuncta laudet ſecula.
Deo patri ſit gloria.

℣. Veſpertina oratio aſcendat ad te domine. ℟. Et deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

IN LAVDIBVS.
Pſalmus 92.

DOminus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt domin⁹ fortitudinē ⁊ p̄cinxit ſe.

Etenim firmauit orbem terrę: qui non commouebitur.

Parata ſedes tua: ex tunc a ſeculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo, domine in lōgitudine dierum. Pſal. 99.

IUbilate deo omnis terra: ſeruite domino in lętitia.

Introite in conſpectu eius: in exultatione.

Scitote, qm̄ dn̄s ipſe eſt deus: ipſe fecit nos, ⁊ non ipſi nos.

Populus eius, ⁊ oues paſcuę eius: introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius: quoniā ſuauis eſt dominus, in ęternum miſericordia eius: ⁊ vſque in generationem

nerationem ⁊ generationem veritas eius. Pſalmus 62.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo,

Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, inuia: ⁊ inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuā, ⁊ gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meū.

Si memor fui tui ſuper ſtratū meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuaꝝ exultabo adheſit aīa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum quęſierunt animā meam: introibunt in inferiora terrę: tradentur in manus gladij partes vulpium erūt.

Rex vero lętabitur in deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Pſal. 66.

Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur ⁊ exultent gentes, quō iudicas populos in ęquitate ⁊ gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos deus deus nr̄, benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omnes fines terrę.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite angeli dn̄i dn̄o: benedicite cęli domino.

Benedicite aquę omnes, q̄ ſup cęlos ſunt, domino: benedicite omnes virtutes domini dn̄o.

Benedicite ſol ⁊ luna domino: benedicite ſtellę cęli domino.

Benedicite imber ⁊ ros domino: benedicite omnes ſpiritus dei domino.

Benedicite ignis ⁊ ęſtus domino: benedicite frigus ⁊ ęſtas domino.

Benedicite rores ⁊ pruina domino: benedicite gelu ⁊ frigus domino.

Benedicite glacies ⁊ niues domino: benedicite noctes ⁊ dies domino.

Benedicite lux ⁊ tenebrę dn̄o: bn̄dicite fulgura ⁊ nubes dn̄o.

Benedicat terra dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite montes ⁊ colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes dño: benedicite maria ⁊ flumina domino.
Benedicite cete, ⁊ omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli domino.
Benedicite omnes beſtię ⁊ pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat Iſrael dominum: laudet, ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.
Benedicite ſpiritus ⁊ animę iuſtorum dño: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domino.
Benedicite Anania Azaria Miſael dñm: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicamus patrem ⁊ filium cum ſancto ſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula.
Benedictus es domine in firmamento cęli: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Pſalmus 148.

Laudate dñm de cęlis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum Sol ⁊ Luna: laudate eum omnes ſtellę ⁊ lumen.
Laudate eum cęli cęlorum: ⁊ aquę, oẽs quę ſuper cęlos ſunt, laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit, ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit, ⁊ creata ſunt.
Statuit ea in ęternum ⁊ in ſeculum ſeculi: pręceptuꝫ poſuit, ⁊ non pręteribit.
Laudate dñm de terra: dracones ⁊ omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quę faciũt verbum eius.
Montes ⁊ omnes colles: ligna fructifera ⁊ omnes cedri.
Beſtię ⁊ vniuerſa pecora: ſerpẽtes ⁊ volucres pennatę.
Reges terrę ⁊ omnes populi: principes ⁊ omnes iudices terrę.
Iuuenes ⁊ virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen dñi: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cęlum ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi. Pſal. 149.

Cantate domino canticuꝫ nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lętetur Iſrael in eo, qui fecit eum: ⁊ filię Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro:

ro: in tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: ⁊ exaltauit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes dei in gutture eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendã vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hec eſt omnib⁹ ſanctis eius. Pſal. 150.

Laudate dñm in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eũ in virtutibus eius: laudate eum ſm multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio ⁊ cithara.

Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Canticum zacharie.

Benedictus dñs deus Iſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redemptionem plebis ſue.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt, prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris ⁊ memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate ⁊ iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem dñi parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordie dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, ⁊ vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Cant. beatiſſime Marie virg.

Magnificat anima mea dominum.

Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatẽ ancille

eſſe ſuprecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: ⁊ ſanctũ nomen ei⁹.
Et miſericordia eius a proge⁄nie in progenies: timẽtibus eũ.
Fecit potentiã in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cor⁄dis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuũ: recordatus miſericordie ſue.
Sicut locutus eſt ad patres no ſtros Abraham: ⁊ ſemini eius in ſecula.

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis ſeruum tuũ domine: ſecundum ver⁄bum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei ſalu tare tuum.
Quod paraſti ante faciem om nium populorum.
Lumen ad reuelationem gen⁄tium: ⁊ gloriã plebis tue Iſrael.

Canticum SS. Amb. ⁊ Aug.

Te deum laudamus: te do⁄minum confitemur.
Te eternum patrem omnis ter ra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi celi ⁊ vniuerſe poteſtates.
Tibi cherubim ⁊ ſeraphim: in⁄ceſſabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus ſabaoth.
Pleni ſunt celi ⁊ terra maieſta⁄tis glorie tue.
Te glorioſus apoſtolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus lau⁄dat exercitus.
Te per orbem terrarum: ſan⁄cta confitetur eccleſia.
Patrem immenſe maieſtatis.
Venerandum tuum verum: ⁊ vnicum filium.
Sanctum quoque Paraclitũ ſpiritum.
Tu rex glorie Chriſte.
Tu patris ſempiternus es fili⁹.
Tu ad liberandum ſuſceptur⁹ hominem: non horruiſti virgi⁄nis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: ape⁄ruiſti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei ſedes: in gloria patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo queſum⁹ famulis tuis ſubueni: quos pretioſo ſangui⁄ne redemiſti.
Eterna fac cum ſanctis tuis in gloriam numerari.
Saluum fac populum tuum do⁄mine: ⁊ benedic hereditati tue.
Et reges eos: ⁊ extolle illos vſ⁄que in eternum.
Per ſingulos dies benedici⁄mus te.
Et laudamus nomen tuum in ſeculum: ⁊ in ſeculum ſeculi.

Dignare

Dignare domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri domine: miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.
In te domine ſperaui: non confundar in ęternum.

Sequitur modus pro dicendis ſeptem pſal. pęnitentialib⁹.

pſ. vj. Domine ne in furore. j. 2.
j. pſ. Beati, quorum remiſſę. 12.
pſ. Domine ne in furore. ij. 15.
pſ. Miſerere mei Deus. 20.
pſ. Domine exaudi orōnem. 39.
pſ. De profundis clamaui. 57.
pſ. Domine exaudi orationem meam: auribus percipe. 37. An.

Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentũ nr̃orũ: neq; vindictam ſumas de peccatis nr̃is.

Kyrie eleiſon. Chriſte elei.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis deus, miſer. no.
Filii redemptor mundi deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte deus, miſ. no.
Sancta trinitas vnus deus, miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nob.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes Sancti beatorum ſpirituum ordines. orate
Sancte Johannes Bapt. ora
Sancte Eliſee ora
Omnes ſancti patriarchę, & prophetę orate
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Jacobe ora
Sancte Johannes ora
Sancte Thoma ora
Sancte Jacobe ora
Sancte Philippe ora
Sancte Bartholomęe ora
Sancte Matthęe ora
Sancte Simon ora
Sancte Thadęe ora
Sancte Mathia ora
Sancte Barnaba ora
Sancte Marce ora
Sancte Luca ora
Sancte Martialis ora
Omnes ſancti apoſtoli, & euangeliſtę orate
Omẽs ſancti Innocentes orate
Sancte Stephane ora
Sancte Line ora
Sancte Clete ora
Sancte Clemens ora
Sancte Sixte ora
Sancti Fabiane & Sebaſt. orate
Sancte Laurenti ora
Sancte Vincenti ora
Sancte Georgi ora
Sancte Dionyſi cũ ſoc. ſuis orat
Sancti Johann. & Paule orat
Sancte Thoma ora
Sancte Corneli ora

Sancte Cypriane ora
Sancti quadraginta mar. orat.
Sancte Petre Thoma ora
Sancti Coſma ⁊ Dam. orate.
Sancte Eadmunde ora
Sancte Angele ora
Sancte Vitalis ora
Omnes ſancti Mart. orate.
Sancte Silueſter ora
Sancte Martine ora
Sancte Nicolae ora
Sancte Gregori ora
Sancte Baſili ora
Sancte Ambroſi ora
Sancte Auguſtine ora
Sancte Hieronyme ora
Sancte Hylari ora
Sancte Joſeph ora
Sancte Hylarion ora
Sancte Antoni ora
Sancte Benedicte ora
Sancte Bernarde ora
Sancte Ægidi ora
Sancte Bertholde ora
Sancte Cyrille ora
Sancte Alberte ora
Sancte Dominice ora
Sancte Franciſce ora
Sancte Ludouice ora
Sancte Roche ora
Oēs ſancti Pont. ⁊ ꝯfeſſ. orat.
Omnes ſancti Doct. orat.
Sancta Anna ora
Sancta Maria Jacobi ora
Sancta Maria Salomę ora
Sancta Eliſabet ora
Sancta Maria Magdal. ora
Sancta Martha ora
Sancta Felicitas ora
Sancta Perpetua ora
Sancta Agatha ora
Sancta Lucia ora
Sancta Agnes ora
Sancta Cecilia ora
Sancta Anaſtaſia ora
Sancta Catharina ora
Sancta Barbara ora
Sancta Margarita ora
Sancta Tecla ora
Sancta Genoueſa ora
Sancta Scolaſtica ora
Sancta Vrſula cū ſoc. tuis orat.
Sancta Pelagia ora
Sancta Dorothea ora
Oēs ſancte vir. ⁊ viduę orate.
Oēs ſancti ⁊ ſanctę Dei orat.
Propitius eſto: parce nob.
Ab inſidijs diaboli lib. nos do.
Ab imminentibus peccatorū noſtrorum periculis: libe.
A damnatione perpetua libe.
Ab omni malo libe.
Ab omni peſte libe.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę libe.
Per natiuitatem tuam libe.
Per paſſionem ⁊ ſanctam crucem tuam libe.
Per piiſſimam mortem tuā lib.
Per glorioſam reſurrectionem tuam libe.
Per admirabilem aſcenſionem tuam libe.
Per gratiā ſpūs ſctī paracl. lib.
In die iudicij libera nos do.
Peccatores te rog. audi nos.

Ut pacem nobis dones te ro.
Ut eccleſiam tuam regere & deſenſare digneris te rog.
Ut donum apoſtolicum & omnes gradus eccleſię, in ſancta religione cõſeruare dig. te ro.
Ut regibus & principibus noſtris: pacem & veram concordiam atque victoriam donare digneris te roga.
Ut loca noſtra, & omnes habitã tes in eis, viſitare & conſolari digneris te roga.
Ut regularibus diſciplinis nos inſtruere digneris te ro.
Ut fructus terrę dare & conſeruare digneris te ro.
Ut ciuitatem iſtam regere & cõſeruare digneris te rog.
Ut omnes fideles nauigantes ad portum ſalutis perducere digneris te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris te ro.
Fili dei, te rogamus audi nos.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: miſerere noſtri.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: exaudi nos dñe.
Kyrie el. Christe el. Kyrie el.
Pater noſter. Et ne nos. ℣. Et veniat ſuper nos miſericordia tua domine. ℟. Salutare tuum ſecũdum eloquium tuũ. ℣. Memor eſto congregationis tuę. ℟. Quam poſſediſti ab initio. ℣. Eſto nobis turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine ſaluos fac reges. ℟. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. ℣. Saluos fac ſeruos tuos & ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Eccleſię tuę q̃s domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus: & erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Oratio.

Exaudi quęſumus dñe ſupplicum preces: & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui facis &c. vide poſt tertiam. Oratio.

Deus, qui charitatis dona per gratiam ſancti ſpiritus tuorum cordibus fidelium infudiſti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis & corpo-

 ris:

ris: vt te tota virtute diligant: & quę tibi placita ſunt tota dilectione perficiant. Oratio.

Abſolue quęſum⁹ domine. regre in veſpis defun. Orō.

Deus, qui es ſanctorū tuorum ſplendor mirabilis & atque lapſorum ſubleuator inenarrabilis: fac nos famulos tuos ſancte dei genitricis ſemperque virg. Marię: & omnium ſanctorum tuorum vbiq̧ tueri pręſidijs: necnon familiaritate atq̧ cōſanguinitate ſeu oratione nobis iunctis: ac omni pplō Chriſtiano cunctis inſidijs fallacis inimici depulſis: concede ad cęleſtem patriam redeundi aditum: ac defunctorum omnium fidelium ſacri baptiſmatis vnda renatorum animabus quiete p̄frui ſempiterna. Per eundem.

DE COMMEMORATIOne beatiſſime virginis, in qua omni tempore dicitur Te Deum.

Quia feſtum cōme. Virginis dicitur celebrari ad modum duplicis feſti, quod pri⁹ in antiquo ordinali ſeruabatur, vt feſtum ix. lec. Ideo pro conformitate in hac comme. ſic regulariter faciendum eſt. A primis veſpe. incluſiue, vſque ad ſcdas veſpe. excluſiue omnia fiant de beata virg. quo ad officiū diuinū, ſicut in alijs feſtis dupl. cum tali ſcilicet declaratione, ꝙ non dicātur in choro paruę horę btē virg. nec ſuffragia cōia; neque Pſalmus Lętatus in miſſa: qñ miſſa de beata virgine, dicitur. neq̧ preces capitulares. Ad ſecundas autem veſp. etiā omnia fiant ſicut in feſtis dupl. niſi die ſubſequenti fuerit feſtum ſemi. aut nouem lect. ꝙ non poſſet habere ſecundas veſperas, tunc capitulum, & quę ſequuntur erūt de feſto, & memoria de beata vg. Similiter ſi feſtum ix. lec. vel ſemid. aut ſimplex, et dñica extra ſept. pręcedens hanc commem. non habuiſſet primas veſperas, habeat plene ſecundas, & fiat ſolum memoria de beata virgine. Unde, ſi feſtum nouem lectionum carens primis veſperis pręcedat, & feſtum nouem lectio. non potens habere ſecundas veſperas ſequatur commemorationem beate virginis, tunc cōmemoratio nullas habebit veſperas. Similiter ſi pręcedat hanc commem. feſtum duplex, vel ſequatur, ſemper de illo plenum fiat officium, & tantū memoria de beata virg. Quod ſi pręd[illegible]cta cōme. celebret in ſabb. ſemp terminabit in nonis, etiam ſi in craſtino de feſto ix. lect. & non de dominica fierat. Prędicta cōme. beatę virg. fiat omnibus ſabb. vacantibus: ab octa. epiph. vſq̧ ad dñicā quinquageſimę poſtq̄ ſemel dicte fuerint ſtia fer. quę aſſignantur. pro ſabba. ſub hiſto-

ria. Dñe ne in ira. Item iuxta capituli gñalis Rauiſpurgenſis ſtatutum, ſingulis ſeptimanis quadrageſimę hic ordo teneat, de prędicta commem. ſcilicet ꝙ feria ij. poſt dñicam quinquageſimę, ſi vacauerit fiat de comme. alias fiat feria tertia. Et poſt dominicam j. quadrageſimę fer. iij. ſi vacauerit, ⁊ ſic deinceps vſqꝫ ad dñicam Palmarum excluſiue, quia in hebdomada ſancta nullo modo fiat de prędicta cōmem. ſimiliter ab octa. Paſchę vſque ad rogationes: ſingulis ſabbathis, ſi vacauerint. Et feria tertia rogationum ſi vacauerit, fiat de beata virg. Etiam ab octa. trin. vſqꝫ ad aduentum in diebus ſabb. fiat de pręfata cōm. Si autem prędictis temporibꝰ feſtum ix. lect. vel maius, aut ēt vigilia in ſabb. venerit, vel ipſa dies ſabb. infra oct. ſolennes: vel etiam communes: ſiue in quatuor tēporibus euenerit, aut aliqua ℞ia fer. pro ſabbatho occurrerint, tunc in aliqua die vacante tranſferatur. Si autem feſtū trium lect. in ſabb. euenerit: prędicta comme. nunꝗ ad aliā diē transferat, ſed in ipſo ſabb. celebret, ⁊ memoria fiat de feſto. Dū vero propter oct. ſolennes, vel cōmunes, vel quęcunqꝫ feſta lect. ix. prędicta cōme. ꝑ hebdomadā aliquā fieri nō pōt, propter hoc in ſeq. ſeptimana non duplicetur. Qñ autem aliunde pręter hanc commem. de beata virg. in aliqua hebd. ſolum vna die agitur, propter hoc dicta comme. nō omittatur. Sed ſi propter octa. aſſumptionis, nat. vel alias oct. virg. glorioſę bis vel pluries in hebdo. vna, de ipſa teneatur, tunc prędicta comm. tali hebd. omittatur. Dum igitur cōme. virg. in ſabba vel alio die ab oct. purific. vſque ad aduen. celebranda fuerit. Sic fiat: ad veſper. añ. ⁊ pſal. ſecundum id qđ tēpus dictauerit. Hęc habes latius in ordinario Rubr. 21. Capitulū.



Beata es, Maria q̄ dñm portaſti creatorē mūdi: genuiſti, q te fecit: ⁊ in ęternū ꝑmāes virgo. ℟. Sicut cedrus. ℣. Beata es Maria virgo. Hym.

Aue maris ſtella:
Dei mater alma:
Atque ſemper virgo:
Felix cęli porta.
Sumens illud aue:
Gabrielis ore:
Funda nos in pace:
Mutans Eue nomen.
Solue vincla reis:
Profer lumen cęcis:
Mala noſtra pelle:
Bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrem:
Sumat per te preces:
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis:
Inter omnes mitis
Nos culpis ſolutos:
Mites fac ⁊ caſtos.
Vitam preſta puram:
Iter para tutum.
Et videntes Ieſum,
Semper colletemur.
Sit laus deo patri:
Summo Chriſto decus:
Spiritui ſancto:
Trinus honor vnus. Amen.

℟. Diffuſa eſt gra. ad magnificat. Aña. Aue regina celorũ: Aue domina angelorum: ſalue radix ſancta: ex qua mundo lux eſt orta: gaude glorioſa: ſup oẽs ſpecioſa: vale valde decora: ⁊ pro nobis ſemper Chriſtum exora. Pſal. Magnificat. Et dicatur per totum annum. Oratio.

Concede nos famulos tuos quęſumus dñe deus perpetua mẽtis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſẽper virginis interceſſione a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per. Ad Comple. ad Nunc dimittis. Aña. Sub tuum pręſidiũ. Et dicatur a .lxx. vſq; ad Paſcha. Aña. Halleluiah, halleluiah, ſancta Dei genitrix, halleluiah, intercede pro nobis, halleluiah, halleluiah. Et di catur a paſcha vſq; ad aduen. Ad Inuitat. Inuit. In honore beatiſſimę Marię virginis: Iubilemus domino. Pſal. 94.

Venite exultemus dño, iubilemus deo ſalutari noſtro: pręoccupemus faciem eius in confeſſione, ⁊ in pſalmis: iubilemus ei. In honore beatiſſimę Marię virginis. Iubilem⁹ dño.

Quoniam deus magnus dñs, ⁊ rex magnus ſup omnes deos: quoniam non repellet dominus plebem ſuã: quia in manu eius ſunt omnes fines terrę: ⁊ altitudines montium ipſe conſpicit. Iubilemus domino.

Quoniã ipſius eſt mare, ⁊ ipſe fecit illud, ⁊ aridã fundauerunt manus eius: venite adoremus, ⁊ procidamus ante deum: ploremus corã domino, qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter: nos autem populus eius, ⁊ oues paſcuę eius. In honore beatiſſimę Marię virginis, Iubilemus domino.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, ⁊ viderunt opera mea. Iubilemus domino.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, ⁊ dixi ſemper, hi errant corde: ipſi vero nõ cognouerunt vias meas: quibus

iuraui

furaui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. In honore beatiſſimę Marię virginis, Jubilemus domino.

Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, et nunc, et ſemper, et in ſecula ſeculorum amē. Jubilemus domino. Cantores reincipiant. In honore beatiſſimę Marię virginis. Chorus reſpondeat. Jubilemus domino. Hymnus.

Quem terra, pontus, ęthera:
Colunt, adorant, prędicant:
Trinam regentem machinam:
Clauſtrum Marię baiulat.
Cui Luna, Sol, et omnia,
Deſeruiunt per tempora:
Perfuſa cęli gratia:
Geſtant puellę viſcera.
Beata mater munere:
Cuius ſupernus artifex:
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cęli nuncio:
Fecunda ſancto ſpiritu:
Deſideratus gentibus
Cuius per aluum fuſus eſt.
Gloria tibi domine, qui natus es de virgine, cum patre, et ſancto ſpi. etc. In j. noct. Aña. Ecce tu pulchra es, amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. ps. Domine dñs. fol. 3. Añ. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. ps. Cęli enar. fol. 9. Antiphona. Fauus diſtillans labia tua ſpōſa: et odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. ps. Domini eſt terra. ℣. Diffuſa eſt gratia.

Sermo S. Bernardi. Lectio j.

Loquamur aliquid de laudibus ſacratiſſimę virginis Marię. Quod ſi linguis angelorum loqueremur, aut ſi membra noſtra omnia linguę eſſent: beatę dei genitricis ſemperque virginis Marię laudes non ſufficeremus enarrare. Veruntamen vniuerſalis eccleſia, quę iugiter in hac virgine recenſet ineffabilem gloriam meritorum, meum ſuppleat imperfectum. ℟. Vidi ſpecioſam ſicut columbam aſcendentem deſuper riuos aquarum: cuius ineſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis eius: Et ſicut dies verni circundabant eā flores roſarum, et lilia conuallium. ℣. Quę eſt iſta, quę aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę, et thuris. Et ſicut dies. Lectio ſecunda.

Eccleſia enim eſt Luna illa ſub pedibus eius, cui per Spiritum ſanctum Sol iuſtitię obumbrauit: ſicut Apocalypſi ſcriptum eſt: Signum magnum apparuit in cęlo: mulier amicta Sole, et Luna ſub pedibus eius. O virgo virginum: o virginū dec⁹, magna eſt glia tua:

in ſalutari tuo. Quis enarrabit laudes tuas? Tu ſola ſine exemplo, quam elegit dominus, vt eſſes mediatrix dei ⁊ hominū: reparatrix ſeculi: terminus exilij: ablutio peccati: via conſilij: fiducia pręmij: ſcala cęli: ⁊ ianua paradiſi. ℟. Sicut cedrus exaltata ſum in Libano: ⁊ ſicut cypreſſus in monte Sion. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. ℣. Et ſicut cinnamomum ⁊ balſamum aromatizans. Quaſi myrrha.

Lectio tertia.

Ea ſiquidem tanquam arbor letifera ꝓduxerat fructus malos: concupiſcentiam ſcilicet carnis originale peccatum: malorum ſeminarium: communis corruptelę fermentum: ⁊ generalis perditionis initium. ℟. Quę eſt iſta, quę proceſſit ſicut Sol, ⁊ formoſa tanquam Jeruſalem: Viderūt eam filię Sion, ⁊ beatam dixerunt: ⁊ reginę laudauerunt eam. ℣. Et ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum ⁊ lilia conuallium. Viderunt. Gloria patri. Et reginę. In ij. nocturno. Antiphona. Emiſſiones tuę paradiſus malorum punicorum cum pomorū fructibus. ℣. Eructauit cor meū. 17. Aña. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quę fluūt impetu de libano. ℣. Deus noſter refugium. 18. Aña. Veniat dilectus meus in hortum ſuū: vt comedat fructum pomorum ſuorum. ℣. Fundamenta. 34. ℣. Specie. Lectio quarta.

Voluit autem benignus ⁊ prudens artifex deus: qđ in primis parentibus fractum fuerat, reficere: non omnino quaſſare: quia iuxta verbum ꝓphetę ⁊ quaſſatam arundinem non contriuit: ⁊ lignum fumigans non extinxit: ſed nouum Adam reparauit ex veteri: ⁊ matrem in filiam reformauit. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna, qui potens eſt: ⁊ ſanctum nomen eius. ℣. Et miſericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum. Quia. Lectio quinta.

Sic exhibuit originali malo per bonum originale remedium: volens ex virgine naſci: vt renaſceremur in eo: qui eramus ex prima natiuitate corrupti. Quodam ergo ineffabili artificio charitatis ſic ſuam beatitudinem, noſtramq; miſeriā in ſe vniuit Jeſus Chriſtus ſimul in vnum diues ⁊ pauper: vt eius bonitas noſtram iniquitatem redimeret: mortem ⁊ miſeriam noſtram ſua immortalitas abſorberet. ℟. Ornatam monilibus filiam Jeruſalem dominus concupiuit. Et videntes

eam

eam filię Sion beatiſſimā prę dicauerunt dicentes, vnguentū effuſum nomen tuum. ℣. Aſti tit regina a dextris tuis in veſti tu deaurato: circundata varie tate. Et. Lectio ſexta.

Queſita eſt, per quam tanti ſacramenti gratia cōplere tur: queſita eſt ouis, de qua na ſceretur agnus, qui tolleret pec cata mundi. Et impleta eſt figu ra Rebeccę: quam quęſiuit nū cius filio dñi ſui: nuncius Ga briel filio dei. Non enim alius decebat partus virginem, niſi dei filius: nec alia mater dece bat filiū dei, niſi virgo. ℟ Bea ta es virgo Maria: dei genitrix: quę credidiſti domino: perfecta ſunt in te: quę dicta ſunt tibi. Ecce exaltata es ſuper choros angelorum. Intercede pro no bis ad dominum Jeſum Chri ſtum. ℣. Aue Maria gratia plena dñs tecum, Ecce. Gloria. Intercede. In iij. noc. Aña. Ue ni in hortum meum ſoror mea, ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. ps. Can tate dño. 36. Aña. Comedi fa uum cum melle meo: bibi vinū meum cum lacte meo. ps. Dñs regnauit. Aña Talis eſt dile ctus meus, & ipſe eſt amicus meus filię Jeruſalem. ps. Can tate 63. ℣. Adiuuabit. Si ei. fuerit dicatur euangeliū xl. viij. vero lectio, erit de ſermone ſeq. ſcilicet. Sane ſpiritus. & ix. lect. Hęc eſt ſponſi &c. Tēpore aduē. in dicta comme. Scdm Lucā.

In illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas: extollēs vo cem quędam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit: & vbera, quę ſuxiſti. Et reliqua.

Omi. venerab. Bedę presbyte.

Magnę deuotionis, & fidei hęc mulier oſtenditur: q̄, ſcribis & phariſęis dominum tē tantibus ſimul & blaſphemanti bus, tanta eius incarnationem prę omnibus ſynceritate cogno uit: tanta fiducia confitetur: vt pręſentium procerū calumniā: & futurorum confundat hereti corum perfidiam. ℟ Super ſa lutem & omnem pulchritudinē dilecta es a domino: & regina cę lorum vocari digna es. Gaudēt chori angelorum conſortes & cō ciues noſtri. ℣. Ualde eam nos oportet venerari, quę tam ſan cta & intacta eſt virgo. Gaudēt.

Lectio octaua.

Nam ſicut Judęi tunc ſan cti ſpiritus opera blaſphe mando, verum conſubſtantia lemq; patri dei filium negabāt: ſic heretici poſtea negādo Ma riam ſemper virginē ſancti ſpi ritus obumbrāte virtute naſci turo ex humanis membris vni genito dei carnis ſuę materiam miniſtraſſe, Uerum cōſubſtan tia-

tialemq̃ matri filium hominis ſateri non debere dixerunt R. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Jeruſalem, ſicut vidiſtis eam plenam charitate ⁊ dilectione. In cubilibus ⁊ in hortis aromatũ. ℣. Iſta eſt, q̃ aſcendit de deſerto delicijs affluens. In cubi. L. ix.

SEd ſi caro verbi dei ſm carnẽ naſcẽtis a carne virginis ⁊ matris pronũciatur extranea ſine cauſa vẽter, qui cũ portaſſet, ⁊ vbera, q̃ lactaſſent, beatificantur. Qua enim conſequentia eius lacte credatur nutritus: cuius ſemine negatur eſſe conceptus? Cum ex vnius eiuſdemq̃ fontis origine ſecundum phyſicos: vterque liquor emanare probetur. R. Felix nãque es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitię. Chriſtus deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede ꝓ deuoto, fęmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem. Quia. Gloria. Chris. Te deum. ℣. Ora pro nobis. Ad laud. Aña. Aſſumpta eſt Maria in cęlum, gaudent angeli, laudantes benedicunt dominum. Pſalmus Dominus regnauit. cũ reliq. Aña Maria virgo aſſumpta eſt ad ęthereum thalamum: in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. Aña. In odorem vnguentorum tuorum currimus: adoleſcentulę dilexerunt te nimis. Aña. Benedicta filia tu a domino: quia per te fructum vitę communicauimus. Aña. Pulchra es ⁊ decora filia Jeruſalem, terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. Cap.

IN omnibus requiem quęſiui: ⁊ in hereditate dñi morabor: tunc pręcepit ⁊ dixit mihi creator omnium: ⁊, qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Hymnus.

O Glorioſa domina:
Excelſa ſuper ſydera:
Qui te creauit prouide:
Lactaſti ſacro vbere.
Quod Eua triſtis abſtulit:
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles:
Cęli feneſtra facta es.
Tu regis alti ianua:
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per virginem
Gentes redemptę plaudite.
Gloria tibi domine:
Qui natus es de virgine,
Cum patre ⁊ ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

℣. Elegit eam deus. Ad Bñs. Aña. Aue ſtella matutina, peccatorum medicina: mundi princeps ⁊ regina: virgo ſola digna dici: contra tela inimici: clypeum pone ſalutis: tuę titulum virtutis: tu es enim virga Ieſſę: in qua deus fecit eſſe: Aarõ amygda-

amygdaluȝ: mundi tollens ſcā
dalum: tu es area compluta,
cęleſti roꝛe imbuta: ſicco tamen
vellere: tu nos in hoc carcere
ſolare propitia dei plena gratia.
O ſponſa dei electa: eſto nobis
via recta: ad ęterna gaudia: vbi
pax eſt ꝛ gloria: tu nos ſemper
aure pia: dulcis exaudi Ma-
ria. Pſalmus. Benedictus.
Oratio. Concede nos. Ad j.
Aña. Aſſumpta. Ad iij. Cap.

IN Sion firmata ſum, ꝛ in ci
uitate ſanctificata ſimiliter
requieui: ꝛ in Jeruſalē poteſtas
mea. ℟. Diffuſa. Oratio.

DEus, qui ſalutis ęternę
beatę Marię virginitate
fęcūda humano generi pręmia
preſtitiſti: tribue quęſumus, vt
ipſaȝ pro nobis intercedere ſen
tiamus: per quaȝ meruimus au-
ctorem vitę ſuſcipere: dominuȝ
noſtrum Jeſum Chriſtum filiū
tuum. Qui tecum viuit. Ad vj.
Aña. In odorem. Capitulum.

ET radicaui in populo ho-
norificato: ꝛ in partes dei
mei hereditas illius: ꝛ in pleni-
tudine ſanctorum detētio mea.
℟. Specie tua. Oratio.

DEus, qui virginalem aulā
B. Marię, in qua habi-
tares, eligere dignatus es: da
q̄s: vt ſua nos defenſione muni-
tos: iucundos faciat ſuę interceſ-
ſe commemorationi. Qui viuis,
ꝛ regnas cum deo. ꝛc. Ad ix.
Aña. Pulchra es. Capitulū.

SIcut cinnamomum ꝛ bal-
ſamum, aromatiȝans odo-
rem dedi, quaſi myrrha electa:
dedi ſuauitatem odoris. ℟.
Adiuuabit eam. Oratio.

FAmulorum tuorum q̄s do-
mine delictis ignoſce: vt,
qui tibi placere de actibus no-
ſtris non valemus: genitricis fi-
lii tui dn̄i dei noſtri interceſſio-
ne ſaluemur. Per eundem do.
Ad ſecundas veſperas qn̄ agit
de ea infra hebdomadā. Aña.
Aſſūpta eſt. ꝛ cętere ad cęteros.
Ps. Dixit dn̄s. Ps. Laudate pue
ri. Ps. Lętatus ſum. Ps. Niſi do
minus ędificauerit. Ps. Lauda
Jeruſalē. Cap. Beata es Ma
ria. ℟. Felix nanque. vel ſi nō
habuerit primas veſp. Sicut ce
drus. Hym. Aue maris. ℣. Dif
fuſa eſt. Ad Magnificat. Aña.
Alma redemptoris mater, quę
peruia cęli Porta manens, ꝛ
ſtella maris: ſuccurre cadenti
Surgere qui curat populo: tu,
quę genuiſti Natura mirante
tuum ſanctum genitorem: Vir-
go prius ac poſterius Gabrie-
lis ab ore Sumens illud aue:
peccatorum miſerere. vel alia an-
tiphona. Quam pulchra es,
ꝛ quam decora chariſſima in de-
litiis: ſtatura tua aſſimilata eſt
palmę, ꝛ vbera tua botris: caput
tuum vt Carmelus: collum tuū
ſicut turris eburnea: veni dile-
cte

ete mſ, egrediamur in agrum: videamus ſi flores parturiunt; ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. vel añа. Anima mea liquefacta eſt: vt dilectus locutus eſt: quęſiui, ꝛ nõ inueni illum: vocaui, ꝛ non reſpondit mihi: inuenerũt me cuſtodes ciuitatis: percuſſerunt me: ꝛ vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum cuſtodes murorum: filię Jeruſalem nunciate dilecto: quia amore langueo. Tẽpore paſchali. Añ. Regina cęli lętare hal. Quia, quez meruiſti portare, haleluiah: Reſurrexit ſicut dixit haleluiah. Ora pro nobis deũ, haleluiah. Pſalmus. Magnificat. Oratio. Concede nos famulos. Cętera omnia vt in j. veſp. cõple. etiã vt ſup. Sequẽs euange. debet dici a feſto paſc. vſque ad trin. quoties fit cõme. virg. Marię ſt[illegible] ad matu. ꝙ ad miſſã de virg. glorioſa Euãg. ſm Joãnẽ.

IN illo tempore: Stabant iuxta crucẽ Jeſu mater eius, ꝛ ſoror matris eius Maria Cleophe, ꝛ Maria Magdalene. ꝛ reliquis.

Hom. S. Auguſtini epi. Lec. j.

QUod dicit euangeliſta: ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. Hec nimirũ eſt illa hora, de qua dñs aquam cõuerſurus in vinum dixerat mři ſuę: Quid mihi ꝛ tibi eſt mulier? Nondum enim venit hora mea. Hanc itaqz horam prędixerat, quę tunc nondũ venerat, in qua debebat agnoſci a matre moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Lectio ſecunda.

TUnc itaque diuina facturus, nõ deitatis, ſed humanitatis matrem velut incognitam repellebat: nunc autem humana iam patiens, ex qua homo factus fuerat, affectu commendabat humano. Tunc enim, quę Mariam creauerat innoteſcebat virtute: nũc vero quod Maria pepererat, pẽdebat i cruce.

Lectio tertia.

MOralis igitur inſinuatur locus. Facit dñs, quod faciendum admonet: ꝛ exemplo ſuo nos inſtruit pręceptor bonus: vt a filius pius impendatur cura parentibus, tanquã lignũ illud, vbi erãt fixa membra morientis, cathedra foret magiſtri docentis. Exemplum eius doctrina ſana didicerat Paulus apoſtolus, quando dicebat: Si quis ſuis, ꝛ maxime fidei, domeſticis non prouidet: fidem negauit, ꝛ eſt infideli deterior. Tu autem domine miſerere noſtri.

RUBRICA DE OFFICIO Commemor. virginis Marię, per aduen. vſque ad nati. Dñi fiat de ipſa ſemel in hebd. excepta vlti. ſeptimana propter lau-

des proprias feriarū ſicut fuit ordinatum in capitulo generali celebrato in monte Peſſulano. Anno Dñi M.CCCLXIX. In feſto Pérec. Ad veſp. Cap.



ECce Vdgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit̄ nomē eius Emmanuel: butyrū ⁊ mel comedet: vt ſciat reꝓbare malū ⁊ eligere bonum. ℟. Chriſti virgo dile. Hym. Aue maris ſtel. 67. ℣. Rorate cęli deſuper, ⁊ nubes pluant iuſtum. ℟. Aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem. Ad Mag. Añā. Aue regina cęlorum. ℟. Magnif. Oratio.

DEus qui de beatę Marię virginis vtero verbū tuū angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti, pręſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam dei genitricem credimus: eius apud te inte⁓ceſſionibꝰ adiuuemur. Per eundem. Ad comple. ad nunc dimittis añā. Ecce ancill a dñi, fiat mihi ſm verbum tuū. Ad mat. Inuit. Aue Maria gratia plena dñs tecū. ℟. Venite exultemus. Et nota ꝙ ad quemlibet verſuꝫ debet repeti integre totum inuitatorium. Hymnꝰ. Quem terra pontus. In j. nocturn. añā. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginem deſponſatam Joſeph. ℟. Dñe dominus noſter. cum reliq. vt in prima comme. añ. Aue Maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Añā. Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. ℣. Diffuſa eſt. Lectio prima.

SAne Spiritus ſanctus q nouit reintegrare violata, non violare integra, cōſeruauit virginem: vt non tantum clauſa eſſet: ſed integra ⁊ ſignata. Ideo ſponſus eccleſię in corde ⁊ opere: in affectu ⁊ actu ſiquidem eius amoris ſignaculo, ſignari deſiderans, ait, Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuū: vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Hęc eſt porta ſanctuarii de qua dñs ad Ezechielem dicit: Porta hęc clauſa erit ⁊ nō aperietur: ⁊ nemo tranſibit per eam: niſi ſolus princeps, qui ingreditur per eam. ℟. Miſſus eſt angelus Gabriel ad Mariā virginem deſponſataꝫ Joſeph: nuncians ei verbum, ⁊ expaueſcit virgo de lumine: ne timeas Maria, inueniſti enim gratiaꝫ apud dominum. Ecce cōcipies, ⁊ paries, ⁊ vocabitur altiſſimi filius. ℣. Dabit ei dñs deus ſedē Dauid patris eius, ⁊ regnabit ī domo Jacob in ęternum. Ecce concipies. Lectio ij.

HAec eſt ſpōſi thalamus: ho-

tus concluſus: fons ſignatus libanus non inciſus. O ſtirps Jeſſe, regia ſoboles & propago beata: te elegit & preelegit dñs: vt ſis ei ferculum Salomonis: thronus regis, tribunal iudicis: reclinatorium pietatis: propitiatorium exauditionis: vt ſis impletio legis: figurarum finis: prophetarum declaratio: veritatis exhibitio. Electa es vt ſis omnibus exemplar humilitatis: pudicitie forma: magiſtra religionis: ſcala virtutum: & cõſummatio ſanctitatis. ℞. Aue Maria gratia plena, dominus tecũ: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: quod enim ex te naſcet ſanctum, vocabitur filius dei. ℣. Quomodo fiet iſtud quoniã virũ non cognoſco: & rñdens angelus dixit ei, Spiritus. Lec. iii.

Hec eſt vrna aurea superne dulcedinis habens mãna, cõcha Gedeonis rore plena: horreũ Joſeph: fiſcella Moyſi: terra argilloſa, in qua Hyram fudit vaſa ſanctuarii: virga Aarõ ſine rore germinans: rubus ardens, & ardorem neſciens: ſcala Jacob celos attingens: altare thymiamatis: arca teſtamenti: templum dei: ſacrarium Spiritus ſancti. ℞. Suſcipe verbum virgo Maria: quod tibi a domino per angelum tranſmiſſum eſt: & concipies per aurem deũ: paries & hominem: Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries ſiquidem filiũ, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida, & eris mater ſemper intacta. Ut benedicta. In ii. Nocturno.

añã. Ne timeas Maria: inueniſti gratiam apud dominum: ecce concipies, & paries filium. añã. Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas, habebis in vtero filium dei. añã. Dabit ei dominus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in eternũ. ℣. Specie tua & pulchritudine. Lectio quarta.

Data eſt ei iuxta verbum Eſaie gloria Libani, decor Carmeli & Saron: dum a deo electa eſt: a patriarchis preoptata: & a prophetis prefignata: & ab angelo ſalutata: & virtute altiſſimi obumbrata. Sine corruptione fecunda: ſine grauamine grauida: ſine dolore puerpera: dei eterni amica: ſoror, & ancilla, ſponſa mater, & filia: Hec eſt ciuitas fundata in exultatione vniuerſe terre: de qua propheta commemorãs ait: homo, inquit, natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſſimus. ℞. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, dicit dominus. Et vocabitur nomen eius, admirabilis, deus fortis. ℣. Super ſolium Dauid & ſuper

regnum

regnum eius ſedebit in eternũ. Et vocabitur. Lectio quinta.

HÆc beatiſſima virgo Maria eſt aula regis: cella aromatum: fons hortorum: paradiſus delitiarum. Sicut inter corporis membra ſolus oculus perceptibilis eſt luminis: ſic inter virgines ſola digna inuenta eſt claudere in ſe gloriam diuine maieſtatis. Maria igitur merito interpretatur ſtella maris: quia exemplo virtutum pre radiat vniuerſis. ℟. Deſcẽdet dominus ſicut pluuia in vellus. Orietur in diebus eius iuſtitia, ⁊ abundantia pacis. ℣. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei. Orietur. Lectio ſexta.

IN hoc enim mundo quaſi in mari magno ſumus ⁊ ſpacioſo: illic reptilia, quorum nõ eſt numerus, maligni ſcilicet ſpiritus pyrate crudeles: quod ſi ventum tentationis immitãt: ſi fluctus ſuperbie aut alterius vitii nos iacient: ſi turbationu[m] ſcopulis nos illidant: ad hanc ſtellam erigatur deuote cordis oculus: ⁊ eius beneficio tempeſtas in auram gratam reducetur. ℟. Ecce radix Ieſſe, qui aſcendit in ſalutem populorum: ipſum gentes deprecabuntur. Et erit nomen eius glorioſum. ℣. Dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Iacob in eternum. Et. In tertio nocturno. an. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. an. Beata es Maria, que credidiſti: quoniam perficientur in te, que dicta ſunt tibi a domino. antiphona. Beatam me dicent omnes generationes: quia ancilla humilem reſpexit dominus. ℣. Adiuuabit eam deus. ℟. Deus.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee: cui nomen Nazareth: ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, ⁊ nomen virginis Maria. Omelia. Dom. venerabilis Bede presbyteri. Lectio ſeptima.

EXordium noſtre redemptionis, fratres chariſſimi, hodierna nobis ſancti euangelii lectio commendat: que angelum de celo a deo miſſum narrat ad virginem: vt nouã in carne natiuitatẽ predicaret: per quã nos abiecta vetuſtate noxia renouari, atq[ue] inter filios dei computari poſſimus. ℟. Radix Ieſſe, qui exurget iudicare gentes, in eũ gentes ſperabunt. Et erit nomen eius benedictum in ſecula. ℣. Super ipſum continebunt reges os ſuum: ipſum gentes deprecabuntur. Et. L. viii.

Ut ego ad promiſſę ſalutis mereamur dona pertingere: primordium eius intenta cu(m) remus aure percipere. Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galileę cui nomē Nazareth: ad virginem deſponſatā viro, cui nomen erat Joſeph de domo David: ꝛ nomen virginis Maria. Tu autem. ℟. Naſcetur vobis paruulus, ꝛ vocabitur deus fortis: ipſe ſedebit ſuper thronū David patris ſui, ꝛ imperabit. Cuius poteſtas ſuper humerū eius. ℣. Multiplicabitur eius imperium: ꝛ pacis nō erit finis. Cuius poteſtas. Lectio nona.

Aptum profecto humanę reſtaurationis principiū: vt angelus mitteretur ad virginem partu conſecrandam diuino: quia prima perditionis cauſa fuit humanę: cum ſerpens a diabolo mittebatur ad mulierē ſpiritu ſuperbię decipiendam: immo ipſe diabolus in ſerpente veniebat: qui, genus humanum deceptis parentibus primis, immortalitatis gloria nudaret. Quia ergo mors intrauit per feminam: apte redit ꝛ vita per feminam. Illa a diabolo ſeducta per ſerpentem, viro necis guſtū obtulit: hęc edocta a Deo per Angelum mūdo ſalutis auctorem dedit. Tu autem. ℟. Chriſti virgo dilectiſſima, virtutum operatrix, opem fer miſeris, Subueni domina clamantibus ad te iugiter. ℣. Quoniam mole peccatorum premimur, ꝛ nō eſt, qui adiuuet. Subueni. ℣. Emitte agnum dn̄e dominatorem terrę. ℟. De petra deſerti ad montem filię Sion. In lau. Añā. Prophetę prędicauerūt naſci ſaluatorē de virgine Maria. ps. Dominus regnauit, decorē, ꝛ cęteri ad cęteras Añā. Angelus dn̄i nūciauit Marię ꝛ concepit de ſpiritu ſancto. Añā. Orietur ſicut Sol ſaluator mundi, ꝛ deſcendet in vterū virginis, ſicut imber ſuper gramen. Añ. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuę in aurib9 meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Añā. Maria autē conſeruabat omnia verba hęc, conferens in corde ſuo. Capit.

Egredietur virga de radice Jeſſę: ꝛ flos de radice ei9 aſcendet: ꝛ requieſcet ſuper eū ſpiritus domini. Hym. O glorioſa dn̄a. ℣. Elegit eam deus. Ad Bn̄s. Añā. Aue ſtella matutina. ps. Benedic. Oro. Deus qui de beatę, quę dicatur ad oēs hor. Ad hor. añę de laudib. Ad iij. Cap. Ecce virgo concipiet. ℣. Diffuſa. Ad vi. Cap. Egredietur virga. ℟. Specie tua. Ad ix. Capitulum.

Rorate cęli deſup ꝛ nubes pluant iuſtum: aperiatur terra ꝛ germinet ſaluatorem: ꝛ in-

iuſtitia oriatur ſimul:ego dominus & creaui eum. ℟. Adiuuabit eam deus. Ad veſpe. aña, Prophete prędicauerunt. ps. Dixit dñs dño. 45. & cętere ad cęteros. Cap. ℟. ℣. vt ſupra in j. veſpe. Ad mag. Aña. Alma redéptoris. vel vna de ſupraſcriptis. Oro. Deꝰ, q de beatę Marię

A B O C T A V A

epiphanię vſq; ad puriſi. beatę virgi. Marię officium cõmem. eiuſdem virginis diebus ſabbatis vel alijs diebꝰ prout acciderit fiat per hũc modũ. Ad veſp. Cap. Beata es Maria. ℟. Cõfirmatum eſt cor virginis. Hym. Aue maris ſtella. ℣. Diffuſa eſt gratia. Ad mag. Aña. Aue regina celorum. ps. Mag. Oro. Deus qui ſalu. Ad complet. ad nunc dimittis. Aña. Ecce completa ſũt omnia, quę dicta ſunt per angelum de virg. Maria. Ad matutinum. Inuitatoriũ. In honore beatiſſimę. ps. Venite exultemus. Hymnus. Quem terra Pontus. In j. noc. Aña. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus vẽtris tui. ps. Domine dominus noſter. 3. Cęteri ad cęteras: vt in vtima commemoratione. Aña. Sicut myrrha electa odorẽ dediſti ſuauitatis ſancta dei genitrix. Aña. Speciosa facta es & ſuauis in delicijs tuis ſancta dei genitrix. ℣. Diffuſa eſt gratia. Lectio j.

O Alma virgo Maria: tãto omnibus angelorum ſpiritibus omnibuſque electorũ animabus in cõſpectu filii tui dñi noſtri es glorioſior: quanto ab ipſo meruiſti fieri beatior. Obſecramus ergo te lachrymoſis ſuſpirijs: vt nunc ad gemitum nři merotis aures inclines tuę magnificę pietatis. Nos quidẽ peccatores pro innumerabilibus delictis infernale ſupplicium meruimus: vbi nullatenus pęnitẽtię datur locus: qm̃ fidem aliqñ dño promiſimus: ſed male viuẽdo hactenus mentiri ſumus. ℟. Sancta & immaculata. &c. vt in quotidiano officio. ℟. ij.

O Sancta dei genitrix omnium creaturarũ digniſſima, atq; piiſſima: cęcos cordium oculos terge: atq; ſemitas iuſtitię nobis oſtende. Orando q nobis vitia ſubtrahe, atque ſanctarum virtutũ plantaria inſere. Impetra ęterni tripudii curſu: quem aſſidue ſequitur supernũ brauium. Sic quoque pia domina pro nobis ora in celis: vt deleas quicquid deliquimꝰ in terris. Non enim eſt aliquid tam prauum in nobis, quod oratio tua ſi tibi placeat delere nõ poſſit. ℟. Confirmatum eſt cor virginis, in quo diuina myſteria angelo narrante concepit: quę ſpecioſa forma prę filiis hominum caſtis concepit viſceribus:

Et benedicta in ęternum deus nobis protulit & hominē. ℣. Domus pudici pectoris templum repente fit dei: intacta neſciens virum verbo concepit filium. Et benedicta. Lectio tertia.

O Sacratiſſima virgo Maria: nos, qui hoc credim⁹, quod virgo & mater dei ſis: credendo ſentiamus, ꝙ pro nobis depreceris. Et, qui confitemur te peperiſſe deum & hominem: gaudeamus per te nobis aduenire ſalutem: Et, qui fatemur te omnib⁹ hominibus meliorē: gaudeamus per te percipere fęlicitatem. Et quotieſcunq; ꝓceſſerit ad nos diuina miseratio: tua tunc ne inflemur adſit nutitio. Et ſi venerit tribulatio vel tentatio ne labamur poteſtas ſit tua ſancta oratio. Sic quoque domina clemens ꝓ noſtra ſalute preces funde in cęlis: vt paradiſi poſt obitum frui mereamur gaudiis. ℟. Beata es maria &c. vt in offō quotidiano.

In ii. noct. aña. Speciē tua. aña. Adiuuabit eam Deus. aña. Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. ℣. Specie tua. Lectio iiii.

O Beata dei genitrix virgo Maria: templum dei viui: aula regis ęterni: ſacrarium ſpiritusſancti. Tu virga de radice Ieſſę: tu cedrus in Libano: tu roſa purpurea in Iericho: tu cypreſſus in monte Sion: quę ſingulari priuilegio ſicut neſcis in hominibus comparem: ita nihilominus & angelicam ſuperas dignitatem. Cui nouo & inaudito miraculo datum eſt: vt verbum, quod ante ſęcula deus genuit, fieret filius tuus: & homo, quem tu in fine ſeculi genuiſti, verus atque perfectus eſſet dei filius: gemina quidem natura: ſed vna perſona deus & homo: vnus Emmanuel. ℟. Congratulamini mihi, omnes, qui diligitis dominū quia cum eſſem paruula placui altiſſimo: Et de meis viſceribus genui deum & hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes: quia ancillam humilē reſpexit deus. Et.

Lectio quinta.

O Glorioſa puerpera, in qua ſola reperitur fęcunda virginitas: quę ſic intemeratis viſceribus filium dei protuliſti: vt illibatę pudicitię creſceret integritas: non libido virginalis integritatis ſigillum violaret. Tibi enim dum conciperes ſpiritus ſanctus obumbrauit: non vt ipſe, quod abſit, in ſacratiſſimo vtero tuo fieret pro ſemine ſobolis, ſed vſus potius virtute potentię creatoris. De te ſummus pontifex noſter ſui corporis hoſtiam ſumpſit, quam in ara crucis etiam pro totius mun-

mundi ſalute ſacrificium obtu-
lit. Tu lux oriens Nazareth:
tu letitia Iſrael: tu decus mun
di tu nobilitas populi Chriſtia-
ni. ℟. Continet in gremio ce-
lum terramque regentem: vir-
go Dei genitrix, proceres comi-
tantur heriles: Per quos or-
bis ouans Chriſto ſub princi-
pe pollet. ℣. Beata viſcera
Marię virginis, quę portaue-
runt ęterni patris filium. Per.

Lectio ſexta.

O Regina ⁊ domina mundi
ſcala celi: thronus dei: ia-
nua paradiſi: audi preces pau-
perum: ⁊ ne deſpicias gemitus
miſerorum. Inferantur a te vo-
ta noſtra atque ſuſpiria in con-
ſpectum redemptoris: vt, quę
noſtris excluduntur meritis,
per te locum obtineant apud
aures diuinę pietatis. Dele pec
cata: relaxa facinora: erige la-
pſos: ſolue compeditos: per
te ſuccidantur vepres ⁊ germi-
na vitiorum: prodeant flores ⁊
ornamenta virtutum. Placa
precibus iudicem: quem ſingu-
lari puerperio genuiſti ſaluato-
rem: vt, qui per te particeps fa-
ctus eſt humanitatis noſtrę:
per te quoque nos conſortes ef-
ficiat diuinitatis ſuę. Qui cum
patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ re
gnat per infinita ſeculorum ſe-
cula. Amen. ℟. O magnum
myſterium, ⁊ admirabile ſacra-
mentum, vt animalia viderent
dominum natum. Iacentem in
pręſepio: beata virgo cuius viſce
ra meruerunt portare dominū
Ieſum Chriſtum. ℣. Domine
audiui auditum tuum ⁊ timui:
conſideraui opera tua ⁊ expaui.
in medio duorum animalium.
Iac. In ij. noc. aii. Dignare me
laudare te virgo ſacrata: da mi-
hi virtutem contra hoſtes tuos.
Aña. Gaude Maria virgo: cū-
ctas hereſes ſola interemiſti in
vniuerſo mundo. Aña. Poſt
partum virgo inuiolata permā-
ſiſti: dei genitrix intercede ꝑ no-
bis. ℣. Adiuuabit eam Deus.

Secundum Lucam. 2.

In illo tempore: Erant Io-
ſeph ⁊ Maria mater Ieſu
mirantes ſuper his, quę dicebā-
tur de eo. Et reliqua.

Homilia Origenis. Lectio vij.

Congregemus in vnū ea,
q̄ in ortu Ieſu dicta ſcri-
ptaq; ſunt de eo: tūc ſcire pote-
rimus ſingula quęq; digna eſſe
miraculo: q̄obrē mirabaẜ ⁊ pr̄.
Sic eniʒ appellatus eſt Ioſeph:
q̄a nutricius dn̄i fuit. Mirabaẜ
⁊ mr̄ ſup his, q̄ dicebant de eo.
Quę ergo ſūt q̄ de paruulo Ieſu
fama diſperſerat? Paſtores erāt ī
regione vigilātes ⁊ obſeruantes
vigilias noctis ſup gregē ſuum.
℟. Neſciēs mr̄ virgo viri: pepe
rit ſine dolore ſaluatorē ſeculo-
rum, ipſum regem angelorum

Sola virgo lactabat vbere de cęlo pleno. ℣. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Sola.

Lectio octaua.

Venit angelus ſub ipſa hora Natiuitatis Jeſu: ⁊ ait ad eos. Annuncio vobis gaudium magnum. Ite, ⁊ inuenietis infantem pannis inuolutū, ⁊ poſitum in pręſepio. Necdum angelus verba finierat: ⁊ ecce multitudo cęleſtis exercitus laudare cępit ⁊ benedicere deum. Cūq; hęc paſtores trepidi perſpexiſſent, ⁊ angelus receſſiſſet ab eis: dixerunt adinuicem: Eamus in Bethlehem: ⁊ videam⁹ hoc factum, quod dn̄s oſtendit nobis. Venerunt ⁊ inuenerunt paruulum puerum. Tam illi, quam parentes, quę facta fuerant, mirabantur ſuper hoc. ℟. Beata dei genitrix Maria, cui⁹ viſcera intacta permanēt, ⁊ beata vbera, quę lactauerunt Chriſtum dominum. Quia hodie pro ſalute mundi de virgine naſci dignatus es. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gētes ⁊ adorate dominū. Quia hodie.

Lectio nona.

Et de Simeone ſcribitur: quod rumorem auxerit: ⁊ miraculi vel magna pars fuerit. Tenuit puerum in brachijs ſuis: ⁊ ait: Nunc dimittis dn̄e ſeruum tuum in pace ſecundū verbum tuū. Faſtigium, ⁊, vt ita dicam: culmen ſuper his, quę iactabātur de Jeſu: ⁊ pater ⁊ mater illius mirabātur: ſermo Simeonis fuit. Non ſuffecit ei tenere paruulum, ⁊ ea quę de ſemetipſo ſcripta ſunt, proloqui: ſed benedixit patri illius ⁊ mrī: ⁊ de ipſo quoq; prophetauit infante dicens: Ecce hic poſitus eſt in ruinam, ⁊ in reſurrectionem multorū in Iſrael: ⁊ in ſignum, cui contradicet. ℟. Gaude Maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti, quę Gabrielis archangeli dictis credidiſti. Dum virgo deum ⁊ hominē genuiſti, ⁊ poſt partū virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Gabrielē archangelum ſcimus diuinitus te affatum: vterum tuū de ſpiritu ſancto credimus impregnatum: erubeſcat Judęus infelix, qui dicit Chriſtum ex Joſeph ſemine eſſe natum. Dum virgo. Te deū laudamus. ℣. Ora pro nobis ſcā dei genitr. In laud. aīa. O admirabile cōmercium, creator generis humani animatū corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt: ⁊ ꝓcedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuā deitatē. ℣. Dn̄s reg. de. 62. Cęteri ad cęteras. Aīa. Qn̄ natus es ineffabiliter ex virgine: tūc implete ſunt ſcripturę: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti: vt ſaluū faceres genus humanū: ⁊c

te laudamus Deus noſter. Añ. Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruataꝫ agnouimus tuam laudabilem virginitatem: dei genitrix intercede pro nobis. Aña. Germinauit radix Jeſſę: orta eſt ſtella ex Jacob: virgo peperit Saluatorem, te laudamus deus noſter. Antiphona. Eccce Maria genuit nobis Saluatorem, quem Johannes videns exclamauit dicens: ecce agnus Dei: ecce, qui tollit peccata mundi, haleluiah. Cap. Jn omnibus requiē. Hymnus. O glorioſa domina. ℣. Elegit eam deus. Ad Benedictus. Aña. Aue ſtella. Oratio. Deus, qui ſaluta. quę dicatur ad omnes horas. Ad hor. añā. de lau. Cap. ⁊ ℟. vt in j. comme. Ad veſperas ſecundas añā. O admirabile. ps. Dixit ⁊c. ad cęteros quādo agitur infra hebdom. Capitu. Beata es Maria. ℟. Gaude Maria. Hymnus. Aue maris ſtella. Ad Magnificat. Antiphona. Aña. vel Anima mea. vel Quam pulchra. Oratio, vt ſup. Ad complet. vt ſupra.

De xv. pſal. antiphona matu. dicendis rubrica 10.

CVM FRATRES ad Matutinum.

conuenerint finita pulſatione. ſi xv. pſal. dicendi fuerint, dicat hebdomadarius.

Adiutoriū noſtrū in noīe dñi. reſpondeat chorus, Qui fecit cęlum ⁊ terram. Demum vterque Chorus ſedendo proſequatur alternatim. Pſalmus. Ad dominum cum tribularer. ps. Leuaui oculos. ps. Lętatus ſū. ps. Ad te leuaui. ps. Niſi quia. Jn fine cuiuſlibet Pſal. dicat. Gloria patri. Deinde dicatur. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Jnclinando vel proſtrando pro tempore. Et ne nos. ℣. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui. ℟. Viſita nos in ſalutari tuo. ℣. Memor eſto congregationis tuę. ℟. Quam poſſediſti ab initio. ℣. Domine exaudi orationem. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper ⁊ parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: vt, quos delictorum catena conſtringit: miſeratio tuę pietatis abſoluat. Per Chriſtum dñm noſtrū. ps. Qui cōfid. 56. ps. Jn cōuertendo. ps. Niſi dominus. ps. Beati omnes. ps. Sępe expugnauerūt. Gloria. Kyrie elei. Pater noſter. vt primo. Et ne nos. ℣. Dñe ſaluos fac reges. ℟. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. ℣. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio.

PRetende domine famulis ⁊ famulabus tuis dexterã celeſtis auxilii: vt te toto corde perquirant, ⁊ que digne poſtulant aſſequantur. Per dñm.

pſ. De profundis clamaui. 57. Pſal. Domine non eſt exaltatum. pſ. Memento dñe. 58. Pſal. Ecce quam bonum. 58. Pſal. Ecce nunc benedi. 58. Iſti quinque pſalmi ſub vno. Requiem eternam. terminentur ſine Kyrie eleiſon. dicatur Pater noſter. Et ne nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

ABſolue q̃s dñe animas famulorum ⁊c. Et terminetur tres precedẽs oratio. cum Per Chriſtum dominum nrm.

Et ſciendum ꝙ qñ in matutinis dici ſunt proſtrationes, tunc ad Pr nr. ℣. ⁊ orationes de xv. pſal. fratres debent eſſe proſtrati. Qñ autem in matu. proſtrationes non fiunt, tunc ad Pr nr. tñ inclinent. Ad ℣. vero ⁊ orationes ſtent ℣. altare, prout etiã ſupra fuit dictũ. More ſupradicto xv. pſal. ſunt dicendi per ferias totius anni, etiam paſch. tempore. Et in feſtis trium lect. ⁊ per oct. cões. Diebus vero domin. ⁊ in feſtis ix. lectio. ⁊ ſupra, ⁊ per oct. ſolennes. Et in vigil. epiph. Et in triduo ante paſch. quindecim pſ. in choro non dicant.

HORAE BEATAE Marie virginis

ante horas cano. dicantur: excepto completorio quod ſemper dicitur poſt compl. ⁊ dñr ſtãdo ſine nota. ⁊ quãtum ad proſtrationes ⁊ inclinationes cõformitas ad hor. cano. obſeruetur.



A Purificatiõe vſque ad aduẽ. dñi dicẽde fuerint, dicantur hoc modo: finẽ tis xv. pſa. ſi dici debeant. dicat hebdoma.

Aue Maria gratia plena dñs tecũ. ℟. Bñdicta tu in mulieribus, ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui.

AD MATVTINVM.

DOmine labia mea aperies. Deus in adiutoriũ. Inuit. Aue Maria gratia plena Dñs tecum. pſ. Venite exultemus. Hym. Quẽ terra. Pontus. pſ. Dñe dñs nr. pſ. Celi enarrant. pſ. Dñi eſt terra. Dicantur die dñico, ⁊ feria ii. ⁊ v. añ. Bñdicta tu in mulieribus, bñdict⁹ fructus ventris tui. ℣. Diffuſa eſt gratia. iſte ℣. nunquam mutat. Feria iii. ⁊ vi. dicantur. pſ. Eructauit cor. 17. pſ. Deus noſter refugiũ. pſ. Fundamẽta ei⁹. 34. añ. Specie tua ⁊ pulchritudine

ne tua: intende, proſpere proce-
de, ⁊ regna. ℣. Diffuſa .
Fer. iiii ⁊ ſab. ps. Cantate do
mino. 27. ps. Dñs regna. exul-
tet. ps. Cãtate dño. ij. 36. aña.
Gaude Maria virgo cunctas
hereſes ſola interemiſti in vni-
uerſo mundo. ℣. Diffuſa . Pr
noſter . ℣. Et ne nos . ℣. Jube
domine benedicere. Prima be
nedictio Alma virgo . Lect. j.

S Ancta Maria virgo vir-
ginum, mater ⁊ filia regis
regum omnium: tuũ nobis im-
pende ſolatiuz: vt cęleſtis regni
per te mereamur habere ꝓmiũ:
⁊ cum electis dei regnare in per
petuum. Tu autem . ℟. Sãcta
⁊ immaculata virginitas, quibꝰ
te laudibus efferam , neſcio :
Quia, quem cęli capere non po
terant, tuo gremio contuliſti .
℣. Benedicta tu in mulieribꝰ ,
⁊ bñdictus fructus vẽtris tui .
Quia, quem. Jube. Secunda .
Bñd. Nos cum prole. Lect. ij.

S Ancta Maria piarũ piiſ-
ſima : intercede pro nobis
ſanctarũ ſanctiſſima : vt per te
virgo glorioſa noſtra ſumat pre
camina, qui pro nobis ex te na-
tus regnat ſuper ęthera vt ſua
charitate noſtra deleantur pec-
camina. Tu autem . ℟. Beata
es Maria, quę dominum porta
ſti creatorem mundi: Genuiſti,
qui te fecit, ⁊ in ęternuz perma-
nes virgo. ℣. Aue Maria gra-
tia plena dominus tecum . Ge-
nuiſti. Jube . Tertia bñdictio
Sancta Dei. Lectio tertia.

S Ancta Dei genitrix, quę
digne meruiſti concipere,
quem totus orbis nequiuit cõ-
prehendere: tuo pio interuentu
culpas noſtras ablue: vt peren-
nis ſedem glorię per te redem-
pti valeamꝰ ſcãdere: vbi manes
cum filio tuo ſine tpe. Tu autẽ.
℟. Felix namqꝫ es. totum, vt ſu.
Te Deum laudamus. Te Deũ.
ſemper dicatur, pręterquam in
aduẽ. ⁊ a lxx. vſque ad paſcha:
⁊ tunc etiã in feſtis ix. lect. in q̃-
bus. Te deum dicitur. conſimi
liter dicatur Et dum Te Deũ .
non dicitur . ℟. Felix. propter
hoc non reſumat. Sacerdos. ℣.
Ora pro nobis . In laud. aña.
Aſſumpta eſt Ma. cũ hac ſola.
ps. Dñs regna. Cap. In omni-
bus requiem. Hym. O glorio-
ſa Domina. ℣. Elegit eam .
ad Bñ aña. O glorioſa dei geni-
trix virgo ſemper Maria, quę
dñm omnium meruiſti portare:
⁊ regem angelorum ſola virgo
lactare : noſtri q̃s pia memora-
re: ⁊ pro nobis ſemper Chriſtuz
deprecare: vt, tuis fulti patroci-
niis ad cęleſtia regna merea-
mur peruenire. Oratio . Deus,
q de beatę. Prim. aña Virgo Ma
ria non eſt tibi ſimilis nata in
mundo inter mulieres : florens
vt roſa, fragrans ſicut liliũ : ora

pro nobis ſancta Dei genitrix. ℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata. ℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Oratio.

Beatę, τ glorioſę, ſemperq; virginis Marię genitricis dei: queſumus omnipotens deus: vt interceſſio glorioſa nos protegat: τ ad vitam eternam perducat. Per eundem.

Hec aña, τ oro dicantur in fine omnium horarum. Ad j. Hymnus.

Memento ſalutis auctor
Quod noſtri quondã corporis:
Ex illibata virgine
Naſcendo formã ſumpſeris.
Maria mater gratię:
Mater miſericordię:
Tu nos ab hoſte protege:
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi domine:
Qui natus es de virgine:
Cum patre τ ſancto ſpiritu:
In ſempiterna ſecula. Amẽ.

Aña. Aſſumpta eſt. ps. Deus in nomine tuo. 48. ps. Laudate dominum omnes gentes. 47. ps. Confitemini domino, quoniam bonus. Capitulum.

Ab initio τ ante ſecula creata ſum, τ vſque ad futurum ſeculum non deſinam: τ in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. ℟. Sancta Maria mater Chriſti audi rogantes ſeruulos. ℣. Et impetratã nobis celitus tu defer indulgẽtiã. ℟. Sãcta Dei genitrix. Oro.

Concede queſumus omnipotens τ miſericors deus fragilitati noſtrę pręſidium: vt, qui ſanctę dei genitricis virginis Marię memoriam agim⁹ τ interceſſionis eius auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundẽ. Ad iij. hym. Memento ſalutis auctor. Aña. Maria virgo aſſumpta eſt ad ęthereum. ps. Ad dominum cũ tribularer. 56. ps. Leuaui oculos meos. ps. Letatus ſum in his. Cap. In Sion firmata. ℟. Sacra dei genitrix virgo ſemper Maria. ℣. Intercede pro nobis ad dominum deum noſtrũ. ℣. Ora pro nobis. Oro. Deus, qui ſalutis ęternę. vtſu. Ad vi. hym. Memẽto ſalutis auctor. Aña. In odorem vnguentorũ. ps. Ad te leua. 56. ps. Niſi quia dominus erat in nobis. ps. Qui confidunt in domino. ℟. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℣. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. ℣. Poſt partum virgo. Oratio. Deus, qui virginalem aulam. vt ſupra. Ad ix. hymnus. Memento ſalutis auctor. Antiphona. Pulchra es. Pſal. In conuertendo 57. ps. Niſi dominus ędificauerit. ps. Beati omnes qui timent dominum. Cap. Sicut cinnamomum. ℟. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti.

℣. Dei

℣. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Speciosa facta es et suauis. ℟. In delicijs tuis sancta dei genitrix. Oratio. Famulorum tuorum. Ad veſp. pſ. Dixit dñs. pſ. Laudate pueri. Lętatus. pſ. Niſi dñs. pſ. Lauda Jeruſalem. Añ. Beata mater et intacta virgo glorioſa: regina mundi intercede pro nobis ad dñm. Cap. Beata es Maria. Hym. Aue maris ſtella. Ad cuius inceptionem fratres pro tempore genuflectant vel incliment. ℣. Diffuſa eſt gratia. Ad Magnificat. añ. Sancta Maria ſuccurre miſeris: iuua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fęmineo ſexu. Oratio. Concede nos famulos. Ad Completorium. Conuerte nos deus ſalutaris noſter. ℟. Et auerte. Deus in adiutoriū. pſ. Uſquequo dñe obli. 4. pſ. Judica me deus et diſcerne cauſam. 20. pſ. Sepe expugnauerunt me. 57. pſ. Domine non eſt exaltatum. Añ. Cum iucũditate memoriã beatę Marię celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad dominum Jeſum Chriſtum. Capitulum.

FElix nanq̃ es ſacra virgo Maria, et omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię Chrs deus noſter. Hym. Uirgo ſingularis. ℣. Ecce ancilla domini. ℟. Fiat mihi ſm verbum tuum. ad Nunc dimittis. Añ. Sub tuũ pręſidiũ confugimus ſancta dei genitrix: noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris: ſed a periculis cũctis libera nos ſemp virgo glorioſa atq̃ benedicta. Oro.

GRatiam tuam quęſumus domine mentibus noſtris infunde: vt, q angelo nunciante Chriſti filij tui incarnationẽ cognouimus: per paſſionem eius et crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundẽ. Completorium nunq̃ mutatur.

DE BEATA VIRGINE Maria per aduentum vſq; ad natiuit. dñi: cętera oia vt ſupra niſi q ad oẽs horas mutantur cap. et añę, et orationes. Ad laudes et p horas añę laudũ: put in annunciatione virginis Marię videlicet. Prophetę prędicauerunt, prout ordinatum fuit in capitulo Bruxillenſi cętera oia alia vt ſupra. Ad Matutinum. et Ad vj. cap. Egredietur virga de radice Jeſſę, et flos de radice. Ad j. et ad ix. cap. Rorate cęli deſuper, et nubes pluant iuſtum. Ad iij. et ad veſ. Ecce virgo concipiet et pariet filiũ, etc. Oratio. Deus, qui de beatę Marię: quę dicatur ad omnes horas.

A NATIVITATE domini vſq; ad purificationem virg. Marię: cętera omnia, vt

ſupra ante aduen. niſi q̄ ad hor. mutantur añe, ꝛ orationes. Ad matut. in laud. ſuper pſ. antiph. **O admirabile commercium.**

Ad benedictus. Antiphona. **Virgo verbo concepit: virgo ꝑmanſit: virgo peperit regem, omnium regum.** Oratio **Deus qui ſalutis eterne.** que dicat ad omnes ho. Ad j. aña. **O admirab.** Ad iij. aña. **Quando natus es.** Ad vj. añ. **Rubum, quem vid.** Ad nonam añ. **Ecce Maria.** Ad veſp. aña. **O admirabile.** Ad Mag. aña. **Neſciens mater virgo virum peperit ſine dolore ſaluatorem ſeculorū, ipſū regem angelorum ſola virgo lactabat vbere de celo pleno.** Oratio **Deus, qui ſalutis eter.**

Hoc ſupradicto modo quotidianum beate virginis officium agatur ad omnes horas per annum. Sed intermittitur in choro in vigilia Natiuit. dñi ad matuti. ꝛ deinceps vſq; in craſtinū circunciſionis: Et in vig. Epiph. ad matutin. ꝛ ad alias horas, ꝛ per octauas epiphanie. Similiter per oēs alias octauas ſolennes, ꝛ in feria quarta ante cenā dñi, veſperis, ꝛ deinceps vſq; ad peractas octauas paſche. Similiter in feria ſexta, poſt octauas aſcenſionis ad matutinas, ꝛ deinceps vſq; in craſtinum trinitatis. Item in omnibus feſtis duplicibus, ꝛ totis dupl. in primis veſperis, ꝛ ꝑ totū diem feſti. Itē intermittitur in vigilia aſſumptionis virginis ad matutinas, ꝛ ad alias horas, ꝛ quandocunq; de beata virgine totū officiū agitur. Intermittitur etiā in choro feria quarta quatuor tēporꝫ in aduentu ꝑp euangeliū **Miſſus eſt** ꝛ hoc tam in matut. q̄ in horis, vſq; ad veſperas excluſiue. Si q tamen in predictis temporibus, quando dicūt beate virginis hore non dicuntur in choro, ex deuotione dicere voluerint, ad partem, ꝛ ſubmiſſe ipſas dicant.

IN CIPIT OFFICIVM

mortuorum, prout i **Rub. 11.** Añ.



Placebo domino i regione viuorum. pſ. **Dilexi. 47.** Aña. **Heu me, quia colatus meus prolōgatus eſt.** pſ. **Ad dñm. 56.** Aña **Dñs cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animā tuam dñs.** pſ. **Leuaui oculos. 56.** Aña. **Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit?** pſ. **De profundis. 57.** Aña. **Opera manuum tuarum dñe ne deſpicias.** pſ. **Confitebor. 46.** Añ. **Audiui vocem de celo dicentem: beati mortui qui in domino moriuntur.** pſ. **Magnificat, 64. Pater noſter. Et ne nos.** pſ. **Lauda aīa mea.**

℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Credo videre bona domini. ℟. In terra viuentium. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oratio. Abſolue quęſumus. Ad Matu. In j. noct. Antiph. Dirige domine deus meus in conſpectu tuo viā meam. Ps. Verba mea. 2. Aña. Conuertere domine, ⁊ eripe animam meam, quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui. Ps. Domine ne in furore. j. 2. Antiph. Ne quando rapiat vt leo animam meam dū non eſt, qui redimat, neque qui ſaluam faciat. Ps. Domine deus meus. 3. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine. Pater noſter.

Iob cap. vij. Lectio j.

PArce mihi domine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo: ⁊ ſubito probas illū. Uſquequo non parcis mihi, nec dimittis me: vt glutiam ſaliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi o cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi: ⁊ factus ſum mihi metipſi grauis? Cur non tollis peccatum meum: ⁊ quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam: ⁊ ſi mane me quęſieris non ſubſiſtam. ℟. Credo, quod redemptor meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: Et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. ℣. Quem viſurus ſum ego ipſe, ⁊ non alius: ⁊ oculi mei conſpecturi ſunt. Et.

Lectio ſecunda.

TÆdet animam meam vitę meę: dimittam aduerſum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animę meę: dicam deo, noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris, ⁊ opprimas me opus manuum tuarum: ⁊ conſilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo ⁊ tu videbis? Nunquid ſicut dies hominis dies tui: ⁊ anni tui ſicut humana ſunt tempora: Ut quęras iniquitatem meam ⁊ peccatum meum ſcruteris? Et ſcias, quia nihil impium fecerim: cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere. ℟. Qui Lazarum reſuſcitaſti a monumento fętidū: Tu eis domine dona requiem ⁊ locum indulgentię. ℣. Qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. Tu

Lectio tertia.

MAnus tuę domine fecerunt me: ⁊ plaſmauerunt me totum in circuitu: ⁊ ſic repente

pente

pente precipitas me? Memento, queſo, quod ſicut lutum feceris me: ⁊ in puluerem reduces me. Nōne ſicut lac mulſiſti me: ⁊ ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle ⁊ carnibus veſtiſti me: oſſibus ⁊ neruis compegiſti me. Vitam ⁊ miſericordiam tribuiſti mihi: ⁊ viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. ℟. Domine, quando veneris iudicare terram, vbi me abſcondam a vultu ire tue? Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commiſſa mea paueſco, ⁊ ante te erubeſco: dū veneris iudicare, noli me condemnare. Quia. Requiē. In ij. noc. Añ. In loco paſcue ibi me collocauit. ℣ Dñs regit me. 9. Añ. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorātias meas ne memineris dñe. ℣ Ad te dñe le. 10. Añ Credo videre bona dñi in terra viuentium. ℣ Dñs illum. ℣. In memoria eterna. Pater nr. L. iiij.

Quantas habeo iniquitates ⁊ peccata: ſcelera mea atque delicta oſtēde mihi. Cur faciem tuam abſcondis: ⁊ arbitraris me inimicum tuum? Cōtra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuā: ⁊ ſtipulā ſiccā pſequeris. Scribis enim contra me amaritudines: ⁊ conſumere me vis peccatis adoleſcētie mee. Poſuiſti in neruo pedem meum: ⁊ obſeruaſti omnes ſemitas meas: ⁊ veſtigia pedū meorum cōſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum: ⁊ ſicut veſtimentum, quod comeditur a tinea. ℟. Heu me dñe, quia peccaui nimis in vita mea: quid faciam miſer? vbi fugiam niſi ad te Deus meus? miſerere mei: Dum veneris in nouiſſimo die. ℣ Anima mea turbata eſt valde: ſed tu dñe ſuccurre ei. Dum veneris. Lectio quinta.

Homo natus de muliere breui viuens tempore: replet multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur: ⁊ fugit velut vmbra: ⁊ nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignū ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos: ⁊ adducere eum tecum in iudicium? Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu, q ſolus es? Breues dies hominis ſunt: ⁊ numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius, qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo: vt quieſcat donec optata veniat: ⁊ ſicut mercenarij [illegible] eius. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe: Dum veneris iudicare ſeculū per ignem. ℣ Dirige dñe de⁹ meus in ꝯſpectu tuo viā meā. Dum veneris. Lectio vj.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, ⁊ abſcondas me: donec pertranſeat furor tuus: ⁊ conſtituas mihi tēpus,

pus, in quo recorderis mei? Pu-
tas ne mortuus homo rurſum
viuat? Cunctis diebus quibus
nunc milito expecto donec ve-
niat immutatio mea. Vocabis
me, ⁊ ego reſpondebo tibi. Ope-
ri manuum tuarū porriges dex-
teram: tu quidem greſſus meos
dinumeraſti: ſed parce peccatis
meis. ℟. Domine ſecundum a-
ctum meum noli me iudicare:
nihil dignum in conſpectu tuo
egi: Ideo deprecor maieſtatem
tuam: vt tu deus deleas iniqui-
tatem meam. ℣. Amplius, laua
me dñe ab iniquitate mea: ⁊ a pec-
cato meo mūda me, quia tibi ſo-
li peccaui. Ideo, Requiem. In
iij. noct. añ. Complaceat tibi do-
mine, vt eruas me, dñe ad adiu-
uandum me reſpice. ps. Expe-
ctans expectaui. 16. Añ. Sana
dñe animam meam, quia pecca-
ui tibi. ps. Beatus, qui in. 16.
Añ. Sitiuit anima mea ad deū
fontem viuum, quando veniam
⁊ apparebo ante faciem Dei. ps.
Quemadmodum. 17. ℣. Ne tra-
das beſtijs animas confitentes
tibi. ℟. Et animas pauperū tuorum
ne obliuiſcaris in finē. Lect. vij.

SPiritus meus attenuabi-
tur: dies mei breuiabunt,
⁊ ſolū mihi supereſt ſepulchrū.
Non peccaui: ⁊ in amaritudini-
bus moratur oculus meus. Li-
bera me domine: ⁊ pone me iux-
ta te: ⁊ cuiuſuis manus pugnet
contra me. Dies mei tranſierūt:
cogitationes meę diſſipatę ſunt:
torquentes cor meum. Noctem
verterunt in diem: ⁊ rurſum poſt
tenebras ſpero lucem. Si ſuſti-
nuero, infernus domus mea eſt,
⁊ in tenebris ſtraui lectulū meū.
Putredini dixi, pater meus es:
mater mea, ⁊ ſoror mea vermi-
bus. Ubi eſt ergo nunc prę ſtola-
tio mea ⁊ patientia mea? Tu es
dñe deus meus. ℟. Peccantem
me quotidie ⁊ non me pęniten-
tem timor mortis cōturbat me.
Quia in inferno nulla eſt redē-
ptio: miſerere mei deus ⁊ ſalua
me. ℣. Deus in nomine tuo ſal-
uum me fac: ⁊ in virtute tua iu-
dica me. Quia. Lect. viij.

PElli meę conſumptis car-
nibus adhęſit os meum: ⁊
derelicta ſunt tantummodo la-
bia circa dentes meos. Miſere-
mini mei: miſeremini mei: ſaltē
vos amici mei: quia manus domi-
ni tetigit me. Quare perſequi-
mini me ſicut deus: ⁊ carnibus
meis ſaturamini? Quis mihi
hoc tribuat, vt ſcribātur ſermo-
nes mei? Quis mihi det, vt exa-
rētur in libro ſtylo ferreo, ⁊ plū-
bi lamina, vel celte ſculpantur
in ſilice? Scio enim, ꝙ redēptor
meus viuit, ⁊ in nouiſſimo die de
terra ſurrecturus ſum: ⁊ rurſum
circundabor pelle mea: ⁊ in car-
ne mea videbo deum ſaluatorem
meum. Quē viſurus ſum ego ip
ſe,

ſe, ⁊ oculi mei conſpecturi ſunt ⁊ nō alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ℞. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Qui lazaruꝫ reſuſcitaſti a monumento fetidum: tu eis domine dona requiem ⁊ locum indulgentie. Et. Lectio nona.

Quare de vulua eduxiſti me: qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret. Fuiſſem, quaſi non eſſem: de vtero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dieruꝫ meorum finietur breui? Dimitte ergo me domine, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam: ⁊ non reuertar ad terram tenebroſam ⁊ opertam mortis caligine: terram miſerie ⁊ tenebrarum: vbi vmbra mortis, ⁊ nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. ℞. Libera me dñe de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi mouendi ſunt ⁊ terra. Duꝫ veneris iudicare ſeculū ꝑ igneꝫ. ℣. Dies illa dies ire: calamitatis, ⁊ miſerie: dies magna ⁊ amara valde. Quando. Requiem eternam. Dum vene. In laudi. Aña. Exultabunt domino oſſa humiliata. Ps. Miſerere. 20. Aña. Exaudi deus orationem meam, ad te omnis caro veniet. Ps. Te decet. 25. Antiph. Me ſuſcepit dextera tua domine. Ps. Deus deus. Antiph. A porta inferi erue domine animas eorum. Ps. Ego dixi. Antiph. Omnis ſpiritus laudet dominū. Ps. Laudate. Ad benedictus aña. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita: qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis, qui viuit ⁊ credit in me non morietur in eternum. Ps. Benedic. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. Ps. Voce mea. 60. Ps. De profundis. 57. Sacer. ℣. A porta inferi. ℣. Credo videre bona domini. ℣. Domine exaudi orationem. Oratio.

Deus, qui nos patrem, ⁊ matrem honorare precepiſti: miſerere clementer animabus parentum noſtrorum: eorumqꝫ omnia peccata dimitte: noſqꝫ eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Oratio.

Deus venie largitor, ⁊ humane ſalutis amator: queſumus clementiam tuam: vt noſtre congregationis fratres: familiares, ⁊ benefactores: qui ex hoc ſeculo trāſierūt: beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per dominum. Oratio.

Fidelium deus omniū conditor ⁊ redemptor: animabus famulorum, famularumqꝫ tuarum remiſſionē cunctorum

tribue

tribue peccatoꝛum: vt indulgentiam, quaꝫ ſemper optauerunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis ꝛ regnas cum eo. ℣. Requieſcant in pace. Aña. Creatoꝛ omnium deus, qui me de limo terrę foꝛmaſti, ꝛ mirabiliter pꝛetioſo ſanguine redemiſti: coꝛpuſq; meum, licet modo putreſcat: de ſepulchꝛo facies in die iudicii reſuſcitari: Exaudi, exaudi, exaudi: vt animam meam in ſinu Abꝛahę patriarchę tui iubeas collocari.

OFFICIVM

pꝛędictum defunctoꝛum ſine nota, per totum annum dicendū eſt in choꝛo, niſi in ſabb. ꝛ quando in craſtino eſt feſtum ix. lectionum, vel ſemiduplex, vel de beata virgine agitur in conuentu, ꝛ niſi in feſtis duplicibus, ꝛ totum duplicibus, in vtriſq; veſpe. Similiter non dicatur in choꝛo a natiuitate domini vſq; ad octauas Epiphanię, ꝛ in feria quarta ante cęnam domini, ꝛ deinceps, vſq; ad oct. Paſchę, ꝛ a vigilia aſcenſionis, vſq; ad oct. trini. ꝛ per octauas ſolennes ꝛ communes. In his tamen tempoꝛibus ſi funus pꝛęſens fuerit, officium pꝛędictum pꝛo eo agi poterit, pꝛęterquam in die natiuitatis domini, paſchę, ꝛ pentecoſtes, ꝛ in triduo ante paſcha. In quadrageſima incipiendo ſcilicet a dominica j. quadrageſimę, dicantur vigilię cum ix. lectionibus. Et idem fiat de vltimo die ante natiuitatis domini vigiliam. Aliis vero tempoꝛibus anni dicatur cum tribus lectionibus ſic quod dominicis diebus, ꝛ fer. iiij. dicatur pꝛimus nocturnus. In ſecunda ꝛ quinta feria ſecundus nocturnus. In tertia ꝛ ſexta fer. tertius nocturnus. Laudes ſemper coniungantur cum vigiliis, ꝛ veſp. pꝛęmittantur. De hoꝛa autem dicendi vigilia. hoc obſeruetur, quod ſemper extra quadrageſimam, ꝛ etiam dominicis diebus infra quadrageſimam veſperę defunctoꝛ immediate dicta nona dicant: Et dictis veſperis diei, matutinę defunctoꝝ dicantur. In feriis vero quadrageſimę, veſperę defunctoꝝ dicantur poſt veſperas diei ante pꝛandiū, ꝛ dictis gratiis poſt pꝛandiuꝫ, dicantur matutinę defunctoꝝ, vel potius poſt aliquantū interuallū ante collationē, ad hoc facto aliquo ſigno ſpeciali. Pꝛo fratre cuiuſcunq; pꝛouincię oꝛdinis noſtri in quolibet cōuētu ſuę pꝛouincię, ꝛ pꝛo pꝛioꝛe generali ꝑ totius oꝛdinē, vbi de obitu ipſius conſtiterit, vigilię ix. lect. cum nota ſolenniter celebꝛentur. Idem fiat de ſpecialibus patronis in conuentibus quibuſcunque. Dum autem vigilię cum nota di-

cendę

cedę fuerint, cantor ordinet fratres pro lect. legendis: ⁊ verſibus cantandis: Et ſecundum quod maior, vel minor ſolennitas ſeruāda fuerit, ſm hoc, omnes, vel aliqui vitari poterunt verſus a duobus: Pſalmus quoqꝫ Lauda aia. in veſperis: Et Pſ. Uoce mea, De profundis, in matutinis, dicātur in voce mediocri: Et in medio verſus, ⁊ in fine, cū nota Sa Re. Sciendum eſt etiā, ꝙ dum vigilia fuerit ſpecialiter pro aliquo defuncto dicenda, ſiue pręſens fuerit, ſiue non. Prima oratio ſi epiſcopus fuerit.

Deus qui inter apoſtolicos.

Ferijs ſecundis fiat proceſſio pro defunctis, in qua ſint quatuor ſtationes, prout in Rub. 37. ⁊ addatur iſta oratio. Abſolue quęſumus domine. ſub vno. Per dñm nrm. Oratio.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulū tuum N. pontificali feciſti dignitate vigere: pręſta queſumus: vt quorum vicem ad horaꝫ gerebat in terris: eorum perpetuo conſortio lętetur in cęlis. Oratio. Abſolue quęſumus domine. Per do. Si fuerit pro vno defuncto dicatur. Inclina. Cum oratione Abſolue quęſu. Oratio.

Inclina dñe aurem tuaꝫ ad preces noſtras quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur: vt animam famuli tui quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti: in pacis ac lucis regione cōſtituas: ⁊ ſanctorum tuorum iubeas eſſe ꝯſortē. Abſolue. Per. Si femina fuerit dicatur prima. Oratio.

Quęſumus domine pro tua pietate miſerere animę famulę tuę: atqꝫ a contagijs mortalitatis exutam, in ęternę ſaluationis parteꝫ reſtitue. Abſolue quęſumus domine. In anniuerſario prima oratio tam pro viro, ꝗ̄ pro femina dicatur ad veſperas, ⁊ ad matutinum. Oratio.

Deus indulgentiarum domine: da aīę famuli tui vel famulę tuę N. cuiꝰ anniuerſarium depoſitionis diem commemoramus: refrigerij ſedem: quietis beatitudinem: ⁊ luminis claritatem. Abſolue quęſumus. Oño ad matut. Si fuerit epiſcopus oratio prima Deus, qui inter apoſtolicos. Cum iſta oratione, Fidelium. ſub vno Per dominum. Pro, quolibet alia oratio. Inclina. Deus venię. Fidelium. Pro femina dicit̄ orō. Quęſumus domine pro tua. Deus venię. Fideliuꝫ. Pro anniuerſario orō Deꝰ idulgētiaꝝ. Deꝰ venię. Fideliū Deus. Orō.

Abſolue quęſumus domine animas famulorum, famularumqꝫ tuarum ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria, inter ſanctos, ⁊ electos

electos tuos reſuſcitati, reſpirēt. Per dominum noſtrum.

Ante miſſam in die aiarum fiat comme. defunctorū hoc modo, ſedendo incipiatur. ps. In exitu. 45 vſqꝫ ad pſalmum. Ad dominum, cum tribularer, ꝛ in fine cuiuſlibet pſalmi dicat. Requiē. Sequitur R. fine nota. Subuenite ſancti dei, occurrite angeli dñi ſuſcipientes animas omniū fideliū defunctorū. Offerentes eas in cōſpectu altiſſimi. V. Suſcipiat eas Chriſtus, qui vocauit eas, ꝛ in ſinu Abrahę deducat eas. Offerentes. Oratio.

Tibi dñe cōmendamus aīas omnium fidelium tuorū: vt defuncti ſeculo tibi viuant: ꝛ quę per fragilitatem mundanę conuerſationis peccata admiſerunt: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Oratio.

Deus pietatis, ꝛ bonitatis inuictę, ꝛ ſempiternę clementię: te ſuppliciter poſtulamus: vt animas omnium fideliū tuorum: quas de huius ſeculi ęrumnoſa peregrinatione precepiſti vocari: vniuerſa delictorū remiſſione conceſſa, in ſinu Abrahę iubeas collocari. Obſecramus ergo te piiſſime pater, vt quos vnigeniti tui cruor redemit effuſus, non ſinas vermibus perpetuis vorari: ſed angelici agminis deductione protecti: paradiſi tui potiantur ſuauitate ſecuri: ꝛ inter victricium martyrum triumphales cateruas coronati incedant: a dextris filij tui retributionē recepturi aſſiſtāt: ꝛ ſanctorū tuorum felici cōſortio deputati regnū cęleſte poſſideāt. Oro.

Viri vulneris nouitate percuſſi, ꝛ quodam modo cordibus ſauciati: miſericordiā tuā mundi redēptor flebilibus vocibus imploramus: vt animas omnium fidelium tuorū ad tuā clemētiam, qui fons es pietatis, reuertentes: blande, leniterqꝫ ſuſcipias. Et ſi quas illę ex carnali contagione contraxerunt maculas: tu Deus inolita bonitate clementer deleas: pie indulgeas: obliuioni in perpetuum tradas, atqꝫ has laudes tibi cum cęteris reddituras, ꝛ ad corpus quandoqꝫ reuerſuras: ſāctorū tuorū cętibꝰ aggregari pcipias. Alia orō.

Miſericordiam tuam, dñe, ſancte pater omnipotens ęternę Deus, pietatis affectu rogare pro alijs cogimur: qui pro noſtris ſupplicare peccatis nequaquam ſufficimus: tamen de tua cōfiſi gratuita, ꝛ inolita benignitate clementiā tuam depoſcimus: vt animas omnium fidelium tuorum ad te reuertentes cum pietate ſuſcipias: adſit eis angelus teſtamēti tui Michael: ꝛ per manus ſanctorum angelorum tuorum inter electos tuos in ſinibus Abrahę, Iſaac, ꝛ Iacob

cob Patriarcharuꝫ tuorū eas collocare digneris: quatenus liberatę de principibus tenebrarū, & de locis pęnarum, nullis iam primęuę natiuitatis, aut proprię iniquitatis, ſeu fragilitatis confundantur erroribus: Sed potius agnoſcantur a tuis, & ſanctę beatitudinis requie perfruātur: atque, cum magni iudicij dies aduenerit: inter ſanctos & electos tuos reſuſcitatę glorię manifeſtę contemplationis tuę perpetua ſatientur. Alia oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humano corpori animam ad imaginem tuam inſpirare dignatus es: dum te iubente puluis in puluerem reuertitur: queſumus, vt animas omnium fidelium defunctorum cū ſanctis, & electis tuis ęternis ſedibus iubeas ſociari: easq; ad te reuertentes ex Ægypti partibus blande, leniterq; ſuſcipias: & angelos ſanctos tuos eis obuiam mittas: viamq; illis iuſtitię demonſtres. Repelle, queſumus, ab eis omnes principes tenebrarum: & agnoſce depoſituꝫ, quod tuum eſt. Suſcipe domine creaturas tuas non ex dijs alienis creatas: ſed a te ſolo deo viuo & vero: quia non eſt alius Deus pręter te domine: & non eſt ſecundum opera tua. Letifica clementiſſime Deus animas omnium fidelium defunctorum: & clarifica eas multitudine miſericordię tuę: nec memineris iniquitatum earum antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitauit furor mali deſiderij: licet enim peccauerint, te tamen non negauerunt: ſed ſigno fidei inſigniti: te, qui omnia, & eos inter omnia feciſti, fideliter adorauerunt. Qui viuis, & regnas Deus in ſecula ſeculorum. Amen. Oratio.

SUſcipe dñe animas omnium fidelium defunctorum, quas de ergaſtulo huius ſeculi vocare dignatus es: & libera eas de principibus tenebrarum, & de locis pęnarum: vt abſolutę ab omni vinculo peccatorum: quietis, ac lucis ęternę beatitudine perfruātur: & inter ſanctos, & electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereanť. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui,

Officiū defunctorum finis.





ORDO CE-
lebrandi officium

ab oibus Regularibus tã viris q̃ mulieribus, ordinis beatiſſimę virg. Dei genitricis Marię, de mõte Carmelo, iuxta approbatũ vſum ſanctę Hieroſolymitanę Eccleſię. In j. ſabb. aduen. dictis veſp de ſancta Maria. dicantur veſperę de aduen. hoc modo ℣.



Deus in adiutoriũ meũ intende. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſctõ. Añ. Bñe. Ps. Ipſe. Bñs. 61. Ceteri pſalmi, & añę, ſicut i pſalterio. Capitulũ.





Qui venturus eſt veniet, ⁊ non tardabit: iaʒ non erit timor in finibus noſtris: quia ipſe eſt Saluator noſter. ℟. Ecce dies veniũt, dicit dñs: ⁊ ſuſcitabo Dauid germen iuſtum: ⁊ regnabit rex, ⁊ ſapiens erit: ⁊ faciet iudicium, ⁊ iuſtitiam in terra. Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eũ, dñs iuſtus noſter. ℣. In diebus illis ſaluabitur Juda: ⁊ Iſrael habitabit confidenter. Et hoc. Gloria. Hymnus.

Conditor alme ſyderum:
Æterna lux credentium:
Chriſte redemptor omnium:
Exaudi preces ſupplicum.

Qui condolens interitu:
Mortis perire ſeculum:
Saluaſti munduʒ languiduʒ:
Donans reis remedium.

Vergente mundi veſpere:
Uti ſponſus de thalamo:
Egreſſus honeſtiſſima:
Uirginis matris clauſula.

Cuius forti potentię:
Genuflectuntur omnia:
Celeſtia terreſtria:
Fatentur nutu ſubdita.

Te deprecamur agię:
Uenture iudex ſeculi:
Conſerua nos in tempore:
Hoſtis a telo perfidi.

Laus honor virtus gloria:
Deo patri, ⁊ filio:
Sancto ſimul paraclito:
In ſempiterna ſecula. Amen.

℣. Rorate celi deſuper, ⁊ nubes pluant iuſtũ. ℟. Aperiatur terra, ⁊ germinet Saluatorem. Hic hym. ⁊ iſte ℣. dicantur ad veſp. per totum aduen. añ de tpe agitur. Ad Mag. añ. Ecce nomẽ dñi venit de longinquo, ⁊ claritas ei⁹ replet orbẽ terrarum. Oro.

Excita qs dñe potentiam tuã, ⁊ veni: vt ab imminentibus peccatorum noſtroruʒ periculis: te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui. Ad veſp. tam primas, q̄ ſecun. hui⁹ dñicę: ⁊ ad matu. nulla fiat memoria niſi forte de octa. S. Andreę: ⁊ de feſto ſanctorum ſi occurrũt. Ad cõpl. lector dicat. Jube dñe ben. Hebdo. Nocteʒ quietam, ⁊ finem perfectum: tribuat nobis omnipotens, ⁊ miſericors dñs. Sequitur. Lectio.

Fratres ſobrij eſtote, ⁊ vigilate in orationibus, qa aduerſarius veſter diabolus: tanq̄ leo rugiens, circuit quęrens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes ĩ fide. Tu autem dñe miſerere noſtri. Hebdomad. Adiutorium noſtrum ⁊c. dicto Pater noſter. prior, vel hebdomad. dicat Cõfiteor. vt in j. hebdom. Conuerte nos. Deus in adiutoriũ, ⁊c. Sicut de mat. dictum eſt. añ. Miſerere mei domine, ⁊ exaudi orationem meam. Pſal. Cum inuocarem. 2. Pſal. In te domine ſperaui. 11. Pſal. Qui habitat. 35. Pſal. Ecce nunc

bene

benedicite. 58. Capitulum.

Tu in nobis es domine: & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos dñe deus nr̃. Hym.

Saluator mundi domine:
Qui nos ſaluaſti hodie:
In hac nocte nos protege:
Et ſalua omni tempore.
Adeſto nunc propitius:
Et parce ſupplicantibus:
Tu dele noſtra crimina:
Tu tenebras illumina.
Ne mentem ſomnus opprimat:
Nec hoſtis nos ſurripiat:
Nec vllis caro, petimus:
Commaculetur ſordibus.
Te reformator ſenſuum:
Votis precamur cordium:
Vt puri caſtis mentibus
Surgamus a cubilibus.
Sit laus perennis, gloria:
Deo patri, & filio:
Sancto ſimul paraclito:
In ſempiterna ſecula.

℣. Cuſtodi nos domine, vt pupillaꝫ oculi. ℟. Sub vmbra alarum tuarum: protege nos. Ad Nunc dimittis. Antiphona. Veni domine viſitare nos in pace: vt lętemur coram te corde perfecto. Hec antipho. ſuper. Nunc dimittis, dicatur per totum aduentum: pręterq̄ in feſto conceptionis beatę virginis. Finita antiphona poſt Nunc dimittis. dicantur preces. Kyrie ele. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Hebd. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. In pace in idipſum. ℟. Dormiam, & requieſcam. Credo in Deum. Hebdom. ℣. Carnis reſurrectionem. ℟. Vitā ęternā. Amē. ℣. Benedicamus patrem, & filium, cū ſancto ſpiritu. ℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli. ℟. Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſecula. ℣. Benedicat, & cuſtodiat nos omnipotēs, & miſericors dñs. ℟. Amen. ℣. Dignare domine nocte iſta. ℟. Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Miſerere noſtri dñe. ℟. Miſerere noſtri. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quemadmoduꝫ ſperauimus in te. ℣. Domine Deus virtutum conuerte nos. ℟. Et oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vob. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oro.

Viſita quęſumus domine habitationem iſtam: & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle: angeli tui ſancti habitātes in ea nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper: & famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum noſtrum. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

Preces cum predicta oratione ad completo. ſemper ſunt dicende, niſi i cena domini: ⁊ deinceps vſque ad completorium ſabbati, in hebdomada paſche hoc ſolum addito, quod tempore proſtrationum ſtatim poſt ℣. **Fiat miſericordia.** dicatur. ℣. **Exaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te.** ℟. **Miſerere mei, ⁊ exaudi me.** Ps. **Miſerere mei.** 20 **Gloria patri. Sicut erat.** ℣. **Exurge domine, adiuua nos.** ℟. **Et libera nos propter nomen tuum.** ℣. **Domine deus virtutum, conuerte nos.** ℟. **Et oſtende faciem tuam, ⁊ ſalui erimus.** ℣. **Domine exaudi orationem meam.** ℟. **Et clamor meus ad te veniat.** ℣. **Dominus vobiſcum.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo. Oremus.** Oratio, vt ſup. ⁊ cetera, ſicut prius. **Benedicamus domino.** Ad cōple. nunquam dicatur, cum **Halleluiah.** niſi in vigilia paſche: ⁊ in die paſche. Dicta oratione prior; vel qui facit officium: ſi prior preſens non fuerit, det benedictionem, dicendo **Benedictio Dei omnipotentis patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti: deſcendat ſuper nos, ⁊ maneat ſemper.** ℟. **Amen.** Quo dicto, dicatur cōple. de dominica: ſi dici debeat, ⁊ qui fecit officium incipiat antiphonam. **Salue regina.** Qua incepta vnanimiter chorus cantando proſequatur. In fine autem dicatur a duobus, vel ab vno ante altare hinc inde ſtantibus. verſus. **Ora pro nobis ſancta dei genitrix.** In medio, autem verſiculariorum collocabit ſe ſacerdos, qui facit officium premittendo. **Oremus** ſine **Dominus vobiſcum** ⁊ dicat orationem. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui glorioſe virginis, ⁊ matris Marie corpus ⁊ animam: vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, ſpiritu ſancto cooperante, preparaſti: da, vt cuius commemoratione letamur, eius pia interceſſione ab inſtantibus malis, ⁊ a morte perpetua liberemur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum.** ℟. **Amen.**

Deinde, qui facit officium, aſpergat aqua benedicta modo debito. dicat chorus. **Aſperges me domine hyſſopo, ⁊ mundabor: ⁊ lauabis me, ⁊ ſuper niuem dealbabor.** ℣. **Miſerere mei deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.** ℣. **Et ſecundum multitudinem miſerationū tuarum, dele iniquitatem meam.** ℣. **Gloria patri.** ℟. **Sicut erat in princ.** Antiphona. **Aſperges me domine.** Et proſequatur ps. prout neceſſe fuerit. Deinde dicat, qui facit, officium orationem ſine **Dominus vobiſcum.**

biſcum. premittendo. ℣. Oſten
de nobis domine miſericordiã
tuam. ℟. Et ſalutare tuum da
nobis. Oratio.

E Xaudi nos domine ſancte pater omnipotens: eterne deus: ⁊ mittere digneris ſanctũ angelum tuum de celis: qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, ⁊ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo dei. Per. ℟. Amen. ⁊ ſic finiatur vt dicitur in rub. 17. ⁊ ſimiliter cerimonie ordinentur.

DOMINICA PRIMA aduentus

Ad Matut. Inuit. Ecce venit rex: Occurramus obuiam ſaluatori noſtro. ps. Venite ex. Hy.

VErbum ſupernum prodiens:
A patre olim exiens:
Qui natus orbi ſubuenis:
Curſu decliui temporis:
Illumina nunc pectora:
Tuoque amore concrema:
Auditu vt preconio:
Sint pulſa tandem lubrica.
Iudexque cum poſt aderis:
Rimari facta pectoris:
Reddens vicem pro abditis:
Iuſtiſque regnum pro bonis.
Non demum arceamur malis:
Pro qualitate criminis:
Sed cum beatis compotes:
Simus perennes celibes.
Laus, honor, virtus, gloria,

In j. noctur. aña. Conſurge. ps. Beatus vir. 1. Aña. Eleuare. ps. Domine deus meus. Aña. Leuabit deus. 3. ps. Saluum me fac. 4. vt i pſalt. ℣. Ex Sion. Tres lectiones legantur de Iſaia, quarum primam legat prior: ſcilicet prologum Iſaie. Nemo cum prophetas. Cum tribus verſib⁹ de pphetia. Viſio Iſaie. Alie due lectio. erunt de eandẽ prophetia. Et legantur vſque ad natiuit. domini. In fine lect. dicatur. Hec dicit dominus deus, conuertimini ad me: ⁊ ſalui eritis. Quod etiam obſeruetur in fine omnium lect. prophetie ad matut. preterquam in triduo ante paſcha, ⁊ niſi in primo capitulo Ezechielis, ⁊ i libro Danielis.

Incipit prologus S. Hieron. presb. in Iſaiam prophetam.

N Emo cum prophetas viderit verſibus eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud hebreos ligari: ⁊ aliquid ſimile haberi de pſalmis, vel operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene, ⁊ Tullio ſolet fieri: vt per cola ſcribantur, ⁊ commata: qui vtique proſa, ⁊ non verſibus conſcripſerunt: Nos quoque vtilitati legentium prouidentes interpretationem nouam: nouo ſcribendi genere diſtinximus. Ac primum de Iſaia ſciendum, quod in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe, vt

vir nobilis, et vrbanę eloquentię: nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum.

Incipit liber Isaię prophetę. Lectio j. cap. 1.

Uiſio Iſaię filij Amos, quam vidit ſuper Ieruſalem in diebus Ozię, Ioathan, Achaz, et Ezechię, regum Iuda. Audite cęli, et auribus percipe terra: quoniam dominus locutus eſt. Filios enutriui, et exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: et aſinus pręſepe domini ſui: Iſrael autem me nõ cognouit: et populus meus non intellexit. Hęc dicit dominus deus conuertimini ad me, et ſalui eritis. ℟. Deo gratias. Cãtor incip. ℟. Aſpiciẽs. et cantet primum ℣. ſecundum ℣. cantabit senior. tertium ℣. cantabit prior cum Gloria pat. Et poſt ipſum reincipiatur. ℟. Aſpiciens a lõge, ecce video dei potentiam venientem, et nebulam totam terram tegentem: Ite obuiam ei, et dicite: Nuncia nobis, ſi tu es ipſe: Qui regnaturus es: In populo Iſrael. ℣. primus. Quiqȝ terrigenę, et filij hominũ: ſimul in vnum diues, et pauper. Ite obuiam. vſqȝ in finem ij. ℣. Qui regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouẽ Ioſeph. Nuncia nobis. vſqȝ in finem. iij. ℣. Excita potentiam tuam, et veni vt ſaluos facias nos. Qui regna. vſqȝ in finem. iiij. ℣. Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto. In populo Iſrael. Reiteratur. ℟. Aſpiciens. Secundam lectio. legat aliquis ex inferioribus. et ſic aſcendendo. Lectio ij.

Uæ genti peccatrici: populo graui iniquitate: ſemini nequam: filiis ſceleratis. Dereliquerunt dominum: blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltra, addentes pręuaricationem? Omne caput languidum: et omne cor mœrens: a planta pedis vſqȝ ad verticem non eſt in eo ſanitas. Hęc d. ℟. Aſpiciebam in viſu noctis: et ecce in nubibus cęli filius hominis veniet: et datum eſt ei regnum, et honor. Et omnis populus, tribus, et linguę ſeruient ei. ℣. Poteſtas eius poteſtas ęterna, quę non auferetur: et regnum eius. quod non corrumpetur. Et omnis. Lectio tertia.

Uulnus, et liuor, et plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine: neqȝ fota oleo: Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtrę ſuccenſę igni. Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant: et deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili. Hęc dicit. ℟. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginem deſponſatam Ioſeph, nuncians

ei

ei verbum:ꝛ expaueſcit virgo de lumine:ne timeas Maria inuenisti gratiam apud dominum: ecce concipies,ꝛ paries. Et vocabitur altiſſimi filius. ℣. Dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo Jacobi in ęternum. Et.

In ij. noctur. Aña. Leua Jeruſalem. ps. Conſerua me dñe. 5. Aña. Omnis vallis. ps. Exaudi dñe. 5. Aña. Letamini cum. ps. Diligam te domine. 6. vt in pſal. ℣. Egredietur virga de radice Jeſſę. ℟. Et flos de radice eius aſcendet.

Sermo S. Maximi epiſcopi. Lectio quarta.

Fratres dilectiſſimi, iá aduenerunt dies, in quibus natale domini ſaluatoris cum gaudio deſideramus celebrare. Et ideo rogo,ꝛ moneo,vt, quantum poſſumus, cum dei adiutorio laboremus, vt in illo die cū ſyncera, ꝛ pura conſcientia, ꝛ mūdo corde, ꝛ caſto corpore: ad altare dei poſſimus accedere, vt corpus ꝛ ſanguinem eius, non ad iudicium, ſed ad remedium animę noſtrę mereamur accipere. Tu autem. ℟. Aue Maria gratia plena dñs tecum. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi:ꝙ eniꝫ ex te naſcetur ſanctū, vocabit̃ filius dei. ℣. Quō fiet iſtud, qm̄ virum non cognoſco? ꝛ reſpondens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus. Lectio v.

In Chriſti enim corpore vita noſtra conſiſtit: ſicut ipſe dñs ait: Niſi mándu caueritis carnem filii hominis:ꝛ biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Mutet ergo vitam,qui vult accipere vitaꝫ. ℟. Saluatorem expectamus dñm Jeſum Chriſtum: Qui reformabit corpus humilitatis nrę configuratum corpori claritatis ſuę. ℣. Sobrie,iuſte, ꝛ pie viuamus in hoc ſęculo,expectantes beatá ſpem ꝛ aduentum glorię magni Dei. Qui reformabit. Lect. vi.

Nam ſi non mutauerit vitam:ad iudicium ſibi accipiet vitam: ꝛ magis ex ipſa corrumpitur, quam ſanatur. Sic enim dicit Apl's. Qui manducat carnem dñi: ꝛ bibit ſanguinem eius indigne: iudiciuꝫ ſibi manducat, ꝛ bibit. Tu autem. ℟. Audite verbum dñi gētes: ꝛ annunciate illud in finibus terrę:ꝛ in inſulis,ꝙ procul ſunt,dicite,Saluator noſter aduenıet. ℣. Annunciate ꝛ auditum facite:loquimini ꝛ clamate. Salua. In iii. noc. Aña. Conſolamini, conſolamini. ps. Cęli enar. 6. aña. Dies dñi. ps. Exaudiat te. 6. aña. Dicit dñs. ps. Dñe in virtute tua. 6. ℣. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. ℟. Deus noſter manifeſte veniet.

Secundum Mattheum. 21.

In illo tempore: Cum appropinquaſſet Jeſus Jeroſolymis & veniſſet Bethphage ad montē Oliueti: tunc miſit duos ex diſcipulis ſuis dicēs eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt & reliq.

Dom. beati Greg pape. Lec. vii.

Quos apoſtolos dñs miſit: qa per duo generalia mādata omne genus hominum de peccato abſoluitur. Qualia? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & proximū tuū, ſicut teipſum. In his duobus mandatis omne peccatū expellitur: & omnis iuſtitia conſummatur. Tu autem. ℟. Ecce virgo concipiet: & pariet filiū, dicit dñs: Et vocabitur nomen eius, admirabilis, Deus fortis. ℣. Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit in ęternum. Et.

Lectio octaua.

Inuenietis, inquit Dñs, aſinam alligatam: & pullum cū ea. Aſina, & pullus Judęi ſunt, & gentes. Judęa ergo, ſecunduz deum, mater eſt gentium. Soluite, inquit. Quomodo? Per doctrinam veſtram: & per miracula veſtra: quia omnes Judęi & gētes per apoſtolos ſunt liberati. ℟. Obſecro dñe mitte, quē miſſurus es: Uide afflictionē populi tui: Sicut locutus es: veni, & libera nos. ℣. A Solis ortu, & occaſu: ab Aquilone, & mari. Sicut locutus. Lectio nona.

Adducite mihi ad miniſterium: id eſt ad gloriaz corrigite illos. Dominus nō ſedit in curru aureo, pretioſa purpura fulgens: nec aſcendit ſuper feruidum equuz, diſcordię amatorem, & litis: ſed ſedit ſuper aſinā, tranquillitatis, & pacis amicam: Non autem aliquis in circuitu eius videbat ſplendentes gladios, aut cętera ornamenta armorum terribilium. Sed qd? Ramos frondentes teſtimonia pietatis. ℟. Lętent cęli, & exultet terra, iubilate mōtes laudē, quia dñs noſter veniet. Et pauperum ſuorum miſerebitur. ℣. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundātia pacis. Et. Gloria. Et non dicatur Te deum. ſed reiteretur ℟. Lętent. ℣. Emitte agnum dñe, dominatorē terrę. ℣. De petra deſerti ad mōtem filię Sion. In lau. Aña.

In illa die ſtillabunt mōtes dulcedinem: & colles fluent lac, & mel, hal. ps. Dñs regn. &c. Añ. Jucundare filia Sion: & exulta ſatis filia Jeruſalē. hal. ps. Jubilate. Aña. Ecce dominus veniet, & omnes ſancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. haleluiah. ps. Deus, deus meus. Aña. Omnes ſitientes venite ad aquas: quęrite dominum, dum inueniri poteſt. hal.

℟. Bened. aña Ecce venit ꝑpheta magnus, ⁊ ipſe renouabit Jeruſalem. haleluiah. ps. Laudate dominum. 63 Capitulum.

Scientes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: nūc enim propior eſt noſtra ſalus, quā cum credidimus: nox pręceſſit: dies autē appropinquauit. Hymnus.

Vox clara ecce intonat:
Obſcura queq; increpat,
Pellantur eminus ſomnia:
Ab ęthere Chr̄s promicat.
Mens iam reſurgat torpida:
Quę ſorde extat ſaucia:
Sydus refulget iam nouum:
Ut tollat omne noxium.
En ſurſum agnus mittitur,
Laxare gratis debitum:
Omnes pro indulgentia:
Vocē demus cum lachrymis,
Secundo vt cum fulſerit:
Mundumq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat:
Sed nos pius tunc protegat.
Laus honor.

℣. Vox clamantis in deſerto. ℟. Parate viam domini: rectas facite ſemitas dei noſtri. Ad Bñs. aña Spiritus ſanctus in te deſcēdet Maria ne timeas, habens in vtero filiū dei. hal. Oratio. Excita queſumus dñe. Ad j. Hym. Iā lucis. In tono hym. Felix. Et ſic dicatur hymnus ad hor. in dominicis diebus per totum aduent. aña. In die illa. ps. Deus, deus meus reſpi. 8. ps. Dominus regit. Gloria pat. ps. Domini eſt terra. ps. Ad te domine le. Gloria pat. ps. Iudica me dñe. ps. Deus in nomine tuo. 48. Gloria patri. ps. Confitemini domino. 47. Gloria patri. ps. Beati immaculati. Gloria patri. ps. Retribue. Gloria patri. ps. Quicūque. Gloria patri. Capitulum. Dñe miſerere. ℟. Jeſu Chriſte. non dicatur in aduentu, niſi in feſtis non. lectio. Sed dicatur ℣. Exurge dñe, adiuua nos, ⁊c. Omnia tam ad primam quam ad tertiam pertinentia vſq; ad preces, vel alia, quę non ſignāt ſuis locis require in Pſalterio. Ad iij. Hymnus. Nunc ſancte. 51. aña. Jucundare. ps. Legem pone. prout in pſalt. Cap.

In diebus illis ſaluabitur Juda, ⁊ Iſrael habitabit cōfidenter: ⁊ hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, dominus Deus noſter. Verſicularius. ℟. Veni ad liberandum nos. Domine Deus virtutum. Chorus illud idem ℣. Et oſtende faciē tuā, ⁊ ſalui erimus. Dñe deus virtutum. Gloria. ℟. Veni ad. ℣. Timebunt gentes nomen tuū domine. ℟. Et omnes reges terrę gloriam tuam. Et ſic dicantur alia reſponſoria ad hor. per totum aduentum, ⁊ annum: niſi in dominicis, a ſeptuageſima ⁊ niſi in xl. Oratio. Excita,

ad

Ad ſextam hymnus. Rector. po. 53. Aña. Ecce dominus. ps. Defecit in ſalut. Capitulũ.

P Rope eſt, vt veniat tempus eius, ꝛ dies eius non elongabuntur: miſerebitur dñs Jacob, ꝛ Iſrael ſaluabitur. ℟ Oſtẽ de nobis dñe miſericordiã tuaꝫ. ℣. Et ſalutare tuum da nobis: Miſericordiam. Gloria patri. Oſtende. ℣. Memento noſtri dñe in beneplacito populi tui. ℟. Uiſita nos in ſalutari tuo. Oratio. Excita. Ad ix. hym. Rerum Deus. 54. aña. Ecce ve niet. ps. Mirabilia teſti. Cap.

E Rit in nouiſſimis diebus pręparatus mons domus domini in vertice montium: ꝛ eleuabitur ſuper colles: ꝛ fluent ad eum omnes gentes. ℟. Super te Jeruſalem. Orietur dñs. ℣. Et gloria eius in te videbit. Orietur. Gloria. Super. ℣ Domine Deus virtutum conuerte nos. ℟. Et oſtende faciem tuã, ꝛ ſalui erimus. Oratio. Excita. Ad ſecundas veſp. aña. Jn illa die. ps. Dixit dñs. 45. ps. Confitebor. ps. Beatus. ps. Laudate. ps. Jn exitu. ꝛ ſic in eius dominicis, cum prima aña. de laudib. dicantur omnes pſalmi per aduentum. Capitulum.

V Enite, aſcendamꝰ ad mõtem dñi, ꝛ ad domuꝫ Dei Jacob: ꝛ docebit nos vias ſuas: ꝛ ambulabimus in ſemitis eiꝰ: quia de Siõ exibit lex: ꝛ verbũ dñi de Jeruſalem. ℟ Lętenẽ. Hymnꝰ. Conditor. ℣. Rorate. Ad Mag. añ Ne timeas Maria, inueniſti gratiã apud dñm: ecce concipies, ꝛ paries filium, halła. Oro. Excita. ad compl. in ferialibus diebus. Hymnus.

T E lucis ante terminum:
Rerum creator poſcimus:
Ut ſolita clementia:
Sis pręſul ad cuſtodiam.
Procul recedant ſomnia:
Et noctium phantaſmata:
Hoſtemqꝫ noſtrum cõprime:
Ne polluantur corpora.
Pręſta pater omnipotens:
Per Jeſum Chriſtum dñm:
Qui tecum in perpetuum:
Regnat cum ſancto ſpiritu.
Amen. Cętera, vt ſup.

FERIA SECVNDA.

Inuita. Regem Uenturum dominum: Uenite, adoremus. ps. Uenite. Hoc inuita. dicatur in ferijs, vſqꝫ ad quartam feriam quatuor temporum. Hymnus. Uerbũ ſuper. Aña. Dñs defe. ps. Dñs illuminatio. ꝛ cętere cęteros. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius. ℟. Deus ſic manifeſte veniet.

Lectio de Jſaia pphetą. Lec. j.

T Erra veſtra deſerta: ciuitates veſtrę ſuccenſę igni. Regioneꝫ veſtrã corã vobis alie ni deuorant: ꝛ deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili, hęc dicit.

Alie-

℟. Alieni non tranſibunt per Jeruſalem amplius. Nam in illa die ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluēt lac, & mel, dicit dn̄s. ℣. Ecce ego veniam, dicit dn̄s, & ſanabo contritionē populi mei. Nam. Lectio iij.

Et derelinquetur filia Sion, ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: & ſicut ciuitas, quę vaſtatur. Niſi dn̄s exercituū reliquiſſet nobis ſemen: quaſi Sodoma fuiſſemus: & quaſi Gomorrhę ſimiles eſſemus. Hęc dicit. ℟. Aſpiciebam. ℣. Poteſtas eius. pur. in ij. lectione preced. dn̄icę. ſ. iiij.

Audite verbum dn̄i principes Sodomorum: auribus percipite legem dei veſtri, populus Gomorrhę. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum: dicit dn̄s. Plenus ſuz. Hęc dicit. ℟. Miſſus eſt Gabriel. ℣. Emitte agnum. Et dicatur per totū aduentum, quando de tempore agitur. In laudib. añа. Miſere re. ps. Ipſe. & cętere ad cęte. Cap. Ecce dies veniunt, dicit dn̄s, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiēs erit, & faciet iudicium, & iuſtitiā in terra. Hym. Vox clara. ℣. Vox clamantis. Ad Be. añа. Angelus dn̄i nūciauit Marię, & concepit de ſpū ſancto, hal. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſ. Oratio. Excita. Et dicat ad omnes horas per hebdomadā. Idem fiat de aliis orationibus dominicalibus, vbi aliud nō ſignat. Memoria de ſancta Maria, & de aliis agatur, ſicut in rubrica decimanona eſt ſignatum.

Ad primam hym. Jam lucis. Hymni ad horas in ferialibus diebus, & in feſtis trium lectio. cantentur in tono feriali la la la la ſol. & hoc niſi aliud aſſignetur, obſeruetur per totum annum, & in tempore paſchali. añ. Dicit dominus, pęnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cęlorum. hal. ps. Deus in nomine. 48. ps. Beati immaculati. ps. Retribue. cętera, vt ſupra. De quo ferialibus diebus per aduentum ſint miſſę celebrādę, & cum quibus orationibus in rubr. 35. ſignatum inuenies.

Ad tertiā. añа. Veni, & libera nos deus noſter. Cum Hym. & ver. ad horas, vt ſupra in dn̄ica.

Ad ſextam. añа. Tuam domine excita potentiam, & veni ad ſaluandum nos domine.

Ad nonam. añа. In tuo aduentu erue nos domine.

Predictę añę dicantur ad horas in feriis per totum aduentū, niſi laud. pprię habeantur.

Ad veſper. añа. Inclinauit. ps. Dilexi. 47. &c. ad cęt. cap. Venite, aſcendamus. ℟. Tu exurgens dn̄e miſereberis Sion. ℣. Quia tempus miſerendi eius, quia

quia venit tempus. Miſerere. Gloria patri. Tu exurgens. Et dicatur in ferialibus diebus vſque ad feriã quartã quatuor temporum. Hymn⁹. Conditor al. ℣. Rorate. Ad Mag. Aña. Jeruſalem reſpice ad orientẽ ⁊ vide, haleluiah. Kyrie. Pro. Excita. Memoria de ſancta Maria ⁊ de aliis fiat ſicut in nona rubrica ſignatur.

Ad complet. Aña. Pſal. Capitulum Hymnus. vt ſupra.

Aliis quoque diebus ferialibus per aduentum ad matutinũ. Aña, ⁊ pſ. in noct. ⁊ in laud. ⁊ ad veſper. ſecundum feriam dicantur: prout infra poſt oct. epiph. per diuerſas ferias aſſignantur ℣. noct. ⁊ ℟. ſecundũ ordinẽ dierũ, ⁊ turbarũ de hiſtoria dñica. i. feria ij. ⁊ v. de prĩa turba feria iij. ⁊ vj. de ij. turba. fer. iiij. ⁊ ſabba. de iij. turba. ai. a. ad Benedictus, ⁊ ad Magnificat, ſicut infra ſignantur. cetera omnia, vt iam ſupra in ij. feria niſi annotatur in ſuis locis, vel per rubricam de in anno.

FERIA III. Lectio j.

Holocauſta arietum, ⁊ adipem pinguium: ſanguinẽ vitulorum, ⁊ agnorum, ⁊ hircorum nolui. Cum veniretis ante conſpectum meũ, quis queſiuit hec de manibus veſtris: vt ambularetis in atriis meis. Hec dicit. ℟. Aue ma. ℣. Quomo- vt in ij. noct. dñice j. Lectio ij.

Ne offeratis vltra ſacrificiũ fruſtra. Incenſum abominatio eſt mihi. Neomenias veſtras, ⁊ ſabbathum, ⁊ feſtiuitates alias nõ feram. Iniqui ſunt cetus veſtri. Hec dicit. ℟. Saluatorẽ. Lectio iij.

Calendas veſtras, ⁊ ſolennitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſtia: laboraui ſuſtinens. Et, cum extenderitis manus veſtras: auertã oculos meos a vobis. Hec dicit. ℟. Audite. ℣. Annunciate. Ad Ben. Aña. Antequam conuenirent inuenta eſt Maria, habens in vtero de Spiritu ſancto, haleluiah. Ad Mag. aña. Querite dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt, hal'ah. Oratio, vt ſup.

FERIA IIII. Lectio j.

Et, cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Manus enim veſtre ſanguine plene ſunt. Hec dicit dominus. ℟. Ecce vir. In iij. noct. Lectio ij.

Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere. Hec dicit dñs. ℟. Obſecro dñe. ℣. A Solis. Lectio iij.

Querite iudicium: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduam: ⁊ venite, ⁊ arguite me, dicit dominus. Hec dicit. ℟. Letentur celi.

Ad Benedictus. Antiphona. De Sion exibit lex, ⁊ verbum domini de Jeruſalem.

Ad Mag. An. Veniet fortior me poſt me: cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamentorum. Oratio, vt ſupra.

FERIA V. Lectio j.

SI fuerint peccata veſtra, vt coccinum: quaſi nix dealbabuntur: ⁊ ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus: velut lana alba erũt: Hęc dicit dñs. ℟. Alieni non, require feria ij. preterita.

Lectio ſecunda.

Si volueritis, ⁊ audieritis me: bona terra comedetis. Quod nolueritis, ⁊ me ad iracundiam prouocaueritis: gladius meus deuorabit vos: quia os domini locutum eſt. Hęc dicit. ℟. Aſpiciebam.

Lectio tertia.

Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Juſtitia habitauit in ea: nunc autem homicidę. Hęc dicit. ℟. Miſſus eſt. Ad Bñs. aña. Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus vẽtris tui. Ad Mag. Aña. Expectabo dominum, ſaluatorem meum: ⁊ preſtolabor eum, dum prope eſt, haleluiah.

FERIA VI. Lectio j.

ARgentum tuũ verſum eſt in ſcoriam: vinum tuũ miſtũ eſt aqua. Principes tui infideles, ſocii furum. Hęc dicit dñs. ℟. Aue maria. Lectio ij.

Omnes diligunt munera: ſequuntur retributiones: pupillo non iudicant: ⁊ cauſa viduę non ingreditur ad eos. Hęc dicit dñs deus. ℟. Saluatorem expectamus. Lectio tertia.

Propter hoc, ait dñs De⁹ exercituum fortis Jſrael. Heu ego conſolabor ſuper hoſtib⁹ meis. Et conuertam manum meam ad te, ⁊ excoquã ad purũ ſcoriã tuã. Hęc di. ℟ Audite verbũ.

Ad Benedictus. Antiphona. Ecce veniet deus, ⁊ homo de domo Dauid ſedere in throno, halleluiah.

Ad Magnificat. Antiphona. Jn Ægypto vocaui filium meũ: veniet, vt ſaluet populum ſuũ.

SABBATHO.

Lectio prima.

AVferam omne ſtannũ tuũ, ⁊ reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius: ⁊ conſiliarios tuos, ſicut antiquitus. Poſt hęc vocaberis ciuitas iuſti: vrbs fidelis. Hęc dicit dominus deus. ℟. Ecce virgo. Lectio ſecũda.

Sion iudicio redimetur: ⁊ reducent eam in iuſtitiam. Et cõteret ſceleratos, ⁊ peccatores ſimul: ⁊ qui dereliquerunt dñm conſumẽtur. Hęc dicit. ℟. Obſecro domine. Lectio iij.

Confundẽtur enim ab idolis, qbus ſacrificauerũt: ⁊ erubeſcetis ſup hortis, quos elegeratis:

cum

cum fueritis velut quercus defluentibus foliis: ⁊ velut hortus absque aqua. Hec dicit Dominus deus. ℟. Letentur. Ad benedictus. Aña Sion noli timere, ecce Deus tuus veniet, haleluiah. Ad veſpe. Aña. Benedictus. 61. fo. Ipſe Capitulũ. Qui venturus. ℟. Civitas Jeruſalem. Ad Mag. aña. Veni dñe, noli tardare: ⁊ relaxa facinora plebis tue. Oratio.

Excita Domine corda noſtra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduẽtum purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui viuis.

Hec oratio dicatur etiã ad matutinum, ⁊ ad alias horas p hebdomadam. Dominica ſecunda. Ad matutinum. Inuitatorium.

Rex noſter adueniet Chriſtus. Quã Johãnes predicauit agnũ eſſe venturum. ℣. Venite exultemus domino. Hymni, añe, pſal. ⁊ verſic. ſicut i prima dñica. Et ſic fiat in ceteris dñicis diebus, vſq ad nati. Dñi. Lectões tres de Iſaia: ⁊ tres de ſermone ſuperiori, ⁊ tres de homilia.

Erunt ſigna in Sole, ⁊ Luna.

DOMINICA II. Aduentus. Lectio j.

Verbum, quod vidit Iſaias filius Amos ſuper Judam, ⁊ Jeruſalẽ. Et erit in nouiſſimis diebus pparatus mõs domus dñi in vertice montiũ: ⁊ eleuabitur ſuper colles: ⁊ fluẽt ad eum omnes gentes: ⁊ ibunt populi multi, ⁊ dicent. Hec dicit. ℟. Jeruſalem cito veniet ſalus tua: quare merore conſumeris? nunquid conſiliarius nõ eſt tibi qa innouauit te dolor? Saluabo te, ⁊ liberabo te, noli timere. ℣. Iſrael ſi me audieris, non erit in te deus recens: neque adorabis deum alienũ, ego enim dominus. Saluabo te, ⁊ liber. Lectio ſecunda.

Venite, aſcendamus in mõtem dñi, ⁊ ad domum dei Jacob: docebit nos vias ſuas: ⁊ ambulabimus in ſemitis ei⁹: quia de Sion exibit lex: ⁊ verbũ dñi de Jeruſalem, ⁊ iudicabit gentes: ⁊ arguet populos multos: ⁊ conflabunt gladios ſuos in vomeres: ⁊ lãceas ſuas in falces. Hec di. ℟. Ecce dñs veniet, ⁊ omnes ſancti eius cum eo, ⁊ erit in die illa lux magna: ⁊ exibunt de Jeruſalem, ſicut aqua mũda. Et regnabit dñs in eternum ſuper oẽs gentes. ℣. Ecce cum virtute veniet, ⁊ regnũ in manu eius, ⁊ poteſtas, ⁊ imperium. Et regnabit. Lectio iij.

Non leuabit gens contra gentem gladiũ: nec exercebantur vltra ad prelium. Domus Jacob venite, ⁊ ambulem⁹ in lumine Dei noſtri. Proieciſti enim populum tuum: domũ

Ja-

Jacob: quia repleti ſunt, vt olim: & augures habuerunt, vt Philiſthijm: & pueris alienis adhęſerunt, Hęc dicit. ℟. Ciuitas Jeruſalem, noli flere, quoniam doluit ſuper te dñs. Et auferet a te omnem tribulationē. ℣. Ecce in fortitudine veniet, & brachium in manu eius dominabitur, Et. Gloria. In ii. noctur. añę, &c. vt in prima dominica.

Sermo B. Maximi epi. L. iiii.

Superiori tractatu capitulum euangelicum differentes, partem quandam ex illo perſtrinximus: ſupereſt, vt ſequentia decurramus. Deſcripſimus enim quid eſſet, quod ait dñs. In illa nocte erunt duo in lecto vno, & reliqua: nunc ergo videamus, quod reliquum eſt. ℟. Docebit nos dñs vias ſuas: & ambulabimus in ſemitis ei⁹. Quia de Sion exibit lex: & verbum dñi de Jeruſalem. ℣. Venite aſcendamus ad mōtem domini: & ad domum dei Jacob. Quia de Sion. Lectio quinta.

Dicit enim eadem diuina ſententia. Ecce duę molētes in piſtrino: vna aſſumetur, & vna relinquetur. Primum igitur conſiderandum, quomodo cōſtat molentis officium. Deinde, quę ſunt duę, quę molere dicuntur: tertio, quod ſit proprium cuiuſque officiū. Tu autē. ℟. Ecce veniet dñs, protector noſter ſanctus Jſrael. Coronam regni habens in capite ſuo. ℣. Ecce dominator dñs: & regnum in manu eius, & poteſtas, & imperium. Coronam regni. Lectio ſexta.

Nulli dubium eſt, quod molere aliter non conſtat, niſi duobus lapidibus apparatis, & conuenientibus ſibi: vt alteri ex his magnitudo alterius imponatur: & illum quidem lapidē, qui prior ſolo ſternitur, eſſe pigrum, & tardum, & pene, vt ita dicam: ocioſum: ac, niſi ſuperioris participatione lapidis ornaret: forſitan neceſſarius non videretur. Tu autem. ℟. Sicut mater conſolatur filios ſuos: ita & conſolabor vos, dicit dñs: & de Jeruſalem ciuitate quam elegi, veniet vobis auxilium. Et videbitis, & gaudebit cor veſtrū. ℣. Dabo in Sion ſalutē: & in Jeruſalem gloriā meā. Et vide. Gloria. In iii. noct. Añę. & pſalmi, vt in prima dñica. Secūdū Lucā. xxi.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis & i terris preſſura gentium: prę confuſione ſonitus maris, & fluctuum. Et reliqua.

Homi. B. Gregorii papę. L. vii.

Dominus, ac redēptor noſter paratos nos inuenire deſiderans: ſeneſcētem mundū, quę mala ſequantur, denūciat, vt nos ab eius amore cōpeſcat.

℟. Jeruſalem plantabis vineaꝫ in montibus tuis, ꝛ exaltabis: quia dies domini veniet. Surge Sion, conuertere ad deum tuū: Gaude, ꝛ letare Jacob: quia de medio gentium ſaluatoꝛ tuus veniet. ℣. Exulta ſatis filia Siō: iubila filia Jeruſalem. Gaude, ꝛ letare. Lectio octaua.

Appropinquante eius terꝛmino, quātę perſecutiones preuenient, innoteſcit, vt ſi dn̄m in tranquillitate metuere noluimus: vicinum eius iudiciuꝫ vel pſecutionibus attriti timeam⁹. Tu autem. ℟. Egredietur dn̄s de Samaria ad poꝛtam, quę reſpicit ad oꝛientem: ꝛ veniet in Bethlehem, ambulans ſuper aquas redemptionis Judę. Tūc ſaluus erit omnis homo, quia ecce veniet. ℣. Et pręparabitur in miſericoꝛdia ſolium eius: ꝛ ſedebit ſuper illud in veritate. Tunc ſaluus. Lectio nona.

Hic etenim lectioni ſancti euāgelii fratres chariſſimi: quā modo fraternitas veſtra audiuit: pręmiſit dicens, Exurget gens contra gentem: ꝛ regnum aduerſus regnuꝫ: ꝛ erunt terręmotus magni per loca: ꝛ peſtilētię, ꝛ fames. Tu autem. ℟. Rex noſter adueniet Chꝛiſtus: Quē Johannes pręicauit agnuꝫ eſſe venturū. ℣. Ecce agnus Dei: ecce, qui tollit peccata mundi. Quē. Gloꝛia. Reiterat. ℟. Rex nr̄. Sacer. ℣. Emitte agnū dn̄e dominatoꝛē terrę. ℟. De petra deſerti ad montem filię Sion.

IN LAVDIBVS. Añs.

Ecce, in nubibus cęli dominus veniet cum poteſtate magna, hal'. ps. Dn̄s regna. 62. Añā. Urbs foꝛtitudinis noſtrę Sion, ſaluatoꝛ ponet in ea, murus, ꝛ antemurale: aperite poꝛtas, quia nobiſcum Deus, hal'a. ps. Jubilate. añā. Ecce apparebit dn̄s, ꝛ non mentietur: ſi moram fecerit, expecta euꝫ: quia veniet, ꝛ non tardabit, haleluiah. ps. Deus, deus. añā. Montes, ꝛ colles cantabunt coꝛam deo laudem: ꝛ omnia ligna ſyluaruꝫ plaudent manibus: quia veniet dominus dominatoꝛ in regnuꝫ ęternum. haleluiah. ps. Benedicite. añā. Ecce dominus noſter cum virtute veniet, ꝛ illuminabit oculos ſeruoꝛum ſuoꝛum. hal'. ps. Laudate. Capitulum.

Quęcūque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt: vt per patientiam ꝛ conſolationē ſcripturarū ſpē habeamus. Hym. ℣. vſu. Ad B. añā. Super ſolium Dauid, ꝛ ſuper regnum eius ſedebit in ęternū. haleluiah. Oratio. Excita dn̄e. Ad j. Añā. Ecce in nubibus. Pſalmus. Deus, deus meus reſpice, ꝛc. vt ſupra.

Ad tertiam, ꝛ ad alias hoꝛas antiphonę de laud. Capitulū. ℟.

℟. ℣. vtſup. in j. dominica, cũ oratione dominicali: ſimiliter, ⁊ in ſeq. dñicis. Ad ſecundas veſpe. Añã. Ecce in nnbibus. ps. Dixit. 45. cum hac ſola añã. Capi. Venite, aſcẽdamus. ℟. Rex nr̃. Hymnus. ℣. vtſup. ad mag. añã. Beata es Maria, quę credidiſti: perficientur in te, quę dicta ſunt tibi a dño. hal. Oro, vt ſu

FERIA II. Lectio j.

Et repleta eſt terra argento ⁊ auro: ⁊ non eſt finis theſaurorum eius: ⁊ repleta eſt terra eius equis: ⁊ innumerabiles quadrigę eius. Hęc dicit. ℟. Jeruſalem cito. Lectio ij.

Et repleta eſt terra eius idolis: opus manuum ſuarum adorauerũt: quod fecerunt digiti eorũ. Ne ergo dimittas eis. Hęc dicit dominus. ℟. Ecce. Lectio iij.

Ingredere in petram ⁊ abſcondere in foſſa humi a facie timoris domini: ⁊ a gloria maieſtatis eius. Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt: ⁊ incuruabitur altitudo virorũ. Hęc. ℟. Miſſus eſt. Ad Bñe. añã. De cęlo veniet dominus: ⁊ in manu eius honor, ⁊ imperium.

Ad Mag. añã. Ecce rex venit Dominus terrę: ⁊ ipſe auferet iugum captiuitatis noſtrę.

FERIA III. Lectio j.

Exaltabitur autem ſolus dominus in die illa: quia dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, ⁊ excelſum, ⁊ ſuper omnem arrogantem: ⁊ humiliabitur: ⁊ ſuper omnes cedros Libani ſublimes, ⁊ erectas: ⁊ ſuper omnes quercus Baſan: ⁊ ſuper omnes montes excelſos: ⁊ ſuper omnes colles eleuatos: ⁊ ſuper omnem turrim excelſam: ⁊ ſuper omnem murum munitum: ⁊ ſuper omnes naues Tharſis: ⁊ ſuper omne, quod viſu eſt pulchrum. Hęc. ℟. Docebit. Lectio ij.

Et incuruabitur omnis ſublimitas hominum: ⁊ humiliabitur altitudo virorum. Et eleuabitur dominus in die illa: ⁊ idola penitus conterentur. Hęc dicit. ℟. Ecce veniet. Lectio iij.

Et introibunt in ſpeluncas petrarum: ⁊ in voragines terrę a facie formidinis domini: ⁊ a gloria maieſtatis eius, cum ſurrexerit percutere terram. Hęc ℟. Sicut mr̃. Ad Bñe. Añã. Super te Jeruſalẽ orietur Dñs: ⁊ gloria eius in te videbitur.

Ad Magnificat. Antiphona. Vox clamantis in deſerto, parate viam domini: rectas facite ſemitas dei noſtri. haleluiah.

FERIA IIII. Lectio j.

In die illa proiiciet homo idola argẽti ſui: ⁊ ſimulacra auri ſui: quę fecerat ſibi: vt adoraret talpas, ⁊ veſpertiliones. Hęc. ℟. Jeruſalem. Lectio ij.

Et ingredietur ſciſſuras petrarum:

tum: ⁊ in cauernas ſaxorum a fa cie fortitudinis domini: ⁊ a glo ria maieſtatis eius: cum ſurre xerit percutere terram. Hec ℟. Egredietur. Lectio tertia.

Q. uieſcite ergo ab homine: cuius ſpiritus in naribus eius eſt: quia excelſus rex reputatus eſt ipſe. Hec. ℟. Rex noſter.

Ad B. Aña. Ecce ego mittam angelum meum: qui preparabit viam tuam ante faciem tuam.

Ad Mag. Aña. Sion renouaberis, ⁊ videbis iuſtum tuum, qui venturus eſt in te.

FERIA V. Lect. j.

Ecce enim dominator dñs exercituum auferet a Jeruſalem, ⁊ ab Juda validum: ⁊ fortem, ⁊ omne robur panis: ⁊ omne robur aquę: ⁊ fortem virū ⁊ bellatorem, ⁊ iudicem ⁊ prophetam, ⁊ ariolū, ⁊ ſenem. Hec. ℟. Jeruſalem. Lectio ſecūda.

Principem quoqꝫ ſuper quinquaginta: ⁊ honorabilem vultū, ⁊ conſiliarium: ſapientem de architectis, ⁊ prudentem eloquii myſtici. Hec dicit. ℟. Ecce dominus. Lectio tertia.

Et dabo pueros principes eorum: ⁊ effęminati dominabunt eis. Et irruet populus, vir ad virum: vnuſquiſque ad proximum ſuum. Hec. ℟. Ciuitas.

Ad B. Aña. Tu es, qui venturus es dñe: quem expectamus, vt ſaluum facias populū tuum.

Ad M. Aña. Qui poſt me venit, ante me fact⁹ eſt: cui⁹ nō ſum dignus calciamenta ſoluere.

FERIA VI. Lectio j.

Tumultuabitur puer cōtra ſenem: ⁊ ignobilis cōtra nobilem: Apprehendet enim vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui, ⁊ dicet. Veſtimentum tibi eſt: princeps eſto nr̄. Hec. ℟. Docebit. Lectio ſecunda.

Nunam autem hęc ſub manu tua. Reſpondebitqꝫ in die illa, dicens. Non ſum medicus, ⁊ ī domo mea nō eſt panis, neqꝫ veſtimētū. Hec. ℟. Ecce ve. L. iii.

Nolite ergo me cōſtituere principē populi. Ruit enim Jeruſalē, ⁊ Judas cōcidit: quia lingua eorū, ⁊ adinuentiones eorū contra dñm: vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Hec. ℟. Sicut mater con. Ad Bñs. Aña. Dicite puſillanimis, confortamini: ecce deus veniet. Ad Mag. aña. Cantate dño canticum nouū: laus eius ab extremis terrę.

SABBATHO. Lectio j.

Agnitio vultus eorum reſpondebit eis: ⁊ peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicauerunt: ⁊ nec abſconderunt. Vę animę impiorum: quoniā reddita ſunt eis mala. Hec. ℟. Jeruſa. L. ii.

Dicite iuſto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. Vę impio in malum: retributio enim ma-

manum eius fiet illi. Hec dicit dominus. ℟. Egredietur.

Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt: ⁊ mulieres dominate ſunt eis. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt: ⁊ viam greſſuum tuorũ diſſipant. Hec dicit. ℟. Rex nr̃.

Ad Bñs. Aña. Leuabit dñs ſignum in nationibus: ⁊ congregabit diſperſos Iſrael.

Ad veſpe. aña. Benedictus. ps. Ipſe. ⁊c. ad ceteros cap. Venite. ℟. Qui venturus. ad M aña.

Ante me non eſt formatus deus, ⁊ poſt me non erit: quia mihi curuabitur omne genu: ⁊ confitebitur omnis lingua. Oratio.

Aurem tuã, queſumus dñe, precibus noſtris accommoda: ⁊ mentis noſtre tenebras gratia tue viſitationis illuſtra. Qui viuis, ⁊ regnas cum deo patre, in vnitate ſpiritus ſancti.

DOMINICA III. Aduentus.

Ad matu. Inui. Surgite, vigilemus, venite adoremus: Quia neſcitis horam quando veniet dñs. ps. Venite. Hym. vt ſup. ps. ℣. vt ſup. Lectio iii. de Iſaia iii. de ſermone Legimus ſcdm Moyſen. Tres de euangelio. Lectio i.

Stat ad iudicandum dominus: ⁊ ſtat ad iudicandos populos. Dominus ad iudiciũ veniet: cũ ſenibus populi ſui: ⁊ principibus eius. Vos enim depaſti eſtis vineam meam: rapina pauperis in manu veſtra. Hec dicit. ℟. Ecce apparebit dominus ſuper nubem candidam, ⁊ cum eo ſanctorum millia: habens in veſtimento, ⁊ in femore ſuo ſcriptum: Rex regũ, ⁊ dñs dominantium. ℣. Apparebit in finem, ⁊ non mentietur: ſi moram fecerit expecta eum: quia veniens veniet. Rex regum. Lectio ſecunda.

Quare atteritis populum meum: ⁊ facies pauperum cõfundiſtis: dicit dominus exercituum? Pro eo, ꝙ eleuate ſunt filie Sion: ⁊ ambulauerunt extento collo: ⁊ nutibus oculorum ibant, ⁊ plaudebãt: ⁊ ambulabant pedibus ſuis: ⁊ compoſito gradu incedebant: decaluabit dominus verticem filiarum Sion: ⁊ dominus crimen earum nudabit. Hec dicit. ℟. Bethlehẽ ciuitas Dei ſummi: ex te veniet, dominator dominus Iſrael: ⁊ egreſſus eius ſicut a principio dierum eternitatis, ⁊ magnificabitur in medio vniuerſe terre: Et pax erit in terra noſtra dum venerit. ℣. Loquetur pacem gentibus: ⁊ poteſtas eius a mari: vſque ad mare. Et pax erit in terra.

Lectio tertia.

In die illa, auferet dominus ornamentum calciamento-

 rum,

rum,⁊ torques,⁊ monilia : ⁊ ar-
millas, ⁊ mitras , ⁊ diſcrimina-
lia, ⁊ periſcelides : ⁊ murenu-
las,⁊ olfactoriola : ⁊ inaures , ⁊
annulos,⁊ gēmas in fronte pen
dentes:⁊ mutatoria: ⁊ palliola ,
⁊ pallia : ⁊ linteamina : ⁊ acus ,
⁊ ſpecula: ⁊ ſyndones, ⁊ vittas ,
⁊ theriſtra . Hęc dicit . ℟. Qui
venturus eſt veniet , ⁊ non tar-
dabit : iam non erit timor in fi-
nibus noſtris . Quoniam , ipſe
eſt Saluator noſter . ℣. Depo-
net omnes iniquitates noſtras :
⁊ proiiciet omnia peccata nr̄a .
Quoniam. Gloria. Quoniam .

In ij nocturno,vt in pſalterio.
Sermo beati Aug epi. L.iiij.

Legimus ſanctum Moy-
ſen populo Dei pręcepta
dantem vbi ait:Audi Iſrael do
minus deus tuus : deus vnus
eſt. Non poteſt eſſe maior : non
poteſt eſſe minor:non poteſt nu
merari:dicente propheta. Ma-
gnus dominus ⁊ magna virtus
eius:⁊ ſapientię eius non eſt nu
merus.Tu autem . ℟. Suſcipe
verbum virgo Maria,quod ti-
bi a domino per angelū tranſ-
miſſum eſt: concipies per aure3
Deum pariter,⁊ hominem . Vt
benedicta dicaris inter omnes
mulieres . ℣. Paries quidem
filium,⁊ virginitatis non patie-
ris detrimentum:efficieris gra-
uida , ⁊ eris mater ſemper inta-
cta.Vt. Lectio quinta.

Optime noſtis iſta fratres
chariſſimi, qui corde forti-
ter tenetis catholicam veritatē.
Audite breuiter, quod adiuuā-
te dn̄o propoſui declarandum.
Deus vnus eſt pater : deus vnꝰ
eſt filius: deus vnus eſt ſpiritus
ſanctus. Nō tn̄ tres dii:ſed vnꝰ
eſt deus.Tres in vocabulis:vnꝰ
in deitate ſubſtantię. ℟. Ægypte
noli timere : quia dn̄ator tuus
veniet tibi : ante cuius conſpe-
ctum mouebuntur abyſſi:Libe-
rare populū tuū de manu potē-
tiū. ℣. Ecce veniet dn̄s exerci-
tuū deus tuus in poteſtate ma-
gna.Liberare populū. Lect.vj.

Sed dicit mihi hęreticus:
ergo ſi omnes vnum ſunt,
omnes ſunt incarnati.Nō. Ad
ſolum Chriſtum pertinet caro.
Nempe aliud anima : aliud eſt
ratio. Et tamē in anima eſt ra-
tio:⁊ vna eſt anima . Sed aliud
anima agit: aliud ratio . Ani-
ma viuit:ratio ſapit. Et ad ani-
mam pertinet vita : ⁊ ad ratio-
nem pertinet ſapiētia. ℟. Pro-
pe eſt:vt veniat tempus eius: ⁊
dies eius non elongabunt. Mi
ſerebitur dn̄s Iacob. Et Iſrael
ſaluabitur. ℣. Qui venturus eſt
veniet,⁊ non tardabit, iam non
erit timor in finibus noſtris .
Miſerebitur. Gloria. Et Iſrael.

In iij.nocturno,vt in pſalterio.
Secundum Matheū. 11.

In illo tpe: Cū audiſſet Io-

hannes in vinculis opera Chri: mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et rel.
Hom. B. Gregorij Pape. L. vii.
Querẽdũ nobis eſt fratres chariſſimi: Johannes propheta, et pluſquã propheta: qui veniẽtẽ ad Jordanis baptiſma oſtendit dñm dicẽs: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Tu autem do. ℟. Deſcendet dñs ſicut pluuia in vellus. Orietur in diebus eius iuſtitia, et abũdãtia pacis. ℣. Et adorabũt eũ oẽs reges terre: oẽs gentes ſeruient ei. Orietur in die. L. viii.
Qui etiam humilitatẽ suã, et diuinitatis eius potentiã conſiderans dicit: Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui autem de celo venit, ſuper oẽs eſt. ℟. Veni dñe, et noli tardare, relaxa facinora plebis tue Iſrael. Et reuoca diſperſos in terram ſuam. ℣. Excita domine potentiam tuam, et veni: vt ſaluos nos facias. Et reuoca. Lectio nona.
Cur autem in carcere poſitus mittens diſcipulos requirit? Tu es, qui venturus es: an alium expectamus? Tanquã ſi ignoraret, quem oſtenderat: et, an ipſe ſit, neſciat, quem ipſum eſſe prophetãdo: baptizãdo: oſtẽdendo clamauerat? Sed hec citius queſtio ſoluitur: ſi geſte rei tẽpus, et ordo pẽſatur. Tu autẽ dñe. ℟. Ecce radix Jeſſe aſcendet in ſalutẽ populorum, ipſum gentes deprecabunt. Et erit nomẽ eius glorioſum i ſecula. ℣. Dabit ei dñs Deus ſedẽ Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in eternum. Et. Gloria pa. Et reiteratur. ℟. Ecce ra. Sacerdos verſus.

IN LAUDIBUS. Aña.
Veniet dñs, et nõ tardabit: et illuminabit abſcondita tenebrarũ, et manifeſtabit ſe ad omnes gentes. halla. ps. Dñs regna. 92. Aña. Jeruſalem gaude gaudio magno, quia veniet tibi ſaluator. haleluiah. ps. Jubilate. aña. Dabo in Sion ſalutẽ, et in Jeruſalem gloriam meam. ps. Deus deus. aña. Montes, et omnes colles humiliabuntur: et erunt praua in directa: et aſpera in vias planas: veni domine, et noli tardare, haleluiah. ps. Benedicite. Aña. Juſte, et pie viuamus: expectantes beatam ſpem, et aduentum domini. ps. Laudate. Capitulum.
Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chri, et diſpenſatores myſterio dei. Hic iã queritur inter diſpenſatores: vt fidelis quis inueniat. Hym. ℣. verſu. ad B. aña. Johãnes cũ audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittẽs duos ex diſcipulis ſuis ait illi: Tu es, q vẽturus es, an alium expectamus? Oro. Aurẽ tuã.

Ad primam añã. Veniet dñs. Pſalmus vt in prima. capi ℟. verſ. vt ſup. in prima dñica. Ad horas añe de laudib. cum oratione dñicali. Ad ſecundas veſper. Añã. Venite domin⁹. ps. Dixit dñs. 45. cum hac ſola añã. Cap. Venite aſcendamus. ℟. Ecce radix. Hymnus verſ. vt ſupra. Ad Mag. Añã. Ite, dicite Johanni: ceci vident: ſurdi audiunt: claudi curantur: lepꝛoſi mundantur. Oratio, vt ſupra.

FERIA II. Lectio j.

Et erit pro ſuaui odore fetor: ⁊ pro zona funiculus, ⁊ pro criſpanti crine caluitium: ⁊ pro faſcia pectorali cilitium. Hec dicit dominus. ℟. Ecce apparebit dominus. Lectio ij.

Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent: ⁊ fortes tui in prelio. Et merebunt, atque lugebunt porte eius: ⁊ deſolata in terra ſedebit. Hec dicit.

℟. Bethlehem. Lectio iij.

Et apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa dicentes. Panem noſtrum comedemus ⁊ veſtimentis nr̃is operiemur: tantum modo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrũ. Hec dicit.

℟. Qui venturus eſt.

Dicit dominus penitentiã agite: appropinquabit enim regnũ celorum. Ad Magnif. Añã. Beatam me dicent omnes generationes: quia ancillam humilem reſpexit deus.

FERIA III. Lect. j.

In die illa erit germen dñi in magnificentia ⁊ gloria: ⁊ fructus terre ſublimis: ⁊ exultatio his, q ſaluati fuerint de Iſrael. Hec dicit. ℟. Suſcipe. ij.

Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion: ⁊ reſiduus in Jeruſalẽ: ſanctus vocabit omnis, qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalẽ. Hec dicit. ℟. Egypte. Lectio iij.

Si abluerit dñs ſordem filiarũ Sion: ⁊ ſanguinem Jeruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicii: ⁊ ſpiritu ardoris. Hec dicit. ℟. Prope. Ad B. añã. Conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachiũ domini. Ad Magnificat. Antiphona. Eleuare eleuare, conſurge Jeruſalem, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.

FERIA IIII. Lectio j.

Et creabit deus ſuper omnem locum montis Siõ ⁊ vbi inuocatus eſt: nubem per diem: ⁊ fumum ⁊ ſplendorem ignis flammantis in nocte. Hec. ℟. Deſcendit. Lectio ij.

Super omnem enim gloriam protectio: ⁊ tabernaculum erit in vmbraculum diei ab eſtu: ⁊ in ſecuritatem, ⁊ abſconſionem a turbine, ⁊ a pluuia. Hec dicit. ℟. Veni domine. Lectio iij.

Cantabo, dilecto meo, canticũ pa-

patruelis mei vineę meę. Vinea facta eſt dilecto meo: ꝛ in cornu filio olei: ꝛ ſepiuit eam: ꝛ lapides elegit ex illa: ꝛ plantauit vineā electam. Hęc dicit. ℟. Ecce radix Ieſſę. Ad Bñs. Aña. Ponam in Sion ſalutem, ꝛ in Ieruſalem gloriā meam. Ad Magnif. aña. Ponent domino gloriam, ꝛ laudem eius in inſulis nunciabunt: quia ecce veniet, ꝛ non tardabit.

FERIA V. Lectio j.

Et ędificauit turrim in medio eius: ꝛ torcular extruxit in ea. Et expectauit, vt faceret vuas: ꝛ fecit labruſcas. Hęc. ℟. Ecce apparebit. Lectio ij. Nunc ergo habitatores Ieruſalem, ꝛ viri Iuda: iudicate inter me: ꝛ vineam meam. Hęc dicit. ℟. Bethleem. Lectio iij. Quid eſt, quod debui vltra facere vineę meę: ꝛ nō feci ei? An quod expectaui, vt faceret vuas, ꝛ facit labruſcas? ℟. Qui venturus. Ad Benedictus Antiph. Conſolamini, conſolamini populus meus, dicit dñs, deus veſter. Ad Mag. aña. Letamini cum Ieruſalem in ea omnes, qui diligitis eam in ęternum.

FERIA VI. Lectio j.

Et nunc oſtendam vobis, quid faciā ego vineę meę: Auferam ſepem eius, ꝛ erit in direptionem: diruam maceriā eius, ꝛ erit in conculcationem: ꝛ ponam eam deſertam. ℟. Suſcipe verbum. Lectio ſecunda. Non putabitur, ꝛ nō fodietur: ꝛ ſuper eam aſcendent vepres, ꝛ ſpinę. Et mādabo nubibus ne pluant ſuper eam imbrem. Hęc. ℟. Aegypte. Lectio iij. Vinea enim dñi exercituū domus Iſrael eſt: ꝛ viri Iuda germen delectabile eius. Et expectaui, vt faceret iudicium, ꝛ ecce iniquitas: ꝛ iuſtitiam, ꝛ ecce clamor. Hęc dicit. ℟. Prope eſt. Ad Bñs. aña. Dies domini, ſicut fur, ita in nocte veniet: ꝛ vos eſtote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Ad Magnificat aña. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Iohānes: qui poſt me venit ante me factus eſt.

SABBATHO. Lectio j.

Vę, qui coniungitis domū ad domum: ꝛ agrum agrō copulatis, vſque ad terminos loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terrę? Hęc dicit. ℟. Deſcendet. Lectio ij. In auribus meis ſunt hęc, dicit dominus exercituū. Niſi domus multę deſertę fuerint grandes, ꝛ pulchrę abſque habitatore. Hęc. ℟. Veni dñe. Lectio iij. Decem enim iugera vinearū facient laguncula vnam, ꝛ triginta modij ſementis faciēt modios tres. Hęc dicit. ℟. Ecce radix Ieſſę. Ad Bened. Añ. Dabit

bit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius: ⁊ regnabit in ęternum. Ad Veſp. Aña. Benedictus. ps. Ipſe ⁊c. 61. ad cęteros. Cap. Qui venturus. R. Non auferetur. iij. hymnus. V. vt ſup. Ad Mag aña. Non auferetur ſceptruȝ de Juda, ⁊ dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, ⁊ ipſe erit expectatio gentium. Oratio.

Excita domine potentiam tuam: ⁊ veni, ⁊ magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxiliuȝ gratię tuę, quod noſtra peccata prępediunt: indulgētia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis, ⁊ regnas cum deo patre.

DOMINICA QVARTA aduentus.

Ad Matu. Inuit. Ecce venit plenitudo temporis, in quo miſit deus filium ſuum, natum de virgine, factum ſub lege, Venite adorem⁹. ps. Venite exultem⁹. Hymn⁹, añe. V. ps. vt ſup. Lec. tertia de Iſaia. iij. de ſermone. Lectiõ quarta. ⁊ iij. de euãgelio. Miſerunt Judei. Lectio j.

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatē ſectādam: ⁊ potanduȝ, vſq; ad veſperam: vt vino ęſtuetis. Cithara, ⁊ lyra, ⁊ tympanum, ⁊ tibia, ⁊ vinum in conuiuiis veſtris: ⁊ opus domini non reſpicitis: nec opera manuum eius conſideratis. Hęc dicit dominus. R. Canite tuba in Sion: vocate gentes annunciate populis, ⁊ dicite. Ecce deus ſaluator noſter adueniet. V. Annunciate in finibus terrę, ⁊ inſulis, quę procul ſunt, dicite. Ecce de⁹. Lec. ij.

Propterea captiuus duct⁹ eſt populus meus: q̃a non habuit ſcientiam, ⁊ nobiles eius interierunt fame: ⁊ multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam: ⁊ aperuit os ſuum abſq; vllo termino. Hęc dicit. R. Octaua decima die decimi menſis ieiunabitis, dicit dominus, ⁊ mittā vobis ſaluatorem, ⁊ propugnatoreȝ pro vobis, qui vos pręcedat. Et introducam in terram, quaȝ iuraui patrib⁹ veſtris. V. Ego ſuȝ dominus deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti. Et introducam. Lectio tertia.

Et deſcendent fortes eius: ⁊ ſublimes eius, glorioſiq; ad euȝ. Et inclinabitur homo: ⁊ humiliabitur vir: ⁊ oculi ſublimium deprimentur. Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio: ⁊ deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Hęc dicit. R. Non auferetur ſceptrum de Juda, ⁊ dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt. Et ipſe erit expectatio gentium. V. Pulchriores ſunt oculi eius vino: ⁊ dentes eius lacte candidiores. Et ipſe. Gloria patri. Et.

In

In ſecundo noct. pro ut in pſal.
Sermo ſancti Maximi epiſcopi. Lectio quarta.

LEtitia quanta ſit, quantusq; concurſus cum imperatoris iſtius mundi natalis celebrandus eſt: bene noſtis, quem admoduȝ duces ⁊ principes: omnes etiam militantes accurati, ſericis veſtibus accincti operoſis cingulis auro fulgētibus preciosis: ambiant ſolito nitidius in conſpectu regis incedere. Tu autem. ℟. Me oportet minui, illum autem creſcere. Qui poſt me venit, ante me factus eſt: cuius non ſum dignus corrigiaȝ calciamenti ſoluere. ℣. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Johannes. Qui. Lect. v.

CRedunt enim maius eſſe imperatoris gaudium: ſi viderit maiorem ſuę apparationis ornatum. Tantoque illum lętum futurum, quanto ipſi fuerint in eius feſtiuitate deuoti: vt, quia imperator tanquam homo corda non conſpicit: affectum eorum circa ſe probet, habitum contuendo: ita fit, vt ſplendidius ſe accuret quiſquis eum fidelius diligit. ℟. Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo miſit deus filium ſuum in terris, natum de virgine, factum ſub lege. Vt eos, qui ſub lege erant redimeret. ℣. Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos deus: filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati. Vt eos. Lectio ſexta.

DEinde, quia in die natalis ſui: ſciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima, vel miniſtris ſuis, vel his: qui in domo eius abiecti eſſe putantur, ⁊ viles: tanto plus theſauros eius replere diuitiarum varietate feſtinant: vt, inquantum prorogare voluerit, in tantum prorogatio copioſa non deſit: ⁊ ante voluntas donandi deficiat, quam ſubſtantia largiendi. ℟. Virgo Iſrael reuertere ad ciuitates tuas, vſquequo volens auerteris? Generabis dominum ſaluatorem oblationeȝ nouam in terra: ambulabunt homines in ſaluationem. ℣. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui. Generabis dominum. Gloria.

In tertio noctur. vt in Pſalte.
Secundum Johannem. I.

IN illo tempore: Miſerunt Judęi ab hyeroſolymis ſacerdotes, ⁊ leuitas ad Johannem: vt interrogarent eum: tu quis es? ⁊ reliqua.

Homilia beati Gregorij Papę. Lectio ſeptima.

EX huiꝰ nobis lectionis verbis, cariſſimi frēs, Johānis humilitas cōmendatur. Qui cū

tantę

tantę virtutis eſſet, vt Chriſtus credi potuiſſet: elegit ſolide ſubſiſtere in ſe: ne humana opinione, raperetur inaniter ſuper ſe. Nam confeſſus eſt: ꝛ non negauit. Confeſſus eſt: quia non ſum ego Chriſtus. Tu autem. ℟. Iuraui, dicit dominus, vt vltra nō iraſcar ſuper terram: montes eius, ꝛ colles ſuſcipient iuſtitiam meam. Et teſtamentum pacis erit in Jeruſalem. ℣. Iuxta eſt ſalus mea, vt veniat: ꝛ iuſtitia mea, vt reueletur. Et. Lect. viij.

Sed, qui dixit non ſum: negauit plane, quod non erat: ſed non negauit, quod erat: vt, veritatem loquens, eius membrum fieret: cuius ſibi nomē fallaciter non vſurparet. ℟. Non diſcedimus a te, viuificabis nos domine: ꝛ nomen tuum inuocabimus: Oſtende nobis faciem tuam, ꝛ ſalui erimus. ℣. Domine virtutum conuerte nos. Oſtē de nobis fa. Lectio nona.

Dum ergo non vult appetere nomen Chriſti: factus eſt membrum Chriſti quia dum infirmitatem ſuam ſtuduit humiliter agnoſcere: illius celſitudinem meruit veraciter obtinere. ℟. Naſcetur nobis paruul⁹, ꝛ vocabitur deus fortis: ipſe ſedebit ſuper thronū Dauid patris ſuis, ꝛ imperabit. Cui⁹ poteſtas ſuper humerum eius. ℣. Multiplicabitur eius imperium, ꝛ pacis non erit finis. Cuius. Gloria patri. Cuius. Reuereretur. ℟. Naſcetur. Sacerdos. ℣. Emitte agnum.

IN LAVDIB. aña.

Canite turba in Sion, quia prope eſt dies dñi: ecce veniet ad ſaluandum nos, halleluiah, haleluiah. ps. Dominus regnauit. 62. Aña. Ecce veniet deſideratus cunctis gentibus: ꝛ replebitur gloria domus domini, haleluiah. ps. Iubilate. Aña. Erunt praua ī directa: ꝛ aſpera in vias planas: veni dominē, ꝛ noli tardare haleluiah. ps. Deus deus. Aña. Dominus veniet, occurrite illi dicentes: magnum principium, ꝛ regni eius nō erit finis deus fortis, ꝛ dominator, princeps pacis: haleluiah, haleluiah. ps. Benedicite. Aña. Omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit, haleluiah. Pſal. Laudate. Cap.

Gaudete in dño ſemper: iterum dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: dominus prope eſt. Hymnus ℣. vt ſupra. Ad benedic⁹. Aña. Quomodo fiet iſtud angele dei, quia virum in concipiendo non pertuli? audi Maria virgo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ꝛ virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi. Oratio. Excita domine. Ad j. aña. Canite tu. ps. Deus deus. 8. ad horas añę

nię laudum: cętera, vt ſupra. Ad ſecundas veſperas aña Canite tuba. ps. Dixit. 43. ꝛc. cum hac ſola aña. Cap. Venite aſcendamus. ℣. Naſcetur nobis. Hymnus vt ſupra. Ad Mag. aña. Qui poſt me venit, ante me factus eſt: cuius non ſuʒ dignus calciaméta ſoluere. Oro, vt ſup.

FERIA II. Lectio j.

Et paſcentur agni iuxta ordinem ſuum: ꝛ deſerta in vbertatem verſa aduene cõmendet. Hęc dicit dominus. ℟. Canite tuba. Lectio ij.

Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: ꝛ quaſi vinculum plauſtri peccatuʒ. Hęc. ℟. Octaua decima. Lectio iij.

Qui dicit: feſtinet, ꝛ cito veniat opus eius, vt videamus, ꝛ appropinquet, ꝛ veniat conſilium ſancti Iſrael, ꝛ ſciemus illud. Hęc. ℟. Non auferetur.

IN LAVD. aña.

Ecce veniet dominus princeps regum terrę: beati, q parati ſunt occurrere illi. ps. Miſerere. 20. aña. Cum venerit filius hominis: putas ſuper terram? ps Verba mea. 2. aña. Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo miſit Deus filium ſuum in terris. ps. Deus deus. 63. Aña. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. ps. Confitebor. 15. Aña. Egredietur dominus de loco ſancto ſuo: veniet, vt ſaluet populum ſuum. ps. Laudate 63. Ad Benedictus aña. Benedicta tu in mulieribus, ꝛ benedict⁹ fructus vẽtris tui. Ad hor. anę. de laud. Ad Mag. aña. Egredietur virga de radice Ieſſę, ꝛ replebitur omnis terra gloria domini, ꝛ videbit oĩs caro ſalutare dei. hal. Oro, vt ſup. Feria iij. Lect. j.

Væ, qui dicitis malum bonum, ꝛ bonum malum: ponentes tenebras lucem, ꝛ lucem tenebras: ponentes amarum in dulce: ꝛ dulce in amarum. Hęc dicit. ℟ Me oportet. Lec. ij.

Vę, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: ꝛ coram vobiſmetipſis prudentes. Vę, qui potẽtes eſtis ad bibendum vinum: ꝛ viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Hęc. ℟. Ecce iam. Lectio iij.

Vę, qui iuſtificatis impiuʒ pro muneribus: ꝛ iuſtitiã iuſti auferis ab eo. Hęc. ℟. Virgo Iſrael.

IN LAVD. Aña.

Rorate cęli deſup: ꝛ nubes pluant iuſtum: aperiat terra ꝛ germinet ſaluatorẽ. ps. Miſerere. 20. Aña. Emitte agnum dñe dominatoreʒ terrę de petra deſerti ad montẽ filię Sion. ps. Iudica. 14. Aña Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum. ps. Deus Deus. 63. Aña. Da mercedem dñe ſuſtinentibus te: vt prophetę tui fideles inueniãtur.

℣. Ego dixi. &c. Aña. Lex per Moyſen data eſt: gratia, et veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. ps. Laudate. 63. Ad Bñs. Aña. Tu Bethlehem terra Juda non eris minima in principibus Juda: ex te enim exiet dux qui regat populum meũ Iſrael. Ad horas antiphone. Ad magnificat antiphona. O.

Feria iiij in quatuor temporibus non fiat genuflexio: nec preces dicantur: nec aliqua fiat mẽtio, ob reuerentiam euangelij. Miſſus eſt. Sed dictis xv. pſal. ſolę matutinę, et ſolę horę dicantur vſq; ad veſperas: et tunc fiat ſecundum, quod tempus dictauerit: ſicut et in aliis diebus. Ad Matutinum. Inuit. Prope eſt iam dominus, Venite adoremus. Et dicatur in ferialibus diebus, vſq; ad vigiliam natiuitatis domini: hymn. ℣. vt ſup. Antipho. Auertat dominus. ps. Dixit inſipiens. Et cętera ad cęteros. Lectio tertia de homi. Miſſus eſt Gabriel. require in commune. beatę Marię virgin. per aduentum: ℟. ſequens a priore incipiatur, et ab eodem. ℣. cantetur. ℟. Clama in fortitudine, q annuncias pacem in Jeruſalem: dic ciuitatibus Judę, et habitatoribus Sion. Ecce Deus noſter, quem expectabamus, aduenier. ℣. Super montem excelſum celſum aſcende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Ecce. ℟. Orietur ſtella ex Jacob, et exurget homo de Iſrael: et confringet omnes duces alienigenarum. Et erit omnis terra poſſeſſio eius. ℣. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei. Et. ℟. Modo veniet dominator dominus. Et nomen eius Emmanuel vocabitur. ℣. Orietur in diebus eius iuſtitia, et abundantia pacis. Et no. Gloria. Sacerdos ℣. Emitte a.

IN LAVDIB. Aña.

Prophetę prędicauerũt naſci Saluatorem de virgine Maria. ps. Miſerere &c. Aña. Spiritus domini ſuper me: euãgelizare pauperibus miſit me. ps. Te decet. 25. Aña. Propter Sion non tacebo, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius. ps. De⁹ deus. 63. Añ. Ecce veniet dominus: vt ſedeat cum principibus: et ſolium glorię teneat. ps. Exultauit. 25. Aña. Annunciate populis, et dicite: ecce Deus Saluator noſter veniet. ps. Laudate. 63. Ad Benedictus aña. Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam virginem deſponſatã Joſeph. Oro.

Feſtina domine, ne tardaueris, et auxilium nobis ſupernę virtutis impende: vt aduentus tui conſolationibus ſubleuentur: qui in tua pietate con-

confidunt. Qui viuis, ⁊ regnas. Hec oratio dicatur ad omnes hor. cum añ. de laudib.
Ad veſp. añ. ⁊ pſal. ſecundum feriam. ℟. Feſtina, ne tardaueris domine. Et. libera populuȝ tuum. ℣. Ueni domine noli tardare: relaxa facinora plebis tuę. Et. illud ℟. dicatur in ferialibus diebus, vſque ad vigil. Natiuit. domini. Ad Magnificat antiphona. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Oratio.
GRatię tuę, quęſumus domine, ſupplicibus tuis tribue largitatem: vt mandata tua te operante ſectantes: conſolationeȝ pręſentis vitę percipiant, ⁊ futurę. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.
FERIA V. Lectio j.
PRopter hoc, ſicut deuorat ſtipulam, ⁊ ligna flamma ignis, ⁊ calor flammę exurit: ſic radix eorum, quaſi fauilla erit, ⁊ germen eorum, vt puluis aſcendet. Hec. ℟. Egredietur dominus ⁊ pręliabitur contra gentes. Et ſtabunt pedes eius ſupra montem oliuarum ad orienteȝ. ℣. Eleuabitur ſuper omnes colles, ⁊ fluerent ad eum omnes gẽtes. Et ſtabunt. Lectio ij.
ABiecerunt enim legem domini exercituum, eloquiuȝ ſancti Jſrael blaſphemauerunt. Hec. ℟. Pręcurſor pro nobis ingreditur agnus ſine macula: ſecundum ordinem Melchiſedech. Pontifex factus eſt in ęternum, ⁊ in ſeculum ſeculi. ℣. Ipſe eſt rex iuſtitię: cuius generatio non habet finem. Pontifex factus eſt. Lectio tertia.
IDeo iratus eſt furor domini in populo ſuo: ⁊ extendit manum ſuam ſuper eum: ⁊ percuſſit eum. Hec dicit. ℟. Uidebunt gentes iuſtum, ⁊ cuncti reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen tuum, quod os domini nominauit. ℣. Et eris corona glorię in manu domini, ⁊ diadema regni in manu dei tui. Et. Gloria. Et. ℣. Emitte.
IN LAUD. Añ.
DE Sion veniet dominus omnipotens, vt ſaluum faciat populum ſuum. pſ. Miſerere. 20. Añ. Conuertere domine aliquantulum: ⁊ ne tardes venire ad ſeruos tuos. pſ. Domine refugium. 31. Añ. De Sion veniet, qui regnaturus eſt dominus: Emmanuel magnum nomen eius. pſ. Deus deus. 63. Añ. Ecce deus meus, ⁊ honorificabo eum: deus patris mei, ⁊ exaltabo eũ. pſal. Cantemus. 32. Añ. Dominus legifer noſter: dominus rex noſter ipſe veniet, ⁊ ſaluabit nos. pſ. Laudate. 63. Ad Benedi. añ. Bethlehem nõ es minima in principibus

bus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populū meum Jſrael: ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum a peccatis eorum. Oratio dominicalis. ad horas aīę de lau. cum oratione dominicali. ad veſperas aīę, prout continetur in rubrica de in anno: oratio de dominica.

FERIA VI. ſm Lucam.

IN illo tempore, Exurgens Maria: abijt in montana, cum feſtinatione in ciuitatē Juda, et intrauit ī domū Zacharię, et ſalutauit Eliſabeth: et reliqua. Homilia venerabilis Bedę Preſbyteri. Lectio prima.

POſtquam ergo beata Maria, fratres chariſſimi, angelica viſione, et allocutione meruit ſublimari: et poſt quam ſe cęleſti honeſtādā partu didicit: nequaquā ſe de cęleſtibus donis, quaſi a ſe hęc eſſent extulit. Tu autem. ℟. Emitte agnum domine dominatorem terrę: De petra deſerti ad montem filię Sion. ℣. Oſtē de nobis domine miſericordiam tuam, et ſalutare tuum da nobis. Lectio ſecunda.

SEd vt magis, magiſq; donis eſſet apta diuinis, in cuſtodia humilitatis greſſum mētis fixit. Sic enim euangelizanti ſibi angelo reſpondit: Ecce, inquit, ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. ℟. Germinauerunt campi eremi germē odoris Jſrael, quia ecce deus noſter cū virtute veniet. Et ſplēdor eius cum eo. ℣. Ecce dominator dominus cum virtute veniet. Et ſplendor. Lectio iij.

VT ergo audiuit ſalutationem Marię Eliſabeth: exultauit in gaudio infans ī vtero eius. Aperiente os ad ſalutādum Maria, repleta mox ſpiritu ſancto Eliſabeth: repletus eſt et Johannes: atq; vno, eodemq; ſpiritu ſancto ambo edocti. ℟. Radix Jeſſę, qui exurget iudicare gentes, in eum gentes ſperabunt: et erit nomen eius glorioſum. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius: deus noſter manifeſte veniet. Et Gloria. Et. Sacerdos. ℣. Emitte.

IN LAVDIBVS. Aña.

COnſtantes eſtote videbitis auxilium domini ſup vos. Pſal. Miſerere 20. Añ. Ad te domine leuaui animam meā: veni, et eripe me dñe ad te confugi. Pſal. Domine exau. 37. añ. Ueni domine, et noli tardare: relaxa facinora plebi tuę Jſrael. pſ. Deus deus. 63. aña. Deus a Libano veniet: et ſplendor eius ſicut lumē erit. pſ. Domine audiui. 37. aña. Ego autem ad dominum aſpiciam: et expectabo dominum ſaluatorem meum. pſ. Laudate. 63. Ad Bened. aña. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit

uit in gaudio infans in vtero meo. halelulah. Oratio.

Excita queſumus dñe potẽtiam tuam, ⁊ veni: vt hi, q in tua pietate confidunt: ab omni citius aduerſitate liberentur. Qui viuis, ⁊ regnas. Et dicatur ad hor. cum añ. de laud.

SABBATHO ſm Lucam.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Ceſaris, procurante Pontio Pilato Judeę: tetrarcha autem Galileę Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Itureę, ⁊ Trachonitidis regionis: ⁊ Liſania Abilinę tetrarcha: ſub principibus ſacerdotum Anna, ⁊ Caipha: factuȝ eſt verbuȝ domini ſuper Johannem filium Zacharię in deſerto. ⁊ reliqua. Homilia beati Gregorij papę. Lectio prima.

Cunctis liquet legentibus, quod Johannes baptiſmũ penitentię non ſolum predicauit: verum etiam quibuſdam dedit: ſed tamen baptiſmum in remiſſionem peccatorum dare non potuit. Remiſſio enim peccatoruȝ in ſolo baptiſmate Chriſti nobis tribuitur. Tu autem. ℟. Paratus eſto Jſrael in occurſum domini: quoniam venit: Firmans montes, ⁊ creans ſpiritum: ⁊ annuncians in hominibus Chriſtum eſſe venturum. ℣. Ecce dominator dominus cum virtute veniet. Firmãs montes. Lectio ſecunda.

Notandum itaq; eſt, q dicitur predicans baptiſmũ penitentię in remiſſionem peccatorum: quoniam baptiſmum, quod peccata ſolueret: quia dare non poterat: predicabat, vt, ſicut filium dei precurrebat naſcendo: ita etiam precurreret baptiſmum penitentię predicando. ℟. Rorate celi deſuper: ⁊ nubes pluant iuſtum: Aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorem. ℣. Emitte agnum domine dominatorem terrę de petra deſerti ad montem filię Sion. Aperiatur. Lectio tertia.

Beatus vero Johannes requiſitus quis eſſet reſpondit: Ego vox clamantis in deſerto. Qui ſicut antea dictum eſt. Ideo vox a propheta vocatus eſt: quia verbũ preibat. ℟. Montes Jſrael, ramos veſtros expandite, ⁊ florete: ⁊ fructus facite. Prope eſt, vt veniat dies domini. ℣. Rorate celi deſuper. ⁊ nubes pluant iuſtuȝ: aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatoreȝ. Prope. Gloria. Prope. Sacerdos. ℣. Emitte.

IN LAVDIB. añ.

Intuemini quam ſit glorioſus, qui ingreditur ad ſaluandum populos. pſal. Miſerere. 20. antipho. Vigilate animo: in proximo eſt dominus deus noſter. pſ. Bonum. 44. Añ. Pa

ratus eſto Iſrael in occurſum domini: quoniam venit. Pſal. Deus deus. 63. Antipho. Expectetur, ſicut pluuia eloquium domini: et deſcendet ſicut ros ſuper nos deus noſter. Pſal. Audite. 44. Aña. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Pſal. Laudate. 63. Ad benedictus antiph. Omnis vallis implebitur: et omnis mons, et collis humiliabitur: et videbit omnis caro ſalutare dei. Oratio.

Deus qui conſpicis, quia ex noſtra prauitate affligimur: concede propitius: vt ex tua viſitatione conſolemur: Qui viuis, et regnas. Et dicatur ad horas: cum antiphona de laudibus, Ad Magnificat antiphona. O.

In die ſancti Lazari incipiantur he añe principales: que dicuntur ad magnificat, vſque ad vigiliam natalis domini. Et illis diebus, quibus dicuntur: pretermittimus ſolum ad veſp. proſtrationes, et preces: et etiam conſueta ſuffragia.

De defunctis tamẽ dicimus. Dum autem dictum defunctorum officium, ante natalem domini vltimo dicendum: fuerit cum ix. lectio. compleatur, prout in rub. de in anno ſecundum diuerſa tempora clare ſignantur aña, O ſapientia, Hec prima aña bis dicatur, ſcilicet ante magnificat, et poſt: ſiue dominica fuerit ſiue non: Quod ſi in ſabb. vel dominica non fuerit inchoata: tunc magnificat bis dicatur, ſcilicet ad veſperas de ſancto Lazaro. et poſt. Antipho. j.

O Sapientia, que ex ore altiſſimi prodijſti, attingens a fine vſque ad finem fortiter, ſuauiterque diſponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentie. Aña. O Adonai, dux domus Iſrael: qui Moyſi in igne flamme rubi apparuiſti: et ei in Syna legem dediſti: veni ad redimendum nos in brachio extento. Aña. O radix Ieſſe, qui ſtas in auxilium populorum: ſuper quem continebunt reges os ſuum: quem gentes deprecabuntur: veni, ad liberandũ nos: iam noli tardare. Añ. O clauis Dauid, et ſceptrum domus Iſrael: qui aperis, et nemo claudit: claudis, et nemo aperit: veni et educ vinctum de domo carceris: ſedentem in tenebris, et vmbra mortis. Aña. O oriens ſplendor lucis eterne, et ſol iuſtitie: veni, et illumina ſedentes in tenebris, et in vmbra mortis. Antipho. O rex gentium, et deſideratus earum, lapisque angularis, qui facis vtraque vnum: veni ſalua hominem, quem de limo terre formaſti. Antiph. O Emmanuel rex, et legifer noſter expectatio gen-

gentium, ⁊ ſaluatoꝛ earum: veni ad ſaluandum nos domine deus noſter.

IN VIGILIA Natiuitatis domini dicitis xv. pſalm. ſolę matu. dicantur ſine genuflexione, ⁊ pꝛecibus ſolemnibus, ⁊ ſuffragijs ſanctoꝛum. Inuit. Hodie ſcietis, quia veniet dominus: Et mane videbitis gloꝛiam eius. pſal. Venite. Hymnus. Verbum ſupernum, antiphonę, ⁊ dicta. de feria. ℣. Hodie ſcietis, quia veniet dominus. ℟. Et mane videbitis gloꝛiam eius, hala. Secundum Mattheum.

IN illo tempoꝛe: Cum eſſet deſponſata mater Jeſu Maria Joſeph: ante, quam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Et reliqua. Homilia Origenis. Lectio pꝛima.

CUm deſponſata eſſet mater Jeſu, Maria, Joſeph. Quę fuit neceſſitas, vt deſpōſata eſſet Maria Joſeph? niſi pꝛopterea quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur: ⁊ ille malignus fraudis commenta aduerſus deſponſatam virginem nulla penitus inueniſſet. Tu. ℟. Sanctificamini hodie, ⁊ eſtote parati: quia die craſtina videbitis maieſtatem dei in vobis. ℣. Hodie ſcietis, quia veniet dominus, ⁊ mane videbitis. Maieſt. Lectio ſecunda.

VEl ideo fuit deſponſata Joſeph, vt nato infanti, vel ipſi Marię curam videretur gerere Joſeph: ſiue in Ægyptum iens, vel inde denuo rediens. Jdeo deſponſata fuit Joſeph: non tamen in concupiſcentia iuncta. ℟. Conſtantes eſtote: videbitis auxilium domini ſuper vos: Judęa, ⁊ Jeruſalē nolite timere. Cras egrediemini: ⁊ dominus erit vobiſcum. ℣. Vos, qui in puluere eſtis expergiſcimini, ⁊ laudate: ecce dominus veniet cum ſalute. Cras egredie. Lectio tertia.

MAter, inquit eius, Mater immaculata, mater incorrupta. Mater eius. Cuius eius? Mater dei vnigeniti: domini, ⁊ regis omnium: ⁊ redemptoꝛis, ⁊ creatoꝛis cunctoꝛum. ℟. Sanctificamini filij Jſrael dicit dominus: in die enim craſtina deſcendet dominus. Et auferet a vobis omnem languoꝛem. ℣. Craſtina diē delebitur iniquitas terrę, ⁊ regnabit ſuper vos ſaluatoꝛ mundi. Et. Gloꝛia. Reiteratur. ℟. Sancti. ℣. Craſtina die erit vobis ſalus. ℟. Dicit dominus exercituum. haleluiah.

IN LAVDI B. Añ. Judęa, ⁊ Jeruſalē nolite timere: cras egrediemini, ⁊ dñs erit

vobiſcum. halah. Ps. Dominus re. 63. An. Hodie ſcietis, quia veniet dominus: & mane videbitis gloriam eius. Pſal. Jubilate. Antipho. Craſtina die delebitur iniquitas terrę: & regnabit ſuper vos ſaluator mundi. Deus deus. Ana. Craſtina die erit vobis ſalus: dicit dominus exercituū. Ps. Bene. Antiph. Leuate capita veſtra: ecce appropinquabit redemptio veſtra. Ps. Laudate dn̄m. Capitulum.

Paulus ſeruus Jeſu Chriſti vocatus apoſtolus: ſegregatus in euangelio Dei: quod ante promiſerat, per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſecundum carnem. R. Deo gratias. Hymnus. Vox clara. V. Craſtina die delebitur iniquitas terrę. R. Et regnabit ſuper nos ſaluator mundi. hal'a. Ad Bene. ana. Cum eſſet deſpōſata mater Jeſu Maria Joſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt habēs in vtero, quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Oratio.

Deus, qui nos redemptionis noſtrę annua expectatione lętificas: pręſta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorē lęti ſuſcipimus: venientem quoque iudicem ſecuri videamus: dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Et dicatur ad omnes hor. ad ja. Hymnus. Jam lucis. In tono hym. Vox clara. Similiter & ad alias hor. An. Judęa, & Jeruſalem. Pſalm. Deus in nomine tuo. R. Jeſu Chriſte. Cum duplici Haleluiah. V. Qui ſedes. Ad lect. Kal. cum annunciatur Jeſus Chriſtus in Bethleem naſcitur. Omnes fratres proſtrati ſimul in terra gratias Deo referant: dicendo, Pater noſter. & Aue Maria. Quo dicto perlegatur lect. Ad iij. antipho. Hodie ſcietis. Capitulum.

Propter Sion non tacebo: & propter Jeruſalē nō quieſcam: donec egrediatur, vt ſplendor iuſtus eius: & Saluator eius, vt lampas accendatur. R. Deo gratias. V. Craſtina die delebitur iniquitas terrę, haleluiah, haleluiah. V. Et regnabit ſuper nos ſaluator mundi, haleluiah. V. Gloria patri. R. Craſtina. V. Craſtina die erit vobis ſalus, haleluiah. R. Dicit dominus exercituum, haleluiah. vt ſupra. Ad ſextam antipho. Craſtina. Capitulum.

Videbunt gentes iuſtum tuum: & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen tuum, quod os domini nominauit. R. Craſtina die erit vobis ſalus, Haleluiah, haleluiah. V. Dicit dominus exercituum. Glor. V. Hodie ſcietis,

quia

quia veniet dominus. ℟. Et mane videbitis gloriam eius, hal. Ad ix. an. Craſtina. Capitulu.

Super montem excelſum aſcende, tu qui euãgelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam: qui euangelizas Jeruſalem. ℟. Hodie ſcietis, quia veniet dominus. Halelujah. hal. ℣. Et mane videbitis gloriã eius, halelujah. Gloria. ℣. Conſtantes eſtote. ℟. Videbitis auxilium domini ſuper vos.

Oratio, vt ſupra.

Notandum eſt, quod ſi vigilia natiuitatis domini in dominica euenerit: ſic faciendum eſt. Ad matutin. Inuitatorium Hodie ſcietis. vt ſup. hymn. Verbum ſupernum. vt ſup. añ. Conſurge conſurge. Pſalm. Beatus vir ⁊c. ad ceteros. ℣. Ex Sion ſpecies. Lectio. tres de Iſaia: ſcilicet ille, que dicte fuerunt in preced. iiij. dñica. ℟. Canite tuba. duo de prima turba dominice. In ſecundo noct. aña. Leua. Pſal. Conſerua. ⁊ cetere ad ceteros. ℣. Egredit. Lect. tres de ſermone. Letitia quanta, vt in precedẽti dominica ſũt ſignate. ℟. Non oportet. duo de ſecũda turba dominice. In iij. noc. añ. Conſolamini. pſ. Celi enarrant. 8. Et cetere ad ceteros. verſus. Hodie ſcietis Lec. iij. de euang. Cum eſſet deſponſata. ℟. Sanctificamini. cetera duo de vig. ℟. ix. reſumitur ſacerd. ℣. Craſtina die erit vobis ſalus. ℟. Dicit dominus exercituum. In lau. per omnia, ſicut in vig. natiu. dñi. De dominica nulla fiat memoria. Ad primam. Pſal. Deus in nomine tuo. 48. Pſal. Beati immaculati in via. pſ. Retribue. pſ. Quicunq́. Cetera omnia fiant ad hor. vt in vig. natiu. domini ſignatum eſt.

In natiuitate domini totum dup. Ad reſp. prior. feſtiue incipiat antiphonam.



Rex pacificus magnificatus eſt: cuius vultum deſiderat vniuerſa terra. pſ. Laudate pueri. 46. añ. Magnificatus eſt rex pacificus: ſuper omnes reges vniuerſe terre. Pſal. Laudate dominum omnes gent. 47. Añ. Scitote, quia prope eſt regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardabit. Pſal. Lauda anima. 62. Aña. Leuate capita veſtra: ecce appropinquabit redemptio veſtra. pſ. Laudate dominum, quoniam bo. 62. Aña. Ecce completa ſunt omnia, que dicta ſunt per angelum de virgine Maria. Pſal. Lauda Jer. 62. Cap.

Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã: habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta eſt eis. ℟. Judęa, ⁊ Jeruſalem, nolite timere: Cras egredimini: Et dominus erit vobiſcum. ℣. Conſtantes eſtote, videbitis auxiliũ domini ſuper vos. Cras egre. Gloria. Et. Hymnus.

Veni redemptor gentiũ:
Oſtende partum virginis:
Miretur omne ſeculum:
Talis decet partus Deum.
Non ex virili ſemine:
Sed myſtico ſpiramine:
Verbum Dei factum caro:
Fructuſq; ventris floruit.
Aluus tumeſcit virginis:
Clauſtra pudoris permanent:
Vexilla virtutum micant:
Verſatur in templo Deus.
Procedens de thalamo ſuo:
Pudoris aula regia:
Geminę gigas ſubſtantię:
Alacris, vt currat viam.
Egreſſus eius a patre:
Regreſſus eius ad patrem:
Excurſus vſq; ad inferos:
Recurſus ad ſedem Dei.
Equalis eterno patri:
Carnis tropheo accingere:
Infirma noſtri corporis:
Virtute firmans perpeti.
Pręſepe iam fulget tuum:
Lumenq; nox ſpirat nouum:
Quod nulla nox interpolet:
Fideq; iugi luceat.
Deo patri ſit gloria:
Eiuſq; ſoli filio,
Cum ſpiritu paraclito:
Regnãs per omne ſeculum.

Omnes hym. eiuſdem metri, vſq; ad primas veſpe. Epipha. ad quaſcunq; horas cantentur in hoc tono, exceptis hymnis. Solis ortu. Saluator mundi. ℣. Tanquam ſponſus. ℟. Dominus procedens de thalamo ſuo. hal. Ad Mag. añ. Dũ ortus fuerit Sol de cęlo, videbitis regem regum, procedentem a patre: tanq̃ ſponſum de thalamo ſuo. Oro. Deus q nos re: vt ſup. Ad Complet. aña. Miſerere. pſal. Cũ inuocarẽ. ⁊ cęteri pſal. hy. Saluator. In fine dicat ℣. Sit laus. ad Nunc dimittis. Aña. Cõpleti ſunt dies Marię: vt pareret filiũ ſuũ primogenitũ. ⁊c.

IN DIE NATIVITATIS Domini. Ad mat. inuit. Chriſtus natus eſt nobis: Venite adoremus. pſ. Venite. Hymnus.



Chriſte redemptor omniũ:
Ex patre patris vnice:
Solus ante principium:
Natus ineffabiliter.
Tu lumen, tu ſplendor patris:
Tu ſpes perennis omnium:
Intende, quas fundũt preces

Tui per orbem famuli.
Memento ſalutis auctor:
Quod noſtri quondã corporis
Ex illibata virgine:
Naſcendo formam ſumpſeris.
Hic preſens teſtatur dies:
Currens per anni circulum.
Quod ſolus a ſede patris:
Mundi ſalus adueneris.
Hunc celum, terra hunc, mare:
Hunc omne, quod in eis eſt:
Auctorem aduentus tui:
Laudans exultat cantico.
Nos quoque qui ſancto tuo:
Redempti ſanguine ſumus:
Ob diem natalis tui.
Hymnū nouū concinimus.
Gloria tibi domine:
Qui natus es de virgine.

Hic ℣. Gloria tibi. dicatur in fine aliorum hym. qui huic tono poſſunt concordari, vſq; ad Epiph. In j. noct. antiph. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſalm. Quare fremue. 1. Aña. Tanquam ſponſus dominus procedens de thalamo ſuo. pſa. Celi enar. 7. Aña. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. pſ. Eructauit. 17. ℣. Tanquā ſponſus. ℟. Dominus procedens de thalamo ſuo. halleluiah. Lectio j.

Primo tempore, alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim: & nouiſſime aggrauata eſt via maris trans Jordanem Galilee. Populus gentiū, qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti letitiam. Letabuntur coram te, ſicut qui letantur in meſſe: ſicut exultant victores capta preda: quando diuidunt ſpolia. Jugum enim oneris eius: & virgam humeri eius: & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti: ſicut in die Madiam. Quia omnis violenta predatio cum tumultu, & veſtimentum miſtum ſanguine: erit in combuſtionem, & cibus ignis. Hec dicit. ℟. Hodie nobis celorum rex de virgine naſci dignatus eſt: vt hominem perditum ad celeſtia regna reuocaret. Gaudet exercitus Angelorum: quia ſalus eterna humano generi apparuit. ℣. Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bone voluntatis. Gaudet. Lectio ſecunda.

Conſolamini, conſolamini popule meus: dicit dominus Deus veſter. Loquimini ad cor Jeruſalem: & aduocate eam: quoniam completa eſt malitia eius: dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: parate viam domini: rectas

facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri. Omnis vallis implebitur, ꝛ omnis mons, ꝛ collis humiliabitur: ꝛ erunt praua in directa: ꝛ aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini: ꝛ videbit omnis caro pariter: quod os domini locutum eſt. Hęc dic. ℞. Hodie nobis de cęlo pax vera deſcendit: Hodie per totũ mundũ melliflui facti ſunt celi. ℣. Hodie illuxit dies redemptionis nouę: reparationis antiquę: felicitatis ęternę. Hodie. Lectio iij.

Conſurge conſurge: induere fortitudine tua Sion: induere veſtimentis glorię ciuitas ſancti: quia non adijciet vltra, vt pertranſeat per te incircunciſus, ꝛ immundus. Excutere de puluere, conſurge Jeruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion: quia hęc dicit dominus deus. Gratis venundati eſtis, ꝛ ſine argento redimemini. ℞. Deſcendit de cęlis, miſſus ab arce patris: introiuit per aurem virginis in regionem noſtram: indutus ſtolam purpuream: Et exiuit per auream portam, lux, ꝛ decus vniuerſę fabricę mundi. ℣. Tanquam ſpõſus dominus procedens de thalamo ſuo. Et. Gloria. In iij. noc. añ. Suſcepimus deus miſericordiã tuam in medio templi tui. ps. Magnus dominus. 18. Aña. Orietur in diebus domini abundantia pacis: ꝛ dominabitur. Psal. Deus iudicium. 27. Antiph. Ueritas de terra orta eſt, ꝛ iuſtitia de cęlo proſpexit, Psal. Benedixiſti. 33. ℣. Ipſe inuocauit me. ℞. Pater meus es tu. Sermo ſancti Leonis Papę. Lectio quarta.

SAluator noſter, dilectiſſimi hodie natus eſt: gaudeamus. Neque enim fas eſt locum eſſe triſtitię: vbi natalis eſt vitę. Quę, conſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſa ęternitate lętitiaꝫ. Nemo ab huius alacritatis participatione ſe cernitur: via cunctis lętitię communis eſt ratio: quia dominus noſter Jeſus Chriſtus peccati, mortiſque deſtructor: ſicut nullum a reatu liberum reperit: ita pro liberandis omnibus venit. Exultet ſanctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam: animetur gentilis, quia vocatur ad vitaꝫ. Tu autẽ. ℞. Quem vidiſtis paſtores, annunciate nobis in terris, quis apparuit: Natum vidimus in choro angelorum ſaluatorem dominum. ℣. Dicite quidnam vidiſtis: ꝛ annunciate Chriſti natiuitatem. Natum vi. Sermo ſancti Leonis Papę. Lectio quinta.

EXultemus in domino dilectiſſimi, ꝛ ſpeciali iucunditate

citate lętentur: quia illuxit no-
bis dies redemptionis nouę, re
parationis antiquę, fęlicitatis
ęternę. Reparatur enim nobis
ſalutis noſtrę annua reuolutio
ne ſacramentum, ab initio pro-
miſſum, in fine redditum, & ſine
fine manſurum. In quo dignum
eſt nos ſurſum erectis mẽtibus
diuinum adorare myſterium: vt,
quod magno dei munere agit:
magnis eccleſię laudibus cele-
bretur. Tu autem. ℟. O magnũ
myſterium, & admirabile ſacra-
mentum, vt animalia viderent
dominum natum iacentẽ in prę
ſepio: beata virgo cuius viſcera
meruerunt portare dñm Ieſum
Chriſtum. ℣. Domine audiui
auditum tuum, & timui: conſide
raui opera tua: & expaui in me-
dio duorũ animaliũ. Iacentem.
Sermo S. Auguſtini epiſcopi
contra Iudęos. Lectio ſexta.

VOs, inquam, conuenio o Iu
dęi, qui vſque in hodier-
num diem negaſtis filium dei.
Nonne vox veſtra eſt illa, quan
do eum videbatis miracula fa-
cientem, atque tentãtes diceba-
tis: quoſque animas noſtras ſu-
ſpendis? Si tu es Chriſtus, dic
nobis palam. Ille autem vos
ad conſiderationem miraculo-
rum mittebat dicens. Opera, quę
ego facio: ipſa teſtimoniũ perhi-
bent de me: vt Chriſto teſtimo-
nium dicerent non verba: ſed
facta. Vos autem non agnoſcẽ-
tes ſaluatorem, qui operabatur
ſalutem in medio terrę veſtrę,
adiicientes in malo diſtis. Tu
de teipſo teſtimonium dicis: te-
ſtimonium tuum non eſt verũ.
Tu autem. ℟. Sancta, & imma-
culata virginitas: quibus te lau
dibus efferam neſcio: Quia quẽ
cęli capere nõ poterant tuo gre-
mio contuliſti. ℣. Benedicta
tu in mulieribus & benedictus
fructus ventris tui. Quia. Gloria.
In iii. noct. añ. Ipſe inuocauit
me. haleluiah: pr̃ meus es tu ha
leluia. Ps. Miſericordias dom.
34. Añ. Lętentur cęli, & exul-
tet terra ante faciem domini, quõ
venit. Ps. Cantate. 36. Añ. Notũ
fecit dominus. halelujah. ſaluta
re ſuum haleluiah. Ps. Cãtate.
ij. 38. ℣. Notum fecit dominꝰ.
℟. Salutare ſuum haleluiah.
Primum euangeliũ legat dia-
conus maioris miſſę. Dño.
Sancti euangelii lectio. ſit no-
bis ſalus, & protectio.

Secundum Lucam.

IN illo tpe: Exiit edictum a
Cęſare Auguſto, vt deſcri-
beret vniuerſus orbis. & reliq.
Dom. b. Gregorii Papę. L. vii.

QVia largiente dño miſſa-
rum ſolennia ter hodie ce
lebraturi ſumus: loqui diu de e-
uangelica lectione nõ poſſumꝰ.
Sed nos aliqd vel breuiter di-
cere redemptoris noſtri natiui-

tas ipſa compellit. Quid eſt, q̄d naſcituro dño mũdus deſcribitur: niſi hoc, quod aperte monſtrat: quia ille apparebat in carne:q̄ qui electos ſuos aſcriberet in eternitate. ℟. Beata dei genitrix Maria, cuius viſcera intacta permanēt. Hodie genuit Saluatorem ſeculi. ℣. Beata eſt, que credidit: quoniam perfecta ſunt omnia, que dicta ſunt ei a domino. Hodie.

Aliud euangelium legat prim⁹ poſt priorem. Benedictio.

Fons euangelij: repleat nos dogmate celi.

Lectio ſcti euangelij ſm Lucā.

In illo tēpore: Paſtores loquebantur adinuicē dicentes: Tranſeamus vſq; Bethlehem, ⁊ videamus hoc verbum, qḋ factum eſt, qḋ fecit dominus, ⁊ oſtendit nobis. ⁊ reliq.

Hom. vener. Bede presb. l. viij.

Nato domino ſaluatore in Bethlehem, ſicut ſacra euangelii pandit hiſtoria: paſtoribus: qui in regione eadem erāt vigilantes, ⁊ cuſtodiētes vigilas noctis ſupra gregem ſuum: angelus domini cum magna luce apparuit: exortumq; mũdo ſolē iuſtitie, non ſolum celeſtis voce ſermonis: verumetiam claritate diuine lucis aſtruxit. ℟. Beata viſcera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filiũ: ⁊ beata vbera, que lactauerunt Chriſtum dominum. Quia hodie pro ſalute mundi de virgine naſci dignatus eſt. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes, ⁊ adorate dñm. Quia.

Tertium euangeliũ legat prior. Benedictio. Per euāgelica dicta: deleantur noſtra delicta.

Initiũ ſcti euāgelii ſm Johānē.

In principio erat verbum, ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. ⁊ reliq.

Hom. ven. Bede presbyt. L. ix.

Quia temporalem mediatoris dei, ⁊ hominum: hominis Jeſu Chriſti natiuitatē, que hodierna die facta eſt: ſanctorum verbis euangeliſtarum Matthei, videlicet, ⁊ Luce manifeſtam cognouimus: libet etiā de verbo: ideſt diuinitate, eiuſq; eternitate, in qua manet patri ſemper equalis: beati Johannis euangelica dicta ſcrutari: qui ſingulari caſtitatis priuilegio meruit ſublimari: vt ceteris altius diuinitatē ipſius caperet ſimul, ⁊ pateſaceret arcanum. ℟. In principio erat verbum, ⁊ verbũ erat apud deum, ⁊ deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. ℣. Quod factum eſt in ipſo vita erat: ⁊ vita erat lux hominum. Omnia. Gloria patri. Omnia.

Interim preparatus diaconus veniat ante priorem: & inclinato capite accipiat benedictionem dicens: Jube domine benedicere. Bñdo Dominus ſit in corde tuo, etiam in labijs tuis ad pronunciãdum euangelium pacis. In nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti. Amen.

quo accepto legat euangelium, dicens. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Initium ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

Liber generationis Jeſu Chri filii David, filii Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres eius. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aran. Aran autẽ genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſon. Naaſon autẽ genuit Salmon. Salmõ autẽ genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autẽ genuit Jeſſe. Jeſſe autem genuit David regem. David autẽ rex genuit Salomonem, ex ea, q̃ fuit Urię. Salomon autẽ genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias aũt genuit Aſa. Aſa autẽ genuit Joſaphat. Joſaphat aũt genuit Joram. Jorã autẽ genuit Oziam. Ozias autẽ genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezechiã. Ezechias autẽ genuit Manaſſem. Manaſſes aũt genuit Amõ. Amon autẽ genuit Joſiam. Joſias autẽ genuit Jechoniã, & fratres eius in trãſmigratione Babylonis. Et poſt tranſmigrationẽ Babylonis: Jechonias genuit Salatiel. Salatiel aũt genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autẽ genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joſeph, virum Marię: De qua natus eſt Jeſus: qui vocatur Chriſtus.

Quo finito: incipiat prior. Te deum. Quo dicto: prior dicat ℣. Verbũ caro factũ eſt. ℟. Et habitauit i nobis. Et mox icipiat miſſa. Dñs dixit. Dicta orone In ſplẽdoribus. Mox incipiant laudes ex parte dextri chori, & primã aſiam. Quẽ vidiſtis. Incipiat aliquis ex inferioribus. i laud. añ.

Quem vidiſtis paſtores, dicite annunciate nobis, in terris quis apparuit? natũ vidimus i choro angelorũ ſaluatorẽ dñm, halah, halah. Ps. Dñs reg. 61.

Aña. Genuit puerpera regem, cui nomen eternũ: et gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, haleluiah. ps. Jubilate. aña. Angelus ad paſtores ait, annuncio vobis gaudium magnum: quia natus eſt hodie ſaluator mundi, hal. ps. Deus, deus. aña. Facta eſt cum angelo multitudo celeſtis exercitus laudãtium, et dicẽtium: gloria in excelſis deo: et in terra pax hominibus bone volũtatis, haleluiah. ps. Benedic. aña. Paruulus filius hodie natus eſt nobis, et vocabitur deus fortis, haleluia. ps. Laud. Cap. hym. ℣ non dicantur: ſed incipiat ab illo, qui celebrat miſſam aña Gloria in excelſis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis, haleluiah, haleluiah. Et pcantet aña. ps. Bñdictus. Et poſt deinde, qui celebrat, ſe vertens dicat Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

Da nobis, queſumus dñe Deus noſter: vt, qui natiuitatem dñi noſtri Jeſu Chriſti myſterus nos frequẽtare gaudemus: dignis conſeruationibus ad eius mereamur pertingere conſortium. Per eundẽ dñm. Deinde dicat diaconus Jte miſſa eſt. Et ſic ſimul miſſa, et matu. terminentur Dum vero matu. ſine miſſa finem dũ fuerit tunc dictis laudibus dicat Capitulum. Populus gentium. Require in primis veſp. Hym.

A Solis ortus cardine:
Ad vſque terre limitem:
Chriſtum canamus principẽ
Natum Maria virgine.
Beatus auctor ſeculi:
Seruile corpus induit:
Ut carne carnem liberans:
Non perdere, quos condidit.
Caſte parentis viſcera:
Celeſtis intrat gratia:
Uenter puelle baiulat:
Secreta, que non nouerat.
Domus pudici pectoris:
Templum repente fit deis
Jntacta neſciens virum:
Uerbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera:
Quem Gabriel predixerat:
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus Johannes ſenſerat.
Feno iacere pertulit:
Preſepe non abhorruit:
Paruoque lacte paſtus eſt:
Per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus celeſtium:
Et angeli canunt Deo:
Palamque fit paſtoribus:
Paſtor creator omnium.
Gloria tibi domine.

℣ Benedictus, qui venit in nomine domini. Deus dominus, et illuxit nobis, hal. ad B. aña. Gloria in excelſis deo: et in terra pax hoibus bone voluntatis, haleluiah, haleluiah. Oratio.

Con-

Concede, queſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem. Benedicamus dño. &c. Alia miſſa ſummo diluculo cantetur, vt ſemiduplex officium. Lux fulgebit. Ad j. aña Quem vidiſtis paſtores. ps. Deus in nomine tuo, &c. ℟. Jeſu Chriſte fili dei viui miſerere nobis: hal'a, hal'ah. ℣. Qui de virgine dignatus es naſci. Miſerere nobis. Et dicatur quotidie, vſque ad epiphaniam: & ſemper quando de beata virgine agitur in choro, vel in conuentu. In hac die nō dicitur miſſa matutinalis. ad iij. hymnus. Nunc ſancte. Aña. Venit puerpera. Capitulum.

Apparuit gratia dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria: ſobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo. ℟. Puer natus eſt nobis, haleluiah, hal'ah. ℣. Et filius datus eſt nobis. haleluiah, haleluiah. Glo. ℣. Ipſe inuocauit me. ℣. Pater meus es tu. Oratio. Concede queſumus omnipotens.

Et dicat ad des horas. ad vj. an. Angelus ad paſtores. Capit.

Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius: Deus fortis: pater futuri ſeculi: princeps pacis. ℟. Ipſe inuocauit me: Hal'ah, hal'ah. ℣. Pr me⁹ es tu. Hal'ah. ℣. Notū fecit dñs. ℟. Salutare ſuū. Deinde dicatur magna miſſa. Ad Nonam. Aña. Paruulus enim. Capitulum.

Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit: vt cōfirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia: amodo, & vſque in ſempiternum. ℟. Notum fecit dominus, Haleluiah, haleluiah. ℣. Salutare ſuum. ℣. Benedictus, qui venit in nomine dñi. ℟. Deus dñs, & illuxit nobis. &c. Reſponſoria horarum, dicantur quotidie cum Haleluiah. Vſque ad octauam epiphanie domini. Ad ſecundas veſperas. Aña.

Tecum principium in die virtutis tue, in ſplendoribus ſanctorū, ex vtero ante Luciferum genui te. ps. Dixit dominus. 45. aña. Redemptionem miſit dominus populo ſuo: mandauit in eternum teſtamentum ſuum. ps. Confitebor. Aña. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde: miſericors, & miſerator, & iuſtus dñs. ps. Beatus. ana. Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eū redēptio.

ps. De profun. 57. aña. De fru- ctu ventris tui ponã ſup ſedẽ tuã.
ps. Memento dñe Dauid. 58.
Rẽ. Antiph. dicãtur quotidie ſuper pſalmos iſtos vſq ad epi- phaniã: niſi ad veſperas in die circũciſionis. Pſalmi vero di cant vſq ad octa. epiph. Cap.

Multifarie, multiſque mo- dis, olim deus loquẽs pa- tribus in prophetis, nouiſſime autem diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit heredem vniuerſorum: per quẽ fecit & ſecula. R. In principio.
Hym. Veni redemptor gentiũ.
V. Tanquam ſponſus. R. Dñs procedens de thalamo ſuo.
Ad Mag. Aña. Hodie Chrs natus eſt: hodie ſaluator appa- ruit: hodie in terra canunt ange li: letantur archangeli: hodie exultant iuſti dicentes: gloria in excelſis deo haleluiah. Oratio.
Cõcede queſumus omnipotẽs.
Memoria de ſãcto Stephano.
Añ. Aue ſenior Stephane: aue martyr paradoxe: qui inter ag- mina plebis Judaice firmus in Chriſti fide, velut lampas arden tiſſima, apparuiſti dño: nunc ſy- dus inter ſydera celeſtis aule, ſuccurre huic familie gratiſſi- ma tua interuentione. V. Ora pro nobis beate Stephane. R. Vt digni efficiamur. Oratio.

Da nobis queſumus dñe imitari, quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebram°: qui nouit etiam pro perſecutori bus exorare dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ. Ad Nunc dimittis. Aña. Ver- bũ caro factũ eſt, haleluiah: & habi- tauit in nobis haleluiah, haleluiah.
Hec aña, dicatur, vſque ad vigi liam epiphanie Domini.

IN DIE S. STEPHANI
totum: duplex.

Ad matutinum. Inuitatoriũ.



Chriſtũ natum: qui beatũ ho die coronauit Stephanũ: Venite ado- remus. ps. Ve nite. Hym. Deus tuorũ militum. In j. noc. Aña. Bea- tus Stephanus iugi legis dei meditatione roboratus: tan- quam lignum fructiferum ſe- cus ſalutarium aquarum plan- tarum decurſus fructum mar- tyrii in tempore ſuo dedit pri- mus. Pſalmus. Beatus vir qui nõ 1. aña. Conſtitutus a Deo predicator preceptorũ ei°, in timore ſancto illi ſeruire ſtu- duit: officioque fideliter peracto, In montem ſanctum eius aſcẽ dere dignus fuit. ps Quare fre- muit. aña. In tribulatione lapi- dum ſe premẽtiũ poſitus: militã po-

populi ſe circundantis non ti-
muit quia ſuſceptorem Jeſum:
vt eum ſaluū faceret exurgere
in cęlum vidit. ℟. Domine, quid
multiplica. ℣. Gloria patri.
Sermo s. Augu. epi. Lectio j.

HEri celebrauimus tempo-
ralem ſempiterni regis no
ſtri natalem: hodie celebramus
triumphalis militis paſſionem.
Heri enim rex noſter trabea car
nis indutus, de aula vteri virgi-
nalis egrediens viſitare digna-
tus eſt mundum, hodie miles,
de tabernaculo corporis exiens,
triumphator migrauit ad cęlū.
℟. Stephanus autem plenus
gratia, & fortitudine, Faciebat ꝓ
digia, & ſigna magna in populo.
℣. Surrexerunt quidam de ſy-
nagoga diſputantes cum Ste-
phano: & non poterant reſiſtere
ſapientię: & ſpiritui, qui loque-
batur. Faciebat. Lectio ij.

ILle, ſempiternę diuinitatis
maieſtate ſeruata: ſeruile cin
ctorium carnis aſſumens, in hu
ius ſeculi campum pugnaturus
intrauit: iſte, depoſitis corrupti-
bilibus corporis indumentis, ad
cęli palatium perenniter regna
turus aſcendit. ℟. Videbant
omnes Stephanum, qui erant
in concilio: Et intuebant vultū
eius tanquam vultū angeli ſtā-
tis inter illos. ℣. Stephanus au
tem plenus gratia, & fortitudine
faciebat ꝓdigia, & ſigna magna
in populo. Et. Lectio tertia.

ILle deſcendit, carne vela-
tus: iſte aſcendit, ſanguine
laureatus. Aſcendit iſte, lapidā
tibus Judęis: quia ille deſcēdit,
lętantibus angelis. Gloria in
excelſis Deo, heri exultantes ſā-
cti angeli decantauerūt: hodie
Stephanum lętantes in ſuum
conſortium ſuſceperunt. Heri
dominus exiuit de vtero virgi-
nis: hodie miles egreſſus eſt de
ergaſtulo carnis. ℟. Intuēs in
cęlum beatus Stephanus: vi-
dit gloriam dei, & ait: Ecce vi-
deo cęlos apertos, & filium ho-
minis ſtantem a dextris virtu-
tis dei. ℣. Cum autem eſſet Stę
phanus plenus ſpiritu ſancto,
intuens in cęlum: vidit gloriam
dei, & ait, Ecce. Gloria patri.
In ij. noct. aña. Lumine vultus
tui domine inſignitus, protho-
martyr Stephanus, ſacrificiū iu
ſtitię ſeipſum tibi ſacrificauit:
ideoq3 in lętitia cordis, in pace
obdormiēs, requieſcit. ℣. Cum
inuo. 2. aña. Benedictionis tuę
domine munere iuſtificatus: &
ſcuto tuę protectionis in paſſio-
ne munitus: nominis ſui coro-
ronam Stephanus a te percipe
re meruit. ℣. Verba mea. aña.
O quam admirabile eſt nomen
tuū dñe Deus nr̄: pro quo bea-
tus Stephanus paſſus: gloria &
honore a te eſt coronatus: & ſu-
per cęlos dono tuę magnifi-
cen-

centie exaltatus. ℟. Dñe domi nus nr̃. 3. ℣. Poſuiſti. Lec. iiii.

Heri Chriſtus pro nobis pã nis eſt inuolutus, hodie Stephanus ſtola eſt ab eo im mortalitatis indutus. Heri pre ſepis anguſtia Chriſtũ portauit infantem: hodie immenſitas ce li Stephanum ſuſcepit trium phantem. Solus deſcendit dñs, vt multos eleuaret: humiliauit ſe rex nr̃: vt ſuos milites exalta ret. Qui enim corpori ſuo virgi nis preparauit vterum: ipſe mar tyri ſuo aperire dignatus eſt ce lum. ℟. Lapidauerũt Stepha num inuocantem, et dicentem, domine Jeſu accipe ſpiritum meum: et ne ſtatuas illis hoc pec catum. ℣. Poſitis autem geni bus beatus Stephanus orabat dicens. Domine Jeſu. Lect. v.

Dominus nr̃ Jeſus Chrs anguſtã non dedignatus eſt intrare vterũ: vt animam Ste phani latitudo ſuſciperet celi. Neceſſarium tamen nobis eſt agnoſcere fratres quibus armis precinctus Stephanus ſeuitiaʒ Judeorum potuit ſuperare: vt ita meruiſſet feliciter triũpha re. neque enim paruipendenda eſt talis virtus: taliſqʒ triũphus. Haud vilibus armis potuit pre muniri, qui a multis nõ potuit ſuperari. ℟. Stephanus ſeru9 dei: quem lapidabant Judei: vidit celos apertos; vidit, et in troiuit. Beatus homo, cui celi patebant. ℣. Stephanus vidit celos apertos: vidit, et introiuit. Beatus. Lectio ſexta.

Inuicte namqʒ in eo enituit inſigne virtutis: que nec fre mentium ſeuitiam formidauit: nec lapidãtium ictibus deuicta ſuccubuit. Uſque adeo enim inter fremẽtes permanſit intre pidus: et inter lapidum fuit cru ciamẽta ſecurus: vt incredulita tem Judeorum fidenter argue ret: et benignus pro lapidãtibus exoraret. ℟. Impetum fecerũt vnanimiter in eum eiicientes eum extra ciuitatem inuocãtẽ, et dicentem, Domine accipe ſpi ritum meum. ℣. Poſitis autẽ genibus beatus Stephanus ora bat, dicens, Domine. Gloria.

In iij. noct. Aña. In dño deo ſuo confiſus, fortis athleta Ste phanus, lapidum fortiter ſuſti nuit ictus: et idcirco ad monteʒ virtutũ tranſmigrauit victorio ſus. ℟. In dño conſi. 4. Aña. Sine macula beatus Stephan9 ingreſſus eſt dñe in taber nacu lum tuum: et, quia operatus eſt iuſtitiam, requieſcet in monte ſancto tuo. ℟. Dñe quis hab. 4. Aña. Dñe virtus, et letitia iuſto rum: quoniaʒ tu preueniſti dile ctum tibi Stephanuʒ dono tue gratuite bñdictionis: te primuʒ ſecutus eſt in morte glorioſe paſ ſionis: vnde cũ corona martyru

adiſti

dediſti vitam ei in ſeculum ſecu li. ℞. Domine in vir. 7. ℣. Juſtus, vt palma florebit.

Secundum Mattheum.

In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judeorũ: & principibus ſacerdotum: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapiẽtes, & ſcribas & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris. & reliq.

Homilia beati Hieronymi preſbyteri. L. vij.

Hoc, quod antea dixerat, implete menſuram patrũ veſtrorum, ad perſonã dñi pertinet: eo, q ipſe eſſet occidẽdus, & crucifigendus ab eis. Poteſt & ad diſcipulos eius referri: de quibus nũc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapiẽtes, & ſcribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris: & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt impleatis menſurã patrum veſtrorum. ℞. Impii ſuper iuſtũ iacturam fecerunt: vt eum traderent morti: At ille gaudens ſuſcepit lapides, vt mereretur accipere coronam glorię. ℣. Cõtinuerunt aures ſuas: & impetũ fecerunt vnanimiter in eũ. At ille gaudens ſuſce. Lectio viij.

Simulq; obſerua iuxta apoſtolum ſcribentẽ ad Corinthios, varia dona eſſe diſcipulorum Chriſti: alios prophetas, qui ventura pręḋicant: alios ſapientes, qui nouerint, quando debeant proferre ſermonẽ: alios ſcribas in lege doctiſſimos. ℞. Patefactę ſũt ianuę cęli: Chriſti martyri, beato Stephano, qui in numero ſanctorum inuentus eſt primus: Et ideo triumphat in cęlis coronatus. ℣. Mortẽ enim, quam Saluator noſter dignatus eſt pro omnibus pati: hanc ille primus reddidit ſaluatori. Et ideo. Lectio nona.

Ex qbus lapidatus eſt Stephanus: Paulus occiſus: crucifixus Petrus: flagellati in actibus apoſtolorum diſcipuli: & perſecuti ſunt eos de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Judęa: vt ad gentiũ populũ trãſmigrarent. ℞. Ecce iam corãm te protomartyr Stephane ſuppliciter aſſiſtentes, te deuote deprecamur: Vt, qui pro te lapidantibus Chriſtum deprecatus es: ꝓ nobis apud ipſum intercedere digneris. ℣. Charitatis repletus pro perſecutoribus orane: filiũ hominis ad dexterã patris ſtantem videre meruiſti: ideoq; precamur. Vt. Gloria. Te deũ laudamus. Sacer. ℣. Ora ꝓ nobis beate Stephane. In laudib. aña.

Lapidauerũt Stephanũ: & ipſe inuocabat dominũ dicens: ne ſtatuas illis hoc peccatum. ps. Dñs regna. 62. aña. Lapides torrẽtis illi dulces fue

dens in celum: vidit gloriā dei: Jeſum ſtantem a dextris virtutis dei. Ad ix. Capitulum.

Lapidabant Stephanū inuocantem, et dicentē: dñe Jeſu accipe ſpiritū meum: et ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Ad ſecundas veſpe. Añ. Tecū principium. ps. Dixit domin⁹. cum reliquis. Capitulum.

Poſitis autem genibus beatus Stephanus clamauit voce magna, dicens: Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatum: et cum hoc dixiſſet obdormiuit in dño. R. Ecce iam. V. Charitatis. Hym. Sancte dei pretioſe. V. Ora pro. R. Ut dig. ad Mag. añ. Patefacte ſunt ianue celi Chriſti martyri beato Stephano: qui in numero martyrum inuētus eſt primus: et ideo triumphat in celis coronatus, halah. Oratio. Da nobis qs. Memo. de ſācto Johanne. aña. Ecce ego Johānes vidi oſtium apertum in celo: et ecce ſedes poſita erat in eo: et in medio ſedis, et in circuitu eius quatuor aialia plena oculis ante, et retro: et dabant gloriā, et honorem: et bñdictionē ſedēti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum. V. Ualde honorādus eſt beat⁹ Johānes. R. Qui ſupra pectus domini in cena recubuit, haleluiah. Oratio.

Eccleſiam tuam, queſumus dñe: benignus illuſtra: vt beati Johannis apoſtoli tui, et euāgeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per. Memor. de natiuit. aña. Natus eſt nobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus, in ciuitate Dauid. V. Tāquā ſpōſus. Oro. Cōcede. Predictus V. et oratio. dicant ad veſpe. per octa.

IN DIE S. IOHANNIS apoſtoli, et euang. duplex.

Ad matutinum. Inuitatoriū.



Adorem⁹ regē apoſtolorū. Qui priuilegio amoris Johannē dilexit apoſtolum. ps. Uenite. Hym. Eterna Chriſti munera. Require in comuni apoſtolorum. In j. noct. aña. Johānes apoſtolus, et euāgeliſta virgo eſt electus a dño: atq; inter ceteros magis dilectus. ps. Celi enarr. 6. aña. Supra pectus dñi Jeſu Chriſti recumbens, euangelii fluenta de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit. ps. Benedicā. j. aña. Quaſi vnus de paradiſi fluminibus euangeliſta Johannes: verbi dei gratiam: in toto terrarum orbe diffudit. ps. Eructauit. 17. V. In omnem terrā. Lectiones ſex de vita ipſi⁹: et tres de euāg. s. Dixit Jeſus Petro. Lectio j.

SEcundam poſt Neronem perſecutionem Chriſtianorum, Domitianus exercuit. Huius temporibus beatus Johannes Euangeliſta, apud Epheſū vrbem, a proconſule comprehēſus, admonebatur iuxta edictū imperiale: vt negaret Chriſtum: ⁊ a prędicatione ceſſaret. At ille reſpondens dicebat, Obedire oportet deo magis, quam hominibus. Proinde nec Chriſtum dominum meum negabo: nec a predicatione ei⁹ nominis ceſſabo: donec conſummē curſum miniſterii, quod ſuſcepi. ℟. Valde honorandus eſt beatus Johannes, qui ſupra pectus Domini in cęna recubuit. Cui Chriſtus in cruce matrem virginem virgini commendauit. ℣. Virgo eſt elect⁹ a dño: atq3 inter cęteros magis dilectus. Cui. L. ij.

AD cuius reſponſionem motus proconſul, iuſſit eū, velut rebellem Cęſaris, in doliū feruentis olei mergi. Qui ſtati3 vt coniectus eſt in illud: velut athleta fortis, vnctus non aduſtus, de vaſe exiit. Ad quod miraculum procōſul ſtupefactus: voluit eum libertati ſuę reddere: ⁊ feciſſet, niſi timuiſſet iuſſioni regię contraire. ℟. In illa die ſuſcipiam te ſeruum meum: ⁊ ponam te ſicut ſignaculum in conſpectu meo. Quoniam ego elegi te, dicit dominus. ℣. Eſto fidelis, vſque ad mortem, ⁊ dabo tibi coronā vitę. Quoniam.

Lectio tertia.

TUnc pręcepit eum in exilium duci: in inſulam, quę dicitur Pathmos. In qua inſula Apocalypſim, quam ei dñs reuelauit: manu ſua ſcripſit. Domitianus autem eodem anno, quo iuſſit ſanctum Johannē exulare: a ſenatu Romano interfectus eſt. Et, quoniam deo cura fuit de apoſtolo ſuo: ex totius ſenatus decreto hoc definitum eſt, vt quicquid Domitianus fieri voluit, caſſaretur. ℟. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, dicit dñs. Et ſcribam ſuper eum nomen meam, ⁊ nomen ciuitatis nouę Jeruſalem. ℣. Uincenti dabo edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo dei mei. Et. Glo. In ij. noct. Añа. In feruentis dolium miſſus Johannes apoſtolus diuina ſe protegente gratia illęſus exiuit. ps. Omnes gētes. 18. Aña. Propter inſuperabilem euangelizandi conſtantiam exilio relegatus: diuinę viſionis, ⁊ allocutionis meruit crebra conſolatione releuari. ps. Exaudi Deus depreca. 23. Aña. Occurrit beato Johanni ab exilio reuertenti, omnis populus virorum, ac mulierum clamantium, ac dicentiū: benedictus, qui venit in nomine domini.

ps.

℟. Exaudi Deus. 23. ℣. Conſtitues. Lectio quarta.

Hinc actum eſt, vt ſanctus Johannes, qui voluntate Domitiani deportatus cum iniuria in exilium fuerat: cum honore ad Epheſum remearet. Sed ⁊ occurrit ei omnis populus virorum, ac mulierum: omnes exultantes, ⁊ dicentes, Benedictus, qui venit in nomine dñi. Cum autem ingrederetur ciuitatem, Druſiana, quę eum ſemper ſecuta fuerat: ⁊ aduentus eius deſiderio fatigata fuerat, efferebatur mortua. ℟. Hic eſt beatiſſimus euangeliſta Johannes apoſtolus. Qui priuilegio amoris pręcipui: cęteris altius a dño meruit honorari. ℣. Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, qui ſupra pectus domini in cęna recubuit. Qui.

Lectio quinta.

Tunc ſanctus Johannes videns flentes pauperes, ⁊ parentes atq; viduas ſimul cū orphanis: clamantes, ⁊ dicētes: ſancte Johannes apoſtole dei: ecce Druſianam efferimus mortuam: quę ſanctis monitis tuis obtemperans: nos omnes alebat: ſeruiens deo in caſtitate, ⁊ humilitate: quotidie deſiderabat reditum tuum, dicens, O ſi videam apoſtolum dei antequā moriar: ⁊ ecce tu veniſti, ⁊ illa te videre non potuit. ℟. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimoniū perhibet de his: Et ſcripſit hęc: ⁊ ſcimus, quia verū eſt teſtimoniū eius. ℣. Fluenta euangelii de ipſo ſacro dñici pectoris fonte potauit. Et ſcripſit. Lect. vi.

Tunc beatus Johannes iuſſit deponi feretrum: ⁊ corā omnibus iuſſit reſolui corpus eius: ⁊ voce clara dixit: Dominus meus Jeſus Chriſtus excitet te Druſiana: ſurge, ⁊ pedibus tuis reuertere in domū tuā, ⁊ prępara mihi refectionē. Ad hanc vocem ſurrexit Druſiana, ⁊ cępit ire ſollicita de iuſſione apoſtoli ⁊ ita, vt videret ipſi Druſianę: quod nō de morte: ſed de ſomno excitaſſet eam. Factus eſt autē clamor populi per tres horas dicētis: Unus eſt deus, quem prędicat Johannes: ⁊ verus dñs noſter Jeſus Chriſtus. ℟. Diligebat autem eum Jeſus, quoniā ſpecialis pręrogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignū: Quia virgo electus ab ipſo, virgo in ęuum permanſit. ℣. In cruce deniq; moriturus: huic matrem virginem virgini commendauit. Quia Gloria.

In iii. noc. Aña. Apparuit charo ſuo Johanni dñs Jeſus Chriſtus cum diſcipulis: ⁊ ait illi: veni dilecte mi ad me, quia tēpus eſt, vt epuleris in cōuiuio meo, cum fratribus tuis. Ps. Confitebimur. 28. Aña. Expandens ma-

manus ſuas ad dominũ, dixit inuitatus ad conuiuium tuum venio, gratias agens, quia me dignatus es domine Jeſu Chriſte ad tuas epulas inuitare, ſciens, ꝙ ex toto corde meo deſiderabã te. ps. Dominus regna. exul. 36.

Aña. Dñe ſuſcipe me, vt cum fratribus meis ſim: cum quibus veniens inuitaſti me: aperi mihi ianuam vite: et perduc me ad conuiuium epularum tuarum: tu es enim Chriſtus filius dei viui: qui precepto patris mundũ ſaluaſti: tibi gratias referimus per infinita ſecula ſeculorum. ps. Dominus regnauit iraſ. 38. ℣. Nimis honorati ſunt.

Secundum Johannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus Petro: Sequere me. Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulũ, quem diligebat Jeſus, ſequentem: qui et recubuit in cena ſuper pectus eius.

Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri. Lec. vii.

Non parua queſtio eſt, cur apoſtolo Petro, qñ ſe tertio manifeſtauit diſcipulis, dixit dominus ſequere me. De Apoſtolo autem Johanne: ſic eũ volo manere, donec veniam, quid ad te? Huic queſtioni quantum dñs ipſe donauerit, ſiue pertractãde: ſiue ſoluẽde: ſermonẽ noviſſimum operis huius impẽdimus. ℟. Sic eum volo manere donec veniam: Quid ad te? tu me ſequere. ℣. Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit ad Jeſũ, dñe, hic autẽ quid? Quid. l. viii.

Cum ergo prenũciaſſet dominus Petro, qua morte eſſet clarificaturus dñm: dicit ei. Sequere me. Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulũ, quẽ diligebat Jeſus, ſequentem: qui et recubuit in cena ſupra pectus eius, et dixit: Dñe quis eſt, qui tradet te? ℟. Iſte eſt Johãnes, qui ſupra pectus dñi in cena recubuit: Beatus apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta celeſtia. ℣. Iſte eſt Johannes, cui Chrũs in cruce matrẽ virginẽ virgini cõmendauit. Beatus. Lect. ix.

Hunc ergo cũ vidiſſet Petrus dixit Jeſu: Dñe hic autẽ quid? Dixit ei Jeſus: Sic eũ volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. Exiit ergo ſermo inter fratres, quia diſcipulus ille non morit: et non dixit Jeſus, non morit: ſed ſic eũ volo manere, donec veniam: quid ad te? ℟. In medio eccleſie aperuit os eius: Et impleuit eũ dñs ſpiritu ſapiẽtie, et intellectus. ℣. Jucunditatẽ, et exultationẽ theſaurizauit ſuper eũ. Et impleuit. Glo. Te Deũ.

Sacer. ℣. Valde honorandus eſt beatus Johannes. ℟. Qui ſupra pectus domini in cena recubuit.

IN LAVDIBVS. Aña. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimoniũ phibuit: ⁊ ſcimus quia verum eſt teſtimoniũ eius. ps. Dominus regnauit. 62. aña. Hic eſt diſcipulus meus: ſic eũ volo manere, donec veniam. ps. Jubilate. aña. Ecce puer meꝰ electus, quem elegi: poſui ſuper eũ ſpiritum meum. ps. Deus, deus. aña. Sunt de hic aſtantibus, qui non guſtabunt mortẽ, donec videant filiũ hominis venientem in regno ſuo. ps. Benedi. aña. Sic eũ volo manere, donec veniam: tu me ſequere. ps. Laudate dñm de celis. Capit.

Qui timet Deum faciet bona: ⁊ qui continens eſt iuſtitię apprehendet illã: ⁊ obuiabit illi quaſi mater honorificata. Hymnꝰ Exultet celum lau. ℣. Annuntiauerunt opera dei. Ad Benedictus. Antiphona. Jn medio eccleſię aperuit os eius: ⁊ impleuit eũ dñs ſpiritu ſapientię ⁊ intellectus, ſtolãq; gloriç induit eũ, halah, halah, hal. Oratio. Eccleſiam tuam. vtſu. Memoria de nati. añ Verbum caro factũ eſt, ⁊ habitauit in nobis, ⁊ vidimus gloriam eius gloriaʒ quaſi vnigeniti a patre, plenum gratię, ⁊ veritatis. halah, haleluiah. ℣. Benedictus, qui. Oratio. Cõcede queſumus. ⁊c. Memoria de S. Stephano. Beatus Stephanus iugi legis dei meditatione roboratus, tanquam lignum fructiferuʒ ſecus ſalutarium aquarũ plantatum decurſus, fructũ martyrii in tẽpore ſuo dedit primus. ℣. Ora pro nobis beate Stephane. Oro. Da nobis q̃ſumus dñe.

Prędicti ℣. ⁊ oratio dicatur ad memo. in matu. ⁊ veſp. per octa. ad horas antiphona de laud.

Ad tertiam. Capitulum.

Cibauit illuʒ dominus pane vitę, ⁊ intellectus: ⁊ aqua ſapiẽtię ſalutaris potauit illum: ⁊ firmabitur in illo ⁊ non flectetur: ⁊ continebit illum, ⁊ non confundetur: ⁊ exaltabit illum apud proximos ſuos. ℣. Jn oẽʒ ter. Pia horarum, ⁊ ℣. vt vnius apoſtoli cum Haleluiah. Oratio. Eccleſiam tuam. Quę dicantur ad omnes horas.

Ad Sextam. Capitulum.

Iſte eſt Johãnes, qui ſupra pectꝰ dñi in cena recubuit: beatus apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia.

Ad nonam. Capitulum.

Iocunditatem, ⁊ exultationem theſaurizauit ſuper eũ: ⁊ nomine ęterno hereditabit illum dominus deus noſter. Ad veſp. aña. Tecum principium. Cap. Qui timet deũ. R. Jn medio. Hym. Exultet celum. ℣. Valde ho. ad ℟. añ. Jſte eſt Johãnes, qui ſupra pectus dñi in cena recubuit: beatꝰ apoſtolus,

Herem, & occidit omnes pueros, q erāt in ea: & in omnibus finibus eius. ℟. Sub altare Dei audiui voces occiſorum, dicentium: Quare non defendis ſanguinē noſtrum? Et acceperunt diuinū reſponſum. Adhuc ſuſtinete modicū tempus, donec impleatur numerus fratrum veſtrorū. ℣. Vidi ſub altare dei animas ſanctorum propter verbum domini, quod habebant, & clara voce dicebant. Quare nō. Lec. ij.

Videns, quia illuſus eſſet a Magis. Dolet impietas ſe eſſe illuſam: dilatans ſe crudelitas furit. Fremit doloſitas ſe deceptā eſſe: & in ſe fraus reuerſa colliditur. Herodes ſtridet cadens in laqueum ipſe, quem tetendit: hinc iniquitatem, quam conceperat, euaginat: de fide perfidię ſumit arma. ℟. Effuderūt ſanguinem ſanctorum velut aquam in circuitu Jeruſalem: & non erat, qui ſepeliret. ℣. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum: qui effuſus eſt. In circ. Lectio tertia.

Terreno quęrit furore, quē natum cęlitus non credit: ad ſinus matrum militum cogit caſtra. Inter vbera arcem pietatis oppugnat. In tenebris vberibus ferrum ſtringit: lac fundit antequam ſanguinem: dat ante ſentire mortem, quam vitā: tenebras ingerit intrantibus lucē. ℟. Sub throno dei omnes ſancti clamant: Vindica ſanguinē noſtrum deus noſter. ℣. Sub altare dei audiui voces occiſorum clamantium, & dicentium. Vindica ſan. Gloria. In ij. noct. añ. Norunt infantes laudare dominum, qui loqui non nouerant: & fiunt periti laude, qui fuerāt impediti ſermone. ps. Dñe quis. fo. 5. Añ. Erigitur itaq; infantium ętas in laudem: quę delictorū non nouerat crimen. ps. Conſerua. 5. Añ. Dignus a dignis laudatur: & innocens innocentium teſtimonio comprobatur. ps. Dñi eſt ter. 91. ℣. Exultent iuſti. Lectio quarta.

Sic agit magiſter mali: miniſter doli: irę artifex: inuētor ſceleris: impietatis auctor: & pietatis prędo: inimicus innocētię: hoſtis naturę: malus omnibus: ſuis peior: peſſimus ſibi. Quē Chriſtus, non vt euaderet: ſed ne videretur, aufugit. In altum tendens cadit ab alto: cęlū pulſans intrat profundum. ℟. Adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum. Mittentes coronas ſuas ante thronum domini dei ſui. ℣. Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & benedixerunt viuentem in ſecula. Mittentes co. Lectio quinta.

Jam ſe vadit cū vadit in ...? ſe occidit, qui vitā conatur occidere. Quia capere nō poteſt

ſalua

ſalus perditionem: vita occiſio- nem: ⁊ eternitas finem. O am- bitio, quam ceca ſemper. O ꝙ preſumptio peſſima. O ꝙ perdit conceſſa: qui inconceſſa capit? Herodes obſidens terrenū re- gnū: impugnat celeſte. ℟. Iſti ſunt ſancti, qui paſſi ſunt pro- pter te domine: vindica eos. Quia clamant ad te quotidie. ℣. Uindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Quia. Lectio ſexta.

Terrenis inhians irruit in diuina: ipſam quoqꝫ pieta- tem impietate ſectatur. Audie- rat enim natum regem: ꝺeſtina- tus ad ſcelus: ad piaculū promp- tus: paratus ad crimen: cauſas innocentie non requirit: ius ab- negat: fas confundit, cui nequi- tia eſt ſodalis: cui odioſa eſt e- quitas: iniquitas eſt ſemper ami- ca. ℟. Cantabant ſancti canti- cum nouū: ante ſedem dei, ⁊ a- gni. Et reſonabat terra in voces eorū. ℣. Sub throno dei omnes ſancti clamant, vindica ſangui- nem noſtrū deus noſter. Et re- ſo. Gloria. In iij. noct. añs. Di- cunt infantes domino laudes: trucidati ab Herode: occiſi pre- dicant, quod viui non poterant. ℣s. Beati quorum. 12. Añ. Li- cuit ſanguine loqui, quibus non licuit lingua: miſcent cum do- mino colloquia, quibus huma- na negata ſunt verba. ℣s. Exul. iuſt 12. Añ. Clamant, clamāt, clamant ad dominum innocen- tes: reſonat luctus multis mar- tyribus in excelſia: gaudet Ec- cleſia ſuper martyres. haleluia ℣. ℣s. Deus ve. 30. ℣. Iuſti autē.

Secundum Mattheum.

In illo tempore. Angelus do- mini apparuit in ſomnis Io- ſeph, dicens: ſurge, ⁊ accipe pue- rum, ⁊ matrem eius, ⁊ fuge in Ægyptum: ⁊ eſto ibi vſqꝫ dum di- cam tibi. ⁊ reliqua. Homilia vene. Bede presbyteri. L. vij.

De morte precioſa marty- rum Chriſti innocentiū, ſacra nobis eſt, fratres chariſſi- mi, ſancti euangelii lectio recita- ta: in qua tamen omnium mar- tyrum Chriſti precioſa eſt mors deſignata. Quod enim paruuli occiſi ſunt, ſignificat per humili- tatis meritum ad martyrij glo- riam perueniendum. Et quia niſi conuerſus quis fuerit, ⁊ effe- ctus vt paruulus: non poſſit ani- mam dare pro Chriſto. ℟. Iſti ſunt, qui non coinquinauerunt veſtimenta ſua, Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. ℣. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgi- nes enim ſunt. Ambulabunt me. Lectio octaua.

Quod in Bethleem, ⁊ om- nibus finibus eius occiſi ſunt: oſtendit non ſolum in Iu- dea, vnde eccleſie cepit origo: ſed

in omnibus eiuſdẽ finibus quo-cunque per orbem diffuſa eſt, perſecutionem perfidorum ſeuituram, et piorum patientiam eſſe coronandam. Qui autem bimi occiſi ſunt: doctrina, et operatione perfectos indicant. Qui vero infra, ſimplices, et idiotas: fidei tamen non ficte conſtantia fortes denunciant. ℟. Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni ſunt. Et non delebo nomina eorum de libro vite. ℣. Iſti ſunt ſancti, qui non coinquinauerunt veſtimenta ſua: ambulabunt mecum in albis. Et non.

Lectio nona.

Quod illi quidẽ occiſi ſunt: ſed Chriſtus, qui querebatur viuus euaſit: inſinuat corpora quidem ab impijs poſſe perimi: ſed Chriſtum, pro quo perſecutio tota ſeuit: nullatenus ab eis viuentibus, vel occiſis poſſe auferri: ſed eos veraciter confiteri: quia ſiue viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur. ℟. Centũ quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra: hi ſunt, qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim permanſerunt. Ideo regnant cum Deo. Et agnus dei cum illis. ℣. Hi empti ſunt ex omnibus primitie Deo, et agno: et in ore eorum non eſt inuentum mendacium. Ideo. Gloria. Et. Si dominica non fuerit. ℟. reincipiatur Te deum. non dicatur. Et ſi dominica fuerit. Te Deum. dicatur ℣. Hi ſunt, qui cum mulieribus.

IN LAUDIBUS ſ[up]ra.

Herodes irat[us] occidit multos pueros in Bethlehem Iude, ciuitate Dauid. ps. Domin[us] re. 62. Añ. Abimatu, et infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum. ps. Iubi. Aña. Vox in Rama audita eſt: ploratus, et vlulatus Rachel plorans filios ſuos. ps. Deus deus. Aña. Sub throno Dei omnes ſancti clamant: vindica ſanguinem noſtrũ deus noſter. ps. Benedi. Añ. Cantabant ſancti cãticum nouum ante ſedem Dei, et agni: et reſonabat terra in voces eorum. ps. Laud. Capitulũ.

Uidi ſupra montem Sion agnũ ſtantem: et cũ eo centũ quadragintaquatuor millia: habentes nomen eius et nomen patris eius ſcriptum in frõtibus ſuis. Hym. Ceduntur gladijs. ℣. Que vox, que. ℣. Te ſumma dei tas. ℣. Mirabilis Deus. Ad Bene. Aña. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt, et ſequuntur agnum quocunque ierit. Oratio. Deus, cuius hod. Memoria de natiui. Antipho. Paſtores dicite quidnam vidiſtis, et annunciate Chriſti natiuitatem:

Valde. Oratio. Eccleſiam tuaȝ.

IN DIE SANCTI Thomę archiepiſcopi, ⁊ martyris ix. lectio. Ad mat. Inuit.



A Dſunt Thomę martyris ſolennia, Virgo mater iubilet eccleſia. Pſ. Venite. hym. ℣. pſal. vt in cõmuni ſ vni⁹ mar. In i. noct. aña. Summo ſacerdotio Thomas ſublimatus: eſt in virum alium ſubito mutatus. ps. Beatus vir. i. Aña. Monachus ſub clerico clam ciliciatus: carnis carne fortior edomat conatus. ps. Quare fr. i. Aña. Cultor agri domini tribulos auellit: ⁊ vulpes a vineis arcet ⁊ expellit. ps. Domine quid. 2. ℣. Gloria ⁊ hono. Lect. vj. de paſſione ipſi⁹ i. Glorioſi martyr. Et tres de euang. Ego ſum paſtor bo. Lectio prima.

G Lorioſi martyris Thomę Cantuarię archiepiſcopi genere gentis Anglicanę, fratres chariſſimi, natalem celebrantes: quia totius vitę, ⁊ cõuerſationis eius inſignia recolere non ſufficimus: paſſionis eius modum cauſamqȝ ſuccinctus ſermo percurrat. Beatus igitur Thomas ſicut in cancellaria vel archidiaconus officio in rebus gerendis incõparabiliter extitit ſtrenu⁹: ita ⁊ poſt ſuſceptum paſtoris officium ſupra humanam exiſtimationem factus eſt deo deuotus. ℟. Studẽs liuor Thomę ſupplicio, Thomę genus damnat exilio: Tota ſimul exit cognatio. ℣. Ordo, ſexus, ętas, cõditio, nullo gaudet hic priuilegio. Tota. L. ij.

C Onſecratus enim repentè mutatus eſt in virum alterum: cilicium clam induit: femoralibus etiam vſus eſt vſque ad poplites cilicinis, ⁊ ſub veſtibus clericalis honeſtatis habitum celans monachalem carnem prorſus coegit ſeruire ſpiritui: Deo ſtudens omnium virtutuȝ exercitio ſine intermiſſione placere. ℟. Thomas manum mittit ad fortia: ſpernit dãna, ſpernit opprobria: Nulla Thomaȝ frangit iniuria. ℣. Clamat cunctis Thomę conſtantia: omne ſolum eſt forti patria. Nulla. Lec. iij.

S Ciens quoque ſe cultoreȝ poſituȝ in agro dominico: ⁊ in vinea cuſtodem: paſtorem in caulis: miniſterium ſibi traditũ ſtudioſe compleuit iura, ⁊ dignitates eccleſię, quas publica ſibi poteſtas vſurpauerat, ⁊ reſarcire, ⁊ in priſtinum ſtatum reuocare conatus eſt. ℟. Lapis iſte ſex annis tunditur: ſic politur, ſic quadrus redditur: Omnis cedens, quo magis cęditur. ℣. Aurum fornax, probat, nec vritur: domus

domus firma, nec ventis quatitur. Minus. Gloria. Minus. In ij. noct. An. Nec in agnos ſuſtinet lupos deſeuire: nec in eorum olerum tineam tranſire. Ps. Cum inuo. 2. An. Exultat vir optimus ſacer ⁊ inſignis: ne cedat eccleſię dignitas indignis. Pſal. Verba m. 2. Antipho. Exulãtis prędia pręda ſunt malignis: ⁊ in igne poſitum non exurit ignis. Pſal. Domine dominus noſter. 3. V. Poſuiſti domine.

Lectio quarta.

Unde graui quęſtione ſuper iure eccleſiaſtico, ⁊ regni conſuetudinibus inter ipſu3 ⁊ regem Anglorum exorta: coacto concilio propoſitę ſunt conſuetudines illę, quas idem rex tam archiepi, quam ſuffraganeorum ſuorũ ſcripto roborari pertinaciter exegit. Negauit conſtãter archiepiſcopus: manifeſtam in eis aſſerens eſſe libertatis eccleſiaſticę ſubuerſionẽ. R. Poſt ſex annos redit vir ſtabilis: dare terrę, teſtę vas fragilis: Chriſto vaſis theſaurum fictilis. V. Ne ſit lupis pręda grex humilis: ſe pro grege dat paſtor nobilis Chriſto vaſis.

Lectio quinta.

Affectus eſt igitur cõtumelijs immenſis, damniſque grauioribus attritus: ⁊ innumeris laceſſitus iniurijs. Tandem morte ſibi intentata: quia cauſa eccleſię nondum ei plene innuotuerat: ⁊ perſonalis videbatur perſecutio: beatus Thomas cedendum cenſuit eſſe malitię. Actus ergo in exilium: a domino Alexand Papa tertio Senone honorifice ſuſceptus eſt: ⁊ in monaſterio Pontiniacenſi ſtudioſe comendatus eſt. R. Iacet granum oppreſſum palea: iuſtus cęſus prauorum framea: Cęlum domo commutans lutea. V. Cadit cuſtos vitis in vinea, dux in caſtris, cultor in area. Cęlum.

Lectio ſexta.

Confiſcãtur interi3 in Anglia archiepiſcopi omnes redditus: vaſtantur prędia: poſſeſſiones diripiuntur: ⁊ excogitato nouo ſupplicij genere: tota ſimul Thomę proſcribitur cognatio. Omnes etia3 amici eius, vel familiares, vel quicunque ei quocunque titulo contingebãt: ſine delectu conditionis, aut fortunę dignitatis, aut ordinis, ętatis, aut ſexus pariter relegantur. Nam ⁊ ſenes, ⁊ decrepiti, vagientes in cunis, ⁊ mulieres in puerperio decubantes [illegible] exilium acti ſunt. R. Ex ſumma rerum lętitia ſummus fit planctus in eccleſia de tanti patroni abſentia. Sed cum redeunt miracula redit populo lętitia. V. Concurrit turba languidorum: ⁊ conſequitur gratia3 beneficiorum. Sed cum. Gloria. In iij. noct. Antipho. Sathanę ſatel-

lites

litēs irrumpentes templum: inauditum perpetrant ſceleris exēplum. Pſal. In domino con. q. Ana. Strictis Thomas enſibus obuiam procedit: non minis, non gladijs, ſed nec morti cedit. Pſal. Domine quis habita. 5. Antipho. Hoſti pandit oſtium hoſtia futurus: ⁊ pro domo domini ſtat in hoſtes murus. Pſal. Domine in vir 7. ℣. Iuſtus vt pal. Secundum Iohan.

In illo tempore: Dixit Ieſus Phariſeis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. ⁊ reliqua. Homilia beati Gregorij Pape. Lec. vij.

Audiſtis fratres chariſſimi ex lectione euangelica eruditionem veſtram: ⁊ audiſtis periculum veſtrum. Ecce enim is, qui non ex accidenti dono: ſed eſſentialiter bonus eſt, dicit: Ego ſum paſtor bonus: atque eiuſdem bonitatis formam, quā nos immitemur, adiungit dicens: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. ℟. Mundi florem a mundo conteri: Rachel plorans iam non ceſſat conqueri. Thomas ceſus dum datur funeri: nouus Abel ſuccedit veteri. ℣. Vox cruoris: vox ſparſi cerebri: celum replet clamor celebri. Thomas. Lec. viij.

Quotquot etiam diſcretionis annos attigerant, tactis ſacroſanctis iurare cōpulſi ſunt, quod mari tranſito ſtatim Cantuarienſi archiepiſcopo ſe preſentarent: vt vel compaſſionis gladio toties confoſſus: conceptum animi rigorem ad regis inflecteret voluntatem. ℟. Chriſte Ieſu per Thome vulnera, que nos ligant relaxa ſcelera, Ne captiuos ferant ad infera hoſtis mundus, vel carnis opera. verſus. Per tua Thoma ſacrata vulnera: amplectetur nos dei dextera. Ne captiuos. Lectio nona.

Sed vir dei mittens manum ad fortia, exilium, damna, contumelias, ⁊ opprobria parentum, ⁊ amicorum proſcriptionem: pro Chriſti nomine conſtanter ſuſtinuit: nulla preſſus fractus, aut mutatus iniuria. Tanta namque fuit confeſſoris Chriſti cōſtantia, vt omnes coexulos ſuos docere videretur: quoniam omne ſolum forti patria eſt. Tu autem. ℟. Ieſu bone per Thome merita: noſtra nobis dimitte debita. Domum, portam, ſepulchrum viſita: Et a morte trina nos ſuſcita. ℣. Que in mente, vel vſu perdita, pietate, reſtaura ſoluta: Domum. Gloria ⁊ a morte. Te Deum. Sacer. ℣. Ora pro nobis.

IN LAVDIBVS. ana.

Granum cadit, copiam germinat frumētum: alabaſtrū frangitur,

ſolus, diuina ſe protegente gratia illeſus exiuit. ℟. Ualde ho. Dio. Eccleſiam. De innocentibus aña. Chriſtus infans nõ deſpexit ſuos coętaneos milites, ſed prouexit: quibus dedit ante triumphare, quam loqui. ℣. Hi ſunt, qui. Oratio. Deus, cuius. Si in craſtino S. Thomę dñica euenerit: ſic faciendum eſt. Ad mat. inuit. hym. aii. pſ. ℣. ℟la, vt in die nat. dñi. Lectio vj. de ſermo. ſancti Fulgentij. Cupiẽtes. Et tres de euang. Erãt Joſeph. quod eſt ſupra in comme. beatiſſimę virg. poſt oct. epiph.

Sermo S. Fulgentij epi. Lec. j.

Cupientes aliquid dilectiſſimi de huius diei ſolennitate narrare, ſimulqꝫ conſiderãtes illud vnum verbum, de quo dicere volumus: nulla inuenimꝰ verba, quibus ſufficienter aliqd dicere valeamus. Eſt. n. hoc verbum, non quod deſinit eſſe prolatuꝫ: ſed quod permanet natū. Non enim tranſitoriuꝫ: ſed ęternum. Non factum a Deo patre, ſed genitum: nec ſoluꝫ genituꝫ, ſed etiam vnigenitum. Lec. ij.

Unum quippe verbuꝫ deus pater genuit de ſeipſo: per quod omnia creauit ex nihilo. In principio enim erat verbuꝫ: ⁊ verbum erat apud deuꝫ: ⁊ deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Lectio tertia.

In hoc autem, quod per illud verbuꝫ Deus pater omnia fecit, oſtenditur: quia hoc verbum genuit ipſe: non fecit. Illud igitur verbum de deo deꝰ eſt: de creatore creator eſt. Unde hoc in ſe naturaliter habet eſſe: quod pater eſt. Lectio iiij.

Natus eſt itaque de deo patre filius Deus. Alter in perſona: nõ alius in natura: ſemper apud patrem: ſemper cum patre: ſemper de patre eſt: ſemꝑ in patre. Semper apud patrem: cum quo illi vna naturalis eſt immenſitas. Semper cuꝫ patre, cum quo illi vna naturalis eſt ęternitas. Semper de patre, de quo illi eſt naturaliter ęterna natiuitas. Semper in patre, cuꝫ quo illi vna eſt naturaliter ęqualis diuinitas. Tu autem. Le. v.

Natus eſt nobis hodie Saluator: ⁊ ideo hodie in mũdo Sol verus exortus. Deus homo factus eſt, vt homo deus fieret. Ut ſeruus in Deum verteretur: formam ſerui dominus accepit. Habitauit in terris habitator cęlorum: vt habitator terrę habitaret in cęlis. Lectio vj.

Natus eſt ergo hodie nobis Saluator: paſſus eſt diem partus: repudiata lege conceptus. Natus autem de patre ſemper: de matre ſemel. Etenĩ domini noſtri Jeſu Chriſti duas acce-

accepimus natiuitates. Primo diuinam: deinde humanam: ſed plane vtranq; mirabilē. Te deū. Sacerd. ℣. Verbū caro. In lau. añ. Quē vidiſtis, &c. ad ceteros. cap. Populus gentium. Hym. A ſolis ortu. ℣. Benedictus, qui venit. Ad Bñs añ. Nato domino, angelorum chorus canebat dicens, ſalus deo noſtro, qui ſedet ſuper thronū, & agno. Oratio. Concede q̄s oṗs Deus. Omnia iſta requiratur in nati. dñi. Memoria de dominica. añ. Dum medium ſilentium tenerent omnia: & nox in ſuo curſu iter perageret: omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus venit: halelulah. ℣. Puer natus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum viuit. Memoria de ſancto Stephano añā. In domino deo ſuo confiſus fortis athleta Stephanus ingreſſus eſt domine in tabernaculum tuum: &, quia operatus eſt iuſtitiam, requieſcet in monte ſancto tuo. ℣. Ora pro. Oratio. Da nobis. De S. Johan. añā. Propter inſuperabilem euangelizandi conſtantiam exilio relegatus diuinę viſionis, & allocutionis meruit crebra conſolatione releuari. ℣. Valde. Oratio. Eccleſiam. De innocenti. antipho. Arridebat paruulus occiſori, gladio adiocabatur infantibus, nutricis loco attendebat lactens percuſſoris errorez. ℣. Hi ſunt. Orō. Deus, cuiꝰ. Ad primam & ad alias horas plenarie fiat, ſicut in natiui. domini cum oratio. Concede. Si in craſti num ſancti Thomę dominica non venerit: hoc modo faciendū eſt. Ad Matutinum. Inuitatorium. Chriſtus natus eſt. Hymn. Chriſte redemptor. Antipho. Dominus dixit. Pſal. de natiui. cum hac ſola. ℣. Notum fecit dominus. Lectio tertia de euang. Erant Joſeph. ℟. Quē vidiſtis. ℟. O magnum. ℟. Sancta, & immaculata. Te Deum. ℣. Verbum caro. In laudib. añā. Quem vidiſtis. Pſ. Dominus regn. 70. cum hac ſola. Cap. Populus gentiū. Hym. A ſolis ortu. ℣. Benedictus. Ad Benedictus añā Gaudeamus omnes fideles. Saluator noſter natus eſt in mundo: hodie proceſſit proles magnifici germinis, & perſeuerat pudor virginitatis. Oratio Concede queſumus. Memoria de dominica. añ. Dum medium ſilentiū. ℣. Puer natus. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus. Memoria de ſancto Stephano: & de ſancto Johanne: & de innocen-

Innocentibus fiat, vt iam ſupra ſunt ſignatę. Ad primam, ⁊ ad alias hor plenarie fiat, vt in natiuitate domini.

IN DIE SANCTI Sylueſtri ix. lect. Ad veſperas ſiue dominica fuerit, ſiue non. Antipho. Tecum principium. Pſal. Dixit dominus. ⁊ cet. ad ceter. Cap. Ecce ſacerdos. ℟. Sancte Sylueſter. Hym. ℣. añ. vt vnius confeſſoris ⁊ epiſcopis cum oratione. Da quęſumus omnipotens Deus. Memoria de natiui. antiph. Lux orta eſt ſuper nos, quia natus eſt Saluator. haleluiah. ℣. Tanquam. Oratio. Concede. De S. Stephano. Aña. Sine macula beatus Stephanus ingreſſus eſt, domine, in tabernaculum tuum: ⁊ quia operatus eſt iuſtitiam, requieſcet in monte ſancto tuo. ℣. Ora pro. Oratio. Da nobis. De ſancto Johanne. Antipho. Occurrit beato Johanni ab exilio reuertenti omnis populus virorum, ac mulierum [illegible]mantium, ac dicentiū, benedictus qui venit in nomine domini. ℣. Valde. Oratio. Eccleſiam. De Innocentibus Antiphona. Norunt infantes laudare dominum, qui loqui non nouerant, fiunt periti laude, qui fuerant imperiti ſermone. ℣. Hi ſunt. Oratio. Deus, cuius. Ad completorium, vt ſupra. Ad Matutinum. Inuit. Regem confeſſ. Hym. añę. pſal. ℟a. ℣. vt vnius confeſſo. ⁊ epiſcopi. Lect. viij. de vita eius. Sylueſter epiſco. ſed vij. lectio erit de euange. Homo quidam peregre. Lectio prima.



Sylueſter epiſcopus vrbis Romę: cum eſſet infantulus a vidua matre Juita nomine, ⁊ opere: traditus eſt Cirino presbytero: cuius vitā imitatus eſt, ⁊ mores: ⁊ ſummū apicem Chriſtianę religionis attigit. Qui factus iuuenis hoſpitalitatem tota animi diligentia exhibebat: quam non diuitijs terrenis: ſed bonę voluntatis theſauris adimpleuit. Lec. ij.

Qui cum eſſet triceſimum ętatis ſuę annum agens: a ſancto Melchiade epiſcopo diaconus factus: omnē gratiam tranſcendebat in clero. Et non multo poſt omnis populus Chriſtianorum intra vrbem ipſum ſibi presbyterum fieri expoſcunt. Lectio tertia.

Sancto igit Sylueſtro ordinato presbytero: tātā ei prędicationis gratiā contulit dñs: vt nullus eſſet, qui non eum ex affectu diligeret: ⁊ nunc eſſe verum

dei famulum acclamaret. Nihil enim arrogātia: nihil ſuperbia de eius moribus vſurpabat. Sed omnibus beneuolus: in terraqꝫ poſitus cęleſtibus aptum ſe moribus oſtendebat. L.iiij.

Erat enim aſpectu angelicus: ſermone nitidus: opere ſanctus: corpore integer: ingenio optimus: conſilio magnus: fide catholicus: ſpe patientiſſimus: charitate diffuſus. Et quoniam ad omnium operum eius narrationem: nec litera poteſt, nec ſermo ſufficere: ad ea, quę geſta ſunt, accēdamus. Lc.v.

Igitur ſancto Melchiade epiſcopo migrante ad dominuȝ ab omni populo Syluester eligitur. Vox omnium clericorum, ꝛ laicorum vna efficitur: ita vt nullus in his omnibus inueniretur: qui in eius electione diſcreparet. Sanctus vero Syluester ęrtatis ſuę excuſationem opponens, quanto ſe accuſabat indignuȝ: tanto dignior ab omnibus clamabatur. Lectio ſexta.

Obijciebantur huic ſancta pręconia, quoniam antequam eſſet presbyter confeſſor Chriſti eſſe meruit. Clamabat his: ꝛ huiuſcemodi aſſertionibus populorum multitudo. Quid multa? Auctore deo leuatur Romę vrbis epiſcopus: ꝛ quia hoc meruit operibus declaratur.

Lectio ſeptima.

Erat enim pijſſimus, ꝛ omni ſuauitate conſpicuus, atque inter diuites, ꝛ pauperes medius: vt pauperes illum, quaſi pauperem conſpicerent: diuites vero, quaſi ſuperiorem ſibi diuitem exiſtimarent. Non enim ad perſonę potentiam: ſed ad morum elegantiam attendebat. Et tanto vnumquemque eminentius honorabat, quanto viuere cum ſanctius didiciſſet. Lectio octaua.

Circa egenos vero, ꝛ aduenas ita ſe ſolicitum exhibebat: vt ſecundum verbum dei verum, Chriſtum eſſe in his crederetur: ꝛ non tam illis, quibus conferebat neceſſaria: quam Chriſto ſe cōferre gaudebat. Nulla vidua pauper: nullus orphanus indigens in tota vrbe Roma inueniri poterat, quem in ſua matricula non haberet ſcriptuȝ. In laudañ. Ecce ſacerdos. ℟. Dominus regnauit. 62. ꝛ cęt. ad cęte. Cap. hym. ℣. añ. vt vnius epiſcopi, ꝛ confeſ. Oratio. Da quęſumus omnipotens deus: ꝛ dicatur ad hor. Memor. de natꝰ añ. Virgo hodie fidelis etſi verbum genuit incarnatum, virgo manſit, ꝛ poſt partum: quaȝ laudantes omnes dicimus, benedicta tu in mulieribus. ℣. Benedictus, qui. Oratio. Concede quęſumus. De S. Stephano añ. Domine virtus, ꝛ lętitia my

Rorum,

ſtorum, quoniam tu preueniſti dilectum tibi Stephanuz dono tue gratuite benedictionis: te primum ſecutus eſt in morte glorioſe paſſionis: vnde cum corona martyrij dediſti vitaz ei, in ſeculum ſeculi. ℣. Ora pro. Oratio. Da nobis qs De S. Johan. añ. Apparuit charo ſuo Johanni dñs Jeſus Chriſtus cum diſcipulis, et ait illi: veni dilecte meus ad me, quia tempus eſt, vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. ℣. Valde. Oratio. Eccleſiam. De innocentibus aña. Erigitur itaqꝫ infantium etas in laudem, que delictorum non nouerat crimẽ. ℣. Hi ſũt. Oro. Deus, cuius. Ad primã, et ad alias horas vt vnius confeſſoris, et epiſcopi: Reſpõſoria in cũ Malach.

IN CIRCVNCISIONE
domini duplex feſtum.

Ad veſp. añ. Tecum principiũ. pſ. Dixit dñs. 45. et c. ad ceteros. Cap. Multifarie. ℟. Deſcendit de celis. Hym. Veni Redemptor gentium. ℣. Tanquaz ſponſus. Omnia iſta requirantur in natiuitate domini. Ad Magnificat aña. Qui de terra eſt de terra loquitur: qui de celo venit ſuper omnes eſt: et quod vidit, et audiuit, hoc teſtatur: et teſtimonium eius nemo accipit: qui autem acceperit teſtimonium, ſignauit, quia deus verax eſt. Oratio.



Deus, qui nobis nati ſaluatoris diem celebrare concedis octauuz: fac nos que ſumus eius perpetua diuinitate muniri: cuius ſumus carnali cõmercio reparati. Qui tecum viuit. Hic nulla fit memo. ſimiliter nec ad mat. Ad compl. vt ſupra. Ad mat. inuit. Chriſtus natus. ℣. Venite exul. Hym. Chriſte redemptor omnium. Require in natiuitate domini. In j. noctur. Aña. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te. pſal. Quare fr. 1. Aña. In Sole poſuit tabernaculum ſuum: et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. pſ. Celi enar. 7. Aña. Eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. pſ. Domini eſt terra. 9. ℣. Tanquam ſponſus. Lectio ſexta. de ſermone Origenis. Quod mortuus eſt Chriſtus. Sermo Origenis. Lectio prima.

Quod mortuus eſt Chriſtus: peccato mortuus eſt. Non quia ipſe peccatum fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius: ſed mortuus eſt: vt nos, qui mortui ſumus, illo moriente peccatis nequaquam pecca

ſo, ⁊ vitijs viueremus. Unde ſcribitur, Si cōmoꝛtui ſumus: ⁊ cōuiuemus. ℟. Benedictus, qui venit in nomine domini: Deus dominus, ⁊ illuxit nobis. haleluiah, haleluiah. ℣. Lapidem, quem reprobauerunt ędificantes: hic factus eſt in caput anguli. Deus. Lectio ij.

Sicut igitur commoꝛtui ſumus tunc illi moꝛienti: ⁊ nos conſurreximus illi reſurgēti: Sic cum eo circuncisi ſumus: ⁊ poſt circuncisionem ſolenni purgatione mundati. Unde nequaquam iam indigemus circuncisione carnali. ℟. Ecce agnus dei: ecce, qui tollit peccata mundi: ecce: de quo dicebam vobis. Qui poſt me venit: ante me factus eſt: cuius non ſum dignus coꝛrigiam calciamenti ſoluere. ℣. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Johannes dicens. Qui. Lectio tertia.

Ut igitur ſcias illum propter nos fuiſſe circūciſuꝫ, audi Paulum manifeſtiſſime pꝛedicanteꝫ: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis coꝛporaliter: ⁊ eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis pꝛincipatus, ⁊ poteſtatis: in quo ⁊ circuncisi eſtis: circuncisione ſine manibus, in expoliatione coꝛpoꝛis carnis, in circuncisione Chꝛiſti: conſepulti ei in baptiſmate. ℟. Confirmatum eſt coꝛ virginis, in quo diuina myſteria, angelo narrante, concepit: quę ſpecioſum foꝛma pꝛę filijs hominum caſtis cōcepit viſceribus: Et benedicta in ęternum deum nobis pꝛotulit, ⁊ hominem. ℣. Domus pudici pectoꝛis templum repente fit dei: intacta neſciens viruꝫ verbo concepit filiuꝫ. Et bene. Gloꝛia. Et be. In ij. noc. Aña. Specioſus foꝛma pꝛę filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Pſal. Eructau. 17. Aña. Homo natus eſt in ea, ⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus. pſal. Fundamen. 34. Aña. Exultabunt omnia ligna ſyluarum a facie domini, quoniam venit. Pſalm. Cantate ij. 36. ℣. Ipſe inuocabit me. ℟. Pater meus. L. iiij.

In quo etiam, ait Paulus: Conſurreximus per fidem operationis deo: qui ſuſcitauit eum a moꝛtuis: Moꝛs igitur, ⁊ reſurrectio, ⁊ circuncisio nobis factę ſunt. Et cuꝫ impleti eſſent dies circuncidendi puerum: vocatum eſt nomen eius Jeſus. Quod vocatum eſt ab angelo pꝛiuſquam in vtero conciperetur. ℟. O regem cęli, cui talia famulantur obſequia: ſtabulo ponitur, qui continet munduꝫ: Jacet in pꝛęſepio, ⁊ in nubibus tonat. ℣. Domine audiui auditum tuum, ⁊ timui: conſideraui opera tua, ⁊ expaui, in medio duoꝛum animalium. Jacet.

cet. Lectio quinta.

VOcabulum Jeſu glorioſum omni adoratu, cultuq3 digniſſimu3. Nomen, quod eſt ſuper omne nomen: non debuit primo ab hominibus appellari: neq3 ab eis afferri in mundum, ſed ab excellentiori quadam maioriq3 natura. Unde ſignanter euangeliſta addit dicens: Et vocatum eſt nomen eius Jeſu: quod vocatum eſt ab angelo priusquam conciperetur. Tu autem. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis dominum: quia, cum eſſem paruula, placui altiſſimo: Et de meis viſceribus genui Deum, τ hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem reſpexit deus. Et de. Lectio ſexta.

DOminus eni3 Jeſus Chriſtus per carnem ſuſcepit, quod tribuit nobis magnam ſpem, magnamque gratiam. Mercatus eſt a nobis, quod hic abundabat: naſci, ſcilicet, τ mori. Reſurgere, τ in ęternum viuere: hic non erat. Si expaueſcis, quiſquis es auditor mortis Chriſti: ama reſurrectionem Chriſti. Qui autem adorauerunt Chriſtum humilem: eum inuenerunt excelſum. ℟. Continet in gremio cęlum, terramque regentem Uirgo dei genitrix: proceres comitantur heriles, Per quos orbis ouans Chriſto ſub principe pollet. ℣. Uirgo dei genitrix, quem totus non capit orbis: In tua ſe clauſit viſcera factus homo. Uirgo. Gloria patri. Per quos. In tertio nocturno antiphona.

Jn principio τ ante ſecula deus erat verbum: ipſe natus eſt hodie ſaluator mundi. Pſalm. Dominus regnauit, exul. 37. Antiphona. Ante luciferum genitus, τ ante ſecula dominus ſaluator noſter hodie naſci dignatus eſt. Pſal. Cantate. ℣. 38. Antiph. Nato domino angelorum chori canebant dicentes, ſalus deo noſtro ſedenti ſuper thronum, τ agno. Ps. Dominus regnauit, iraſca. ℣. Notum fecit dominus. ℟. Salutare ſu. Secundum Lucam. 2.

IN illo tempore: Poſtqua3 conſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer: vocatum eſt nomen eius Jeſus. Et reliqua. Homilia vene. Bede presby. Lect. ſeptima.

SAnctam, venerandamq3 pręſentis feſti memoriam paucis quidem verbis euangeliſta comprehendit: ſed non pauca cęleſtis myſterij virtute grauidam relinquit. Expoſita namque natiuitate dominica: cuius gaudia mox, vt angeli dignis laudibus extulerant: paſtores deuota viſione celebra-

nerunt. ℟. Neſciens mater virgo virum peperit ſine dolore ſaluatorem ſeculorum. Ipſum regem angelorū ſola virgo lactabat: vbere de celo pleno. ℣. Beata viſcera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filiū. Ipſum regem. Lectio viij.

O Mnes, qui tunc audierūt, mirati ſunt: nos quoq; pro modulo noſtro, prout potuimꝰ, noctem proximam domino largiente congruis miſſarum, hymnorumq; ſolennijs exegimus ſubiunxit, atq; ait: Et poſtquam cōſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum eſt nomen eius Jeſus. Quod vocatum eſt ab angelo, priuſquam in vtero conciperetur. ℟. Beata dei genitrix Maria, cuius viſcera intacta permanent. Hodie genuit ſaluatorem ſeculi. ℣. Beata, quæ credidiſti, quoniam perfecta ſunt omnia in te, quæ dicta ſunt tibi a domino. Hodie. Lectio nona.

H Æc ſunt feſtiuitatis hodiernę gaudia veneranda. Hęc ſacrę ſolennitas diei. Hęc illa ſupernę pietatis munera ſacroſancta: quę fidelium cordibus cōmēdans apoſtolus ait. Quia, vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorū reciperemus. ℟. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Cuius gloriam vidimus, quaſi vnigeniti a patre: Plenum gratię, & veritatis. ℣. In principio erat verbum, & verbū erat apud deum: & deus erat verbū. Cuius gloriā. Gloria. Plenū. Te Deū. Sacer. ℣. Verbū caro factū eſt.

IN LAVDIBVS aña.

O Admirabile commerciū: creator generis humani animatū corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt: & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam deitatē. ps. Dominus regnauit 62. Antipho. Quando natus es ineffabiliter ex virgine: tūc implete ſunt ſcripturę: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti: vt ſaluum faceres genus humanum: te laudamus deus noſter. ps. Jubilate. Aña. Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilē virginitatem: dei genitrix intercede pro nobis. pial. Deus, deus. Aña. Germinauit radix Ieſſe, orta eſt ſtella ex Jacob: virgo peperit ſaluatorem: te laudamus deus noſter. ps. Benedi. Aña. Ecce Maria genuit nobis ſaluatorem: quem Johannes videns exclamauit dicens: ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. halleluiah. ps. Laudate. Cap. Populus gentium.

Hym.

Hym. A ſolis ortu. ℣. Verbũ caro. Omnia alia require in natiui. dñi. Ad Bñs. aña. Mirabile myſterium declaratur hodie: innouantur nature: deus homo factus eſt: id quod fuit permanſit: & quod non erat aſſumpſit: non commiſtionem paſſus eſt, neque diuiſionem. Oro. Deus, qui nobis. Ad j. & ad alias horas añe de lau. cum oratione. Deus, qui nos. Capit. ℟. & ℣, vt in natiuitate domini.

Ad ij. veſp. aña. O admirabile. ps. Dixit. 46. aña. Quando natus. ps. Confitebor. aña. Rubũ. ps. Beatus vir. aña. Germinauit. ps. De profun. 57. aña. Ecce Maria. ps. Memento domine 58. Capitulum.

Apparuit benignitas, & humanitas ſaluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitie, que fecimus nos: ſed ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit. ℟. Verbum caro. Hym. Veni redemptor gen. ℣. Tanq̃ ſponſus. ad Mag. aña. Magnum hereditatis myſterium, templũ dei factus eſt vterus neſciens virum, non eſt pollutus ex ea carne aſſumens: oẽs gentes veniẽt dicentes, gloria tibi domine.

Oratio. Deus, qui nobis.

Memo. de ſancto Stephano, añ. Intuẽs celũ beatus Stephanus, vidit gloriam dei, & ait: ecce video celos apertos, & filium hominis ſtantem a dextris dei. ℣. Gloria, & honore. Oratio. Da nobis queſumus.

IN OCTAVA S. Stephani.

Fiat ſicut in die ſemid. cum illis vj. lect. de ſermone ſancti Fulgentii. Lectio prima.

Fratres chariſſimi heſterna die celebrauimus natalẽ, quo eximius rex martyrum natus eſt mundo. Hodie celebramus natalem, quo primicerius martyrum migrauit ad dominum ex mundo. Lectio ij.

Oportebat enim, vt primo immortalis pro mortalibus ſuſciperet carnẽ: & ſic mortalis pro immortali contemneret mortem: & ideo natus eſt dñs, vt moreret pro ſeruo: ne ſeruꝰ timeret mori pro domino. Lectio tertia.

Natus eſt Chriſtus in terris, vt Stephanus naſceretur in celis. Ingreſſus eſt dñs in mundum, vt Stephanus ingrederetur in celũ. Altus ad humilia deſcẽdit, vt humilis ad alta aſcẽdat: & filius dei factus eſt filius hominis, vt filios hominum faceret filios dei. Lectio quarta.

Fecit Chriſtus miracula: fecit & Stephanus. Sed Chriſtus fecit ſine Stephano: nũquid Stephanus facere potuit ſine Chriſto? Viuebat enim: Stephanus de Chriſto: ſicut ſarmentum de vite,

vite. Mirariſ fructū de ſarmē-
to pendentem: ⁊ non ſarmentū
in vite manentem. Lectio v.
Ia ſancte Stephane dic aliqd
Judęis: vt incipias lapidari: ⁊
poſſis coronari. In culca verba:
excipe ſaxa. Dic aliquid de in-
circuncisis cordibus: ⁊ morieris
lapidibus. Dic aliquid de deo,
cuius nomen nolunt audire.
Erubeſcant ⁊ ſęuiant, muta ef-
ficiantur labia doloſa. Lect. vi.
Dic eis vbi vides eum viuum,
quem irriſerūt crucifixum. Dic
eis vbi eum vides: ⁊ hic non vi-
ues, ſed cum eo melius viues.
Dic eis, quia nihil eſt, quod fece-
runt: viuit, quem occiderunt.
Dic eis ſancte Stephane: quia
vides ad patris dexteram, quez
irriſerunt in cruce pendentem.
Omnia alia: vt in die feſti. Me-
mo. de ſancto Johanne. aña.
Expandens manus ſuas ad do-
minum dixit: inuitatus ad cōui-
uium tuum venio, gratias agēs,
quia me dignatus es domine
Jeſu Chriſte ad tuas epulas in-
uitare: sciēs quod ex toto corde
meo deſiderabam te. ℣. Valde.
Orō Eccleſiam. De Inno. aña.
Dignus a dignis laudatur, ⁊ in-
nocens innocētium teſtimonio
comprobatur. ℣. Hi ſunt. Orō.
Deus, cuius. Memoria de Sā-
cta Maria Germinauit radix.
℣. Poſt partum. Oratio. De⁹,
qui ſalutis. cęterę memorię di-
cātur priuatim. Ad ij. veſp. aña
Tecum principiū. Pſ. Dixit. 45.
⁊ cęt. ad cęteros. cap. Stepha-
nus. ℟. Videbant. ℣. Stepha-
nus. Hymnus. Sācte dei prę.
℣. Gloria ⁊ honore. Ad Mag.
aña. Patefactę ſunt. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus.
Memoria de S. Johanne. aña.
In medio eccleſię aperuit os e-
ius, ⁊ impleuit eū dominus ſpi-
ritu ſapientię, ⁊ intellectus, ſto-
lamq3 glorię induit eum, halah,
haleluiah, haleluiah. ℣. Valde
hono. Orō Eccleſiā. De Innoc.
aña. Dicunt infantes dño lau-
des trucidati ab Herode: occiſi
prędicant, quod viui non pote-
rant. ℣. Hi ſunt. Oratio. Deus,
cuius hodierna. Memoria de
Sancta Maria antiphona Ru-
br. 10. ℣. Poſt partum. Oratio
Deus qui ſalutis ęternę.

IN OCTAVA
S. Johan. euang.

totum officium fiat plenum de
eo, ſicut in die, ad modū ſemid.
cū iſtis vj. leō de ſermone ſancti
Euſebii Cęſarienſis epi. Lec. j.
Audi fabulam ⁊ non
fabulam, ſed rē geſtā
de Johāne apoſtolo:
⁊ memoriis hominū
traditā. Cū poſt tyranni obitū3
de Pathmo inſula Epheſuz re-
diſſet: rogabat, vt etiā vicinas lu-
ſtraret puincias, quo vel eccle-
ſias fundaret in quibus nō erāt

locis:

locis: vel in quibus erant ſacer-
dotib⁹ ac miniſtris inſtitueret:
ſm quod de vno quoque loco
ſancto iudicaſſet. Lectio ij.
Cum autem veniſſet ad quan-
dam vrbem non longe poſitã,
omnibus eccleſiaſticis officiis
ſolẽniter adimpletis, vidit iuue
nem, quendam validum corpo-
re: ⁊ vultu elegantem: ſed ⁊ acrẽ
nimis reſpiciẽſq; ad epiſcopũ,
qui nup fuerat ordinatus: hunc
inquit, tibi ſummo ſtudio com-
mendo: ſub teſtimonio Jeſu ⁊
totius eccleſię. Lectio tertia.
Nunc ille ſuſcipiens eum om-
nem ſe adhibiturum ſicut pręcipiebat diligẽtiam pollicetur.
Sed iterum atq; iterum eadẽ
ſępius repetens iuuenem atten
tius commẽdabat. Et poſt hoc
epheſum rediit. Lectio quarta.
Tunc vero epiſcopus in domũ
ſuam adoleſcentem ſuſcepit cõ-
mendatum: ⁊ cum omni diligẽ-
tia nutrit: amplectitur fouet: ad
vltimum autẽ ad baptiſmi gra-
tiam tradidit. Poſtea vero ve-
lut confidens gratię, qua fuerat
cõmunitus: paulo indulgẽtius
habere iuuenẽ cępit. Lectio v.
Sed ille vbi immatura liberta
te potitus eſt: cõtinuo p coęuos,
quib⁹ luxus ⁊ deſidia cordi eſt,
amare vitia ⁊ corruptę vitę ince
dere tramitẽ pdocet. Et primo
quidẽ cõuiuarũ illecebris deci-
pit: inde nocturnis eũ furtis ſo-
ciũ ſibi participẽq; conſtituũt.
Poſt hęc ad maiora flagitia p-
trahunt. Lectio ſexta.
Interea ſenſus iuuenis forma-
bat, ⁊ inſtituebat ad ſcelera: ⁊ q
eſſet acer ingenio, ſicut equus eſ
frenis, ⁊ validus, duris morib⁹
obfirmatus, recti itineris lineã
derelinquens: rectore cõtẽpto,
rapido curſu totus fert in pręceps: ita ſuccedẽtib⁹ ſibi malis,
vt deſperationẽ quoq; a deo ſibi
pręſtitę ſalutis acciperet. Me-
moria de innocẽ. an. Licuit ſan
guine loqui, qbus nõ licuit lin-
gua, miſcẽt cũ dño colloq, qb⁹
humana negata ſunt verba.
Hi ſunt, qui. Oro. Deus, cuius.
Ad ij. veſp. añ. Tecũ principiũ,
⁊c. ad cęteros. Cap. Qui timet
Deũ. ℟. In illa die. ℣. Eſto fi-
delis. Hym. Exultet celũ lau-
dibus. ℣. In oẽm ter. Ad Mag.
añ. Quaſi vnus. Oro. Eccleſiã
tuã. Memo. de innocen. Aña.
Innocentes. ℣. Hi ſunt. Oro.
Deus, cuius hodierna.
Memoria de S. Maria vt ſup.

IN OCTAVA Innocentium.

Totum officium plene fiat, vt
in die admodum ſemid. cũ lec.
vj. de ſermone ſancti Johannis
epiſcopi. Lectio prima.
DEdicatur nouus ab
infantib⁹ ſermo ſan-
ctis laudib⁹ Chriſti in
gloriã domini primã
vocem

vocē aperiunt innocentes: fiunt diſerti laude, qui fuerant imperiti ſermone. Offerunt domino primitias lingue: novos oris immolant fructus: verborum principia libant. Lectio ſecunda.

Infantia enim, que per etatē loqui non poterat: Gloriā Dei cum gaudio reſonabāt. Norūt laudare Chriſtum, qui loqui nō noverant. Fiunt periti laude, qui fuerant imperiti ſermone. Oſtendunt laudibus dominū: ſuffragiis p̄dicāt Chriſtū. Lectio iii.

Fiunt interea pueri ſine magiſtro diſerti: docti ſine doctore: periti ſine eruditore. Agnoſcūt Chriſtum: predicant dñm: non quem perſuaſio humana docuerat: ſed quem divinitas innocētibus aſpirabat. Lectio quarta.

Ceſſant enim humana, cū divina tractātur: quia humana ipſa prodeſſe non poterunt: niſi divinorum ſolatio ubleventur. Neceſſe eſt enim terrena ſuccumbere, cum celeſtia p̄dicantur: et naturalia ſilere, cū virtutes loquuntur. Lectio v.

Erigitur itaque infantiū etas in laudem: que delictorum non noverat crimē. Dignus a dignis laudatur, et innocens innocentum teſtimonio comprobatur. Accipiunt enim a Chro, et reddūt: conſequunt, et referūt. Lectio vi.

Uno enim tempore et qui dederat recipit: et qui acceperat reddit. Uno inquam tempore ſunt Chriſto redduntur: dum eius laudes illi ab infantibus referūtur. Dicunt nanque deo laudes trucidati ab Herode: lactentes loquūtur ſanguine: quia lingua loqui non poſſunt: paſſione canunt: quod ſermone non norunt: occiſi predicant: quod vivi non poterant. Tu. Hec oct. quacūq; die evenerit. Te deū. et Gloria in excelſis. Hal'. et Ite miſſa eſt. dicantur. Ad ij. veſpe. añ. Tecū principium. Ps. Dixit. cū ce t. cap. Vidi ſupra mō. R. Effuderunt. V. Vindica. etc. ut in die. Memoria de ſancta Maria.

IN VIGILIA Epiphanie.

Non dicimus xv. pſal. nec horas de beata virgine: neque aliqua fiat memo. Si dominica fuerit, hoc modo faciendum eſt. Ad matutinum. Invitat oriū. Chriſtus natus etc. ut in die circumciſionis dñi lect. vi de ſermone. Hodie fratres chariſſimi. et tres de evang. Defuncto Herode. Sermo ſancti Maximi epiſcopi. Lectio prima.

Hodie, fratres chariſſimi, Chriſtus natus eſt, nos renati. Hodie Salvator mūdi per matrem naſcendi tempus accepit: qui de patre nativitatis nō habuit tempus. Hodie per hominem filius dei ingreſſus eſt mun-

mundum: cuius manu ante hominem factus eſt mundus. ℟. Benedictus, qui venit, &c. omnia ſicut ſunt in circunciſione domini. Lectio ſecunda.

Hodie habitator cęli venit ad terras: qui terrarū incolas euocaret ad cęlum. Mirabilis, inquit, deus in ſanctis ſuis. Si in ſāctis ſuis mirabilis deus: quomodo non in ſeipſo mirabilis?

Lectio tertia.

Si mirabilis in Johanne: quē de patre ſeniſſimo, & de ſterili matre pręcepit naſci, quanto in ſe eſt mirabilior, qui vt noſtrę conditionis carnem indueret, nouum virgini & conceptum dedit, & partum. Ut ait ſanctus Abachuc ppheta. Domine audiui auditum tuum, & timui: cōſideraui opera tua, & expaui.

Lectio quarta.

Quis non expaueſcat tanti profunditatem myſterii: quandoquidem vnus idemque ſine conceptione natus eſt De⁹, & ſine creante factus eſt homo? Du[illegible] in Chriſto legimus generationes. Sed i vtraq; incōprehēſę diuinitatis eſt virtus. L. v.

Deus enim illum ibi ex ſemetipſo genuit: hic eū virgo Deo operante concepit. Ibi ſine initio: hic ſine exemplo: Ibi enim natus, vt concederet vitā: hic factus, vt tolleret mortem. Ibi ex patre natus, hic hominibus procreatus. Lectio ſexta.

Illa natiuitate hominem fecit: hac generationem hominem liberauit. Utranque eius generationem fratres non poſſe narrari ſententia hęc vna complectitur. Illa eſt enim ante hominē: iſta ſupra hominem. Illa in cogitabilis eſt: iſta mirabilis.

Secundum Mathęum. 2.

In illo tēpore. Defuncto Herode: ecce angelus dñi apparuit in ſomnis Joſeph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius: & vade in terram Iſrael. & reliq.

Hom. venerabilis Bedę pre. byteri. Lectio ſeptima.

Quod occiſis pro domino pueris Herodes nō lōge poſt obiit: Joſeph monente angelo dñm cum matre ſua ad terrā Iſrael reduxit: ſignificat omnes perſecutiones: quę contra eccleſiam erant mouendę: ipſorum perſecutorum morte vindicandas: & eis denique mulctatis perſecutoribus pacem eccleſię denuo reddendam: & ſāctos, qui latuerant, ad ſua loca fuiſſe reuerſuros. Lectio octaua.

Poſſumus quoque odium Herodis, quo perdere Jeſum voluit, pro perſecutoribus, q̄ apoſtolorum ſunt temporibus factę in Judęa, ſpecialiter accipere: quādo inualeſcente inuidia Judęorum, prędicatores verbi Dei

pene

pene omnes expulſi de prouin-
cia, ⁊ in gentibus prędicaturi,
ſunt lõge, lateq; diſperſi. ℞. ix.
Hoc eſt autem puerũ Jeſum,
⁊ matrẽ ei⁹ per Joſeph in Ægy-
ptũ trãſferri, dominicę, ſcilicet,
fidem incarnationis: eccleſię ſo-
cietatẽ per doctores ſanctos gẽ-
tibus committi. Quod erat in
Ægypto, vſq; ad obitũ Herodis
indicat figuratiue fidem Chriſti
in gentibus manſurã: donec ple
nitudo earũ introeat ⁊ ſic oĩs Iſ
rael ſaluus fiat. Te Deũ
In laud. aña. O admirabile.
ps. Dominus regnauit. 62.
⁊ cętere ad cęteros. Capitulum.
Hym. ℣. vt in circuncisione dñi.
Ad Bñs. Aña. Reuertere in
terrã Juda: mortui ſunt enim,
qui quęrebãt aĩam pueri. Oratio.
Corda nr̃a quęſumus dñe
venturę feſtiuitatis ſplen-
dor illuſtret: quo mundi huius
tenebris carere valeamus: ⁊ per-
ueniamus ad patriam claritatis
ęternę. Per dominum.
Horę, vt in die circuncisionis,
cum oratione Corda noſtra. Si
non fuerit dominica, hoc modo
dicatur. Inuit. Chriſtus natus.
Hymnus. Chriſte redemptor.
Aña. Dñs dixit ad me. ps. de cir
cunciſione cum hac ſola ℣. ſecũ
dũ q̃ feria dictauerit. Lectio
iii. de euãg. Defuncto Herode.
℞. Benedictus. ps. O regem cę
li. ℞. Cõgratulamini. Te Deũ.

non dicatur: ſed vltimũ ℞. rep-
etetur. Sacerdos. ℣. Verbum
caro. In laud. Aña. O admi-
rabile. cum hac ſola. Capitulũ.
Populus gentium. Hymnus.
A Solis ortu. ℣. Benedictus
Ad Bñs. Antipho. Reuertere,
Oratio. Corda nr̃a. Hor. vt ſup.

IN DIE EPIPHANI

Ad veſperas totum. dupl. aña.
Tecum principium. ps. Dixit.
⁊c. ad cęteros. Capitulum.



Surge, il-
luminare Jeruſalẽ,
quia venit lu
men tuum: ⁊
gloria dñi ſu-
per te orta ẽ,
quia ecce te-
nebrę operient
terram, ⁊ caligo populos: ſuper
te autem orietur dominus, ⁊ glo
ria eius in te videbitur. ℞. Re-
ges Tharſis. Hymnus.
Hoſtis Herodes impie:
Chriſtũ venire quid times?
Non eripit mortalia:
Qui regna dat cęleſtia.
Ibant magi, quam viderant:
Stellam ſequentes pręuiam:
Lumen requirunt lumine:
Deum fatentur munere.
Lauacra puri gurgitis:
Cęleſtis agnus attigit:
Peccata, quę non detulit:
Nos abluendo ſuſtulit.
Nouum genus potentię:

Aquę

Aque rubeſcunt hydrie:
Vinumq3 iuſſa fundere:
Mutauit vnda originem.
Gloria tibi domine:
Qui apparuiſti hodie:
Cum patre ⁊ ſancto ſpiritu:
In ſempiterna ſecula. Amē.
Iſte vltimus ℣. dicatur in die, ⁊ per oct. ad omnes hymn. eiuſdem metri. ℣. Reges Tharſis ⁊ inſule munera offerent. ℟. Reges Arabum, ⁊ Saba dona adducent. Ad Mag. Antipho. Venit lumen tuum Jeruſalē, ⁊ gloria domini ſup te orta eſt: ⁊ ambulabunt gentes in lumine tuo. halleluiah. Oratio. Corda noſtra. Ad complet. Aña. Miſerere. Hymnus. Saluator. Ad Nunc dimittis. aña. halľah. Omnes de Saba venient. halleluiah: aurum, ⁊ thus deferētes. halleluiah, halľah. Hec aña dicatur per octaua ⁊ in octa.

In die epiph. mat. ſic incipitur premiſſo, Pater noſter. ⁊ Credo. Domine labia mea aperies. ⁊c. Deus in adiu. cum ℣. Gloria pa. [illegible]it. non dicatur, nec hym. ſed mox incipiatur. aña. Afferte. Lec. iij. de Iſaia. Omnes ſitientes ve. Alie iij. lect. erunt de ſermone ſancti Leonis pape ſcilicet Celebrato proximo die. Alie iij. erunt de euang. ſcilicet Cum natus eſſet Jeſus. In j. noct. aña. Afferte dño filii dei: adorate dñm in aula ſancta ei⁹. ℣s. Afferte. 11. Aña. Fluminis impetus letificat: halľah: ciuitatem dei: halleluiah. ℣s. Deus noſter refugium. 18. Aña. Pſallite deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro pſallite ſapienter. ℣s. Omnes gentes. 18. ℣. Reges.

Iſaie cap. 55. Lectio 1.

Omnes ſitientes venite ad aquas: ⁊ qui non habetis argentum, properate, emite, ⁊ comedite: Venite, emite abſque argento: ⁊ abſq3 vlla cōmutatiōe vinū ⁊ lac. Quare appenditis argentū nō in panib⁹: ⁊ laborē veſtrū non in ſaturitate? Audite audientes me: ⁊ comedite bonū: ⁊ delectabit i craſſitudine aīa veſtra. Hec dicit dominus deus: ↄuertimini ad me, ⁊ ſalui eritis. ℟. Hodie in Jordane baptizato dño aperti ſunt celi: ⁊ ſicut colūba ſup eū ſpirit⁹ māſit: ⁊ vox p̄ris intonuit. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. ℣. Celi aperti ſunt ſuper eum, ⁊ vox patris audita eſt. Hic. Lectio ſecūda.

Surge, illuminare Jeruſalem, quia venit lumē tuū, ⁊ gloria dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebre operient terram: ⁊ caligo populos. Super te autē orietur dñs, ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, ⁊ reges in ſplendore ortus tui. Leua

in

in circuitu oculos tuos ꝛ vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filii tui de longe venient: ꝛ filie tue de latere ſurgēt. Hec dicit dominus. ℟. Omnes de Saba venient, aurū ꝛ thus deferentes, ꝛ laudem dn̄o annūciantes: Halleluiah, halleluiah. ℣. Reges Tharſis ꝛ inſule munera offerēt: reges Arabū ꝛ Saba dona adducēt. hal. Lec. iii.

GAudens gaudebo in dn̄o ꝛ exultabit anima mea in deo meo: quia induit me veſtimento ſalutis, ꝛ indumento letitie circundedit me. Quaſi ſponſum decoratam corona: ꝛ quaſi ſponſam ornatā monilibus ſuis. Hec dicit. ℟. Stella, quam viderant in oriente magi, antecedebat eos: donec venirent ad locum, vbi puer erat: videntes autem eā. Gauiſi ſunt gaudio magno. ℣. Et intrantes domū inuenerunt puerū cum Maria matre eius, ꝛ procidentes adorauerunt eum. Gauiſi. Gloria. Gauiſi. In ij. noct. Aña. Omnis terra adoret te, ꝛ pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo dn̄e. ℣. Jubilate deo omnis. 23. Aña. Reges Tharſis ꝛ inſule munera offerent regi domino. ℣. Deus iudicium tu. 27. Añ. Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, ꝛ adorabunt corā te domine. ℣. Inclina 34 ℣. Omnes de Saba.

Sermo b. Leonis Pape. Lxij.

CElebrato primo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Saluatorem Epiphanie nobis dilectiſſimi venerāda feſtiuitas dat perſeuerantiam gaudiorū: vt inter cognatarum ſolennitatum vicina ſacramenta exultationis vigor, ꝛ feruor fidei non tepeſcat. Ad omnium enim hominum ſpectat ſalutem: quod infantia mediatoris dei, ꝛ hominum iā vniuerſo declarabatur mundo: cum adhuc exiguo detineretur oppidulo. Tu autem. ℟. Interrogabat magos Herodes, quod ſignum vidiſtis ſuper natum regem? ſtellam magnam fulgētē, cuius ſplendor illuminat mundum. Et nos cognouimus, ꝛ venimus adorare dominū. ℣. Vidimus enim ſtellā eius in oriēte. Et. Lectio quinta.

QVamuis enim Iſraeliticam gentem, ꝛ ipſius gentis vnam familiam delegiſſet: a qua naturam vniuerſe humanitatis aſſumeret: noluit tamen intra materne habitationis anguſtias ortus ſui primordia latere: ſed mox ab omnibus voluit agnoſci, qui dignatus eſt ꝑ omnib⁹ naſci. Tu. ℟. Illuminare: illuminare Jeruſalē, venit lux tua. Et glīa dn̄i ſuꝑ te orta eſt. ℣. Ambulabūt gentes in lumine tuo, ꝛ reges in ſplendore ortus

mus tui. Et. Gloria. Lectio vi.

Tribus igitur magis in regione orientis ſtella noue claritatis apparuit: que illuſtrior pulchriorque ceteris ſyderibus, facile in ſe intuentium oculos, animoſque converteret: vt coſeſtim adverteretur non eſſe ocioſum: quod tam inſolitum videbatur: dedit ergo aſpicientibus intellectum, qui preſtitit ſignum. Et quod fecit intelligi, fecit inquiri: et ſe inueniendum obtulit requiſitus. ℟. Reges Tharſis, et inſule munera offerent: Reges Arabum, et Saba dona Domino deo adducent. ℣. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei. Reges Ara. Gloria pa. Reges. In iii. noct. Ana. Venite adoremus dominum: quia ipſe eſt dominus deus noſter. ps. Venite. 36 aña. Adorate dominum, haleluiah: in aula ſancta eius. haleluiah. ps. Canta. 36. aña. Adorate dominum. haleluiah. omnes angeli eius haleluiah. ps. Dominus reg. 37. ℣. Omnes gentes.

Secundum Mattheum.

Cum natus eſſet Jeſus in Bethlehem Jude, in diebus Herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicentes, Ubi eſt, qui natus eſt rex Judeorum? et reliq.

Homilia beati Gregorii Pape.

Lectio ſeptima.

Sicut ex lectione euangelica fratres audiſtis: celi rege nato rex terre turbatus eſt: quia nimirum terrena altitudo cōfunditur: cum celſitudo celeſtis aperitur. Sed querendum nobis eſt: quid nam ſit, quod redemptore nato paſtoribus in Judea angelus apparuit: atque ad adorandum hunc ab oriente magos non angelus, ſed ſtella perduxit. ℟. Magi veniunt ab oriente Hieroſolymam querentes, et dicentes Ubi eſt, qui natus eſt: cuius ſtellam vidimus, et venimus adorare dominum? ℣. Cum natus eſſet Jeſus in Bethlehem Jude in diebus Herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes. Ubi eſt, qui na.

Lectio octaua.

Quia videlicet Judeis tanquam ratione vtentibus: rationale animal, id eſt angelus, predicare debuit: gentiles vero, quia vti ratione neſciebant: ad cognoſcendum deum non per vocem: ſed per ſigna perducuntur: quia et illis prophetie tanquam fidelibus non infidelibus: et iſtis ſigna tanquam infidelibus non fidelibus data ſunt. ℟. Tria ſunt munera pretioſa, que obtulerunt magi domino in die iſta: et habent in ſe diuina myſteria. In auro, vt oſtendat regis potentiam: in thure ſacerdotem magnum conſidera: et in myrrha dominicam ſepulturam. ℣. Salutis noſtre auctorem magi

gi generati ſunt in cunabulis: ⁊ de theſauris ſuis myſticas ei munerum ſpecies obtulerunt. In auro. Lectio nona.

Et notandum eſt, ꝙ redẽptorem noſtrum, cum iã perfectę eſſet ętatis, gentibꝰ apoſtoli pręedicant, eumq; paruulũ, ⁊ nec per humani corporis officium loquentem ſtella eiſdem gentibus denunciat: quia nimirum rationis ordo poſcebat, vt loquentem iam dominũ loquentes nobis pręedicatores innoteſcerent: ⁊ nec dum loquentẽ elementa muta pręedicarẽt. ℟. In columbę ſpecie ſpiritus ſanctus viſus eſt: paterna vox audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus. In quo mihi bene cõplacui. ℣. Cęli aperti ſunt ſuper eum: ⁊ vox patris audita eſt, Hic eſt. Glo. In quo. Interim pręparet ſe diaconus ad recitandam genealogiam. Secundum Lucam. Factũ eſt. Primo petendo bñdictionẽ, ſicut ad Liber gñationis

Secundum Lucam.

Factum eſt autem, cũ baptizaretur omnis populus: ⁊ Ieſu baptizato, ⁊ orante apertum eſt cęlũ. Et deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie: ſicut columba in ipſum. Et vox de cęlo facta eſt. Tu es filiꝰ meꝰ dilectus: in te complacui mihi. Et ipſe Ieſus erat incipiẽs quaſi annorũ triginta, vt putabat, filius Ioſeph. Qui fuit Heli. Qui fuit Mathat. Qui fuit Leui. Qui fuit Melchi. Qui fuit Ianne. Qui fuit Ioſeph. Qui fuit Mathathię. Qui fuit Amos. Qui fuit Naum. Qui fuit Heli. Qui fuit Nage. Qui fuit Mathah. Qui fuit Semei. Qui fuit Ioſeph. Qui fuit Iuda. Qui fuit Ioãna. Qui fuit Mathathię. Qui fuit Reſa. Qui fuit Zorobabel. Qui fuit Salathiel. Qui fuit Neri. Qui fuit Melchi. Qui fuit Abdi. Qui fuit Coſam. Qui fuit Helmadam. Qui fuit Her. Qui fuit Ieſu. Qui fuit Heliezer. Qui fuit Iora. Qui fuit Mathat. Qui fuit Leui. Qui fuit Symeon. Qui fuit Iuda. Qui fuit Ioſeph. Qui fuit Iona. Qui fuit Heliachim. Qui fuit Melcha. Qui fuit Mena: Qui fuit Mathathię. Qui fuit Nathã. Qui fuit Dauid. Qui fuit Ieſſę. Qui fuit Obeth. Qui fuit Booz. Qui fuit Salmon. Qui fuit Naaſon. Qui fuit Aminadab. Qui fuit Arã. Qui fuit Eſron. Qui fuit Phares. Qui fuit Iudę. Qui fuit Iacob. Qui fuit Iſaac. Qui fuit Abrahę. Qui fuit Thare. Qui fuit Nachor. Qui fuit Seruth. Qui fuit Ragau. Qui fuit Salech. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale. Qui fuit Cainã. Qui fuit Arphaxath. Qui fuit Sem. Qui fuit Noe. q fuit Lamech.

Qui fuit Mathuſalem. Qui fuit
Enoch. Qui fuit Jareth. Qui
fuit Malaleel. Qui fuit Chai-
nam. Qui fuit Enos. Qui fuit
Seth. Qui fuit Adã. Qui fuit
Dei. Jeſus autem plenus ſpiri-
tu ſancto regreſſus eſt a Jorda-
ne, qua finita ſequat. Te deum.
Sac. ℣. Deꝰ de Sab. In lau añ.

Ante Luciferũ genitus, ꝛ
ante ſecula dñs ſaluatoꝛ
noſter hodie mundo apparuit.
ps. Dñs regna. 63. Añа. Tria
ſunt munera, quę obtulerunt
magi dño, aurum, thus, ꝛ myr-
rham filio dei, regi magno, hal.
ps. Jubilate. Añ. Apertis the-
ſauris ſuis: obtulerunt magi do-
mino: aurum: thus, ꝛ myrrham,
halł. halł. ps. Deus, deus.
Añа. Maria, ꝛ flumina bene-
dicite dño: hymnũ dicite fontes
dño. hal. ps. Benedi. Añа. Vi-
dentes ſtellã magi gauiſi ſunt
gaudio magno valde: ꝛ intran-
tes domum obtulerunt dño au-
rum, thus, ꝛ myrrhã. ps. Lauda
te dominum. Capitulum.

Magi videntes ſtellam dixe-
runt adinuicẽ: hoc ſignũ
magni regis eſt: eamus, ꝛ inqui-
ramus eum: ꝛ offeramus ei mu-
nera, aurum, thus, ꝛ myrrham.
Hymnus Herodes.
℣. Adorate dñm. ℟. In aula
ſancta eius, halł. Ad Bñs.
Añа. Hodie cęleſti ſponſo iun-
cta eſt eccleſia: quoniam in Jor-
dane lauit Chriſtus eius crimi-
na: currunt cum muneribꝰ ma-
gi ad regales nuptias: ꝛ ex aqua
facto vino lętantur conuiuę, ha-
leluiah. Oratio.

Deus, q hodierna die vni-
genitum tuum gentibus
ſtella duce reuelaſti: concede ꝓ-
pitius: vt, qui te iam ex fide co-
gnouimus, vſq; ad contemplã-
dam ſpeciẽ tuę celſitudinis per-
ducamur. Per eundem.
Ad j. Añа Ante Luciferũ. ps.
Deus in no. 48. ℟. Jeſu Chri-
ſte: halł, halł. ℣. Qui hodie
mundo apparuiſti, miſerere no-
bis: halł. Et dicatur per octa-
uam. Ad iij. añ Tria ſunt. Cap.

Ambulabunt gentes in lu-
mine tuo: ꝛ reges in ſplen-
dore oꝛtus tui: leua in circuitu
oculos tuos, ꝛ vide omnes iſti
congregati ſunt venerunt tibi.
℟. Reges Tharſis, ꝛ inſulę mu-
nera offerẽt: Halł, halł. ℣. Re-
ges Arabũ, ꝛ Saba dona dño
deo adducẽt halł. Glia. Reges.
℣. Oẽs de Saba veniẽt. ℟. Au-
rũ, ꝛ thus deferentes. Oratio.

Deus illuminatoꝛ omniũ
gentium da populis tuis
perpetua pace gaudere: ꝛ illud
lumẽ ſplendidũ infunde coꝛdi-
bus noſtris: quod trium mago-
rũ mentibus aſpiraſti: dñm no-
ſtrum Jeſum Chriſtum filium
tuum Qui tecum viuit. Ad vj.
Añа. Apertis theſ. Capitulũ.

Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgẽt: tunc videbis, & afflues: & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quã cõuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. ℟. Omnes de Saba venient: hal. halah. ℣. Aurũ & thus deferentes, & laudem dño annũciantes. haleluiah. Glo. Omnes. ℣. Adorate dñm. ℟. In aula ſancta eius. Oratio. Deus, qui hodierna die. Ad nonam. Añ. Videntes. Capitulum.

Inundatio camelorum operiet te: dromedarii Madiã, & Epha: oẽs de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem dño annunciãtes. ℟. Adorate dñm: halah halah. ℣. In aula ſancta eius, hal. Gloria. Adorate. ℣. Omnes gentes, quaſcũque feciſti. ℟. Venient, & adorabunt coram te dñe. Oratio.

Præſta quæſumus omnipotẽs deus, vt ſaluatoris mũdi ſtella duce manifeſtata natiuitas noſtris mentibus reueleẽ, & creſcat. Qui te. Ad ij. veſpe. añã. Ante Luciferum. ps. Dixit d. 45. Añ. Tria ſunt. ps. Cõfitebor. 2. Añ. Apertis theſau. ps. Beatus. Aña. Maria, & flumi. ps. De profundis. 57. añ. Videntes ſtel. ps. Memẽto. 58. Vbi pi dicatur per oct. cũ prima feria. Cap. Surge, illuminare. ℟. In columbæ. Hym. Hoſtis Herodes. ℣. Reges Tharſis. Ad Mag. Aña. Ab oriente venerunt magi in Bethlehem adorare dñz: & apertis theſauris ſuis precioſa munera obtulerũt: aurũ, ſicut regi magno, thus, ſicut deo vero: myrrham, ſepulturæ eius: haleluiah. Oratio. Deus, q hod. Ad cõplet. vt ſup.

PER OCTAVAM ad benedictus, & ad Magnificat. Antiphona.

Magi videntes ſtellã dixerunt adinuicez: hoc ſignũ magni regis eſt eamus, & inquiramus eum: & offeramus ei munera aurum: thus: & myrrham. Aña. Stella iſta ſicut flãma coruſcat: & regem regũ deũ demõſtrat: magi eã viderunt, & Chriſto regi munera obtulerunt. Aña. Cæli aperti ſunt ſuper eũ: & vox de cælo facta eſt dicens: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. aña. Lux de luce apparuiſti Chriſte, cui magi munera offerunt: halah. halah. halah. Aña. Vidimus ſtellã ei⁹ in oriente, & venimus cũ muneribus adorare dñm. Aña. Deſcẽdit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut colũba in ipſum: & vox de cælo facta eſt: Hic eſt filius meus dilectus. haleluiah. Añ. Ordines angelorum videntes inuiſibilẽ venientẽ in aquis, timore perterriti, cogitabãt quomodo inuiſibilis deus formam

Serui ſuſcepit: ⁊ apparens mun-
dum illuminauit: benedictus es
dñe deus Iſrael. Aña. Admo-
niti magi in ſomnis ab angelo:
per aliam viam reuerſi ſunt in
regionem ſuam. Aña. Omnes
nationes venient de longe por-
tantes munera ſua: hal'ah. Aña.
Venient ad te, qui detrahebant
tibi, ⁊ adorabunt veſtigia pedū
tuorum. Aña. Omnes de Sa-
ba venient: aurum, ⁊ thus defe-
rentes: ⁊ laudem domino annū-
ciantes. hal'. hal'. ⁊ ſi neceſſe fue-
rit reiterētur. In craſtino epi-
ph. ⁊ per oct. Ad matu. Inuita.
Chriſtus apparuit nobis: Veni-
te adoremus. Pſalmus. Venite
exultemus. Hymnus.

A Patre vnigenitus,
Ad nos venit per virginē:
Baptiſma cruce conſecrans:
Cunctos fideles generans.
De celo celſus prodiit:
Excepit formam hominis:
Facturam morte redimens:
Gaudia vite largiens.
Hoc te redemptor quęſumus:
Illabere propitius:
Clarumq; noſtris ſenſibus:
Lumen prębe fidelibus.
Mane nobiſcum domine:
Noctem obſcuram remoue:
Omne delictum ablue:
Piam medelam tribue.
Quem iam veniſſe nouimus,
Redire item credimus:
Tu ſceptro tuo inclito:
Tuum defende populum.
Gloria tibi domine:
Qui apparuiſti hodie:
Cum patre, ⁊ ſancto ſpiritu:
In ſempiterna ſecula. Amen.

Aña. Afferte domino. Hec ſo-
la Aña dicatur quotidie ſuper
pſalmos: niſi in dominica, ⁊ in
octa. pſ. Afferte. pſ. Deus no-
ſter. 11. pſ. Omnes gentes. 18.
pſ. Iubilate deo omnis terra.
23. pſ. Deus iudiciū tuum. 27.
pſ. Inclina domine. 34. pſ. Cā-
tate. 36. pſ. Dominus regna.
37. pſ. Cantate. ij. 38. ℣. ſecun-
dū ordinem nocturnorū. L. iiij.
de ſermone ſequenti S. Leonis
Pape. Lectio prima.

Herodes audiens Iudęo-
rū principē natū: ſucceſſo-
rē ſuſpicatus expauit, ⁊ molit-
necē ſalutis auctori falſum ſpo-
pondit obſequium. O q̄ fęlix fo-
ret, ſi magorū imitaretur fidem:
⁊ conuerteret ad religionē, qđ
diſponebat ad fraudē. Tu autē.
℟. Dies ſanctificatus illuxit no-
bis, venite gentes, ⁊ adorate do-
minum. Quia hodie apparuit
lux magna in terris. ℣. Venite
adoremus eū, quia ipſe eſt dñs
deus noſter. Quia.

O Ceca ſtultę ęmulationis
impietas: quę perturbādū
putas diuinū tuo furore cōſiliū.
Dñs mundi temporale nō que-
rit regnū: qui pręſtat ęternum.
Quid cōmutabilem diſpoſito-

rum rerum ordinem vertere, ⁊ aliorũ facinus preoccupare conaris? Mors enim Christi: non eſt temporis tui. ℞. Videntes ſtellã magi, gauiſi ſunt gaudio magno. Et intrantes domũ inuenerunt puerum cum Maria matre eius: ⁊ procidentes adorauerunt eum: ⁊ apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurũ, thus, ⁊ myrrham. ℣. Stella, quam viderant magi in oriẽte, antecedebat eos, vſque dum veniens, ſtaret ſupra, vbi erat puer. Et intran. Lectio tertia.

Ante condendum eſt euangeliũ, ante predicandũ eſt regnum dei: ante ſanitates donande: ante ſunt facienda miracula. Cur: quod alieni futurum eſt temporis: tui eſſe vis criminis: ⁊ non habiturus effectũ ſceleris: in ſolum te reatum precipitas voluntatis. ℞. Rex magnus natus eſt in Iſrael: ⁊ venerunt reges terre adorare eum: Et obtulerũt ei munera, aurũ, thus, ⁊ myrrhã. ℣. Reges Tharſis, ⁊ inſule munera offerent reges Arabum ⁊ Saba dona adducent. Et obtul. Gloria. Et.

Predicta tria ℞ia dicantur in craſtino epiph ⁊ poſtea per ordinem illa ix de die, ⁊ iterum per eundem modum reiterentur: quantũ neceſſe fuerit. Te deũ. Sacer ℣. Omnes de Saba. In laud. Aii. Ante Luciferum. ps. Dñs regna. 62. Et ceteri cum hac ſola. Cap. Surge, illuminare. Hym. Hoſtis Herodes. ℣. Adorate dñm. Ad Bñs. aña vna de ſupradictis per ordinẽ. Orō. Deus, qui hodierna die. Ad hor. vt in die. Ad veſp. aña. Ante Luciferum. ps. Dixit. 45 Et ceteri, vt ſup. cum hac ſola. Cap. Surge, illumin. Hymn. Hoſtis Herodes. ℣. Reges Tharſis. Ad Mag. aña. vna de ſupradictis. Oratio. Deus, qui hodie. Complet. vt ſupra.

Infraſcripte lect dicantur aliis diebus cum rñſoriis de noctur. ipſius feſti. Secundo die.

Sermo S. Leonis Pape. L. j.

Nihil hac molitione proficis: nihil peragis. Qui voluntate natus eſt: arbitrii ſui poteſtate morietur. Ite, inquit, interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis: renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorem eum. Lectio ſecunda.

O calliditas ficta: o incredulitas impia: o nequitia fraudulenta: ſi adorare iſtum puerum certiſſime diſponebas: quare ꝓ illo multos pueros occidebas? L iii.

Sanguis innocentum, quem crudeliter effudiſti, atteſtatur, quid de hoc puero voluiſti: Et tñ non ſolum iſtum puerũ non inueniſti: ſed nec illis pueris aliqd nocuiſti: imo iſti, quod illis proderat, hoc egiſti. Die iii. L. j.

PEr ſęuitiam quippe tuā facti ſunt martyres: qui per infantiam ſuam fuerunt innocentes: quando per gratiā hui⁹ pueri pro eo meruerunt mori: priuſquam eum poſſent coram hominibus confiteri. Lect. ij.

Iſte nanque puer, qui mundū creauit: qui regit: qui omnia q̄cunque vult facit: qui mirabili, atque inſuperabili diuinitate diſponit: hoc ordinauit: hoc egit, vt per tuam inuidiā furioſam illi pueri mortem ſuſciperēt pretioſam. Lectio tertia.

Iſte puer itaque, qui natus eſt: idem non inuenitur in numero paruulorum morientium, quia ipſe eſt expectatio gentium. Sāguis huius pueri propterea non cū iſtorū ſanguine fuſus eſt puerorum: quia ſolus in remiſſionē fundendus eſt peccatorum.

Ad lau. & ad ho. p oct. vt in die. & ſi Epipha. fuerit in dominica euang. Vidit Iohannes, pronūcietur hic. Die iiij. Lectio j.

GAudete in dño dilectiſſimi: iterum dico, gaudete: quia breui interuallo temporis poſt ſolēnitatē natiuitatis Chriſti feſtiuitas declarationis eius illuxit: & quem in illo die virgo peperit: in hoc mūdus agnouit.

Lectio ſecunda.

VErbum enim caro factum, ſic ſuſceptionis noſtrę temperauit exordia: vt natus Ieſus, & credētibus manifeſtus, & perſequentibus eſſet occultus. Lectio iij.

IAm tunc cęli enarrauerūt gloriam dei: & in omnē terrā ſonus veritatis exiuit: qñ & paſtoribus exercitus angelorū Saluatoris editi annunciator apparuit: & magos ad eum adorandū preuia ſtella perduxit. Die v. Lec. j.

UT a Solis ortu, vſq; ad occaſum veri regis generatio coruſcaret: cum veram fidem regna orientis per magos diſcerent, & Romanum imperiū non lateret. Lectio ſecunda.

Non ſęuitia Herodis volens primordia ſuſpecti ſibi regis extinguere: huic diſpoſitioni neſciens ſeruiebat: vt dū atroci intentus facinori ignotū ſibi puerum indiſcreta infantium cęde perſequitur: annunciatā cęlitus dñatoris ortū inſignior vbique fama loqueretur. Lectio iij.

Ipſam enim famā promptiorē ad narrandum diligētiorēq; faciebat, & ſupernę ſignificationis nouitas: & cruentiſſimi perſecutoris impietas. Tu autem.

SABBATHO

infra oct. Epiph. Ad Veſp. añ. Ante Luciferū. ps. Dixit. 45. Ceteri, ps. vt i die Epiph. cū hac ſola. Cap. Surge, illumi. R. Reges Tharſis. Hym. Hoſtis Herodes. V. Venit lumē tuū. Ad mag. aña. Nemo, eſt qui. Ora. Deus qui hod. Comple. vt ſup.

DOMINICA INFRA octauam Epiphanię.

Legantur vj. lect. de ſermone S. Fulgentii epiſcopi ſcilicet. Noſtis fratres chariſſimi. Et iij. de euang. Vidit Joánes Jeſum. Ad Matutinũ inuit. Chriſtus apparuit nobis, Venite adoremus. Pſ. Venite. Hym. A patre vnigenitus. In primo noct. Aña. Afferte. Pſ. Ipſe. 11. Aña. Fluminis. Pſ. Deus nr refu. 18. Aña. Pſallite dño. Pſ. Omnes gen tes. 18. ℣. Reges Tharſis, ⁊ inſulę munera.

Sermo S. Fulgentii epi. Lec. j.

Noſtis, fratres chariſſimi: quia dies iſte, q nobis in honorẽ domini per annos ſingulos celebratur: ore cunctorũ fidelium Epiphania venerabiliter nuncupatur. Et quia Grecum probatur eſſe vocabulum: ⁊ multis eſt latinis incognitum. Epiphania vero interpretatur manifeſtatio. ℟. Hodie in Jordane. ſicut ſupra. Lectio ij.

Unde ergo eſt, quod omnes latini dicunt: ſed nõ omnes inueniunt noſſe, quod dicũt. Proinde bonũ eſt, vt cũcti, qui hodiernũ diẽ epiphaniá nuncupant: ⁊ cur hoc dicatur ignorant: ſacramentũ diei huius nominis interpretatione cognoſcát. L. iij.

Debet enim diei huius ſolennitas a fidelibus celebrari: ⁊ ideo cauſa ſolennitatis non debet ignorari. Hunc ergo diem, ſicut diximus, epiphaniã vocat Chriſtiana religio. Tu autem. In ij. noctur. Aña. Omnis terra. Pſ. Jubilate. Aña. Reges Tharſis. ⁊c. ad cęte. ℣. Omnes de Saba. Lectio iiij.

Traditum autem tenemus a ſanctis patribus, q̃ vnigenitus dei filius, poſt quam eſt ſecundum carnem temporaliter natus: in iſto etiam die eſt a magis venientibus manifeſtatus: ⁊ a quibus eſt oblatis muneribꝰ adoratus. Lectio quinta.

Nam, quia ipſe eſt deus, qui ſibi in veteri teſtamẽto primitias offerri mãdauit: idem deus homo natus gẽtium primitias ſuo cultui dedicauit. Apoſtolica vero teſtatur auctoritas: quia vnꝰ deus eſt, qui iuſtificat circunciſionem ex fide: ⁊ pręputium per finem. Lectio ſexta.

At circuncíſionis vnó nomine Judęos, pręputii nomine gentes indubitanter oſtendit. Iſti ſunt duo parietes, qui ex diuerſo venerunt: ⁊ in lapidem, qui factus eſt in caput anguli, vnitate fidei conuenerunt. Unus paries venit ex Judęis: alter venit ex gentibus. In iii. noctur. Aña Adorate dñm. haleluiah: in aula ſancta eius. haleluiah. Pſ. Cãtate. 136. Añ. Adorate do. hal'ah, oẽs angeli eius, haleluiah.

halah. ℣. Dominus reg. Añ. Notum fecit dominus, halah, ſalutare ſuum, hala. ps. Cantare. ij.38. ℣. Omnes gētes quaſcunque feciſti. Secundū Johannē.

In illo tempore: Uidit Johānnes Jeſum venientem ad ſe, et ait: Ecce agnus dei: ecce, qui tollit peccata mundi. Et reliq. Hom. ven. Bedę presbyr. L. vij.

Nemo ſibi arrogêt, et dicat, quia ipſe aufert peccata mundi. Unde iam intendite cōtra quos ſuperbos intendebat digitum Johannes. Nondum erāt nati hęretici: et iam demonſtrabantur: iam intendebat contra illos. Lectio octaua.

Contra illos clamabat tunc a fluuio: cōtra quos modo clamat ex euangelio. Uenit Jeſus. Et quid dicit ille? Ecce agnus dei. Si agnus innocens: et Johannes agnus: an non et ipſe innocens? Tu autem. Lectio nona.

Sed quis innocens: aut quantum innocens? omnes ex illa radice veniūt, et ex illa propagine, de qua cantat gemens Dauid: Ego in iniquitatibus conceptus ſum: et in peccatis mater mea in utero me aluit. Tu autem. dicatur. Te deum. ℣. Oēs de Sabaorum, etc. In laudibus Aña. Ante luciferum. 63. ps. Dominus regnauit. 63. etc. ad ceteros. cap. Surge, illuminare. Hym. Hoſtis herodes. ℣. Adorate dominum. Ad Benedictus aña. Hodie cęleſti ſponſo. Oratio. Deus, qui hodierna die. Hor[ę], vt in die. Si epiphania in dominica fuerit, tunc illud euāgeliū. Uidit Johannes Jeſum. pronuncietur feria iiij. ad matu. et legatur ad miſſam. Ad veſperas aii. Ante luciferum. ps. Dixit dn̄s, etc. ad ceteros. cum hac ſola. cap. Hym. ℣. vt ſup. Ad Mag. añ. Ab oriente. Oratio. Deus, qui hod. Comple. vt ſupra. In oct. epiphanię. Ad veſpe. Antipho. Ante luciferum. ps. Dixit dominus. etc. cum hac ſola. cap. Surge, illuminare. ℟. Reges Tharſis. Hym. Hoſtis Herodes. ℣. Reges Tharſis. Ad Mag. aña. Baptizat miles regem: ſeruus dominum ſuum: Johannes ſaluatorem: aqua Jordanis ſtupuit: columba proteſtatur: paterna vox audita eſt: hic eſt filius meus dilectus. Oratio.

Deus, cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtrę carnis apparuit: pręſta quęſumus, vt per eum, quem ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecum viuit. Memoria de ſancto Remigio epiſcopo. Oratio.

Pręſta, quęſumus omnipotens deus: vt excellentiam verbi tui, quod beatus Remigius confeſſor tuus, atque pontifex glo-

rioſus

rioſus aſſeruit: ⁊ conuenienter intelligere valeam⁹: ⁊ veraciter confiteri. Per do. Cōpl. vt ſup. Ad matu. inuit. Chriſtus apparuit nobis: venite adoremus. ps. Venite. Hy⁹. A patre vnigenitus. Añ. ℣. pſal. ⁊ ℟ia, vt in die epiphanię, niſi quod in iij. noc. Añę ⁊ pſal dicantur, ſicut prius in dominica. lec. vj. de ſermone ſequēti eiuſdez S. Fulgentij. ſ. Licet fratres dilectiſſimi. ⁊ iij. de euang. Venit Jeſus. Lec. j.

Licet fratres dilectiſſimi de ſolēnitate diei huius veterum ſit diuerſa traditio: vna tamen ſanctę deuotionis eſt fides. Et quanquam nonnulli hodie dominum noſtrum Jeſuʒ Chriſtum ſtella duce venientibus ab oriente magis exiſtimant adoratum. Alij autem aſſerunt eum aquas in vinum mutaſſe: quidaʒ vero baptiʒatuʒ illum a Johanne confirmant: in omnibus dei filius creditur in omnibus eſt noſtra feſtiuitas. Lectio ij.

Nam, quod magis vtriqʒ gentilibus, ⁊ adorare dominum, ⁊ munera offerre conceditur: gentiuʒ eſt pręfigurata vocatio. Quod aquę transformantur in vinum, religionis noſtrę deſignatur arcanum. Lectio tertia.

Quod vero fluentis Jordanis baptiʒatur Chriſtus: aqua noſtri baptiſmatis conſecratur. Oportet itaque, fratres chariſſimi: vt aliqua nunc de ipſo baptiſmate ſanctitati veſtrę, prout dominus donauerit proferamus: vt ſimul ⁊ humilitatem Saluatoris noſtri, ⁊ miraculorum gloriā cognoſcatis. Lectio quarta.

Predicabat in deſerto Johannes baptiſmum pęnitētię populo peccatorū: nō quod crimina commiſſa deleret: ſed emendaret errantes. Nam remiſſio peccatorum Chriſti gratię ſeruabatur. Lectio quinta.

Confluebat ergo ad Jordaneʒ deſiderio lauacri diuerſoruʒ copioſiſſima multitudo, quorum cum eſſent tam ſceleratiſſimi actus: vita tam perdita: vt eos venerabilis Baptiſta vipereo ſemini compararet. Lectio ſexta.

Inter huiuſmodi homines ille virtutum cęleſtium dominus ille, qui reſpicit terram, ⁊ facit eaʒ tremere. Jeſus Chriſtus: nō dedignatur humilis, ⁊ quietus ad ſeruuli ſui baptiſmū properare.

Secundum Mattheum. 3.

In illo tempore: Venit Jeſus a Galilęa in Jordanē ad Johannem, vt baptiʒaretur ab eo. Et reliqua. Homilia vener. Bede presbyteri. Lectio ſeptima.

Baptiʒatus eſt dominus, non mundari volens, ſed mundare aquas: vt ablutę per carneʒ Chriſti: qui peccatum non cognouit: baptiſmatis vnda vim haberet. Et ideo, qui ad Chriſti lauacrum

uacrum venit, peccata depo-nit. Lectio octaua.

Q Uę autem dominici cauſa baptiſmatis fuerit, dominus ipſe declarat ad Johannem dicens: Sine modo: Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiā. Le. ix.

C Um igitur in tantum ad ędificationem eccleſię ſuę diuino fauore dominus cōceſſerit, vt poſt patriarchas, prophetas, & angelos vnigenitus dei filius deſcenderet: & ad lauacrum veniret: nonne vere atq; diuine de eccleſia cognouimus dictum? Niſi dominus ędificauerit domum, &c. Te deum. Sacerd. ℣. Omnes de Saba venient.

IN LAVDIBVS Añã.

V Eterem hominem renouans ſaluator venit ad baptiſmum, vt naturam, quę corrupta erat, per aquam recuperaret: in corruptibili veſte circumamiciens nos. ℟. Dominus regna. 62. Añã Tu, qui in ſpiritu & igne purificas humana contagia, deum & redemptorem omnes glorificemus. ℟ Jubil. Añ. Baptiſta contremuit, & non audet tangere ſanctum dei verticem: ſed clamat cum tremore: ſanctifica me ſaluator. ℟. Deus, de. Antiphona. Caput draconis ſaluator contriuit in Jordane flumine: ab eius poteſtate omnes eripuit. ℟ Bened. Antiphona. Magnum myſterium declaratur hodie: quia creator omnium in Jordane expurgat noſtra facinora. ℟. Laudate dominum. Capitulum.

O Mnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem domino annunciantes. Hym. Hoſtis Herodes. ℣. Adorate dominum. Ad Benedictus Antiphona. Pręcurſor Johannes exultat cum in Jordane baptizato domino facta eſt orbis terrarum exultatio, facta eſt peccatorum noſtrorum remiſſio: ſanctificans aquas: ipſi omnes clamemus, miſerere nobis. Oratio. Deus, cuius vnigenitus. Memo. de ſancto Remigio. Ad primam, & ad alias horas antiphonę de lau. cap. ℟. ℣. de epiphania. cum oratione. Deus, cuius vnigeni. Ad ij. veſp. antiph. Veterem hominem. ℟. Dixit domi. 45. & cęteri pſal. vt ſup. cum hac ſola. Cap Surge, illuminare. Hym. Hoſtis Herodes. ℣. Reges Tharſis. Ad mag. añã. Fontes aquarum ſanctificati ſunt Chriſto apparēte in gloria: orbis terrarum haurite aquas de fonte ſaluatoris: ſanctificauit enim nunc omnem creaturam Chriſtus deus noſter. Oratio. Deus illuminator omnium. Memo. de S. Felice añ. Juſtum deduxit. ℣. Amauit eū. Oratio Cōcede quęſumus omnipotens. Complet. vt ſupra.

Si oct. Epiphanię in ſabbato e uenerit.ad veſp.añę, ꝛ pſal.erũt. de oct. Cap. ꝛ quę ſequuntur de dñica. Memoria de oct.añã. Fontes aquarũ. ℣. Reges Tharſis. Oratio. Deus illuminator. Memoria de S.Maria. Añã. Alma redẽptoris. ℣. Poſt partum. Oratio. Deus,qui ſalutis. Memoria de angelis, vt ſupra. Memoria de ſancto Felice, vt ſupra. Completorium, ꝛ matutinum de Dominica, vt infra ſignatur. Sabbato poſt oct.epip. Ad veſp. añã. Benedictus, pſ. Ipſe, ꝛ cęt.ad cęt. Et dicantur in omnibus ſabbatis ad veſp. per totum annuꝫ,quando de dominica agitur, niſi in tempore paſchali: ꝛ niſi in ſabbato lxx. quando prędicti pſal.cum Pal. dicuntur. Cap. Bñs Deus. ℟. Deus,qui ſedes. ℣. Tibi enim. Hymn. O lux beata Trinitas. ℣. Veſpertina oratio, Cap.pręcedens, hym.ꝛ ℣. dicantur omnibus ſabbatis ad veſpe.vſque ad quadrageſimam, ꝛ a trinitate, vſqꝫ ad aduentum, quando de dominica agitur. Ad Mag.añ. Peccata mea domine ſicut ſagittę infixa ſunt in me: ſed antequaꝫ vulnera generent in me: ſana me domine deus medicamento penitentię. Oratio

O Ora q̃s dñe ſupplicantis populi cęleſti pietate proſequere: vt,ꝛ quę agenda ſunt, videant,ꝛ ad implenda, quę viderint,conualeſcant. Per do. Ad compl.aña. Miſerere.2. pſ. Cũ inuocarem. In te domine. Qui habi.40. Ecce.65. Cap. Tu in. Hym. Saluator. ℣. Cuſtodi nos. Ad Nunc dimittis. Aña. Salua nos domine vigilantes: cuſtodi nos dormientes: vt vigilemus cum Chriſto:ꝛ requieſcamus in pace. Kyrie elei. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ, , ſicut ſupra rub.xvij. de com.

DOMINICA PRIMA poſt oct. Epipha. ad mat. inui. Dominuꝫ,qui fecit nos. Venite adoremus. pſ. Venite. hoc inui. dicatur in dominicis vſqꝫ ad lxx. Hymnus. Primo dierum. Et dicatur in dominicis vſqꝫ ad xl. In j.noct.aña. Seruite dño. pſ. Beatus vir.1. ꝛ cęt.ad cęteros, vt in pſalt. ℣. Memor fui. Le. vj. de epiſtolis beati Pauli apoſtoli,q̃ legant̃ vſqꝫ ad lxx. Lec.j.

PAulus ſeruus Jeſu Chriſti, vocatus apoſtolus ſegregatus in euangeliuꝫ dei, quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine David, ſecundum carnem: qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundum ſpirituꝫ ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti domini noſtri: per quem accepimus gratiam

tiam, & apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus eſtis & vos vocati Jeſu Chriſti domini noſtri: omnibus, qui ſunt Romę, dilectis dei vocatis ſanctis: gratia vobis, & pax a deo patre noſtro, & domino Jeſu Chriſto. Tu autem. ℟. Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me. Miſerere mei domine: quoniam infirmus ſum. ℣. Timor, & tremor venerunt ſuper me: & cōtexerūt me tenebrę & dixi. Miſerere mei d. Lec. ij.

P Rimum quidem gratias ago deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis: quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Teſtis enim eſt mihi deus cui ſeruio in ſpiritu meo in euāgelio filij eius: quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, obſecrās, ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. Tu. ℟. Deus, qui ſedes ſuper thronum, & iudicas ęquitatem, eſto refugium pauperum in tribulatione. Quia tu ſolus laborem & dolorem conſideras. ℣. Tibi enim domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor. Quia tu. Lectio iij.

D Eſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratię ſpiritualis ad confirmandum vos: id eſt ſimul conſolari in vobis per eam, quę inuicem eſt, fidem veſtram, atque meam. Nolo enim vos ignorare fratres: quia ſępe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc: vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in ceteris gentibus. ℣. A dextris eſt mihi dominus, ne cōmouear. Propter hoc dilatatum eſt cor meum. Et exultauit lingua mea. ℣. Dominus pars hęreditatis meę: & calicis mei. Propter hoc. Gloria. Et. In ij. noc. aña. Bonorum meorum. ℣. Conſerua. &c ad cęt. ℣. Media nocte. Lectio quarta.

G Ręcis, ac barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum: ita quod in me promptū eſt, & vobis, qui Romę eſtis, euangelizare. Non enim erubeſco euāgelium. Virtus enim dei in ſalutem omni credenti, Judęo primum, & Gręco. Juſtitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Juſtus autem ex fide viuit. ℟. Notas mihi feciſti domine vias vitę, adimplebis me lętitia cum vultu tuo. Delectationes in dextera tua vſque in finem. ℣. Conſerua me domine, quoniam ſperaui in te: dixi domino, deus meus es tu. Delectationes. Lectio quinta.

R Euelatur enim ira dei de cęlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum

rum: qui veritatem dei in iniuſtitia detinent. Quia, quod notum eſt dei: manifeſtum eſt in illis, Deus eniz illis reuelauit. ℟. Diligam te domine virtus mea: Dominus firmamentum meuz, ꝛ refugium meum. ℣. Laudans inuocabo dominũ, ꝛ ab inimicis meis ſaluus ero Dñs. Lectio vj.

Inuiſibilia eniz ipſius a creatura mũdi per ea, quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Sempiterna quoqꝫ eius virtus, ꝛ diuinitas, ita, vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent deũ: non ſicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis: ꝛ obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. ℟. Domini eſt terra, ꝛ plenitudo eius: Orbis terrarꝫ, ꝛ vniuerſi, qui habitãt in eo. ℣. Ipſe ſuper maria fundauit eum: ꝛ ſuper flumina pręparauit eum. Orbis. Gloria. Orbis. In iij. noc. añ Nõ ſunt loquelę. ps. Celi en. 7. ꝛc ad cęr. ℣. Exaltare domine. Lect. iij. de euang. Cum factus eſſet Ieſus annorũ duodecim. Et ita fiat in ſequentibus dominicis de ſuis euangelijs. Secundũ Lucam cap. ij.

In illo tempore: Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim: aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus cum redirent: remanſit puer Ieſus in Ieruſalem: ꝛ non cognouerunt parentes eius. Et reliqua. Hom. venerabilis Bede presbyteri. Lectio vij.

A Duodecimo anno, vt legimus, dominicę ſumitur diſputationis exordium. Hic eniz prędicandę fidei numerus euangelizantium debebatur. Nec ocioſe immemor ſuorum ſecundum carnem parentum: qui ſecundum carnem vtique ſapientia dei implebatur ꝛ gratia. ℟. Ad te domine leuaui animam meam. Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te ſuſtinent, nõ cõfundent. De⁹ me⁹ in te. L. viij.

Poſt triduum reperitur in templo: vt eſſet indicio: ꝙ poſt triduum triumphalis illius paſſionis in ſede cęleſti ꝛ honore diuino fidei noſtrę ſe reſurrecturus offerret: qui mortuus credebat. Dicit enim. Quid eſt, ꝙ me quęrebatis? Neſciebatis, qa in his, quę patris mei ſu[nt] oportet me eſſe. ℟. Audiaz domine vocem laudis tuę: Ut enarrem vniuerſa mirabilia tua. ℣. Domine dilexi decorez domus tuę: ꝛ locum habitationis glorię tuę. Ut enarrem. Lectio nona.

Duę ſunt in Chriſto generationes: vna eſt paterna, alia materna. Paterna illa diuinior

miniorque vero in noſtrum labo rem, vſumq; deſcendit, materna eſt. Et ideo, que ſupra naturam, ſupra etatem, ſupra conſuetudinem fiunt: non humanis ſunt aſſignanda virtutibus: ſed diuinis referenda ſunt poteſtatibus. ℟. Peccata mea domine, ſicut ſagitte, infixa ſunt in me: ſed antequam vulnera generent in me: Sana me domine medicamento penitentie deus. ℣. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco: et delictum meum coram me eſt ſemper: quia tibi ſoli peccaui. Sana me domi. Gloria patri. Sana. Supradicta reſponſoria dicantur in dominicis diebus ſolum vſque ad lxx. Te deum. Sacerdos. ℣. Excelſus ſuper omnes gentes dominus. ℟. Et ſuper celos gloria eius. Iſte ℣. et predicti. ℣. de nocturnis dicantur in dominicis, vſq; ad xl. In laud. añ. Regnauit dominus precinctus. Require in pſalterio. Pſal. Dominus regna. 63. cum reliquis. Añ. Sciamus omnes. Aña. Benedicamte. Añ. Omnis creatura. Añ. Spiritus omnis. Cap. Benedictio, et claritas. Hym. Æterne rerum conditor. ℣. Dominus regnauit. ℟. Decorem induit. Ad Bñs. Añ. Fili, quid feciſti nobis ſic? ego et pater tuus dolentes querebamus te? et qd eſt, q me querebatis? neſciebatis, quia in his, que patris mei ſunt, oportet me eſſe. Oratio. Uota queſumus domine. Predicte Añe, laudum, vt ſupra, cum ℣. Dominus regnauit. dicatur in dominicis, vſq; ad lxx. Capitulum vero, et hym. dicantur vſque ad xl. Ad primam hymnus. Iam lucis. In tono hymni. Æterne rc. Aña. Gloria tibi trinitas: equalis vna deitas: et ante omnia ſecula: et nunc, et in perpetuum. Ps. Deus, deus meus reſpice in me. 8. Ps. Dominus regit. Gloria patri. et ceteri pſalmi, ſicut in prima dominica aduẽtus. Cap. Domine miſerere. ℟. Ieſu Chriſte. ſine Halleluiah. ℣. Qui ſedes ad. Gloria patri. ℣. Exurge domine. etc. vt conſuetum eſt. Ad tertiam Antiphona. Laus, et perennis gloria deo patri, et filio, ſancto ſimul paraclito in ſecula ſeculorum. Ps. Legem. 51. Cap. Sana me domine, et ſana. Require in pſalte. ℟. Inclina cor meum domine, In teſtimonia tua. ℣. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. In teſtimonia. Gloria. ℣. Ego dixi domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Oratio de dominica: et dicatur ad omnes horas per totam hebdomadam, quando de dominica ſiue de tempore agitur. Ad ſextam. Antiphona.

Gloria laudis reſonet in ore: om
nium, patri, genitęq; proli: ſpiri
tui ſancto pariter reſultet laude
perenni. Cap. Omnia autem
probate. Require in pſal. ℟. In
eternuz domine: Permanet ver
bum tuum. ℣. In cęlo in ſecu
lum ⁊ in ſeculum ſeculi veritas
tua. Perma. Gloria. ps. Domi
nus regit me. Ad ix. aña. Ex
quo omnia: in quo omnia: per
quem omnia: ipſi gloria in ſecu
la. Capitulum.

Empti enim eſtis pretio
magno: glorificate, ⁊ porta
te deũ in corpore veſtro. ℟. Cla
maui in toto corde, Exaudi me
domine. ℣. Juſtificationes tuas
requirã. Exaudi. Gloria. ℣. Ab
occultis meis munda me dñe.
Predictę anę ad horas cum re
ſponſorijs ⁊ ℣. dicantur domini
cis diebus vſq; ad lxx. quando
de tempore agitur. Capitula ve
ro ad horas ſcilicet iij. vj. ⁊ ix. di
cant vſq; ad xl. ſed Cap. ix. vſq;
ad lxx. Ad ſecundas veſpe. aña.
Sede. ps. Dixit domi. 45. ⁊ cet.
ad cęt. Cap. Dominus autez di
rigat. Hym. Lucis creator. ℣.
Dirigatur domine. Ad Mag.
Aña. Puer autem Jeſus profi
ciebat ętate ⁊ ſapientia corã deo
⁊ hominibꝰ. Oratio. Vota quę
ſumus domine, vt ſu. Hic ordo
ſeruetur in veſpe. dominicis die
bus, ſcilicet de antiph. ps. Cap.
⁊ ℣. vſq; ad xl. ⁊ a trini. vſq; ad
aduentum. Completoriuz, vt ſu.
Lectio. per hebdomadam de epi
ſtolis Pauli, Lectio prima.

ET mutauerunt gloriaz in
corruptibilis dei in ſimili
tudinem imaginis corruptibilis
hominis: ⁊ volucrum, ⁊ quadru
pedum, ⁊ ſerpentium. Tu autez
domine. Reſponſoria, prout fe
ria dictauerit. Lectio ſecunda.

Jdcirco tradidit illos deus in de
ſideria cordis eorum in immun
ditiam: vt contumelijs affi
ciant corpora ſua in ſemetipſis.
Tu. Lectio tertia.

Qui commutauerunt verita
tem dei in mendacium: ⁊ colue
runt, ⁊ ſeruierunt creaturę po
tius, quam creatori, qui eſt be
nedictus in ſecula. Tu autem.

FERIA SECVNDA

Ad matutinum. Inuitatorium.
Venite exultemus domino. ps.
Jubilemus. Hym. Somno re
fectis. Aña. Dominus defenſor.
ps. Dominus illumin. 10. ⁊c.
Pſalmi, ⁊ Antiphonę, prout
ſunt in pſ. ℣. Domine in cęlo.
℟. primum. Quam magna mul
titudo dulcedinis tuę domine,
Quam abſcondiſti timentibus
te. ℣. Perfeciſti eis, qui ſperant
in te domine, in conſpectu filio
rum hominum. Quam. ℟. ij.
Benedicam dominum in om
ni tempore. Semper laus eius
in ore meo. ℣. In domino lau
dabitur anima mea: audiant
man

manſueti, ⁊ letentur. Semper. ℟. iij. Delectare in domino, ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui, ℣. Spera in domino, ⁊ fac bonitatē, ⁊ paſceris in diuitijs eius. Et. Gloria. Et. Sacer. ℣. Fiat miſericordia tua. In laud. aña. Miſerere. ps. Ipſe. ⁊c. vt i pſalte. ad lau. Cap. Fratres, vigilate ⁊ orate. Hym. Splendor paternę. Require vtrunq; in pſalt. ℣. In matutinis domine. Ad Benedictus aña. Benedictus dominus deus Iſrael. Kyrie eleiſ. Preces, vt in pſalt. Oratio dominicalis: qualis euenerit. Memorię ad matu. ⁊ ad veſp. fiant, vt in xix. rub. ſignantur. Ad j. antipho. Deus exaudi. ps. Deus in nomi. 48. ℟. Ieſu Chriſte. ℣. Qui ſedes. ⁊ cet. Ad iij. aña. Veniant. ps. Legē pone. Cap. Sana me. ℟. Sana animam. Kyrie eleiſon. Preces ⁊c. vt in xv. rub. ſignatur. Ad ſextam. antipho. Non confundas. ps. Defecit. Capit. Omnia autem probate. ℟. Benedicam dominum. ℣. Semper laus. Gloria. ℣. Dominus regit. Kyrie eleiſon, ⁊c. Ad ix. aña. Iuxta eloquium. ps. Mirabilia. Cap. Omnis enim. ℟. Redime. Kyrie elei. cętera. Ad ij. veſp. aña. Inclinauit. ps. Dilexi. 47. Aña. Credidi. ps. Ipſe. Aña. Laudate. ps. Ipſe. Aña. Clamaui. ps. Ad dominum. Aña. Auxilium. ps. Leuaui. Cap. Dominus autem dirigat. Hymnus. Immenſe cęli. ℣. Dirigatur domi ne. Ad Magnificat antiph. Magnificet te. Kyrie eleiſon. Preces ⁊c. Oratio dominicalis, qualis euenerit. Feria iij. ad matu. inuit. Iubilemus deo: Salutari noſtro. ps. Venite. Hym. Conſors pa. Aña. Vt non delinquam. ps. Dixi cuſto. 16. ⁊ cęteri Pſalmi ⁊ Antiphonę, prout ſunt in pſal. ℣. Immola deo. ℟. j. Auribus percipe domine lachrymas meas, ne ſileas a me: remitte mihi: Quoniam incola ego ſum apud te, ⁊ peregrinus. ℣. Dixi, cuſtodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Quoniā. ℟. ij. Statuit dominus ſupra petram pedes meos: ⁊ direxit greſſus meos deus meus. Et immiſit in os meum canticum nouū. ℣. Expectans expectaui dominum, ⁊ reſpexit me. Et in. ℟. iij. Ego dixi domine miſerere mei. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me: Sana. Gloria. Sana. Sacer. ℣. Fiat miſericordia tua. In laud. antipho Secundum mag. ps. Miſerere. 20. vt ter. iij. Cap. Vigilate. Hym Ales diei nuncius. ℣. In matutinis. Ad Benedictus antiph. Erexit dominus. Kyrie eleiſ.

Preces, ⁊c. Oratio dominicalis, qualis euenerit. Ad j. ad iij. ad vj. ⁊ ad ix. vt ſup. In ij. feria, ⁊ per ferias ſeq. Ad ij. veſp. añ. In domum domini. ℣s. Letatus. 56. ⁊ cet. ad ceteros, ſicut in pſal. Cap. Dominus autem dirigat. Hymn. Telluris ingens. ℣. Dirigatur domine. Ad Magnificat antiphona. Exultet. Oratio dñicalis, qualis euenerit.

FERIA QVARTA

Ad Matu. Inuitatorium. In ma. ℣s. Venite. Hymn. Rerum creator opti. Antiphona. Auertet dominus. ℣s. Dixit inſipiens. 21. Et ceteri pſalmi, ⁊ antiph. prout ſunt in pſalt. ℟. j. Ne perdideris me domine cum iniquitatibus meis: Neq; in finem iratus reſerues mala mea. ℣. Miſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℟. ij. Paratum cor meum Deus: paratum cor meū, cantabo, Et pſalmū dicā domino. ℣. Exurge gloria mea: exurge pſalterium, ⁊ cithara, exurgā diluculo. Et. ℟. iij. Adiutor meus tibi pſallam: quia deus ſuſceptor meus es, Deus meus miſericordia mea. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus: ⁊ ab inſurgentibus in me libera me. Deus, Gloria. Deus, Sacer. ℣. Fiat miſericordia. In laudib. antiphona. Amplius. ℣s. Miſerere. 20. ⁊c. ad cet. prout ſunt in pſal. Cap. Vigilate. Hymn. Nox ⁊ tenebre. ℣. In matutinis. Ad Benedictus antipho. Salutem ex inimicis. Kyrie el. Preces ⁊c. Oratio dominicalis, qualis euenerit. Ad j. ad iij. ad vj. ⁊ ix. vt ſupra in ſecunda feria: ⁊ per ferias ſeq. Ad veſperas. Antiphona. Beatus vir. ℣s. Niſi dominus edificauerit. 57. ⁊c. ad ceteros, prout ſunt in pſalte. Cap. Dominus autem dir. Hymn. Preces. ℣. Dirigatur domine. Ad Magnificat. Antiphona. Fecit mihi deus. Kyrie eleiſon. ⁊c. Oratio dominicalis qualis euenerit.

FERIA QVINTA

Ad matutinū. Inuitatorium. Adoremus dominum. ℣s. Venite exulte. 36. Hymn. Nox atra rerum. Antiphona. Domine deus. ℣s. Saluum me fac. Et ceteri pſalmi, ⁊ antiphone, prout ſunt in pſal. ℟. j. Deus in te ſperaui domine: non confundar in eternum. In tua iuſtitia libera me, ⁊ eripe me. ℣. Eſto mihi in deum protectorem: ⁊ in locū munitum, vt ſaluum me facias. In. ℟. ij. Repleatur os meum laude: vt hymnum dicam nomini glorie tue, tota die magnificentie tue: noli me proijcere in tempore ſenectutis. Cum defecerit virtus mea, deus ne derelinquas me. Gaudeant labia mea, cum can-

cantauero tibi: ⁊ anima mea, quam redemiſti. Cũ deſe℟. iij. Gaudebunt labia mea, cuȝ cantauero tibi: Et anima mea, quã redemiſti domine. ℣. Sed ⁊ lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam: tota die laudem tuam. Et. Gloria. Et. Sacer. ℣. Fiat miſericordia.

IN LAVDIBVS. Aña. Tibi ſoli. ps. Miſerere. 20. ⁊ cęterę ad cęteros, prout in pſalmis. Cap. Vigilate, ⁊ or. Hym. Lux ecce ſurgit. ℣. In matutinis. Ad Benedictus antiphon Oratio dominicalis, quãdo euenerit. Ad primam, ad tertiam, ad vj. ⁊ ad ix. vt ſupra in ſecunda feria: ⁊ per fer. ſeq. Ad veſp. aña. Et omnis. ps. Memento domine Dauid. 58. ⁊ cęt. ad cęteros, prout in pſal. Capitulum. Dominus auteȝ dirigat. Hymn. Magnę deus potent. ℣. Dirigatur domine. Ad Mag. aña. Depoſuit pot. Kyrie ele. Preces, ⁊c. Oratio dominicalis, qualis euenerit.

In ſã ... itate

FERIA SEXTA. Ad Matutinuȝ. Inuitatoriuȝ. Dominũ qui fe. ps. Venite, exultemus. Hymn. Tu trinitatis. Añ. Exultate Deo. ps. Ipſe. 32. Et cęteri pſal. ⁊ antiph. prout ſunt in pſal. ℟. j. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, ⁊ honorificabo nomen tuum in ęternum. Quia miſericordia tua domine magna eſt ſuper me. ℣. Et eripuiſti animam meã ex inferno inferiori. Quia. ℟. ij. Miſericordiã tua dñe magna eſt ſup me: Et liberaſti animã meaȝ ex inferno inferiori. ℣. Deus iniqui inſurrexerunt in me, ⁊ fortes quęſierunt animam meam. Et. ℟. iii. Factus eſt mihi dñs in refugiũ: Et deus meus in auxilium ſpei meę. ℣. Deus vltionum domine: deus vltionũ libere egit. Et. Gloria. Et. Sacer. ℣. Fiat miſericordia tua. In lau. aña. Spiritu principali. ps. Miſerere. ⁊ cęt. ad cęteros, put ſunt i pſal. Cap. Vigilate. Hy. Æterna cęli. ℣. In matutinis. Ad Bñs. añ. Per viſcera. Oõ dñicalis, qualis euenerit. Ad primam, ad iij. ad vj. ⁊ ad ix. vt ſup. in ij. feria: ⁊ per ferias ſeq. Ad veſp. Aña. In conſpectu. ps. Cõfitebor. 59. ⁊ cęt. ad cęteros, put ſunt in pſ. Cap. Dominus autẽ dir. Hym. Plaſmator hominis. ℣. Dirigat domine. Ad Mag. aña. Suſcepit deus. Kyrie ele. Preces, ⁊c. Oratio dominicalis, qualis euenerit.

SABBATHO. Ad matutinum. Inuitatorium. Dñm deum. ps. Venite. Hym. Summę deus por. Aña. Quia mirabilia. ps. Cantate. ij. 38. ⁊ cęt. pſ. ⁊ anę, prout ſunt in pſ. ℟. j. Miſericordiam: ⁊ iudiciuȝ cantabo tibi domine. Pſallam,

q intelligam in via immaculata, quando venies ad me. ℣. Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meę. Pſal. ℟. ij Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Quia non ſpernis deus preces pauperum. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam. Quia. ℟. iij. Velociter exaudi me domine: Quia defecerunt, ſicut fumus dies mei. ℣. Dies mei, ſicut vmbra, declinauerunt: & ego, ſicut fęnum, arui. Quia. Gloria. Quia. Sacer. ℣. Fiat miſericordia. In lau. aña. Benigne fac dñe. Pſalmus. Miſerere. 22. & cetere ad ceteros, prout ſunt in pſal. 51. Cap. Vigilate, &c. Hymnus Aurora iam ſpargit. ℣. In matutinis. Ad Bnd. Aña. In viam pacis dirige nos domine. Kyrie elei. Preces, &c. Collecta, qualis euenerit. Hoc officium poſtquam ſemel in aliquo ſabb. percantatum fuerit, in alijs ſabb. fiat totum officiũ de glorioſa virg. Maria, vſq; ad cineres, niſi feſtum ix. lec. vel maius in ſabb. euenerit. Notandum circa predicta ferialia offic. q reſponſoria in eis ad mat. ſignata debent dici per fer. ſibi correſpondentes vſq; ad lxx. propter reſponſoria de die ſabbati, que ſolum ſemel ſunt dicenda, vt iam ſupra dictum eſt. Si tamẽ propter breuitatem temporis hiſtoria. Domine ne in ira, nõ poteſt dici in aliqua dominica: tũc ipſa dicatur per fer. iuxta rubricam i. v. & dicta reſponſoria ferialia omittantur illo anno. Inuitator. predictarum feriarum dicatur in ferijs ab octa. epiphanię, vſq; ad dominicam in paſſione. Cap. omnia vſq; ad diem cinerum. Hymnus, ℣. & reſponſoria horarum, vſq; ad primam dominicã xl. Antiphonę, Pſal. de noctur. & de veſpe. vſq; ad coronam domini. Añę laudum vſq; ad ramos palmarum: pſ. lau. vſq; ad vigil. paſchę. Añę ad Benedictus, & ad Magnificat, vſque ad lxx. Quando autem predicta alijs temporibus ſint dicenda, i locis ſuis magis proprijs dicet.

DOMINICA SECVNDA poſt oct. Epipha.

Ad j. veſp. ad Mag. aña. Fratres exiſtimo, quod non ſunt cõdignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. halab. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui cęleſtia ſimul, & terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clemẽter exaudi: & pacem tuam noſtris concede tẽporibus. Per dominum. Ad matu. & horas, omnia, vt in precedente dominica Ad Corinthios. Cap. j. Lect. prima.

Pau

Paulus, vocatus apoſtolus Jeſu Chriſti: per voluntatem dei: ⁊ Soſtenes frater eccleſię dei, quę eſt Corinthi: ſanctificatis i Chriſto Jeſu, vocatis ſanctis: cum omnibus, qui inuocāt nomē domini noſtri Jeſu Chriſti in omni loco ipſorum, ⁊ noſtro: gratia vobis: ⁊ pax a deo patre noſtro, ⁊ domino noſtro Jeſu Chriſto. Lectio ſecunda.

Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei, quę data eſt vobis in Chriſto Jeſu: quia in omnibus diuites eſtis in illo: in omni verbo, ⁊ in omni ſciētia: ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil deſit in vlla gratia expectantibus reuelationem domini noſtri Jeſu Chriſti: qui ⁊ confirmabit vos vſque in finē ſine crimine in die aduentus domini noſtri Jeſu Chriſti. Lectio iij.

Fidelis deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Jeſu Chriſti domini noſtri. obſecro autem vos fratres per nomē domini noſtri Jeſu Chriſti: vt idipſum dicatis omnes: ⁊ non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autē perfecti in eodem ſenſu, ⁊ in eadem ſcientia. Lectio quarta.

Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei ab his, qui ſunt Chloes: quia cōtentiones ſunt inter vos. Hoc autē dico: quod vnuſquiſq; veſtrum dicit: Ego quidem ſum Paulū, ego autē Apollo: ego vero Cephę: ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro nobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Lectio quinta.

Gratias ago deo, quod neminē veſtrum baptizaui, niſi Criſpum, ⁊ Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati eſtis. Baptizaui autem ⁊ Stephanę domum. Cęterum neſcio ſi quem aliū veſtrū baptizauerim. L. vj.

Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. Nō in ſapientia verbi: vt non euacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis pereuntibus quidē ſtultitia eſt: his autem, qui ſalui fiunt: ideſt nobis, virtus dei eſt.

Secundum Joannem .2.

In illo tempore: Nuptię facte ſunt in Cana Galilęe: ⁊ erat mater Jeſu ibi. Et reliqua. Homilia vener. Bedę preſby. Lectio ſeptima.

Quod dominus noſter, atq; ſaluator ad nuptias vocatus, non ſolum venire: ſed miraculum ibidē: quo conuiuantes lętificaret, facere dignatus eſt: exceptis ſacramentorum cęleſtium figuris etiam iuxta litteram fidem recte credentium confirmat. Lectio octaua.

Porro Taciani, ⁊ Marciani, cęterorumque, qui nuptijs detra-

hunt perfidia, quam ſit error dã-
nabilis, & deteſtabilis inſinuat:
Si enim thoro immaculato: &
nuptijs debita caſtitate celebra-
tis culpa ineſſet: nequaquam do
minus ad has venire: nequaquã
eas ſignorum ſuorum initijs cõ-
ſecrare voluiſſet. Lectio nona.

Nunc autem, quia bona eſt ca-
ſtitas coniugalis: melior continẽ
tia vidualis: optima perfectio
virginalis: ad comprobandam
omnium electionem graduum:
diſcernendum tamen meritum
ſingulorũ ex intemeritate Ma
rię virginis vtero naſci dignatus
eſt: a prophetico Annę viduę ore
mox nat⁹ benedicitur: a nuptia-
rum celebratoribus iam iuuenis
inuitatur: & hos ſuę pręſentia vir
tutis honorauit. Ad Benedict⁹
Antiphona. Nuptię facte ſunt
in Cana Galilee, & erat ibi Je-
ſus, cum Maria matre eius:
Oratio vt ſup. Ad ho. vt ſup. cũ
oratio Omnipotẽs. Ad Mag.
an. Deficiente vino iuſſit Jeſus
impleri hydrias aqua, quę in vi-
num conuerſa eſt. haleluiah.
Oratio dominicalis. Lect. per
hebd. Lectio prima.

Nos aũt prędicamus Chri
ſtum crucifixum: Judęis
quidem ſcandaluũ: gentibus au-
tem ſtultitiam. Ipſis autem vo-
catis Judęis atq; Grecis: Chri-
ſtum dei virtutem & dei ſapien-
tiam. Lectio ſecunda.

Quia, quod ſtultum eſt dei, ſa-
pientius eſt hominibus: & quod
infirmum eſt dei, fortius eſt ho-
minibus. Lectio tertia.

Uidete enim vocationẽ veſtrã
fratres: quia non multi ſapiẽtes
ſecundum carnem, non multi
potentes, non multi nobiles: ſed
quę ſunt ſtulta mundi elegit
Deus, vt confundat ſapientes.
Si neceſſe fuerit reiterentur.

DOMINICA TERTIA poſt octa. Epiphanię.

Ad primas veſperas. ad matut.
& ad horas diei omnia fiant, vt in
prima dominica eſt ſignatum.
Sabbato ad magni. Antiph.
Fratres confortamini in gratia
dei: quę eſt in Chriſto Jeſu do-
mino noſtro: haleluiah. Oratio.

Omnipotẽs ſempiter-
ne deus: infirmitatẽ
noſtram propitius re-
ſpice: atq; ad protegẽ
dum nos dexteram tuę maieſta-
tis extende. Per domi. Ad Co
rinthios. cap. j. Lectio prima.

Paulus apoſtolus Chriſti
Jeſu per voluntatem dei: &
Timotheus frater eccleſię, quę
eſt Corinthi: cum ſanctis omni-
bus, qui ſunt in vniuerſa Acha-
ia. Gratia vobis, & pax a deo pa-
tre noſtro, & domino Jeſu Chri
ſto. Lectio ſecunda.

Benedictus deus, & pater do-
mini noſtri Jeſu Chriſti: pater
miſericordiarum, & deus totius
con-

Cõſolationis, qui conſolatꝰ nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus ⁊ ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt: per exhortationem, qua exhortamur ⁊ ipſi a Deo. Lectio tertia.

Sicut eniꝫ abundant paſſiones Chriſti in nobis: ⁊ ita per Jeſuꝫ Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione, ⁊ ſalute: ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione ⁊ ſalute: ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione ⁊ ſalute: quę operatur tolerantiaꝫ earundem paſſionum, quas ⁊ nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis. Lectio iiij.

SCientes, quoniam ſicut ſocij paſſionuꝫ eſtis: ſic eritis ⁊ conſolationum. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quę facta eſt in Aſia, quoniam ſupra moduꝫ grauati ſumus ſupra virtutem: ita vt tęderet etiam nos viuere. Lectio quinta.

Sed ipſi in nobiſmetipſis reſpõſuꝫ mortis habuimus, vt non ſimus fidẽtes in nobis: ſed in deo qui ſuſcitat mortuos: qui de tantis periculis eripuit nos, ⁊ eruet: in quem ſperamus, quoniam ⁊ adhuc eripiet adiuuantibus ⁊ vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum perſonis facieruꝫ eius, quę in nobis eſt, donationis per multos gratię agantur pro nobis. Lectio ſexta.

Nam gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientię noſtrę: quod in ſimplicitate cordis ⁊ ſynceritate dei: ⁊ non in ſapientia carnali: ſed in gratia dei conuerſati ſumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos. Sm Mat. 8.

IN illo tempore: cum deſcendiſſet Jeſus de monte, ſecutę ſunt eum turbę. Et reliqua.

Homilia Origenis. Lectio vij.

DOcente in monte domino: diſcipuli venerunt ad eum ſicut alacres: ſicut domeſtici: ſicut amici: ſicut proximi, vel fratres. Ideo ait dominus ad eos: Vos eſtis ſal terrę: ⁊ vos eſtis lux mundi. Lecio octaua.

Tunc vero eo deſcendente de monte: turbę multę ſecutę ſunt eum: quę in montem aſcendere non potuerunt, vt pigri populi, vt negligentes, vt imperfecti. Lectio nona.

Ita ⁊ filij Iſrael primitus in montem aſcendere non valuerunt: ad obuiandum deo pergere non potuerunt propter ſuam irreligioſitatem, ⁊ impietatem: ſed ſolus Moyſes aſcendit: ⁊ pauci cum eo filiorum Iſrael. Ad Benedictus. Antiphona.

Cuꝫ deſcendiſſet Jeſus de monte: ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens: domine ſi vis potes me mundare, ⁊ extendens manus tetigit eum: dicens:

cens:

cens: Uolo, mundare. Ad Magnificat an. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur: amen dico tibi, ego veniam, ⁊ curabo eum. Lectio. per hebd. Lectio prima.

Non enim filius Jeſus Chriſtus, qui in vobis per nos prędicatus eſt: per me, ⁊ Syluanum, ⁊ Timotheum, non fuit in illo, eſt, ⁊ non: ſed, eſt, in illo fuit. Quotquot enim promiſſiones dei ſunt, in illo, eſt. Lectio ij.

Ideo ⁊ per ipſum amen deo dicimus ad gloriam veſtram. Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto: ⁊ qui vnxit nos deus: ⁊ qui ſignauit nos, ⁊ dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Lectio tertia

Ego autem teſtem deum inuoco in animam meam, q̄ parcens vobis non veni vltra Corinthum: non quia dominamur fidei veſtrę: ſed adiutores ſumus gaudij veſtri: nam in fide ſtatis. Si neceſſe fuerit reiterentur.

DOMINICA QVARTA

poſt octauam epiphanię ad primas veſp. ad matut. ⁊ ad horas dici omnia fiant, ſicut in prima dominica eſt ſignatum. Sabbato ad mag. aña. Peccata mea. require ſabbato primo poſt oct. epiphanię. Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis ⁊ corporis: vt ea, quę pro peccatis noſtris patimur: te adiuuante vincamus. Per domi. Ad Galatas. cap. j. Lectio j.

Paulus apoſtolus, non ab hominibus: neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum, ⁊ deum patrem, qui ſuſcitauit eum a mortuis: ⁊ qui mecum ſunt omnes fratres eccleſijs Galatię: gratia vobis: ⁊ pax a deo patre, ⁊ domino noſtro Jeſu Chriſto. Lectio ſecunda.

Qui dedit ſemetipſū pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de pręſenti ſęculo neq̄, ſecundum voluntatem dei ⁊ patris noſtri: cui eſt gloria in ſecula ſeculorū. Amen. Lectio tertia.

Miror, quod ſic tam cito tranſferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud euangeliū: quod non eſt aliud, niſi, quot ſunt aliqui, qui vos conturbant, ⁊ volunt conuertere euangelium Jeſu Chriſti. Lectio quarta.

Sed licet nos, aut angelus de cęlo euangelizet vobis pręterquam, quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prędixi: ⁊ nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit pręter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Lectio quinta.

Modo enim hominibus ſuadeo: an deo? An quęro hominibus place-

placere? Si adhuc hominibus placerem: Chriſti ſeruus non eſſem. Lectio ſexta.

Notum enim vobis facio fratres euangeliũ, quod euãgelizatũ eſt a me: quia nõ eſt ſm hominem: Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed per reuelationem Jeſu Chriſti.

Secundum Mattheum. 8.

In illo tpe: Aſcendente Jeſu in nauiculam: ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et reliqua.

Hom. Origenis. Lectio vij.

Ingrediente dño in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius: non imbecilles: ſed firmi τ ſtabiles in fide: mãſueti τ pij, ſpernentes mundũ: non duplici corde, ſed ſimplici. Qui ergo ſecuti ſunt eum, non tantũ greſſum eius ſequentes: ſed magis ſanctitatem comitantes: τ iuſtitiam eius ſectantes. Lectio octaua.

Ecce eniz tempeſtas magna facta eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Cũ enim multa magna τ mirabilia atq; miranda oſtẽdiſſet in terra, trãſijt ad mare: vt τ ibidem adhuc excellentiora opera demonſtraret: quatenus terrę mariſq; dominum ſe eſſe cunctis demonſtraret. Lectio nona.

Ingreſſus ergo nauiculam fecit turbari mare: commouit vẽtos: concitauit fluctus. Cur fecit hoc? ideo vt diſcipulos mitteret in timorem, τ ſuum auxilium poſtularent: ſuamq; potẽtiam rogantibus manifeſtaret.

Ad Benedictus. Antiphona.

Aſcendente Jeſu in nauiculã: ecce motus magnus factus eſt in mari, τ ſuſcitauerũt eum diſcipuli eius dicentes: domine ſalua nos: perimus.

Ad Magnif. Aña. Dñe ſalua nos: perimus: impera ventis: τ fac tranquillitatem: porro cum vidiſſent homines, quod fecerat ſignum, dicebant: qualis eſt hic, q̃a vẽti, τ mare obediũt ei?

Lectiones per hebdomadam.

Ad Epheſios. cap. j. Lectio i.

Paulus Apoſtolus Chriſti Jeſu, per voluntatem dei, ſanctis omnibus, q̃ ſunt Epheſi: τ fidelibus in Chriſto Jeſu. Gratia vobis, τ pax a deo patre noſtro, τ domino Jeſu Chriſto. Lectio ſecunda.

Benedictus deus, τ pater dñi noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in oĩ benedictione ſpirituali in cęleſtibus in Chriſto. Lectio tertia.

Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prędeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtũ: ſm propoſitum voluntatis ſuę: in laudẽ glorię gratię ſuę. ſi neceſſe fuerit reiteretur.

DOMINICA QVINTA post octa. Epiphanię.

Ad primas veſpe. ac matuti. & ad ho. diei omnia fiant ſicut in prima dnica eſt ſignatum. Sabbatho ad Magnifi. Añа. Fratres exiſtimo. require ſabbatho ij. poſt octauam epiphanię. Oro.

Familiam tuã queſumus domine ↄtinua pietate cuſtodi: vt, q̃ in ſola ſpe gratię cęleſtis innititur: tua ſemper protectione muniatur. Per dñm.

Ad Philippenſes. cap. j. Lec. j.

Paulus, & Timotheus ſerui Jeſu Chriſti omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſũt Philippus cũ epiſcopis, & diaconibus. Gratia vobis, & pax a deo patre noſtro: & domino Jeſu Chriſto. Lectio ſecunda.

Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis. Cum gaudio deprecationem faciens ſuper cõmunicationẽ veſtrã i euãgelio Chri, a prima die vſq; nunc. Lec. iij.

Confidens hoc ipſum: quia q̃ cępit in vobis opus bonum perficiet, vſque in diẽ Chriſti Jeſu: ſicut eſt mihi iuſtuz hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde: & in vinculis meis: & in defenſione euangelii ſocios gaudii me omnes vos eſſe. Lectio quarta.

Teſtis enim mihi eſt De⁹: quomodo cupiam omnes vos eſſe in viſceribus Jeſu Chriſti. Et hoc oro: vt charitas veſtra magis, ac magis abũdet in ſcientia, & oi ſenſu: vt probetis potiora: & ſitis ſynceri, & ſine offenſa in die Chriſti. Lectio v.

Repleti fructu iuſtitię per Jeſum Chriſtũ in gloriã, & laudem dei: Scire autẽ vos volo fratres, quia, quę circa me ſunt, magis ad profectum venerunt euangelii. Jta, vt vincula mea manifeſta fierẽt in Chriſto in oi prętorio, & in cęteris omnibus. L. vi.

Vt plures de fratribus in domino confidentes in vinculis meis abundantius auderent ſine timore verbũ dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiã, & contentionem, quidam autez & propter bonam voluntatem Chriſtum prędicant.

Secundum Matheum. 13.

In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorũ homini, qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo. Et reliqua.

Homi. b. Hieronymi. presb. L. vij.

Dimittit turbas Jeſus: & domum reuertitur: vt accedant diſcipuli, & interrogent: quę nec populus merebatur audire, nec poterat. Lectio viij.

Jam dimiſſis turbis venit in domum: & acceſſerunt ad eum diſci-

diſcipuli eius dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorũ agri. Qui reſpondens ait. Qui ſeminat bonum ſemen eſt filius hominis. Lectio nona. Precipue vero expoſuit, q ager ſit mũdus: ſator filius hominis: bonum ſemẽ filii regni: zizania filii peſſimi: zizaniorũ ſator diaboluſ: meſſis conſummatio mũdi: meſſores angeli. Ad Bñe. Aña. Domine nonne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? ꝛ ait illis: hoc fecit inimicus homo. Ad Mag. Aña. Colligite pri. mũ zizania, ꝛ alligate ea in faſciculos ad cõburendũ: triticũ autẽ cõgregate in horreũ meum. Lectio. per hebdomada ad Coloſſenſes. ca. j. Lectio prima. Paulus Apoſtolus Chriſti Jeſu, per voluntatem dei: ꝛ Timotheus frater his, q ſunt Coloſſis, ſanctis, ꝛ fidelibus fratribus in Chriſto Jeſu. Lec. ii. Gratia vobis, ꝛ pax a deo pře noſtro: ꝛ domino Jeſu Chriſto. Gratias agimus deo, ꝛ patri domini noſtri Jeſu Chriſti: ſemꝑ pro vobis orãtes. Lectio tertia. Audientes fidẽ veſtrã in Chriſto Jeſu: ꝛ dilectionẽ, quã habetis in oẽs ſanctos: propter ſpẽ, quę repoſita eſt vobis in cęlis: quã ante audiſtis in verbo veritatis euãgelii: quod peruenit ad vos, ſicut ꝛ in vniuerſo mundo eſt: ꝛ fructificat ꝛ creſcit: ſicut ꝛ in vobis. Si neceſſe fuerit reiterentur. Sabbatho in lxx. Ad veſp. Añ. Halah, halah, halah. ps. Bñs. 61. Aña Halah, halah, halah. ps. Exaltabo te. añ. Halah, hal. halah. ps. Lauda anima. Aña Halah, halah, hal. ps. Laudate dñm. Añ. Halah, halah, halah. ps. Lauda Jeruſalem. Cap. Benedictus deus, ꝛ pater. ℟. Deduc me in ſemitã mandatorũ tuorũ. Quoniam ipſam volui, halah. Jnclina cor meũ i teſtimonia tua: halah, halah, halah. ℣. Auerte oculos meos, nę videãt vanitatẽ: in via tua viuifica me. Amẽ. Gloria. Jncl. Hymn. O lux beata trinitas. ℣. Veſpertina oro aſcendat ad te dñe. ℟. Et deſcendat ſuper nos miſericordia tua dñe. Ad Mag. Aña Halah, halah, halah, hal. hal. hal. Et cãtent ſicut cãtat. añ. Puer Jeſus. oro. Preces populi tui qs dñe clemẽter exaudi: vt, qui iuſte pro peccatis nr̃is affligimur: pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per. Benedicam⁹ dño: hal. hal. primuꝫ. Bñdicamus. dicatur cũ duplici halah. Poſt memo. dicatur Bñdicamus. cũ vno hal. Hic dimittatur halah. Complet. vt ſu. ſed pro halah. dicatur ℣. Laus tibi domine: Rex ęternę glorię. Ab hinc vſque ad miſſam in vigilia

gẽlie pa'che non dicatur halah, ſed in principio horarum poſt Sicut erat, dicatur. Laus tibi domine. Rex eterne glorie.

DOMINICA in Quadrageſima

Ad matutinum. Inuitatoriũ. Venite, exultemus domino: Jubilemus deo ſalutari noſtro. ℟. Preoccupemus. Hymnus. Primo dierum omniũ. Añ. Seruite. ℟. Beatus vir. 1. et cetere ad ceteros, prout ſunt in pſalterio ℣. Memor fui. primã lec. legat prior, ſcilicet prologũ Deſiderij mei cum tribus clauſulis de in principio creauit. Ceteræ due lect. de eodem ab inferioribus fratribus legant. Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in Pentateuchum.

Deſiderij mei deſideratas accepi epiſtolas: qui quodam preſagio futurorum cuʒ Daniele ſortitus eſt nomẽ obſcrantis: vt tranſlatum in Latinam linguã de Hebreo ſermone Pentateuchum Moyſi noſtrorum auribus traderẽ. Periculoſum opus certe, et obtrectatorum meorũ latratibus patẽs: qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretum ſugillationẽ noua pro veteribus cudere: et ita ingenium, quaſi vinum, probantes: cum ego ſepiſſime teſtatus ſim me pro virili portione in tabernaculo dei offerre, que poſſim: et nec opes alterius aliorum paupertate fedari. Lectio prima.

In principio creauit deus celum, et terram. Terra autem erat inanis, et vacua: et tenebre erant ſuper faciem abyſſi, et ſpiritus dñi ferebat ſuper aquas. Dixitq; deus: Fiat lux. Et factã eſt lux. Et vidit deus lucem, qđ eſſet bona: et diuiſit lucem a tenebris. Appellauitq; lucẽ diẽ, et tenebras noctẽ. Factumq; eſt veſpere, et manes dies vnus. Tu. ℟. In principio fecit deꝰ, celũ et terrã: et creauit in ea hominẽ: Ad imaginem, et ſimilitudinem ſuam. ℣. Formauit igitur deus hominem de limo terre: et inſpirauit in faciem eius ſpiraculuʒ vite. Ad. Lectio ſecunda.

Dixit quoque deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum, et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamẽtum: diuiſitque aquas, que erãt ſub firmamento, ab his, que erant ſuper firmamentum. Et factũ eſt ita. Vocauitq; deus firmamentum celum. Et factuʒ eſt veſpere, et mane dies ſecundus. ℟. In principio creauit deus celum, et terram: et ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas: Et vidit deus cuncta, q̃ fecerat, et erãt valde bona. ℣. Igit pfecti ſũt celi: et terra: et ois ornatꝰ eoꝝ. Et. L. iiii.

Dixit vero deus: Congregentur

gentur aquę, quę ſub cęlo ſūt, in locum vnum: ⁊ appareat arida, ⁊ factum eſt ita. Et vocauit deus aridam terram: congregationeſq; aquarū appellauit maria. Et vidit deus, quod eſſet bonum, ⁊ ait: Germinet terra herbam virentē, ⁊ facientem ſemē: ⁊ lignum pomiferum faciēs fructum iuxta genus ſuum. Cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, ⁊ facientē ſemē iuxta genus ſuū, lignum quoque faciens fructū, ⁊ habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus, quod eſſet bonum: Et factū eſt veſpere, ⁊ mane dies tertius. Tu. ℟. Formauit igitur deus hominē de limo terrę: ⁊ ſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę. Et factus eſt homo in animā viuentē. ℣. In principio fecit deus cęlum, ⁊ terrā: ⁊ creauit in ea hominē. Et.

In ij. noct. an. Bonorū meorū. ps. Conſerua me. 5. ⁊ cęterę ac cet[illegible]os. ℣. Media nocte.

Sermo S. Johannis epi. l. iiij.

Dignitas humanę originis facile agnoſcitur: conſiderata ſublimitate auctoris: Nec enim facile poterat eſſe vel leue: quod manus ſacra cōfinxit: ⁊ cęleſtis flatus in vitalem ſubſtantiā animauit. Maxime cū idem artifex deus poteſtatē ſuā in omnem fabricam eidem homini fuerit traditurus. Tu. ℟. Tulit ergo deus hominem, ⁊ poſuit eum in paradiſo voluptatis: Ut operaretur, ⁊ cuſtodiret illum. ℣. Plantauerat autē dn̄s paradiſū voluptatis a principio: in quo poſuit hominem, quē de limo terrę formauerat. Ut ope.

Lectio quinta.

At, quem etiam ſuū pręſidem poſt ſe facere diſponebat, eundem faceret plenum, atque perfectum: vt videlicet in ſe haberet dignitatem, qua pręcelleret: ⁊ poteſtatem, qua cunctis animantibus imperaret: ſoli ſeruiens illi, a quo ei cuncta fuerant ſubiugata. ℟. Plantauerat autem dn̄s deus paradiſum voluptatis a principio: In quo poſuit hominem, quem formauerat. ℣. Plantauerat autē dn̄s deus lignū pulchrū viſu, ⁊ ad veſcēdū ſuaue: lignū ēt vitę in medio paradiſi. In quo. l. vj.

Imperaret itaq; homo mūdo, vt ſeruiret deo: Creatorem ſuſpiceret: vt creaturā ſibi parere compelleret. Tantumq; dilectionis ſeſe dn̄o debere perſpiceret: quantum ipſe a creatura exigeret: habens in propria poteſtate obedientiam, ⁊ contēptum: obediētiam, qua viueret: ⁊ contemptum, quo digne pro meritis interiret. Tu autem. ℟. Dixit dn̄s deus nō eſt bonū

ho-

ſominem eſſe ſolum. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. ℣. Ade vero non inueniebatur adiutor ſimilis ei: Dixit quoque deus: Faciamus. In iii. noct. an̄a. Non ſunt loquele. P̄s. Celi enarrāt. G re. ad ceteros. ℣. Exaltare.

Secundum Mattheum. 20.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Simile eſt regnum celorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Et reliqua.

Homi. B. Gregorii Pape. Lec. vii.

In explanatione ſua multa ad loquendum ſancti euangelii lectio poſtulat, que volo ſi poſſum ſub breuitate perſtringere: ne vos et extenſa proceſſio, et prolixa expoſitio videatur onerare. Regnum celorum patrifamilias ſimile dicitur: qui ad colendam vineam ſuā operarios conducit. ℟. Immiſit dn̄s ſoporem Adam, et tulit vnā de coſtis eius, et edificauit dn̄s coſtā, quam tulerat de Adam in mulierem: et adduxit ad Adam eā; vt videret, quid vocaret eā: Et vocauit nomen eius, virago: qa de viro ſumpta eſt. ℣. Hoc nūc os ex oſſibus meis: et caro de carne mea Et vo. Lectio octaua.

Quis vero patris familias ſimilitudinem rectius tenet, quam conditor noſter: qui regit, quos condidit: et electos ſuos ſic in hoc mundo poſſidet, quaſi ſubiectos dn̄s in domo. Qui habet vineam: vniuerſam ſcilicet eccleſiam: que ab Abel iuſto, vſqꝫ ad vltimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt: quot ſanctos protulit: quaſi tot palmites miſit. ℟. Dū deambularet dn̄s in paradiſo ad auram poſt meridiem exclamauit, et dixit, Adā vbi es? audiui dn̄e vocem tuam: Et abſcondi me. ℣. Vocem tuam dn̄e audiui in paradiſo, et timui eo, quod nudus eſſem. Et abſcon. Lec. ix.

Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam ſuam mane hora tertia, ſexta, nona, et vndecima operarios conducit, quia a mundi huius initio vſqꝫ ad finem: ad erudiendam plebē fidelium: predicatores cōgregare non deſiſtit. Tu autē. ℟. Vbi eſt Abel frater tuus, dixit dn̄s ad Caim? neſcio domine: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? et dixit ad eum: quid feciſti? Ecce vox ſāguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ℣. Maledictus eris tu ſuper terram, que aperuit os ſuum: et ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Ecce. Gloria. Ecce. ℟. reitēretur. Sacer. ℣. Excelſus ſuper omnes gentes dominus. ℟. Et ſuper celos gloria eius. In lau. An̄a. Miſerere mei deus: et a delicto meo munda me: quia tu

bi ſoli peccaui. ℣. Miſere. 50. Aña. Confitebor tibi domino, quoniam exaudiſti me. ℣. Confitemini. 47. Aña. Deus, deus meus ad te de luce vigilo: quia factus es adiutor meus. ℣. Deus, deus. 62. Aña. Benedictus es in firmamento cęli: & laudabilis in ſecula deus noſter. ℣. Benedicite. Aña. Laudate dominũ de cęlis. ℣. Ipſe. Cap. Benedictio, & clar. Hymnus. Aeternę rerum. ℣. Domine refugium factus es nobis. ℟. A generatione in generationẽ. Ad bñs. Añ. Simile eſt regnũ cęlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam, dicit dñs. Oratio. Preces populi tui. Ad j. Aña. Conuentione autẽ facta cum operarijs ex denario diurno: miſit eos in vineam ſuã. ℣. Deus, deus meus te, &c. ſicut in j. dominica de aduen. ſignantur niſi qđ loco ℣. Confitemini. dicitur Dñs regna. de eo. vſq; ad paſch. ℟. Ieſu Chriſte. non dicatur deinceps niſi in feſtis. &c. ſect. ſed tantum. ℣. Exurge domine. Ad iij. Aña. Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Cap. Sana me domine. ℟. Adiutor meus eſto dñe deus. Ne derelinquas me. ℣. Neq; deſpicias me De⁹ ſalutaris me⁹. Ne Gloria. Ad. ℣. Ego dixi dñe. Ex quo incipitur communiter cantetur, & ℣. ab vno cantetur: & ſic de alijs rñſorijs ad horas, quod & in ſeq. dñicis obſeruãt: ſimiliter & per totã xl. quãdo de tempore agitur Offo. Preces, & dicãt ad omnes hor. Ad vi. Añ. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? reſponderunt, & dixerunt: quia nemo nos conduxit. Cap. Omnia autem probitate. ℟. Ab occultis meis, Munda me dñe. ℣. Et ab alienis parce ſeruo tuo. Munda. Gloria. ℣. Dñs regit me. Ad ix. Aña. Voca operarios: & redde illis mercedẽ ſuã: dicit dominus. Cap. Omnis enim, quicunque. ℟. Spes mea domine: A iuuẽtute mea. ℣. In te confirmatus ſum ex vtero, de ventre matris meę tu es protector meus. A iuuẽtute. ℣. Ab occultis meis mũda me domine. Ad ij. veſp. Aña Sede a dextris. ℣. Dixit dñs. 45. &c. ad cęte. Cap. Dominus autem dirigat. ℣. Vbi eſt Abel. Hym. Lucis creator. ℣. Dirigatur domine. Ad Mag. Añ. Si erunt nouiſſimi primi: & primi nouiſſimi: multi enim ſunt vocati: pauci vero electi. Oro, vt ſ. Cõple. vt ſ. Hę ſequẽtes añę dicãt p hebdomad. ad bñd, & ad Mag. ſi feſtũ ix. lec. vel iii. nõ fuerit. Qñ autẽ feſtũ venerit nõ dicat aliqua de pdictis añis, nec fiat memoria de tempore.

Aña.

Aña. Hi nouiſſimi vna hora fe cerunt: ⁊ pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, ⁊ eſtus. Aña. Dixit paterfamilias operariis ſuis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? at illi reſpondentes dixerunt: quia nemo nos conduxit: Ite ⁊ vos in vineam meam: ⁊ quod iuſtū fuerit dabo vobis. Aña. Tolle, qđ tuum eſt, ⁊ vade: quia ego bon⁹ ſum, dicit dñs. Aña. Non licet mihi facere, quod volo? an oculus tuus nequam eſt? quia ego bonus ſum, dicit dñs? Aña. Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi: dicit dñs. Aña. Dixit aūt paterfamilias, amice nō facio tibi iniuriam: nonne ex denario conueniſti mecum? tolle, quod tuum eſt, ⁊ vade.

Et ſi neceſſe fuerit reiterentur. Per hebdom. legantur lect. de Geneſi. Ad mat. inui. hym. añę. ps. v. ⁊ ℟ia. fm fer. ℟. cantentur de hiſt. In principio. Sic tñ, ꝙ vltima feria hebd. dicantur hęc tria ℟ia: Et idem fiat in ſequē. hebdom. ℟. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, dixit dñs ad Adam: cum operatus fueris terram: Non dabit fructus ſuos: ſed ſpinas, ⁊ tribulos germinabit tibi. ℣. Pro eo, ꝙ obediſti voci vxoris tuę, pluſquam meę: maledicta terra in opere tuo. Non dabit. ℟. Ecce Adā, quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, ⁊ malum: Videte ne forte ſumat de ligno vitę: ⁊ viuat in ęternum. ℣. Cherubin collocauit dñs: ⁊ flammeū gladium, atq; verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitę. Videte. ℟. Igitur perfecti ſant cęli, ⁊ terra: ⁊ omnis ornatus eorū: Compleuitq; deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: Et requieuit ab omni opere ſuo, qđ patrarat. ℣. Viditq; deus cūcta, quę fecerat, ⁊ erant valde bona. Et requieuit ab.

In laudibus añę, ps. ⁊c. omnia de feriis. Ad horas diei, cap. antiphonę, ℟ia, ℣. ⁊ ſimiliter de feria. Lectio. per hebd. Lectio. j.

Dixit autem dñs, Fiant luminaria in firmamēto cęli, ⁊ diuidant diem, ac noctem. ⁊ ſint in ſigna, ⁊ tempora, ⁊ dies, ⁊ annos: vt luceant in firmamēto cęli: ⁊ illuminent terram. Et factum eſt ita. Lectio ſecunda.

Fecitq; deus duo magna luminaria. Luminare mai⁹, vt peſſet diei: ⁊ luminare minus, vt peſſet nocti; ⁊ ſtellas. Lectio tertia.

Et poſuit eas in firmamento cęli: vt lucerent ſuper terram, ⁊ pręeſſent diei, ac nocti: ⁊ diuiderent lucē a tenebris: ⁊ vidit de⁹, quod eſſet bonū: ⁊ factum eſt veſpere, ⁊ mane dies quartus.

Sabbatho in lx. Ad veſp. añ. Benedictus. ps. Ipſe. 64. ⁊ cętere ad cęteros. Cap. Benedictus

dictus deus, ⁊ pater. ℟. Formauit igitur deus. Hymn⁹. O lux beata trinitas. ℣. Veſpertina Oro. Ad magn. Añ. Erunt primi nouiſſimi, ⁊ nouiſſimi primi: multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. Oratio.

DEus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione cõfidimus: concede propitius: vt contra omnia aduerſa doctoris gentiũ protectione muniamur. Per dñm. Completo. vtſup.

DOMINICA in Sexageſima.

Ad matu. inui. Hym. añe, pſal. ℣. ℟ia, vtſup. in prędicta dñica. Lectiones tres de Exodo. In vnaquaque dominica incipiat vnus liber: ita, ꝙ de vltimo libro, ſcilicet de lib. Judicum, legatur vſque ad paſſionem dñi. Lectiones tres de ſermone Johannis epiſcopi. Nemo eſt, qui neſciat. ⁊ tres de Euangelio. Cum turba multa. Lectio j.

HÆc sũt nomina filiorum Iſrael, qui ingreſſi ſunt Ægyptum cum Jacob. Singuli cum domibus ſuis introierunt: Ruben: Symeon: Leui: Judas: Iſachar, Zabulon, ⁊ Beniamin: Dam, ⁊ Nephthali: Gad, ⁊ Aſſer. Lectio ſecunda.

Erant igitur omnes animę eorum, quę egreſſę ſunt de femore Jacob ſeptuaginta. Joſeph aũt erat in Ægypto. Quo mortuo, ⁊ vniuerſis fratribus eius, omniq́ꝫ cognatione ſua: filii Iſrael creuerunt: ⁊ quaſi germinãtes multiplicati ſunt, ac roborati nimis impleuerunt terram. Lect. iii.

Surrexit interea rex nouus ſuper Ægyptum: qui ignorabat Joſeph, ⁊ ait ad populũ ſuũ. Ecce populus filiorũ Iſrael multus, ⁊ fortior nobis eſt. Venite, ſapiẽter opprimamus eum: ne forte multiplicetur. Sermo S. Johannis epiſcopi. Lectio iiij.

NEmo eſt, qui neſciat primũ hominem ſic a Deo plaſmatum, vt inſtrueretur prudẽtia: conſilio formaretur: rationis capax diuina prouidentia redderetur. Lectio quinta.

Inſtrueretur inquam prudentia, qua hoſtis calliditatem vitaret: cõſilio quoque formaretur, quo ſalutaria, ⁊ recta perquireretur: quãdo genitori parendũ eſſe cognoſceret. Lectio ſexta.

Etenim dñs deus videns hominem innocentem, quem fecerat, iſtruxit: monuit: ⁊ armauit. Quippe, qui cũ diabolo fuerat pugnaturus: velut quibuſdam armis: hoc eſt prudentia, cõſilio, ⁊ ratione fuerat inſtruendus ⁊ docendus. Tu autem domine.

Secundum Lucam. 8.

IN illo tempore: Cum turba plurima conueniret: ⁊ de ciuitatibus properaret ad Jeſum:

dixit per ſimilitudinem: Exijt, qui ſeminat ſeminare ſemē ſuū. Et reliqua Homilia beati Gregorij pape. Lectio ſeptima.

Lectio ſancti euangelij, quā modo fratres audiſtis: expoſitione nō indiget: ſed admonitione. Quam enim per ſemetipſum dominus expoſuit: hanc diſcutere humana fragilitas non pręſumit. Lectio viij.

Sed eſt, quod ſolicite in hac ipſa expoſitione dominica penſare debeamus: quia ſi nos vobis verbum ſemen: agrū mundum: volucres dęmonia: ſpinas diuitias ſignificare diceremus: ad credendum nobis mens forſitan veſtra dubitaret. Lect. ix.

Unde et idem dominus per ſemetipſum dignatus eſt exponere, qđ dicebat: vt videlicet ſciatis rerū ſignificationes quęrere in his etiam, quę per ſemetipſū noluit explanare. In laud. añę pſal. cap. hym. ℣. vt in pręcedēti dominica. Ad Bñs. Añā.

Cum turba plurima conueniret ad Jeſum, et de ciuitatibus properaret ad eum, dixit per ſimilitudinem: exiit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Oratio.

Deus, qui conſpicis.

Et dicatur ad omnes horas diei. Ad j. Añ. Semē cecidit in terrā bonā: et attulit fructū in patientia. Pſalmi, vt ſup. Ad iij. añ. Jeſus hęc dicēs clamabat: qui habet aures audiendi audiat. Cetera vt ſup. in alia dominica. Oratio. vt ſup. Ad ſextam. Añā.

Uobis datum eſt noſſe myſteriū regni dei, cęteris autem in parabolis: dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ad ix. Añ. Semen eſt verbum dei: ſator aūt Chriſtus: qa ois, q audit eū, manebit in ęternum. Cętera omnia, vt ſ. Ad veſp. añ. Sede a dextris. pſ. Dixit dñs. 45. et cętere ad cęteros. ℟. Ubi eſt Abel. Hym. ℣. vt ſup. Ad magnificat. Añā. Qui verbū Dei retinent corde perfecto, et optimo, fructū afferunt in patiētia. Orō vt ſup. Cōplet. vt ſu. per hebdomadam Ad Benedict⁹ et ad Magnificat dicantur hę Añę.

Si vere fratres diuites eſſe cupitis: veras diuitias amate. Añā. Semen cecidit in terram bonam, et attulit fructum aliud centeſimū, et aliud ſexageſimū. Añā. Quod autem cecidit in terram bonam, hi ſunt, qui corde bono audiētes verbū retinēt et fructū afferunt in patientia. Et ſi neceſſe fuerit reiterentur. Lectiones per hebdom. Ca. I. j.

Dixitque rex Ægypti obſtetricibus Hebręorum: quarum vna vocabatur Sephora: et altera Phua: pcipiēs eis. I. ij. Quando obſtetricabitis Hebręas, et tempus partus aduenerit: ſi maſculus fuerit, interficite illum: ſi fęmina fuerit, reſerua-

ſeruare. Lectio tertia.

Timuerunt autem obſtetrices deum: et nō fecerunt iuxta pręceptum regis Egypti: ſed conſeruabant mares.

Sabbatho in quinquageſima.

Ad Veſper. Aña. pſal. Capit. hym. ℣. vt ſupra. ℟. Ponam arcum meum. Ad Mag. Aña. Si culmen veri honoris quęritis, ad illam celeſtem patriam quam citius properate. Oratio.

Preces nřas q̄s dñe clemēter exaudi: atq; peccatorū vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominum. Complet. vt ſupra.

DOMINICA in Quinquageſima.

Ad matutinum. Inuitatoriū.

Pręoccupemus faciem Domini: Et in pſalmis Iubilemus ei. Ps. Venite. Hym. ℣. ſij. vt ſupra. Lectio de Pentate. ſ. de Leuitico. Et tres de ſermone Iohānis epiſcopi. ſ. Fides eſt religionis. Et iij. de euāng. Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos.

Lectio prima.

Vocauit autem dñs Moyſen: et locutus eſt ei de tabernaculo teſtimonij, dicens. Loquere filiis Iſrael, et dices ad eos: Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiam dño pecorib⁹: id eſt de bobus, et ouibus, offerens victimas: ſi holocauſtū fuerit eius oblatio de armento maſculinū immaculatū, offeret ante oſtiū tabernaculi teſtimonii ad placādū dñm. Ponetq; manū ſuper caput hoſtię: et acceptabilis erit dño, atq; in expiatione eius pficiens. ℟. Quadraginta dies et noctes aperti ſunt cęli: et ex omni carne, habente ſpiritū vitę, Ingreſſi ſūt arcā: et clauſit oſtiū foris dñs. ℣. Noe vero, et vxor eius: filii eius: et vxores filiorum eius. Ingreſſi. Lectio ſecunda.

Immolabitq; vitulum corā dño: et offerēt filii Aaron ſacerdotis ſanguinem eius fundentes per altaris circuitū, qđ eſt ante oſtiū tabernaculi. Detractaq; pelle hoſtię artus i fruſtra cōcident. Et ſubiiciēt in altare ignē, ſtrue lignorum ante compoſita: et mēbra, quę ſunt cęſa, deſuper ordinantes. ℟. Dixit dñs ad Noe: finis vniuerſę carnis venit coram me: Repleta eſt terra iniquitate eorū: et ego diſpergam eos cum terra. ℣. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies. Repleta eſt. Lectio tertia.

Caput videlicet et cūcta, q̄ adhęrēt iecori, in teſtiniis, et pedibus lotis aqua, adolebit ea ſacerdos ſuper altare in holocauſtū, et ſuauē odorē domino. Quod ſi de pecudib⁹ oblatio eſt, de ouibus, ſiue capris, holocauſtū agnum anniculum, et abſq;

macula offeret. ℟. Ponam arcum meum in nubibus celi, dixit dñs ad Noe: Et recordabor federis, quod pepigi tecum. ℣. Cumque obduxero nubibus celum: apparebit arcus meus in nubibus. Et recordabor.

Sermo beati Johānis epi. Lec. iiij.

Fides eſt religionis ſanctiſſime fundamentum: charitatis vinculum: amoris ſubſidiū. Hec ſanctitatem firmat: caſtitatem roborat: dignitatē exornat. ℟. Per memetipſum iuraui, dicit dñs: vt non adiiciam vltra aquas diluuii ſuper terrā: pacti mei recordabor. Et non perdam aquis diluuij omnem carnem. ℣. Ponam arcum meū in nubibus celi: ⁊ iurabo per dexterā meam. Et non. Lectio quinta.

In pueris ſplendet: in prouectis apparet: gubernat ſexus, gradus prouehit, ⁊ officia cuncta cuſtodit. Fides in paupere grata eſt: in mediocre leta: in locuplete honeſta. ℟. Edificauit Noe altare dño: offerens ſuper illud holocauſtum: odoratus eſt dñs odorē ſuauitatis: ⁊ benedixit eis: Creſcite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete terrā. ℣. Ecce, ego ſtatuam pactum meum vobiſcum: ⁊ cum ſemine veſtro poſt vos. Creſcite. Lectio vi.

Fides amicitias ſeruat: collegia copulat: artes cōmēdat: Nullum deſpicit: nullū cōtemnit: nulli deeſt: niſi forte, qui ei defuerit. Fides mandata tenet: recepta ſeruat: promiſſa cōſummat. ℟. Locutus eſt dñs ad Abraham, dicens: egredere de terra, ⁊ de cognatione tua: ⁊ veni in terram, quam monſtrauero tibi. Et faciam te creſcere in gentem magnam. ℣. Benedicens benedicam tibi: ⁊ multiplicabo te. Et faciam.

Secundum Lucam. 18.

In illo tempore: Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, ⁊ ait illis: Ecce, aſcendimus Jeroſolymam: ⁊ conſummabuntur omnia, que ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Hom. b. Grego. Pape. Lec. vii.

Redemptor noſter preuidēs ex paſſione ſua diſcipulorū animos perturbandos: eis lōge ante, ⁊ eiuſdem paſſionis penā, ⁊ reſurrectionis gloriam predicit: vt cum eum morientē ſicut predictum eſt cernerent: etiam reſurrecturum non dubitarēt. ℟. Dum ſtaret Abrahā ad radicem Mambre, vidit tres pueros deſcendentes per viam. Tres vidit, ⁊ vnum adorauit. ℣. Tunc quippe vidit Abraham diē dñi: cum in figura ſumme trinitatis tres angelos hoſpitio ſuſcepit. Tres. Lectio octaua.

Sed, quia carnales adhuc diſcipuli erant: nullo mo-

do

dó valebant capere verbū myſte rij: ⁊ ob hoc venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cęcus lumen recipit, vt, qui cęleſtis myſterii verba non caperent: eos ad fidē cęleſtia facta ſolidarēt. ℟ Tentauit deus Abraham: ⁊ dixit ad eum: tolle filium tuū, quem diligis, Iſaac: ⁊ offeres illum ibi mihi in holocauſtum. Super vnum montium, quem monſtrauero tibi. ℣. Immola deo ſacrificiū laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua. Sup vnū. l. ix.

S Ed miracula dñi, ac ſaluatoris noſtri ſic accipienda ſunt fratres mei: vt in veritate credantur facta, ⁊ tamen per ſignificationes nobis aliquid innuant. Opera quippe eius, ⁊ per potentiam aliud oſtendunt: ⁊ per miraculum aliud loquunt. ℟. Cęcus ſedebat ſecus viam, tranſeūte dño: clamauit ad eū: ait illi dñs: quid vis, vt faciam tibi? Raboni, vt videam. ℣. Et qui pręibant increpabant eum, vt taceret: at ille magis clamabat. R. Gloria. ℟. reiteretur. ſ. Cęcus. Sacerd. ℣. Excelſus. In laud. Añā. Secundū multitudinem miſerationum tuarū dñe, dele iniquitatem meā. ps. Miſerere. 50. Añā. Deus meus es tu, ⁊ cōfitebor tibi: deus meus es tu, ⁊ exaltabo te. ps. Confitemini. 47. Añ. Ad te de luce vigilo deus: vt videā virtutē tuā. ps. Deus d. 62. Añ. Hymnū dicite, ⁊ ſuper exaltate eū in ſecula. ps. Benedicite. Añā. Oēs angeli eius: laudate dñm de cęlis. ps. Lauda. Cap. hy. ℣. vtſu. Ad Bñs. Añā. Ecce aſcendimus Ieroſolymā, ⁊ cōſummabuntur oīa, quę ſcripta ſunt de filio hominis: tradet enim gētibus, ⁊ illudetur, ⁊ flagellabitur, ⁊ conſpuet: ⁊, poſtquā flagellauerint, occident eū, ⁊ tertia die reſurget. Oro. Preces noſtras. Ad j. Añā. Tradetur enim gētibus ad illudendū, ⁊ flagellandū, ⁊ crucifigendū. ps. vtſu. Ad tertiā. Añ. Cęcus ſedebat ſecus viā, ⁊ clamabat, miſerere mei fili Dauid. Cap ℟. ℣. vtſu. Oro. Preces nřas. Et dicat ad omnes horas. Ad vj. Añā. Et qui pręibant increpabant eū, vt taceret: ipſe vero multo magis clamabat: miſerere mei fili Dauid: Ad ix. añ. Miſerere fili Dauid: quid vis, vt faciam tibi? Dñe, vt videam lumen. Ad veſp. Añā. Sede a dextris. ps. Dixit domi. 45. ⁊c. ad ceteros. Capit. Dñs autē. ℟. Cęcus ſedebat. Hym. ℣. vtſup. Ad mag. Añā. Stans autē Ieſus iuſſit cęcum adduci ad ſe, ⁊ ait illi: qd vis, vt faciam tibi? dñe, vt videam lumē: ⁊ Ieſus ait illi: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit: ⁊ confeſtim vidit, ⁊ ſequebatur illum magnificās Deum. Oratio. Preces.

Feria ſecunda. Feria iij. vt ſup. Fm feriam de dominica, ſi vacat, aut de aliquo Sancto, ſi fiat de feria. Ad benedictus. aña. Ce cus ſedebat ſecus viam, et clama bat miſerere mei fili Dauid. Ad mag. aña. Omnis plebs, vt vidit, dedit laudē deo. Oro. Do. Ad mat. inui. hym. añe, pſ. ℣. ſe cundum feriam. Lectiones iij. de Pentateucho. Lectio j.

Immolabitq; victimam od latus altaris: quod reſpicit ad Aquilonem coram domino. Sanguinem vero illius fundēt filii Aaron ſuper altare per cir cuitum. Tu autem. ℟. vt in pri mo noctur. dnīce preced. L. ij.

Diuiſēntq; membra, caput, et omnia, que adherēt iecori, et im ponēt ſuper ligna, quibus ſubij ciendus eſt ignis. Tu autē. L. iij.

Inteſtina vero, et pedes lauabūt aqua: et abluta omnia adolebit ſacerdos ſup altare in holocau ſtū: et odorē ſuauiſſimum dño. Tu autem. In laud. Antipho ne, cap. hym. ℣. ſecundum feriā. Ad Benedictus. Antiphona. Miſerere mei fili Dauid: quid vis, vt faciam tibi dñe, vt videā lumen. Oratio, vt ſup. Hore ſe cundum feriam cum oratione dñicali. Ad veſp. antiphone, pſ. Hym. ℣. ſecundū feriā. Ad ma gnificat. Aña. Cecus magis, ac magis clamabat vt eum dñs il luminaret. Oratio. vt ſupra.

FERIA QVARTA in capite ieiunij.

Ad matutinum. Inuitatoriū, añe, pſal. ℣. ſecundum feriam. Lectiones tres de euangelio. Secundum Mattheū. C. vi.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum ieiu natis nolite fieri ſicut hypocri te triſtes. Et reliqua.

Homilia Sācti Auguſtini epi.

Manifeſtum eſt his prece ptis oēm noſtrā intentio nem in interiora debere gaudia dirigi, ne foris querentes merce dem, huic ſeculo cōformemur et amittamus promiſſionē tāto ſo lidioris atque firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus cōformes fieri ima gini fil ii ſui. In hoc autē capitu lo maxime animaduertēdū eſt, nō in ſolo rerū corporeap nitore atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe iactā tiā, et eo periculoſiorem, quo ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. ℟. Angelus dñi vocauit Abra hā, dicens. Ne extendas manus tuā ſup puerū, eo, quod times dñm. ℣. Cumq; extendiſſet ma num, vt immolaret filium, ecce angelus domini de celo clama uit, dicens. Ne. Lectio ij.

Qui ergo immoderato cul tu corporis, atq; veſtitus, vel ceterarum rerum nitore ful get, facile conuincit rebus ipſis, pompa

pōparū ſeculū eſſe ſectator, nec quenquā fallit doloſa imagine ſanctitatis. Qui autē in profeſſione Chriſtianitatis, inuſitato ſqualloze ac ſordibus intētos in ſe hoīum oculos facit, cū id voluntate faciat, nō neceſſitate patiatur, ex ceteris eius operibus poteſt conijci, vtrū hoc cōtēptu ſuperflui cultus, an ambitione aliqua faciat: quia ⁊ ſub ouina pelle cauendos lupos dominus pręcipit. Sed ex fructib⁹, inquit eorū cognoſcetis eos. ℟. Deus dñi mei Abraham: Dirige vias meas: vt cum ſalute reuertar ad domum domini mei. ℣. Deus, in cuius cōſpectu ambulauerūt patres mei: domine, qui paſcis me a iuuentute mea. Di. L. ij.

Am enim cęperint aliqui bus tētationibus ea ipſa illi ſubtrahi, vel negari; q̄ iſto velamine vel ꝯſecuti ſunt: vel cōſeq cupiūt: tūc neceſſe eſt vt appareat, vtrū lupus in ouina pelle ſit, an ouis in ſua. Nō tamen propterea ornatu ſuperfluo debet aſpectus hominum, mulcere Chriſtianos, quia illum parcum habitū ac neceſſarium etiā ſimulatores ſępe vſurpāt, vt incautos decipiāt: quia ⁊ illę oues non debent pelles ſuas deponere, ſi aliquando eis lupi ſe contegant. ℟. Ueni hodie ad fontē aquę: ⁊ oraui dñm, dicens, Dñe deus Abraham tu proſperū fecisti deſideriū meū. ℣. Igit puella, cui ego dixero: da mihi aquā de hydria tua, vt bibā: ⁊ illa dixerit, bibe dñe: ⁊ camelis tuis potum tribuam: ipſa eſt, quā pręparauit dñs filio domini mei. Dñe. Gloria. Dñe. Sacerdos. ℣. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos. In lau. añ. Amplius laua me. ps. Miſerere. ⁊ cętere ad cęte. in pſalte. Capitulum.

Onuertimini ad me ī toto corde veſtro: ī ieiunio, ⁊ fletu, ⁊ plāctu: ⁊ ſcindite corda veſtra, ⁊ non veſtimenta veſtra: ait dominus ops. Hym. Nox ⁊ tenebrę. ℣. In matutinis. Ad Bñ. añ. Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. Kyrie el. Pr̄ nr̄. Preces poſt oratiões preces ℣. Mitte eis. ℣. Pro iter agētibus. ℣. Pro peccatis, ⁊ negligētijs. ℣. Adiuua nos. ℣. Eſto nobis. Oratio.

Rēſta dñe fidelibus tuis, vt ieiuniorū venerāda ſolēnia, ⁊ cōgrua pietate ꝑcipiāt: ⁊ ſecura deuotione percurrant. Per. Finitis matu. ſtatim añe Fidelium. ⁊ Pr̄ nr̄. Dicant vij. pſal. penitentiales ſtādo cū añ. Ne reminiſcaris. Regre i pſalt. i princ. litaniaꝝ. Et i fi. vniuſcuiuſq; pſ. flectant genua ad Gloria. ⁊ ille, q facit offi. finitis pſ. flexis genib⁹ ante altare dicat letanias ⁊ fratres proſtrati dicant ſingula verba poſt ipſum finita litania.

nia Pater nr. ℣. Et ne nos indu. ℣. Et veniat ſuper nos; ⁊ cetere ad ceteros, ſicut ſunt poſt letanias ſignate: poſt oratio nem Deus, qui es ſanctorum. dicatur. Per eundem Chriſtū dn̄m noſtrum. Non dicatur. Fidelium. nec Requieſcant in pace, ſed Pr̄ nr. quod dum dicit parent ſe ad recipiendū diſcipli nas. Hic modus ſeruet in ferialibus diebus, uſq; ad cenā dn̄i, cum pſ. Miſerere. ⁊c. Ad primam hym. an̄e. pſ. vt ſup. In his quatuor diebus hym. antiphone, Pcia. ℣. ad ho. non mutātur, ſed dicantur, vt ſup. in ſecunda feria. Ad tertiam. Capitulum.

Onuertimini ad dominū Deum veſtrum: quia benignus, ⁊ miſericors eſt: patiens, ⁊ multum miſericors: ⁊ preſtabilis ſuper malitiam. ℟. ⁊ ℣. non mutantur. Oratio.

Oncede nobis dn̄e queſumus preſidia militie Chriſtiane ſanctis inchoare ieiunijs: vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi: continentie muniamur auxilijs. Per dominum.

Ad ſextam. Capitulum.

Lama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocē tuā, ⁊ annūcia populo meo ſcelera eorum: ⁊ domui Jacob peccata eorum: me etenī de die in diē querūt: ⁊ ſcire vias meas volunt: ait dominus omnipotens. Oratio.

Rotector nr̄ aſpice deus: ⁊ tibi nos iugiter ſeruire cōcede. Per. Poſt vj. vel vbi conſuetu. fuerit poſt Primā benedicanē cineres hoc modo. ℣. Adiutorium noſtrū in nomine dn̄i. ℟. Qui fecit celū, ⁊ terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, ⁊ vſq; in ſeculum. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

Mnipotens ſempiterne deus: q miſereris oiu: ⁊ nihil odiſti eorū, que feciſti, diſſimulans peccata hominū propter penitētiā: qui etiā ſubuenis in neceſſitate laborantibus: benedi ✠ cere, ⁊ ſanctificare ✠ hos ✠ cineres dignare: quos cauſa humilitatis, ⁊ ſancte religionis ad emēdanda delicta noſtra: ſuper capita noſtra ferre conſtituiſti more Niniuitarū: ⁊ da per inuocationē tui nominis: vt oēs, qui eos ad deprecandam miſericordiā tuam ſuper capita ſua tulerint: a te mereantur oium delictorū ſuorum veniā accipere: ⁊ hodie ſic eorum ieiunia inchoare ſancta, vt in die reſurrectionis purificatis mentibus ad altare ſanctū mereantur accedere: ⁊ in futuro perpetuā accipere gloriā. Qui viuis, ⁊ regnas. Oratio.

Mnipotens ſempiterne deus: q parcis metuētibus: propitiare ſupplicationibus noſtris, ⁊ mittere dignare ſanctum ange-

angelum tuum de cęlis, qui benedicat, ⁊ ſanctifi ✠ cet cineres iſtos: vt ſint remedium ſalutare omnibus nomen tuum ſanctuꝫ humiliter implorantibus: ac ſemetipſos pro cōſcientia delictorum ſuorum accuſantibus: atq; ante conſpectuꝫ diuinę clementię tuę facinora ſua deplorantibus, vel sereniſſimam pietatem tuam ſuppliciter, obnixeq; flagitantibus: pręſta, quęſumus, per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui: vt, quicunque eos ſuper ſe aſperſerint pro redemptione peccatorum: corporis ſanitatē: ⁊ animę tutelā percipiant. Per domi. Deinde aſpergatur aqua benedicta dicendo. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti. Amen. Deinde, dū cineres imponuntur, cantor incipiat Añaꝫ. Exaudi nos domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ⁊ ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos domine. Ps. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam. cum ℣. ⁊ totquot neceſſe fuerint: ⁊ repetatur Añā. poſt Gloria pa. Cineres autē imponendi ſunt in moduꝫ crucis ſuper caput dicendo, Memento homo, qa cinis es: ⁊ in cinerem reuerteris. Pręlatus vero, ſiue ille, qui facit officium, primo miniſtris altaris cineres imponat, deinde ab illis a ſenioribus cōbinatim venientibus deſcendendo: vltimo ipſe, qui facit officiū, ab aliquo pręlato vel hebdomadario cineres accipiat. Quo facto dicat. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. Oratio.

Parce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus in tua miſeratione reſpiret. Per dominum. Chorus ſequatur hāc Antiph. Iuxta veſtibulum, ⁊ altare plorabant ſacerdotes, ⁊ leuitę miniſtri domini, ⁊ dicebant: parce domine, parce populo tuo: ⁊ ne diſſipes ora clamātium ad te domine. ℟ Immutemur habitu, in cinere, ⁊ cilicio ieiunemus, ⁊ ploremus ante dominuꝫ: quia multum miſericors eſt dimittere peccata noſtra deus noſter. His expletis ſequatur miſſa. Eſa. lx. Cap.

Frange eſurienti panē tuū: ⁊ egenos, vagoſq; induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum: ⁊ carnem tuaꝫ ne deſpexeris: ait dominus omnipotens. Oratio.

Oculi noſtri ad te domine ſemper intendant: vt auxilium tuum, ⁊ miſericordiaꝫ tuā ſentiamus. Per. Ad veſp. aña. Beatꝰ vir. Ps. Niſi dominꝰ. 57. ⁊c. ad cęt. cap. Clama, ne ceſſes. Ad Magnificat. Antiphona. Theſaurizate vobis theſauros in cęlo, vbi nec ęrugo, nec tinea demo-

demolitur. Oratio.

Inclinantes se domine maieſtati tuę propitiatus intende: vt, qui diuino munere ſunt refecti: cęleſtibus ſemper nutriantur auxiliis. Per domi.

FERIA QVINTA.

Inuitator. Hym. ãtiph. pſal. ℣. ſm feriam, lect. iij. de euangel. Cum introiſſet Jeſus, et ſic fiat in aliis diebus. Secundũ Matheum. Lectio prima.

In illo tempore: Cum intraſſet Jeſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans eum, et dicens: Domine, puer meus iacet i domo paralyticus, et male torquetur. Et reliqua. Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Videam⁹, vtrũ de ſeruo Centurionis ſibi Matthęus, Lucaſq; cõſentiãt. Matthęus .n. dicit: Acceſſit ad eũ Centurio rogãs eũ, et dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videt repugnare quod Lucas ait: Et cum audiſſet de Jeſu, miſit ad eũ ſeniores Judęorum rogans eũ vt veniret, et ſanaret ſeruũ eius. At illi cũ veniſſent ad Jeſuz, rogabãt eũ ſolicite, dicentes ei, quia dignus eſt vt hoc illi pręſtes: diligit enim gentem noſtraz, et ſynagogã ipſe ędificauit nobis. Jeſus autẽ ibat cũ illis: et cũ iã nõ lõge eſſent a domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari: non enim dignus ſum, vt ſub tectum meum intres. ℟. Quadraginta dies. Lect. de homil. in tota .xl. legant. Sed qñ fit de ſanctis qui habẽt proprias lec. vij. de homil. xl. et alię de propria legẽda ſanct. Solo feſto Annũciationis excepto, in quo homil. feſti eſt legenda, et homil. xl. omittenda. L. ij.

Nõ diligẽter aduertẽtes intelligam⁹, Matthęũ non oĩmodo deſeruiſſe vſitatũ morẽ loquẽdi. Nõ eniz ſolũ dicere ſolem⁹ acceſſiſſe aliquem ẽt antequã pueniat illuc quo dr̃ acceſſiſſe, vñ ẽt dicimus parũ acceſſit, vel multũ acceſſit eo, quo appetit puenire: verũ ẽt ipſam puentionẽ, cui⁹ adipiſcẽdi cã acceditur, dicim⁹ plerũq; factam: et ſi eũ, ad quẽ peruenit, non videat ille qui peruenit, cũ per amicũ peruenit ad aliquem, cuius ei fauor eſt neceſſarius. Quod ita tenuit conſuetudo, vt iam etiam vulgo peruentores appellentur, qui ad potẽtiũ quorũlibet tanq̃ inacceſſibiles amicos per conuenientiũ perſonarũ interpoſitionẽ ambitionis arte perueniunt. L. iij. ℟. Dixit dominus ad me.

Non ergo abſurde Matthęus etiã qd vulgo poſſit intelligi per alios facto, acceſſu Centurionis ad dñm, compendio dicere voluit: Acceſſit ad eũ Centurio. Veruntamen non negligenter intuenda eſt etiã, ſan-

cti

tri euangeliſtę altitudo myſtice
locutionis,ſecundum quod ſcri
ptū eſt in pſalmo: Accedite ad
eū,ꝛ illuminamini. Proinde,
quia fidē Centurionis, qua ve
re acceditur ad Ieſum, ipſe ita
laudauit vt diceret: Non inueni
tantam fidem in Iſrael: ipſum
potius acceſſiſſe ad Chriſtū di
cere voluit prudens euangeli
ſta, quam illos, per quos verba
ſua miſerat. ℟. Domine, puer
meus iacet ī domo paralyticus,
ꝛ male torquetur. Amen dico
tibi,ego veniam, ꝛ curabo eum.
℣. Domine,non ſum dignus, vt
intres ſub tectum meū: ſed tan
tum dic verbo,ꝛ ſanabitur puer
meus. Amen. In laudib. añę,
pſal. feriales. Capitulum. Con
uertimini. Ad Benedictus an
tiphona. Me etenim de die in
diem quęrunt:ꝛ ſcire vias meas
volunt. Oratio.

Deus, qui culpa offende
ris: pęnitentia placaris: pre
ces populi tui ſupplicantis pro
pitius reſpice: ꝛ flagella tuę ira
cundię,quę pro peccatis noſtris
meremur, auerte. Per domi.
Horę, vt ſupra cum oratione
Deus,qui culpa of. Ad ij.veſp.
aña. Et omnes. Pſ. Memento
58' ꝛ cęt. ad cęt. Cap. Clama,
ne ceſſes. Hym. ℣. vt ſ. ſm feriā.
Ad Mag. antiphona. Qua
re ieiunauimus, ꝛ non aſpexi
ſti? humiliauimus animas no
ſtras,ꝛ neſciſti? Oratio.

Parce domine, parce popu
lo tuo: vt dignis flagellatio
nibus caſtigatus: in tua miſera
tione reſpiret. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Inuit. hym. añę, pſal. ſecundum
feriam. Lectio j. de euang. Au
diſtis quia. ſm Mattheū. C. 5.

In illo tpe: Dixit Ieſus diſci
pulis ſuis. Audiſtis qa dictū
eſt antiqs: Diliges pximū tuū,
ꝛ odio habebis inimicū tuum.
Et rel. Homi. s. Hieronymi pb.

Ego autem dico vobis: Di
ligite inimicos veſtros, be
nefacite his, qui oderunt vos.
Multi pręcepta Dei imbecilli
tate ſua,non ſanctorum viribus
ęſtimantes, putant eſſe impoſſi
bilia, quę pręcepta ſunt: ꝛ dicūt
ſufficere virtutibus, non odiſſe
inimicos: cęterum diligere,plus
pręcipi,quā humana natura pa
tiatur. Sciendum eſt ergo Chri
ſtū non impoſſibilia pręcipere,
ſed pfecta. Quę fecit Dauid in
Saul, ꝛ in Abſalon: Stephanꝰ
quoq; martyr,pro inimicis lapi
dantibus deprecatus eſt: ꝛ Pau
lus anathema cupit eſſe p perſecu
toribꝰ ſuis. Hęc autē Ieſus ꝛ do
cuit,ꝛ fecit dicēs: Pater ignoſce
illis: qđ enī faciūt neſciunt. ℟.
Per memetipſum. Lectio ij.

Ut ſitis filij patris veſtri, q
in cęlis eſt. Si Dei pcepta
cuſtodiens, filius quis efficitur
Dei,

Dei, ergo non eſt natura filius, ſed arbitrio ſuo. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritę faciũt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Qui tuba canit eleemoſynam faciens, hypocrita eſt. Qui ieiunans demolitur faciem ſuã, vt ventris inanitatẽ monſtret in vultu, & hic hypocrita eſt. Qui in ſynagogis & in angulis platearum orat, vt videatur ab hominibus, hypocrita eſt. [Lectio] tertia.

E X quibus omnibus colligitur hypocritas eſſe, qui quidlibet faciunt, vt ab hominibus glorificentur. Mihi videtur & ille, q dicit fratri ſuo: Dimitte, vt tollam feſtucam de oculo tuo: nam propter gloriã hoc facere videtur, vt ipſe iuſtus eſſe videatur: vnde, dicitur ei a dño: Hypocrita, eijce primum trabẽ de oculo tuo. Non itaq; virtus, ſed cauſa virtutis apud Deum mercedem habet: & ſi a recta via paululum declinaueris, non intereſt vtrum ad dexterã vadas, an ad ſiniſtram, cum verum iter amiſeris. In laud. aña pſal. hym. ℣. ſm fer. Ad Bñs. Aña.

Cum facis eleemoſynã: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. [O]ratio.

I Nchoata ieiunia, quęſumus domine: benigno fauore proſequere: vt obſeruantiam, quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam ſynceris exercere valeamus. Per dominum noſtrũ. Ad veſp. aïe. pſal. hym. ℣. ſm feriam. Cap. Clama, ne ceſ. Ad Mag. aña Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio ora patrẽ tuũ. Oro.

T Uere domine populũ tuũ: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Per dominuz.

SABBATHO.

Inuit. aña ps. ℣. ſecundum feriam. Lectio prima de euang. Secundum Marcum. Lcõ j.

I N illo tempore. Cum ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra: & vidit eos laborantes in remigando. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

L Abor diſcipulorum in remigando, & contrarius eis ventus labores ſanctę Eccleſię varios deſignat: quę inter vndas ſeculi aduerſantis, & immundorum flatus ſpirituum ad quietẽ patrię cęleſtis, quaſi ad tutam litoris ſtationem peruenire conatur. Ubi bene dicitur, quia nauis erat in medio mari, & ipſe ſolus in terra: quia nonnunquam Eccleſia tantis gentilium preſſuris, non ſolũ afflicta, ſed & fœdata eſt, vt, ſi fieri poſſet, redemptor ipſius, eam prorſus deſeruiſ-

ſe ad tempus videretur. ℟. Veni hodie. Lectio ſecunda.

Vnde eſt illa vox eius inter vndas procellaſq; tentationum irruentium deprehenſę, atq; auxilium protectionis illius gemebundo clamore quęrentis: Vt quid domine receſſiſti longe, deſpicis in oportunitatibus, in tribulatione? Quę pariter vocem inimici perſequentis exponit: in ſequentibus pſalmis ſubijciens: Dixit enim in corde ſuo, Oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuã, ne videat vſq; in finem. ℟. Cecus ſede. L. iij.

Verum ille non obliuiſcitur orationem pauperū, neq; auertit faciem ſuam a ſperantibus in ſe: quin potius & certantes cum hoſtibus vt vincant, adiuuat, & victores in ęternū coronat. Unde hic quoq; aperte dicitur, quia vidit eos laborantes in remigando. Videt quippe dominus laborantes in mari, quãuis ipſe poſitus ſit in terra: quia etſi ad horam differre videatur auxilium tribulatis impendere: nihilominus eos, ne in tribulationibus deficiant ſuę reſpectu pietatis corroborat. Et aliquando etiã manifeſto adiutorio victis aduerſitatibus, quaſi calcatis ſedatiſq; fluctuum voluminibus, liberat. ℟. Domine puer. In lau. ana. hym. ℣. ſm fer. Cap. vt ſupra. Ad Benedictus aña. Tũc inuocabis, & dñs exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adſũ. Oro.

Omnipotẽs ſempiterne de⁹: obſeruationis hui⁹ annua celebritate lętantes quęſumus, vt paſcalibus actionibus inhęrentes: plenius eius effectibus gaudeamus. Per dominum. Hore ſm feriam, cum oratione Omnipotens ſempiterne Deus.

Hac die ſabbati, & deinceps quotidie per totam quadrageſimam dicantur veſperę ante prãdium: exceptis ſolis diebus dominicis. Ad veſp. aña Bñs. pſ. Ipſe. 61. & cętera ad cęteros. Cap.

Hortamur vos, ne in vacuū gratiam dei recipiatis: ait enim, tempore accepto exaudiui te: & in die ſalutis adiuui te. Hoc capitulum dicatur in omnibus ſabbatis: vſq; ad paſſionem dñi. ℟. Emẽdemus. Hy⁹.

Ex more docti myſtico:
Seruemus hoc ieiuniū:
Deno dierum circulo:
Ducto quater notiſſimo:
Lex & prophetę primitus:
Hoc prętulerunt, poſtmodū:
Chriſtus ſacrauit omniū:
Rex atq; factor temporum.
Vtamur ergo parcius:
Verbis, cibis, & potibus:
Somno, iocis, & arctius:
Perſtemus in cuſtodia.
Vitemus autem peſſima:
Quę ſubruunt mentes vagas:
Nullumq; demus callidi:

Hoſti

Poſti locum tyrannidi.
Dicamus omnes cernui:
Clamemus atq; ſinguli:
Ploremus ante iudicem:
Flectamus iram vindicem.
Noſtris malis offendimus:
Tuam deus clementiam:
Effunde nobis deſuper
Remiſſor indulgentiam.
Memento, q̄ ſumus tui:
Licet caduci plaſmatis:
Ne des honorem nominis:
Tui precamur alteri.
Laxa malum, q̄ geſſimus:
Auge bonum, q̄ poſcimus:
Placere quo tandem tibi:
Poſſimus hic et perpetim.
Preſta beata Trinitas:
Concede ſimplex vnitas:
Ut fructuoſa ſint tuis:
Ieiuniorum munera. Amen.
Qui dicatur quotidie ad veſperas: niſi feſtum ix. lect. euenerit, vſq; ad paſſionem cum verſu. ℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te. Ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Ad Magnificat antiphona. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis: in his ergo diebus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in multa patientia: in vigilijs: in ieiunijs: et in charitate non ficta. Oratio.

Fideles tui de⁹ donis perpetuis firmentur: vt eadem et percipiendo requirant: et querendo ſine fine percipiant. Per dominum noſtrum Ieſum. Ad complet. añ. Miſerere m.
℟. In pace in idipſum: Dormiam et requieſcam. ℣. Si dedero ſomnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem. ℣. Dormiam. Gloria. In. Hoc reſponſor. in ſabbatis, vſq; ad dominicam paſſionis domini dicatur. Sed in feſtis ix. lect. dicatur per totam xl. ad primum completorium, et in feſtis duplicibus ad vtrunq; completor. Predictum quoq; reſponſorium, et reſponſorium In manus tuas domine. Commendo ſpiritū meū. ℣. Redemiſti me domine deus veritatis. ℟. Commendo. Gloria. In man⁹ tuas. Ex quo incipiuntur communiter canten- tur: et ℣. ab vno ſolo: et hoc per totam quadrageſimam obſeruetur. Hoc tamen obſeruetur, quod ℟. In manus. dicatur diebus dominicis, et in feſtis ix. lec. ad ſecundum Completor. ſi in craſtinum ſit de tempore vt de feſtis trium lectionum. Hymnus.

Chriſte, qui lux es et dies
Noctis tenebras detegis
Luciſq; lumen crederis:
Lumen beatum predicans.
Precamur ſancte domine:
Defende nos in hac nocte:
Sit nobis in te requies:
Quietam noctem tribue.
Ne grauis ſomnus irruat:
Nec hoſtis nos ſurripiat:

Nec caro illi conſentiens:
Nos tibi reos ſtatuat.
Oculi ſomnum capiant:
Cor ad te ſemper vigilet:
Dextera tua protegat:
Famulos, qui te diligunt,
Defenſor noſter aſpice:
Inſidiantes reprime:
Guberna tuos famulos:
Quos ſanguine mercatus es.
Memento noſtri domine:
In graui iſto corpore:
Qui es defenſor animę:
Adeſto nobis domine:
Deo patri ſit gloria:
Eiuſq; ſoli.

Et dicatur per quadrageſimam, vſq; ad cenam domini. ℣. Cuſtodi nos domine. Ad Nunc dimittis. Aña. O rex glorioſe inter ſanctos tuos, qui ſemper es laudabilis: & tamen ineffabilis: tu in nobis es domine: & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos domine deus noſter: vt in die iudicij nos collocari digneris inter ſanctos, & electos tuos, rex benedicte. Et dicatur per quindecim [illegible]s quotidie: niſi in annunciatione, quando infra hoc tēpus euenerit, cętera, vt ſupra.

DOMINICA PRIMA in xl. Inuitatorium.

Non ſit vobis vanum mane ſurgere ante lucem. Quia promiſit dominus coronam vigilantibus. Pſalmus. Venite, exultemus. Hymnus.

Summi largitor pręmij.
Spes qui es vnica mundi:
Preces intende ſeruorum:
Ad te deuote clamantium.
Noſtra te conſcientia:
Graue offendiſſe monſtrat:
Quam emundes ſupplicamus:
Ab omnibus piaculis.
Si renuis, quis tribuet?
Indulge, quia potens es:
Te corde rogare mundo:
Fac nos pręcamur domine.
Ergo acceptare noſtrum:
Qui ſacraſti ieiunium:
Quo myſtice paſchalia:
Capiamus ſacramenta.
Summa nobis hoc conferat:
In deitate trinitas:
In qua gloriatur vnus:
Per cuncta ſecula deus. Amen.

In primo noc. añ. Seruite dño. Pſalmus. Beatus vir. j. & cęteræ ad cęteros. ℟. Dicet dño. Lectiones tres de Pentateu. ſcilicet de Numeris: & poterit legi de capitulo tertio vſq; ad ſeptimum, vel ab xj. cap. & deinceps. Et tres de ſermone ſancti Leonis papę, ſ. Licet nobis. Et tres de euang. Ductus eſt. Lectio j.

HÆ ſunt generationes Aaron, & Moyſi: in die, qua locutus eſt dominus ad Moyſen in monte Sinai: & hęc nomina filiorum Aaron, Primogenitus eius Nadab: deinde

Abiu

Abiu, ⁊ Eleazar, ⁊ Ithamar. Hec ſunt nomina filiorum Aaron ſacerdotū, qui vncti ſunt: ⁊ quorum replete, ⁊ conſecrate ſunt manus, vt ſacerdotio fungerentur. ℟. Ecce, nūc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, commendemus noſmetipſos in multa patiētia, ⁊ ieiunijs multis: Per arma iuſtitie virtutis dei. ℣. In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut dei miniſtros, in multa patiētia. Per. Lectio ij.

Mortui ſunt autē Nadab, ⁊ Abiu, cū offerrent ignē alienū in conſpectu domini in deſerto Synai abſq; liberis: functiq; ſunt ſacerdotio: Eleazar, ⁊ Ithamar coram Aaron patre ſuo. ℟. In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia: Ut nō vituperetur miniſteriū noſtrū. ℣. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis: nemini dantes vllam offenſionem. Ut non. Lectio tertia.

Locutusq; eſt dominus ad Moyſen dicens: Applica tribum Leui: ⁊ fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis: vt miniſtrent ei: ⁊ excubent, ⁊ obſeruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij: ⁊ cuſtodiant vaſa tabernaculi ſeruientes in miniſterijs eius: dabiq; dono Leuitas Aaron ⁊ filijs eius; quibus traditi ſunt filij Iſrael. ℟. Emēdemus in melius, que ignoranter peccauimus: ne ſubito preoccupati die mortis: queramus ſpatium penitentie, ⁊ inuenire non poſſimus. Attende domine, ⁊ miſerere. Quia peccauimus tibi. ℣. Peccauimus cū patribus noſtris: iniuſte egimus: iniquitatem fecimus. Attende do. Gloria. Quia pec.

In ſecundo noct. Aña. Bonorum meorum. ps. Conſerua. ⁊c. ad ceteros. ℣. Ipſe liberauit me. Sermo beati Leonis Pape. Lectio quarta.

Licet nobis dilectiſſimi appropinquante paſcha ieiunium quadrageſimale obſeruationis legitimi temporis curſus indicet: exhortatio tamen noſtri ſermonis adhibenda eſt: que auxiliante domino nec inutilis ſit pigris: nec oneroſa deuotis. ℟. Paradiſi portas aperiat nobis ieiunij tempus: ſuſcipiamus illud orantes, ⁊ deprecantes. Ut in die reſurrectionis cum domino glorIemur. ℣. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis: commendemus noſmetipſos in multa patientia. Ut. Lectio quinta.

Nam cum omnem obſeruantiam noſtrā ratio iſtorum dierum poſcat augeri: nemo eſt, vt confido de vobis: qui ſe ad opus bonum non gaudeat incitari.

incitari. Natura eniꝫ noſtra adhuc manente mortalitate mutabilis: etiam ſi ad ſumma quęq; virtutum ſtudio prouehatur: ſemper tamen ſicut poteſt habere, quo decidat: ita poteſt habere, quo creſcat. ℟. In ieiunio ⁊ fletu plorabant ſacerdotes dicentes. Parce domine, parce populo tuo: ⁊ ne des hęreditatem tuam in perditionem. ℣. Inter veſtibulum: ⁊ altare plorabant ſacerdotes dicentes. Parce domine. Lectio ſexta.

Et hęc eſt perfectorum vera iuſtitia: vt nunquã pręſumant ſe eſſe perfectos: ne ab intentione itineris nondum finiti ceſſantes ibi incidant in deficiendi periculum, vbi depoſuerunt proficiendi appetitum. ℟. Abſcondite eleemoſynam in ſinu pauperis: ⁊ ipſa orabit pro vobis ad dominum: Quia ſicut aqua extinguit ignem: ita eleemoſyna extinguit peccatuꝫ. ℣. Date eleemoſynam, dicit dominus: ⁊ ecce omnia mũda ſunt vobis. Quia. In tertio noct. aña. Nõ ſunt loquelę. Pſal. Cęli enarrant. 7. cetere ad ceteros. ℣. Scapulis ſuis. Sm̃ Mattheũ. 4.

In illo tempore: Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a diabolo, ⁊ cuꝫ ieiunaſſet quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et reliquã. Homilia ſancti Gregorij Papę.

Dubitari quibuſdam ſolet, a quo ſpiritu ſit Ieſus ductus in deſertum, propter hoc quod ſubditur: Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem: ⁊ rurſum: Aſſumpſit eũ in montem excelſum valde: Sed vere, ⁊ abſque vlla quęſtione conuenienter accipitur, vt a ſancto ſpiritu in deſertum ductus credatur, vt illuc eum ſuus ſpiritus duceret, vbi hunc ad tentandum ſpiritus malignus inueniret. Sed ecce cũ dicitur Deus homo vel in excelſum montem, vel in ſanctam ciuitatem aſſumptus a diabolo, mens refugit credere, humanę hoc audire aures expaueſcunt: cum tamen non eſſe incredibilia iſta cognoſcimus, ſi in illo ⁊ alia facta pẽſamus. ℟. Tribularer, ſi neſcirẽ miſericordias tuas domine: tu dixiſti, nolo mortem peccatoris: ſed, vt conuertatur, ⁊ viuat. Qui Chananeam, ⁊ publicanum vocaſti ad pęnitentiam. ℣. Et Petrum lachrymantẽ ſuſcepiſti miſericors domine. Qui Ch. Lectio octaua.

Certe iniquorum omniũ diabolus caput eſt, ⁊ huius capitis membra ſunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? an nõ diaboli mẽbra Iudęi perſequentes, ⁊ milites crucifigentes fuerũt? Quid ergo mirum, ſi ſe ab illo permi-

At in monteȝ duci, ⁊ tentari, qui pertulit etiam a membris illius crucifigi? Non eſt ergo indignū Redemptori noſtro, quod tentari voluit, qui venerat occidi. Juſtum quippe erat, vt ſic tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret, ſicut mortem noſtraȝ venerat ſua morte ſuperare. ℟. Angelis ſuis deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Jn manibus portabunt te: ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aſpidem: ⁊ baſiliſcuȝ, ambulabis ⁊ conculcabis leonē ⁊ draconem. Jn. Lectio nona.

Sed ſciendū nobis eſt, q̄ tentatio tribus modis agitur: ſuggeſtione, delectatione, ⁊ conſenſu. Et nos cuȝ tentamur plerunq̧ in delectationem, aut etiam in conſenſum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobis ipſis etiam gerimus vnde certamina toleremꝰ. Deus vero, qui in vtero virginis incarnatus in mundum ſine peccato venerat, nil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Tentari ergo per ſuggeſtionem potuit, ſed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atq̧ ideo omnis diabolica illa tentatio foris nō intus fuit. ℟. Ductus eſt Jeſus in deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a diabolo: Et accedens tentator dixit illi: ſi filius dei es Dic, vt lapides iſti panes fiant. ℣. Et, cum ieiunaſſet quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et. Gloria. Dic. ℟. reiteretur. Sac. ℣. Jpſe liberauit me. ℟. De laqueo venantium, ⁊ a verbo aſpero. Jn laud. aña. Cor munduȝ crea in me deus: ⁊ ſpiritum rectuȝ innoua in viſceribus meis. ps. Miſerere. 20. Aña. O domine ſaluum me fac, o domine bene proſperare. ps. Confi. 59. Aña. Sic benedicam te in vita mea domine: in nomine tuo leuabo manus meas. ps. Deus, deus meus. 62. Aña. Jn ſpiritu humilitatis, ⁊ in animo contrito ſuſcipiamur domine a te: ⁊ ſic fiat ſacrificium noſtrum: vt a te ſuſcipiatur hodie, ⁊ placeat tibi, domine deus. ps. Benedicite. Aña. Laudate dn̄m celi celoꝝ: ⁊ aqua oēs. ps. Laudate. Cap.

Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis: nemini dantes vllam offenſionem: vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Hymnus.

Audi benigne conditor.
Noſtras preces cū fletibus:
Jn hoc ſacro ieiunio:
Fuſas quadragenario.
Scrutator alme cordium:
Jnfirma tu ſcis virium:
Ad te reuerſis exhibe:
Remiſſionis gratiam.
Multum quidem peccauimus:

Sed

Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis:
Confer medelam languidis.
Sic corpus extra conteri:
Dona per abſtinentiam:
Ieiunet vt mens ſobria:
A labe prorſus criminum.
Preſta beata trinitas. ℣. Scuto circundabit te veritas eius. ℟. Non timebis a timore nocturno. Benedictus Aña. Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a diabolo, cum ieiunaſſet quadraginta diebus, et quadraginta noctibus poſtea eſuriit. Oratio.

inquam, impunitum eſſe,
q̄ bonus eſt: non licet meliorem
tutum eſſe cum malis. Et qua-
ſi inuidi aliquid perdant, aut
diſpendium alicuius rei incur-
rant: ſic bonorum vita detrimē-
tum eſt peſſimorum. ℟. Meri-
to hęc patimur, quia peccauim⁹
in fratrem noſtrum, vidētes an-
guſtiam animę eius, dum depre-
caretur nos: ⁊ non audiuimus:
Jdcirco venit ſuper nos tribu-
latio. ℣. Dixit Ruben fratrib⁹
ſuis: nunquid non dixi vobis ⁊
nolite peccare in puerum? ⁊ nō
audiſtis me? Jdcirco.

Secundum Lucam, cap. 11.

In illo tempore: Erat Jeſus
eijciens dęmonium: ⁊ illud
erat mutum. Et reliqua.

Hom. venera. Bedę presb. l. vij.

Dæmoniac⁹ iſte apud Mat-
thęum nō ſolum mutus,
ſed etiam cęcus fuiſſe narratur:
curatusq̧ dicitur a domino ita,
vt loqueretur, ⁊ videret. ℟. Di-
xit Ruben fratribus ſuis, nun-
quid non dixi vobis: nolite pec-
care in puerum? Et non audi-
ſtis me: en ſanguis eius exquiri-
tur. ℣. Merito hoc patimur,
peccauim⁹ in fratrē noſtrū: vidē-
tes anguſtiam animę eius: dum
deprecaretur nos: ⁊ non audiui-
mus eum. Et. Lectio octaua.

Tria

Omnia generalia ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt. Cecus videt, mutus loquitur, poſſeſſus a demone liberatur. ℟. Tollite hinc vobiſcuʒ munera, ⁊ ite ad dominum terre: ⁊ cum inueneritis: adorate eū ſuper terram: Deus autem meus faciat eum vobis placabilem: ⁊ remittat ⁊ hunc fratrem veſtruʒ vobiſcum, ⁊ eum, quem tenet in vinculis. ℣. Sumite de optimis terre frugibus in vaſis veſtris, deferte viro munera. De⁹. ℟. ix.

Quod ⁊ tunc quidem carnaliter factum eſt: ſed impletur quotidie in conuerſione credentium vt expulſo primum demone, fidei lumen aſpiciant. Deinde ad laudes dei tacentia prius ora relaxentur. ℟. Nunciauerunt Jacob dicentes: Joſeph filius tuus viuit, ⁊ ipſe dominatur in totam terrā Egypti: quo audito reuixit ſpiritus eius, ⁊ dixit. Sufficit mihi: vadam, ⁊ videbo eum antequam moriar. ℣. Cumq; audiſſet Jacob, quod filius eius viueret: quaſi de graui ſomno euigilans ait. Sufficit mihi. Gloria. Reuertere. ℟. Nunciauerunt. Sacer. ℣. Ipſe liberauit. In laudib. aña. Fac benigne in bona voluntate tua: vt edificentur domine muri Jeruſalem. ps. Miſerere. 50. Aña. Dominus mihi adiutor eſt non timebo quid faciat mihi homo. ps. Confitemini. 47. Aña. Deus miſereatur noſtri: ⁊ benedicat nobis. ps. Deus, deus. 62. Aña. Viri virtutis ſue oblit⁹ eſt ignis: vt pueri tui liberarentur illeſi. ps. Benedicite. Aña. Sol ⁊ luna laudate deum: quia exaltatū eſt nomen eius ſolius. ps. Laudate. Cap. hymnus. ℣. vt ſup. in prima dñica. Ad Bñs aña. Erat Jeſus eijciens demonium: ⁊ illud erat mutum. Et, cuʒ eieciſſet demonium, locutus eſt mutus, ⁊ admirate ſunt turbe. Oratio.

Queſumus omnipotens deus: vota humilium reſpice: atque ad defenſionem noſtraʒ dexteram tue maieſtatis extende. Per do. Ad j. aña. Si in digito dei eijcio demonia: profecto venit in vos regnū dei. ps. Deus, deus meus. 8. ⁊ ceteri. vt ſupra. Ad iij. aña. Dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt ea, que poſſidet. Cap. ad horas. vt ſupra in j. dominica xl. ℟. Bonum mihi domine, quia humiliaſti me. Bonuʒ mihi lex oris tui ſuper millia auri ⁊ argēti. ℣. Manus me domine fecerunt me, ⁊ plaſmauerunt me: da mihi intellectum, vt diſcaʒ mandata tua. Bonum. ℣. Dicet domino. Oratio. Queſumus omnipotens deus. vt ſup. Ad vj. aña. Qui non colligit mecum, diſpergit: ⁊, qui non eſt mecuʒ, contra me eſt. ℟. Seruus tuus ſuʒ ego.

Da mihi intellectum domine. ℣ Ut diſcam mandata tua. Da mihi. ℣ Ipſe liberauit me.
Oratio, vt ſup. Ad ix. aña Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, querens requiem, et non inuenit. ℟ Septies in die laudẽ dixi tibi domine deus meus. Ne perdas me. ℣ Erraui ſicut ouis, que perierat: require ſeruum tuum domine: quia mandata tua nõ ſum oblitus. Ne p̃das. ℟ Scapulis ſuis. Oro. vt in. ℟ Predicta reſponſoria, dicantur ad hor. per xv. dies quando de tempore agitur. Ad veſp. añ. Sede a dextris. ℟ Dixit dominus. ℣ Cetere ad ceteros. Cap. Clama ne. ℟ Loquens Joſeph fratribus ſuis dixit. Pax vobis: nolite timere: pro ſalute enĩ veſtra miſit me dominus ante vos. ℣ Eleuauitq; voces ſuas cum fletu quas audierunt Egyptij: omniſq; domus Pharaonis: dixitq; fratribus ſuis. Pax. Gl. Pax. ℣ Ex more. An gelis ſuis. Ad Mag. aña Extollẽs vocem quedam mulier de turba dixit: beatus venter, qui te portauit: et vbera, que ſuxiſti: at Jeſus ait illi: quinimmo, beati, qui audiunt verbum dei, et cuſtodiunt illud. Oratio.

Subiectum tibi populum queſumus domine propitiatio celeſtis amplificet: et tuis ſemper faciat inherere mandatis. Per dominum noſtrum. Completor. vt ſupra.

FERIA SECVNDA.

Secundum Lucam. Lectio I.

In illo tempore: Dixerunt Phariſei ad Jeſum. Quanta audiuimus facta i Capharnaũ: fac et hic in patria tua. Et reli.
Homilia S. Ambroſij epiſcopi.

Non mediocriter inuidia p̃ditur, que ciuice charitatis oblita, i acerba odia cauſas amoris inflectit. Simul hoc exẽplo pariter et oraculo declaratur, q̃ fruſtra opem miſericordie celeſtis expectes, ſi aliene fructibus virtutis inuideas. Aſpernator enim dñs inuidorũ eſt, et ab his q̃ diuina beneficia in alijs perſequũtur, miracula ſue poteſtatis auertit. Dñice quippe carnis actus, diuinitatis exẽplũ eſt: et inuiſibilia nobis eius p̃ ea, q̃ ſunt viſibilia demõſtrãtur. ℟ Videntes Joſeph. Lectio ſecunda.

Non ocioſe itaq; Saluator excuſat, q̃ nulla in patria ſua miracula virtutis operatus ſit, ne forſitan aliq̃s viliorẽ in patrie nobis eſſe debere putaret affectum. Neq; enim ciues poterat nõ amare, q̃ amaret oẽs: ſed ipſi ſe charitate patrie, q̃ inuiderẽt abdicarunt. In veritate dico vobis: multe vidue fuerunt in diebus Elie. Nõ quia Elie dies fuerũt, ſed in quibus Elias operatus

tus eſt: aut q͠a dies fauebat illis, qui in eius operibus lucem vi-debant gratie ſpiritalis, ⁊ con-uertebantur ad dñm: ⁊ ideo ape-riebatur celum videntibus eter-na, ⁊ diuina myſteria: claudeba-tur qñ fames erant quia nulla erat cognoſcende diuinitatis v-bertas. Sed de hoc plenius ſcri-pſimus cum de viduis ſcribere-mus. ℟ Dixit Judas. Lc͠o iij.

ET multi leproſi erát in Ju-dea tépōribus Eliſei pro-phete: ⁊ nemo eorū mundatus eſt, niſi Naaman Sirus. Euidé-ter hic ſermo nos dñi ſalutaris informat, ⁊ ad ſtudiū venerãde diuinitatis hortat: ꝙ nemo ſana-tus oſtēditur, ⁊ maculoſi morbo corporis abſolutus, niſi qui reli-gioſo officio ſtuduit ſanitati. Nō enī dormiētibus diuina benefi-cia, ſed obſeruātibus defertur. Diximus in libro alio in viduā illa, ad quā Elias directus eſt, ty-pū, eccleſie premiſſū. Populus eccleſiā cōgregauit, vt ſequat po-pulus ille ex alienigenis congre-gatus. Populus ille ante lepro-ſus, p̄pul⁹ ille ante maculoſus priusꝙ̄ myſtico baptizaret in flu-mine, idem poſt ſacramentū ba-ptiſmatis, maculis corporis, ⁊ mentis ablutus, iam non lepra, ſed immaculata virgo cepit eſſe ſine ruga. ℟ Videns Jacob. Ad Mag͠s aña Amen dico vo-bis: quia nemo propheta acce-ptus eſt in patria ſua. Oratio.

CORdibus noſtris queſum⁹ domine gratiam tuam be-nign⁹ infunde: vt, ſicut ab eſcis corporalibus abſtinemus: ita ſen-ſus quoq; noſtros a noxijs retra-hamus exceſſibus. Per domi. Ad veſp. ℟ Educ de carcere a-nimam. Ut confiteatur nomini tuo domine. ℣ Perijt fuga a me: ⁊ non eſt, qui requirat ani-mam meam. Ut confiteatur. Et dicatur in ferialibus diebus vſq; ad paſſionē Domini. Ad Magnificat Antipho. Jeſus autem tranſiens per medium il-lorum ibat. Oratio.

SUbueniat nobis domine miſericordia tua: vt ab im-minentibus peccatorum noſtro-rū periculis: te mereamur pro-tegente eripi: te liberante ſal-uari. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

FERIA TERTIA.

Secundum Matheum. Lc͠o j c. 18.

IN illo tempore: Reſpiciens Jeſus in diſcipulos ſuos di-cit Simoni Petro: Si pecca-uerit in te frater tuus: vade, ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipſum ſo-lum. Et reliqua. Homilia S. Auguſtini epiſcopi.

QUare illū corripis? Quia tu doles ꝙ peccauerit in te? Abſit. Si amore tui id facis, nihil facis: ſi amore illius facis optime facis. Deniq; in ipſis ver-bis

his attende, cuius amore id facere debeas, vtrum tui, an illius. Si te audierit, inquit, lucratus eris fratrem tuum. Ergo propter illum fac, vt lucreris illum. Sic faciendo lucraris, niſi feciſſes perierat. Quid eſt ergo ꝙ pleriqꝫ homines iſta peccata contemnunt, ⁊ dicunt, quid magnū feci? in hominem peccaui. Noli contemnere, ꝙ in hominē peccaſti. ℟. Joſeph dum intraret. Lectio ſecunda.

Vis noſcere, quia in hominem peccando periiſti? Si te ille, in quē peccaſti, corripuerit inter te, ⁊ ipſum ſolum, ⁊ audieris illū, lucratus eſt te. Quid eſt, lucratus eſt te, niſi quia perieras, ſi non lucraretur te? nam ſi non perieras, quomodo te lucratus eſt? Nemo ergo contemnat quando peccat in fratrem. Ait enim in quodam loco Apoſtolus. Sic autem peccantes in fratres, ⁊ percutientes conſcientiā eorum infirmam, in Chriſtum peccatis: ideo quia mēbra Chriſti omnes facti ſumus. Quomodo non peccas in Chriſtum, qui peccas in membrū Chriſti. ℟. Memento mei dn̄e. Lcō iii.

Nemo ergo dicat, quia nō peccaui in Deum, ſed peccaui in fratrem? In hominem peccaui, leue peccatum eſt, vel nullum peccatum eſt. Forte tamen dicis, leue eſt, quia cito curatur. Peccaſti in fratrem? fac ſatisfactionem, ⁊ ſanatus es. Cito feciſti rem mortiferā, ſed remedium cito inueniſti. Quis noſtrum ſperet regnum cęlorum, fratres mei, quando dicit euangelium: Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehēnę ignis. Magnus terror: ſed vide ibi remediū. Si obtuleris munus tuum ad altare, ⁊ ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſū te, relinque munus tuum ante altare. Non iraſcitur Deus, quia differs imponere munus tuū: te quęrit Deus magis, quam munus tuum. ℟. Merito. Ad Bn̄s. Antipho. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi ī medio eorū ſum, dicit dominus. Oro.

Exaudi nos omnipotens ⁊ miſericors deus, ⁊ continē tię ſalutaris propitius nobis dona concede. Per. Ad Mag. aña. Non dico tibi ſepties, ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties. Oratio.

Tua nos domine quęſumus protectione defende: ⁊ ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dominum noſtrum.

FERIA QVARTA.

Secundum Mattheū. Lcō i.

In illo tempore: Acceſſerūt ad Jeſum ab Jeroſolymis ſcribę, ⁊ Phariſęi dicētes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorū? Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presbyt.

Mira Phariſęorum, ſcribarumq; ſtultitia Dei filium arguūt, quare diſcipuli eius hominum traditiones, & pręcepta non ſeruent. Non enim lauant manus ſuas, cum panem manducant. Manus ideſt opera, nō corporis vtiq;, ſed animę lauandę ſunt, vt fiat in illis verbū Dei. Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtram? Falſam calumniam, vera reſponſione cōfutat. Cum inquit, vos propter traditionem hominum pręcepta dei negligatis, quare diſcipulos meos arguendos putatis, quod ſeniorum iuſſa paruipendant, vt Dei ſcita cuſtodiant? R. Dixit Rubem. Lectio ſecunda.

Nam Deus dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri, aut matri, Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuū, aut matrem ſuā. Honor in ſcripturis, non tantum in ſalutationibus & officijs deferendis, quā tum in eleemoſynis, ac munerū oblatione ſentitur. Honora, inquit Apoſtolus viduas, quę vere viduę ſunt. Hic honor dōnū intelligitur. Et i alio loco: Presbyteri duplici honore honorādi ſunt, maxime qui laborāt in verbo & doctrina Dei. Et per hoc mandatū iubemur, vt boui triturāti os non claudamus, & dignus ſit operarius mercede ſua. R. Tollite. Lectio tertia.

Præceperat dominus, vel imbecillitates, vel ętates, vel penurias parentum conſiderans, vt filij honorarent etiā in vitę neceſſarijs miniſtrandis parentes ſuos. Hanc prouidentiſſimam Dei legem volentes Scribę & Phariſei ſubuertere, vt impietatem ſub nomine pietatis inducerent, docuerunt peſſimos filios, vt, ſi quis ea, quę parentibus offerenda ſunt, Deo vouere voluerit, qui verus eſt pater, oblatio Dei pręponatur, parentum muneribus: vel certe ipſi parentes quę Deo conſecrata cernebant, ne ſacrilegij crimen incurrerent, declinantes, egeſtate conficiebantur. Atq; ita fiebat, vt oblatio liberorum ſub occaſione templi, & Dei, in ſacerdotum lucra cederet. R. Nunciauerunt. Ad Bene. Aña. Audite & intelligite traditiones, quas dominus dedit vobis. Oratio.

Præſta nobis quęſumus domine: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoque vitijs abſtinentes: propitiationem tuā facilius impetremus. Per. Ad Mag. aña. Non lotis manibus

nibus manducare; non coinquinat hominem. Oratio.

Concede queſumus omnipotens deus: vt, qui protectionis tue gratiam querimus, liberati a malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per.

FERIA QVINTA.

Secundum Johannem. 6.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judeorum: Operamini non cibum, qui perijt: ſed qui permanet in vitam eternam: quem filius hominis dabit nobis. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lcō j.

Se ipſum inſinuat iſtum cibum, qui in conſequentibus illuceſcit, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim pater ſignauit Deus. Iſtum filium hominis nolite ſic accipere, quaſi alios filios hominum, de quibus dictum eſt: Filij hominum in protectione alarum tuarum ſperabunt. Iſte filius hominis ſequeſtratur quadam gratia a filijs hominum: exceptus a munere hominum. Filius hominis, et filius Dei eſt. Tu autem. ℟. Uidentes. Lectio ſecunda.

Iſte homo etiã Deus eſt. Alio loco interrogãs diſcipulos ſuos ait. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Et illi. Alij Johannem baptiſtam: alij Heliam: alij Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Et ille. Uos autem quem me eſſe dicitis. Tu autem. ℟. Dixit Judas. Lectio tertia.

Reſpõdens Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Ille ſe dixit filium hominis: Petrus eum dixit filium Dei viui. Optime ille commemorabat, qui in claritate permanebat, quod miſericorditer exhibuerat. Ille commemorabat quod in claritate permanebat. Uerbum Dei commendat humilitatem ſuam: homo agnoſcet claritatem dñi ſui. Tu autẽ dñe. ℟. Uidẽs Jacob. Ad Bñs añã. Operamini non cibum, qui perit: ſed, qui manet in vitam eternam. Oratio.

Concede q̃s oĩps deus: vt ieiuniorũ nobis ſancta deuotio: et purificationem tribuat: et maieſtati tue nos reddat acceptos. Per. Ad Mag. Añ. Panis enim dei eſt, q̃ deſcendit de celo, et dat vitã mundo. Oratio.

Preſta queſumus dñe tuorũ fidelium, vt a terrena cupiditate mundati: et preſentis vite periculis exuantur: et perpetuis donis firmentur. Per dominũ.

FERIA SEXTA.

Secundum Johannem. Lcō j.

In illo tpe: Uenit Jeſus in ciuitatẽ Samarie, q̃ dicit Sichar, iuxta predium quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. Et reli. Homilia ſancti Auguſtini epi.

Iam incipiunt myſteria. Nõ enim fruſtra fatigatur Jeſus:

ſuo, non enim fruſtra fatigatur virtus Dei: non eniꝫ fruſtra fatigatur per queꝫ fatigati recreantur: non enim fruſtra fatigatur, quo deſerẽte fatigamur quo pręſente firmamur. Fatigatur tamen Jeſus, ⁊ fatigatur ab itinere, ⁊ ſedet, ⁊ iuxta puteuꝫ ſedet, ⁊ hora ſexta fatigatus ſedet. Omnia iſta innuunt aliquid, indicare volunt aliquid; intentos nos faciunt, vt pulſemus, hortantur. Ipſe ergo nobis aperiat, ⁊ vobis, qui dignatus eſt ita hortari, vt diceret: Pulſate, ⁊ aperietur vobis. ℟. Iſte eſt frater veſter minimus, de quo dixeratis mihi: Deus miſereatur tibi fili mi. Feſtinauitq; in domo, ⁊ plorauit: quoniaꝫ erumpebant lachrymę, ⁊ non poterat ſe continere. ℣. Attollens ergo Joſeph oculos vidit Beniamin ſtanteꝫ: ⁊ commota ſunt omnia viſcera eius ſuper fratre ſuo. Feſtinauitq; in domo. Lectio ſecunda.

Ibi fatigatus eſt ab itinere Jeſus. Inuenimus virtutẽ Jeſu, ⁊ inuenimus, infirmum Jeſu. fortem ⁊ infirmum: fortem, quia in principio erat verbũ, ⁊ verbũ erat apud Deum, ⁊ Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deũ. Uis videre quã iſte filius Dei fortis ſit? Omnia per ipſum facta ſunt, ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil, ⁊ ſine labore facta ſunt. Quid ergo illo fortius, per quem ſine labore facta ſunt oia? Infirmum vis noſſe? Uerbũ caro factum eſt, ⁊ habitauit in nobis. Fortitudo Chriſti te, creauit: infirmitas Chriſti te recreauit. Fortitudo Chriſti fecit vt, quod nõ erat eſſet: infirmitas Chriſti fecit, vt quod erat, nõ periret. Condidit nos fortitudine ſua, quęſiuit nos infirmitate ſua. ℟. Dixit Joſeph vndecim fratribus ſuis: ego ſum Joſeph, quem vendidiſtis in Ægyptum: adhuc viuit pater noſter ſenior, de quo dixeratis mihi? Ite ⁊ adducite eum ad me, vt poſſit viuere. ℣. Biẽniũ eſt, ꝙ cępit eſſe fames in terra: adhuc reſtãt anni quinq;. Ite ⁊ adduci. Lcõ iij.

Uenit ergo ipſe infirmus infirmos, tanquaꝫ gallina pullos ſuos: huic enim ſe ſimilẽ fecit. Quoties volui (inquit ad Jeruſalẽ) congregare filios tuos tanquam gallina pullos ſub alis ſuis, ⁊ noluiſti? Uidetis autem fratres, quemadmodum gallina infirmetur cum pullis ſuis? Nulla enim alia auis ꝙ ſit mater, agnoſcit. Uidemus nidificare paſſeres quoslibet ante oculos noſtros hirũdines, ciconias, colũbas, quotidie videmus nidificare: quos, niſi qñ in nidis videmus, parẽtes eſſe nõ agnoſcim⁹: gallina vero ſic infirmat in pullis ſuis, vt etiã ſi ipſi pulli nõ ſequant, ⁊ filios nõ videas, matrẽ

tamen

tamen intelligas. ℟. Salus noſtra in manu tua domine: reſpiciat ſuper nos miſericordia tua. Et ſecuri ſeruiemus regi. ℣. Venerūt quoq; Ægyptij ad Joſeph, dicentes: Da nobis alimenta, vt viuere poſſimus. Et ſecur. Ad [illegible] Aquam, quam ego dedero: qui biberit ex ea, non ſitiet vltra. [illegible]

Ieiunia noſtra queſumus domine benigno fauore proſequere: vt, ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per dom. Ad Mag. [illegible] Veri adoratores adorabunt patrē in ſpiritu & veritate. Oratio.

Præſta queſumus omnipotēs deus, vt, qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduerſantia: te adiuuante vincamus. Per dominum.

SABBATHO.

Secundum Johannem. [illegible]

In illo tpē: Perrexit Jeſus in mōtē Oliueti, & diluculo iterū venit in templum, & re. Homilia ſancti Auguſtini epi.

Jeſus perexit in montem Oliueti, in montē fructuoſum, in montē vnguenti, in montem chriſmatis. Ubi enim decebat docere Chriſti, niſi in montem Oliueti? Chriſti enim nomē a chriſmate dictum eſt: chriſma autem Græce, Latine vnctio nominatur. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum: & ſedens docebat eos: & non tenebatur, quia nondum pati dignabatur. Nunc iam attendite, vbi ab inimicis tentata ſit domini manſuetudo. ℟. Extrahentes Joſeph de lacu, vendiderunt Iſmaelitis triginta argenteis: reuerſuſq; Ruben ad puteum cum non inueniſſet eum: ſcidit veſtimenta ſua cum fletu, & ait: Puer nō comparet, & ego quo ibo? ℣. At illi intincta tunica Joſeph in ſanguine agni: miſerunt ad patrē, qui dicerent: vide ſi tunica filij tui ſit, an nō. Puer. Lectio ſecunda.

Adducunt autem illi Scribe, & Phariſei mulierē in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio: in lege autem Moyſes mādauit nobis huiuſmodi lapidare: tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum. Unde accuſa[illegible] numquid ipſum in aliquo facinore deprehenderant? aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuiſſe dicebatur? ℟. Loquens Joſeph fratribus ſuis ait. Pax vobis, nolite timere: pro ſalute enim veſtra miſit me dominus ante vos. ℣. Eleuauitq; vocem cum

ſerit, quā audierūt Ægyptij: omniſq; domus Pharaonis: ⁊ dixit fratribus ſuis. Pax. L. iij.

Intelligamus, fratres admirabilem manſuetudinem in dño fuiſſe. Animaduertebant eū nimium eſſe mitem, nimium eſſe manſuetum. De illo quippe fuerat ante prędictum. Accingere gladio tuo ſuper femur tuū potentiſſime. Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intēde, proſpere procede, ⁊ regna. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam. Ergo attulit veritatē, vt doctor manſuetudinē, vt liberator iuſtitiā, vt cognitor. Propter hęc eum ꝓpheta in ſpiritu ſancto eſſe regnaturum prędixerat. Cum loqueretur, veritas agnoſcebatur: cum aduerſus inimicos non moueretur, manſuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus iſtis, id eſt de veritate, ⁊ manſuetudine eius inimici liuore, ⁊ inuidia torquerētur, in tertio, id eſt iuſtitia, ſcandalum poſuerunt. R. Igitur Ioſeph ductus eſt in Egyptum, fuitq; dominus cum eo. Et erat vir in cunctis proſpere agens. V. Manifeſtus eſt enim dominus illius, ⁊ omnia eius opera dirigebat. Et. Gloria. Et. Ad Benedictus Antiph. Inclinauit ſe Ieſus, ⁊ ſcribebat in terra: ſiquis ſine peccato eſt, mittat in eam lapidem. Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humanę, per immoderantiam ſauciata: medicinalis parſimonię ſtudio reformetur. Per do. Ad veſp. añ. Benedictus, Io. Ipſe. 61. ⁊ cęterę ad cęteros. Cap. Hortamur vos, ne in. R. Stetit Moyſes. Hym. Ex more docti. V. Angelis ſu. Ad Mag. añ. Nemo te condemnauit mulier? nemo domine: Nec ego te condemnabo: iā amplius noli peccare. Oratio.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirāt: ⁊, quę digne poſtulant, conſequi mereantur. Per dominum.

Completorium vt ſupra.

DOMINICA QVARTA

Inuit. Hodie ſi vocem domini audieritis: Nolite obdurare corda veſtra. Pſal. Venite. Hym. Antiph. pſalmi, verſiculi: vt ſupra in prima dominica quadrageſime. Lectio prima.

Poſt mortem Ioſue cōſuluerunt filij Iſrael dominū, dicentes: Quis aſcendet ante nos contra Chananęum: ⁊ erit dux belli? Dixitq; dominus, Iudas aſcendet. Ecce tradidi terram in manus eius. R. Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: deſcende in Ægyptū ⁊ dic Pharaoni, vt dimittat po

pulum meum? Induratum eſt cor Pharaonis: non vult dimittere populum, niſi in manu forti. ℣. Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto: & gemitum eorū audiui, & aſcendi liberare eum. Indu. Lectio ii.

Et ait Judas Simeoni fratri ſuo. Aſcende mecum in ſortem meam, & pugna contra Chananęum: vt & ego pergam tecum in ſortem tuam. Et abiit cum eo Simeon. ℟. Stetit Moyſes coram Pharaone: & dixit, hęc dicit dominus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. ℣. Dominus deus Hebręorum miſit me ad te: vt dicam tibi. Dimitte populum. Lectio tertia.

Aſcenditque Judas: & tradidit domin⁹ Chananeū: ac Phereзęum in manus eorum. Et percuſſerunt Jebezech decem millia virorum. Inueneruntque Adonibezech in Bezech, & pugnauerunt contra eū: & percuſſerunt Chananęum, & Phereзeum. ℟. Cantemus domino, glorioſe enim glorificatus eſt: equum & aſcenſores proiecit in mare: Adiutor, & protector factus eſt mihi dominus in ſalutem. ℣. Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare. Adiutor. Gloria. Adiu. Sermo beati Johannis Epiſcopi. Lectio quarta.

Stabat Moyſes in mōte, non armis: ſed precibus pugnaturus. Stabat extenſis manibus ad cęlū deuoto orans affectu: non de terra, ſed de cęlo auxilium poſtulabat. Pugnat cum hoſtibus abſens: cū extraneis ſine bello decertat. ℟. In mari via tua: & ſemitę tuę in aquis multis. Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi, & Aaron. ℣. Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terrę: commota eſt & contremuit terra. De. Lectio quinta.

Et, quem loci diuerſitas ab inimicis ſeiunxerat, operationis effectus bellatorem pręſentem hoſtibus exhiberet. Fit Moyſe orante pugna occulta, ſed manifeſta victoria. Latenter dimicat, vt euidenter deuincat. Solus orat, vt multi ſaluentur. ℟. Qui perſequebantur populum tuum domine, demerſiſti eos in profundum: Et in columna nubis ductor eorum fuiſti domine. ℣. Exclamauerunt ad te filij Iſrael in tempore afflictionis ſuę: & de cęlo exaudiſti eos. Et in. Lectio ſexta.

Stabat Moyſes in monte iam proximus cęlo: iam vicinus ſyderibus. Et quanto eū ſublimitas montis extulerat: tanto oratio deo proximum exhibebat. Fit Moyſe orante victoria: ceſſante męſtitia: poten-

rioꝛ hoſtis efficitur: fuſſi coꝛpore fatigato. ℟. Moyſes famulus domini ieiunauit quadraginta diebus, ꝛ quadraginta noctibus: Ut legem domini mereretur accipere. ℣. Aſcendit Moyſes in montem Sinai. Ut. Gloria. Ut. Euangelium. Secundum Johannem.

In illo tempoꝛe: Abijt Jeſus trans mare Galileę, quod eſt Tiberiadis: ꝛ ſequebatur euꝫ multitudo magna: quia videbant ſigna: que faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Et reliqua. Homilia vener. Bedę presby. Lectio ſeptima.

Qui ſigna, ꝛ miracula domini, ꝛ ſaluatoꝛis noſtri: recte, cum legunt, vel audiunt accipiunt: non tam in his, quid foris ſtupeant attendunt: quaꝫ hoꝛum exemplo ipſi intus agere: quod in his myſticum perpendere debeant, inſpiciunt. ℟. Splēdida facta eſt facies Moyſi dum aſpiceret in eum dominus: Uidentes ſenioꝛes claritatem vultus eius: admirantes timuerunt valde. ℣. Deſcendit Moyſes de mōte poꝛtans duas tabulas lapideas in manibus ſuis: ſcriptas vtraſqꝫ digito dei. Uidentes. Lectio octaua.

Ecce enim appꝛopinquante paſcha die feſto iudęoꝛum: ſequentem ſe multitudinem dominus verbo ſalutis: pariter ꝛ opere curationis erigebat. Nam ſicut alius euangeliſta ſcribit: Loquebatur illis de regno dei, ꝛ eos qui cura indigebant, ſanabant. ℟. Ecce mitto angelum meuꝫ, qui pꝛęcedat te, ꝛ cuſtodiat ſemper: Obſerua ꝛ audi vocem meam, ꝛ inimicus ero inimicis tuis: ꝛ affligentes te affligam: ꝛ pꝛęcedet te angelus meus. ℣. Jſrael, ſi me audieris, non erit in te deus recens, neqꝫ adoꝛabis deum alienum: ego enim dñs obſerua. Lectio ix.

Et nos fratres chariſſimi ꝛ huius exemplo appꝛopinquante paſcha, ideſt feſto noſtrę redemptionis, adiuncta fratrum caterua, dominum toto coꝛde ſectemur. Tu. ℟. Audi Jſrael pꝛęcepta domini, ꝛ ea in coꝛde tuo, quaſi in libꝛo, ſcribe: Et dabo tibi terram fluentem lac, ꝛ mel. ℣. Obſerua igitur, ꝛ audi vocem meam: ꝛ inimicus ero inimicis tuis. Et. Gloꝛia. Et. Reiteretur ℟ Audi Jſrael pꝛece. Sacerdos. ℣. Jpſe liberauit me. Jn laudib. Antiphona. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię, ſi auerteris faciem tuam a peccatis meis. Pſal. Miſerere. 20. Antiphona. Bonum eſt ſperare in domino, quam ſperare in pꝛincipibus. Pſal. Confitemini. 47. Antiphona. Benedicat nos deus, deus noſter, benedicat

cat nos deus. ℣. Deus, de⁹ me⁹. 62. Antiph. Potens es domine eripere nos de manu mortis, ⁊ liberare nos deus noſter. ℣. Benedicite. An. Reges terrę, ⁊ omnes populi laudate dominum. ℣. Laudate. Cap. Hym. ℣. vt ſupra in j. dominica xi. Ad Benedictus. Aña. Cum ſublevaſſet oculos Jeſus: ⁊ vidiſſet maximam multitudinē venientem ad ſe: dixit ad Philippū: vnde ememus panes, vt manducent hi? hoc autem dicebat tentans eum: ipſe eniꝫ ſciebat quid eſſet facturus. Oratio.

Concede quęſumus omnipotens deus, vt qui ex merito noſtrę actionis affligimur: tuę gratię conſolatione reſpiremus. Per dominum noſtrum. Ad j. Aña. De quinque panibus, ⁊ duobus piſcibus, ſatiauit dominus quinqꝫ millia hominum. Ad tertiam. Aña. Satiauit dominus quinque millia hominum de quinque panibus, ⁊ duob⁹ piſcibus. Ad hor. Cap. ℟. Ad iii. vj ⁊ ix. vt in precedenti dominica. Oratio dominicalis ad omnes horas. Ad vj. aña. Illi homines, cū vidiſſent, quod fecerat Jeſus, ſignum, dicebant: quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum. Ad nonam. Antiphona. Cum vidiſſent turbę ſignum, quod fecerat Jeſus, dicebant: vere hic eſt propheta, qui venturus eſt in mūdum. Oratio. vt ſup. Ad veſp. Antiph. Sede. ℣. Dixit. cęterę ad cęter. Cap. Clama, ne ceſ. ℟. Audi Iſrael. Hym. Ex more docti. ℣. Angelis ſuis. Ad Magnificat Aña. Accepit ergo Jeſus panes, ⁊, cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus: ſimiliter, ⁊ ex piſcibus, quantuꝫ volebant. Oratio.

Deus, qui in deſerti regione multitudinem populi tua virtute ſatiaſti: i huius quoque ſeculi tranſeuntes ex curſu victum nobis ſpiritualem, ne deficiamus, impende. Per domi.

F E R I A I I.

Secundum Johannem. Lcō j.

In illo tempore: Prope erat Paſcha Judęoruꝫ, ⁊ aſcendit Jeſus Jeroſolymam, ⁊ inuenit in templo vendentes oues, ⁊ boues, ⁊ columbas. Et reliqua. Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Quid audiuimus fratres? Ecce tēplum illud figura adhuc erat, ⁊ eiecit inde dn̄s oēs qui ſua quęrebāt, qui ad nundinas venerant. Et quę ibi vendebāt illi? quę opus habebāt hoies in ſacrificijs illius temporis. Nouit eniꝫ charitas veſtra ꝙ ſacrificia illi populo pro eius carnalitate, ⁊ corde adhuc lapideo talia data ſunt, quibus teneretur, ne in idola deflueret: ⁊ imolarent ibi ſacrificia, boues, ⁊ oues, ⁊ columbas.

lumbas. ℟. Locutus. Lcō ij.

Noſtis quia legiſtis. Nō ergo magnum peccatum, ſi hoc vendebant in templo quod emebatur, vt offerretur in templo: ꝛ tñ eiecit inde los. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret? quid faceret dominus, ſi vendentes ea, quę licita ſunt ꝛ contra iuſtitiã non ſunt eiecit? Quę enim honeſte emuntur, nō illicite venduntur. Expulit tamen, ꝛ nō eſt paſſus domum orationis fieri domum negociationis. ℟. Stetit Moyſ. Lectio tertia.

Si negociationis dom⁹ nō debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Nos autem quãdo iſta dicimus, ſtrident dẽtibus ſuis aduerſus nos. Et cõ-
ß. 36. ſolatur nos Pſalmus quem audiſtis: Striderunt ſuper me dentibus ſuis: Nouimus ꝛ nos audire vnde curremur, ꝛ ſi ingeminantur flagella Chriſto quia flagellatur ſermo ipſius. Cõgregata ſunt, inquit, in me flagella, ꝛ neſciebam. Flagellatus eſt flagellis Iudęorum: flagellatur blaſphemijs falſorum Chriſtianorum. Multiplicant flagella domino Deo ſuo, ꝛ neſciunt. Faciamus nos, quantũ ipſe adiuuat. Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio, ꝛ humiliabam in ieiunio animã meã. ℟. Cantemus. Ad Bñs aña. Auferte iſta hinc, ꝛ nolite facere domum patris mei domum negociationis. Oratio.

Pręſta quęſumus deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, ꝛ corpore tibi placeamus, ꝛ mente. Per do.

Ad Mag. Aña. Soluite templum hoc, dicit dñs: ꝛ poſt triduũ excitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis ſui. Oratio.

Tueatur, quęſumus domine deus, dextera tua populum tuum deprecantem: ꝛ purificatum dignanter erudiat: vt cõſolatione pręſenti ad futura bona proficiat. Per dominum.

FERIA III.

Secundum Iohannem. Lcō i.

In illo tempore: Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, ꝛ docebat, ꝛ admirabantur Iudęi. Et reliqua.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Ille, qui latebat, docebat, ꝛ palam loquebatur, ꝛ non tenebatur. Illud enim, vt lateret, erat cauſa exempli, hoc poteſtatis. Sed cum doceret, mirabantur Iudęi. Omnes quidẽ, quantum arbitror mirabãtur, ſed non omnes cõuertebãtur. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vbi natus, quemadmodũ fuerat educatus. Nunquã eũ viderant diſcentẽ literas, audiebant autẽ eũ de lege diſputantẽ, legis teſtimonia proferentem, quę nemo poſſet proferre, niſi legiſſet, ne-

mo legere niſi literas didiciſſet. Et ideo mirabantur. Eorū autē admiratio magiſtro facta eſt inſinuādę alterius veritatis occaſio. ℟. In mari via tua. Lectio ii.

Ex eorū quippe admiratione, et verbis dixit dñs, profundum aliquid, et diligentius inſpici, et diſcuti dignum. Quid ergo dominus reſpondit eis admirantibus, quomodo ſciret literas, quas nō didicerat? Mea doctrina, inquit, nō eſt mea, ſed eius, qui miſit me. Hęc eſt profunditas prima. Videtur enim paucis verbis quaſi contraria locutus. Non enim ait: iſta doctrina non eſt mea: ſed mea doctrina nō eſt mea. Si non tua, quomodo tua? ſi tua, quomodo non tua? Tu enim dicis vtrunque: et mea doctrina, et nō mea. ℟. Qui perſequebantur. Lectio tertia.

Si ergo diligēter intuemur quod in exordio dicit ſanctus Euangeliſta: In principio erat verbum, et verbū erat apud Deum, et Deus erat verbum: inde pēdet huius ſolutio queſtionis. Que eſt doctrina patris, niſi verbum patris? Ipſe ergo Chriſtus doctrina patris, ſi verbum patris. Sed quia verbū non poteſt eſſe nullius, ſed alicuius, etiā ſuam doctrinam dixit ſeipſum, et non ſuam, quia patris eſt verbum. Quid enim tam tuum quam tu: et quid tam non tuum, quam tu: ſi alicuius es, quod es? ℣. Moyſes ſa. Ad Benedictus Añ. Quid me, queritis interficere, hominem, qui vera locutus ſum vobis? Oratio.

Sacrę nobis, quęſumus dñe, obſeruationis ieiunia: et pię conuerſationis augmentum: et tuę propitiationis continuum pręſtent auxilium. Ad Mag. Añ. Nemo in eum miſit manum: quia nondum venerat hora eius. Oratio.

Miſerere quęſumus domine populo tuo: et cōtinuis tribulationibus laborantes propitius reſpirare concede. Per dominum noſtrum Jeſum. etc.

FERIA QVARTA.

Secundum Johannem. Ca. ix.

In illo tempore: Pręteriens Jeſus vidit hominē cecum a natiuitate: et interrogauerūt eū diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit? hic, aut parentes eius, vt cęcus naſceretur? Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Ea quę fecit dominus noſter Jeſus Chriſtus ſtupēda atq̄ miranda, et opera, et verba ſunt: opera, q̄a facta ſunt: verba quia ſigna ſunt. Si ergo, q̄d ſignificet hoc quod factū eſt cogitemus: genus humanum eſt enim cęcus: hęc enim cęcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non ſolū mortis, ſed etiā

iniqui-

iniquitatis. Si enim cęcitas est infidelitas, & illuminatio fides: quę fidelez, quando venit Christus, inuenit? Quandoquidem Apostolus natus in gente prophetarum dicit: Fuimus & nos aliquando natura filij irę, sicut & cęteri. Si filij irę, filij vindicię filij pęnę, filij gehennę. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura inoleuit? Si vitium pro natura inoleuit, secunduz mentem, omnis homo cęcus natus est. ℟. Splendida. Lectio secunda.

VEnit dominus quid fecit? Magnum mysterium cõmendauit. Expuit in terraz, de saliua sua lutũ fecit, quia verbũ caro factũ est. & inunxit oculos cęci. Inunctus erat, & nõdũ videbat. Misit illum ad piscinam: quę vocatur Siloe. Pertinuit autem ad euangelistam commendare nobis nomen huius piscinę, & ait: Quod interpretatur missus. Iã qui sit missus, agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrũ esset ab iniquitate dimissus. Lauit ergo oculos in ea piscina, quę interpretatur missus, baptizatus est in Christo. Si ergo qñ eũ i semetipso quodãmodo baptizauit, tũc illuminauit: qñ inunxit, fortasse cathecumenũ fecit. ℟ Ecce. Lectio iij.

AUdistis grande mysteriuz. Interroga hominẽ. Christianus es? Rñdet tibi: Nõ sum. Si Paganus es, aut Iudęus? Si aũt dixerit: Nõ suz. Adhuc q̃ris ab eo: Catechumenus, an fidelis? Si rñderit tibi, Catechumenus: inunctus est, nõdum lotus. Sed vnde inunctus? quęrere. Et respondet: Quęre ab illo, in quẽ credat. Eo ipso quo cathecumenus est dicit, In Christum. Ecce modo loquor & fidelibꝰ, & cathecumenis. Nõ dixit de sputo & luto, quia verbũ caro factũ est, & hoc cathecumeni audiunt, sed nõ eis sufficit ad quod inducti sunt: festinent ad lauacrum, si lumen inquirunt. ℟. Audi Israel. Ad Benedictus Aña.

Rabbi quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? respondit Iesus & dixit: neque hic peccauit, neq; parentes eius: sed, vt manifestentur opera Dei in illo. Oratio.

DEus, qui & iustis pręmia meritoruz, & peccatoribus per ieiuniuz veniam prębes: miserere supplicibus tuis, vt reatus nostri confessio indulgentiã valeat percipere delictorum. Per dominum nostrũ Iesum. Ad Mag. aña. A seculo tuo nõ est auditum: quia quis aperuit oculos cęci nati, nisi Christus filius Dei. Oratio.

PAteãt aures misericordię tuę dñe precibus supplicantium: &, vt petentibus desiderata

concede: fac eos, quę tibi ſunt placita, poſtulare. Per domi.

FERIA QVINTA

Secundum Joannem.

In illo tẽpore: Dixit Jeſus turbis Judęorum: Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lc. j.

Audiſtis in Euangelio chariſſimi fratres, quid loquẽs Judęis dominus dixerit. Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Falſum ergo dicit Scriptura: quia Deus requieuit ab omnibus operibus ſuis die ſeptimo. Et contra hanc ſcripturam per Moyſem miniſtratam loquitur dominus Jeſus, cum ipſe dicat Judęis: Si crederetis Moyſi crederetis & mihi. De me enim ille ſcripſit. Vide ergo ne aliquid voluerit ſignificare Moyſes: Quod dixit Deus requieuit in die ſeptimo. Non enim defecerat Deus operando creaturã ſuam, & indigebat requie ſicut homo. Quomodo defecerat, qui verbõ fecerat? Tu autem domine. R. Locutus eſt dominus. Lc. ij.

Tamen & illum verũ eſt, quia requieuit De⁹ ab operibus ſuis die ſeptimo: & hoc verũ eſt quod ait Jeſus: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. ſed q explicet verbis, homo hominibus: infirmus infirmis: indoctus diſcere cupientibus. Et forte ſi quis ſapit promere, & explicare nõ valens hominibus difficile forte cupientibus: etiã ſi explicari poſſit quod capitur. Quis inquam fratres explicet verbis quomodo Deus & quieſcẽs operatur, & operãs quieſcat? Obſecro vos, vt hoc vobis proficientibus differatis. Tu autem domine. R. Splẽdida. Lc. iij.

Viſio etiam iſta templum Dei quęrit: ſanctum locum quęrit, portare proximum, & ambulare: ibi eum videbitis: vbi verba hominum non quęratis. Hoc forte potius dicere valemus: quod in eo quod Deus die ſeptimo requieuit: ipſum dominum, & ſaluatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, qui hęc loquebatur, & dicebat: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor: magnũ ſacramentum ſignificaſſe intelligimus: quę, & dominus Jeſus Chriſtus vtiq; Deus, ipſe eſt enim verbum dei. Et audiſtis: In principio erat verbum, & Deus erat verbum. Et omnia per ipſũ facta ſunt: Forte ſignificatus eſt requieturus in die ſeptimo ab omnibus operib⁹ ſuis. Tu autem domi. R. Cãtemus.

Ad Bñs aij. Sicut pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic filius, quos vult, viuificat. Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt, quos ieiunia votiua

potius caſtigant, ipſa quoque deuotio ſancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis facilius cęleſtia capiamus. Per dominū. Ad Mag. Aña. Pater diligit filium: et omnia ei demonſtrat, quę ipſe facit. Oratio.

Populi tui deus inſtitutor, et rector peccata, quibus impugnatur, expelle: vt ſemper tibi ſit placitus: et tuo munimine ſit ſecurus. Per dñm noſtrum Jeſum.

FERIA SEXTA.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Erat quidā languēs Lazarus a Bethania, de caſtello Marię, et Marthę ſororum eius. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini epi.

In ſuperiori lectione meminiſtis, quod dominus exijt de manibus eorum, qui lapidare illum voluerunt, et diſceſſit trans Jordanem, vbi Johannes baptizabat. Ibi ergo dño conſtituto, infirmabatur i Bethania Lazarus, quod caſtellum erat proximum Jeroſolymis, Maria autem erat, quę vnxit dñm vnguento, et extersit pedes eius capillis ſuis, cuius frater, Lazarus infirmabat. R. In ma. L. ij.

Miſerunt ergo ſorores eius ad eum. Jam intelligimus quo miſerunt, vbi erat dñs: quia abſens erat. Trans Jordanē ſcilicet miſerant ad dñm, nunciātes quod ęgrotaret frater carū: vt dignaretur venire: et eum ab ęgritudine liberare. Ille diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare. Quid ergo annunciauerunt ſorores eius? Dñe, ecce quē amas infirmatur. Non dixerunt veni. Amanti enim tantūmodo nunciandum fuit. R. Qui perſequebantur. Lectio tertia.

Non auſę ſunt dicere veni, et ſana. Non auſę ſunt dicere ibi iube, et hic fiet. Cur enim non et iſtę ſi fides illius cēturionis inde laudatur? Ait enim. Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, et ſanabit puer meus. Nihil horum iſtę, ſed tātūmodo. Dñe, ecce quē amas infirmatur. Sufficit enim, vt noueris: nō enim amas et deſeris. R. Moyſes famulus. Ad Ben. añ. Lazarus amicus noſter dormit, eamus, et a ſomno excitemus eū. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundum renouas ſacramentis: pręſta qs, vt eccleſia tua, et ęternis proficiat inſtitutis: et tēporalibus non deſtituatur auxilijs. Per. Ad Mag. añ. Dñe ſi fuiſſes hic, Lazarus non eſſet mortuus: ecce iā fętet: quatriduanus eſt in monumento. Oratio.

Da quęſumus omnipotēs deus: vt, qui infirmitatis noſtrę conſcij de tua virtute confidimus: ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per dominum.

SABBATHO.
Secundum Joannem.

cap. 6. In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judeorum. Ego ſum lux mundi. Et reliqua. Omilia ex tract. Beati Auguſtini epiſcopi. Lectio prima.

Quod tunc ait dñs: Ego ſū lux mundi: clarum puto eſſe eis: qui habent oculos, vnde hui⁹ lucis participes fiant. Qui autem non habent oculos, niſi in ſola carne, mirātur: quod dictum eſt a domino noſtro Jeſu Chriſto: Ego ſum lux mundi. Et forte non deſit: qui dicat apud ſemetipſum. Nunquid forte dñs Chriſtus eſt ſol iſte: q ortu, ꝛ occaſu ſuo peragit diē? Nō enim defuerūt heretici, qui iſta ſenſerūt. Tu. ℟. Populle me⁹, gd feci tibi: aut qd moleſt⁹ fui? rñde mihi: Ego eduxi te de terra Ægypti, ꝛ de domo ſeruitutis: quadraginta annis ī eremo mā na plui vobis. Et obliti eſtis me. dicit dominus. ℣. Adduxi vos per deſertum quadraginta annis, ego dominus. Et. Lectio ij.

Manichei ſolem iſtū oculis carnis viſibilē, expoſitū, ꝛ publicū nō tñ hoib⁹, ſed ēt pecorib⁹ ad vidēdū, Chrm̄ dñz eē putauerūt. Sed catholicę eccl'ię recta fides improbat tale cōmētū, ꝛ diabolicā doctrinām eſſe cognoſcit. Nō ſolū cognoſcit credēdo, ſed i gb⁹ pōt cōuincit ēt diſputādo. Jmprobem⁹ itaqꝫ huiuſmodi errorē, quem ſancta ab initio anathematizauit eccl'ia. Tu. ℟. Adduxi vos p deſertuz quadraginta annis, ego dñs: nō ſunt attrita veſtimenta veſtra: Mānā de cęlo pluivobis: ꝛ obliti eſtis me, dicit dñs. ℣. Populle meus, qd feci tibi? aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi? quoniam ego eduxi te de terra Ægypti. Manna de cęlo. L. iij.

Non arbitrem⁹ dn̄m Jeſū hūc eſſe ſolē, quē videm⁹ oriri ab oriēte occidere i occidēte, cui⁹ curſui nox ſuccedit, cui⁹ radij nube obūbrant: q certe de loco i locū motione trāſmigrat. Nō eſt hic dñs Jeſus Chriſtus. Nō eſt Chriſt⁹ ſol fact⁹, ſed, per quē Sol fact⁹ eſt, oia p ipſum facta ſunt, ꝛ ſine ipſo factū eſt nihil. Eſt ergo lux, q fecit hanc lucē. Hāc autem⁹, hāc intelligere cupiam⁹, ipſā ſitiam⁹, vt ipſa duce ad ipſā aliqñ veniam⁹, ꝛ i illa ita viuamus, vt nunq̄ omnino moriamur. Tu autem. ℟. Vos, qui tranſituri eſtis Jordanem: ędificate altare domino de lapidibus, quos ferrum nō tetigit: ꝛ offerte ſuper illud holocauſta, ꝛ hoſtias pacificas Deo veſtro. ℣. Cumque intraueritis in terram, quam dominus deus dabit vobis, ędificate altare. Deo Gloria. Ad Bñs Añā. Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me,

me,nō ambulat in tenebris:ſed habebit lumē vitę:dicit do. ozo.

Auge domine q̄s per gratiā tuam fructuoſus noſtrę de uotionis affectus:quia nobis ꝓ derunt ſuſcepta ieiunia : ſi tuę ſint placita pietati. Per dn̄m.

Ad veſp. an̄a Benedictus, ps. Ipſe. 61.⁊c. ad cęt. Capitulū.

Faciem meam non auerti ab increpantibus ⁊ cōſpuē tibus in me: domine deus auxi liator meus,⁊ ideo non ſum cō fuſus. ℟. Circundederunt me viri mendaces:ſine cauſa flagel lis ceciderunt me: Sed tu dn̄e defenſor vindica me. ℣. Quoniā tribulatio proxima eſt: ⁊ nō eſt, qui adiuuet. Regreſſus.Sed tu. Gloria. non dicitur ſed reiter. ℟. Circundederūt, ab hac die, vſq; ad paſcha non dr̄ ℣. Gloria patri, poſt verſum ad veſpe.nec ad completorium:nec ad matu. nec ad horas, quando de tēpore agitur:ſed ſtatim poſt regreſſuꝫ reincipiatur ℟. Hymnus.

Vexilla regis prodeunt:
Fulget crucis myſterium:
Qua carne carnis conditor:
Suſpenſus eſt patibulo.
Confixa clauis viſcera:
Tendens manus veſtigia:
Redemptionis gratia:
Hic immolata eſt hoſtia.
Quo vulneratus inſuper:
Mucrone dirę lanceę:
Vt nos lauaret crimine:
Manauit vnda ſanguine.
Impleta ſunt,quę concinit:
Dauid fidelis crimine:
Dicens in nationibus:
Regnauit a ligno deus.
Arbor decora,⁊ fulgida:
Ornata regis purpura:
Electa digno ſtipite:
Tam ſancta membra tangere.
Beata,cuius brachijs:
Secli pependit pretium:
Statera facta eſt corporis:
Prędamque tulit tartaris.
O crux aue ſpes vnica:
Hoc paſſionis tempore:
Auge piis iuſtitiam:
Reisq; dona veniam.
Te ſumma deus trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium:
Saluas rege per ſecula. Amē.

℣. Dederunt in eſcam meā fel. ℟. Et in ſiti mea potauerunt me aceto, Iſte.℣.⁊ hym. dicanť ad veſp.vſq; ad cęnā dn̄i:niſi feſtū ix.lec.occurrerit.Et cum in cipitur ℣. O crux aue ſpes vni. In ſabbatis ⁊ in dn̄icis inclinēt ſe fratres,⁊ in ferial. diebus proſternant Ad Magnifi. aña. Ego ſū, q teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo: ⁊ teſtimonium perhibet de me, qui miſit me,pater. Oratio.

Deus, qui ſperātibus in te miſereri eligis potius quā iraſci:da nobis digne flere mala, q̄ fecim⁹:vt tuę cōſolationis gra tiam inuenire valeamus.Per.

Hic

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hic deinceps vſq; ad craſtinū oct. paſc. dimittantur conſueta ſuffragia. Ad cópl. aña Miſerere mei. ℣ vt ſup ℟ In manꝰ tuas dñe cōmendo ſpūm meū. ℣ Redemiſti nos dñe deus veritatis. fine Gloria patri. Hym. Chriſte q lux. ℣. Cuſtodi nos. Ad Nunc dimittis. aña. Vigilate, ⁊ orate in hac nocte, vt non ſurripiat vos callidus tẽtator: angelus dñi cuſtodiat vos i hac nocte: ⁊ perducat vos ad letitiā matutinam, ante ſacrum, ⁊ ſanctum altare. Et dicat vſque ad cenā dñi: niſi in annunciatione, cum infra hoc tẽpus euenerit.

DOMINICA in paſſione Dñi. Inuita.



Quadraginta annis offẽſus fui generationi huic, Et dixi ſemp, hi errant corde. ps Venite. Poſt primuz. ℣. pſal Venite reiteretur regreſſus inuita. poſt fin vero ℣. totum inuitatorium dicatur: ⁊ ſic de ſingulis. quia Glo. pa. in fine non dr̃. Hym.

Pange lingua glorioſi:
Prelium certaminis:
Et ſuper crucis trophęum:
Dic triumphum nobilem:
Qualiter redemptor orbis:
Immolatus vicerit.
De parentis protoplaſti:
Fraude facta condolens:
Quando pomi noxialis:
Morte morſu corruit:
Ipſe lignum tunc notauit:
Damna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtrę ſalutis:
Ordo depopoſcerat.
Multiformis proditoris:
Ars vt artem falleret:
Et medelam ferret inde:
Hoſtis vnde lęſerat.
Quando venit ergo ſacri:
Plenitudo temporis:
Miſſus eſt ab arce patris:
Natus orbis conditor:
Atque ventre virginali:
Caro factus prodijt.
Vagit infans inter arcta:
Conditus pręſepia:
Membra pannis inuoluta:
Virgo mater alligat.
Et manus, pedeſq;, ⁊ crura,
Stricta cingit faſcia.
Gloria ⁊ honor deo:
Vſquequo altiſſimo:
Vna patri, filioque,
Inclyto paraclito:
Cui laus eſt, ⁊ poteſtas:
Per ęterna ſecula Amen.

In j. noct Aña Appropinquabat autem dies feſtus Iudeoꝝ, ⁊ querebant principes ſacerdotum quomodo Jeſum interficerent, ſed timebant plebem. ps. Beatus vir. i. Et ceteri pſal. cū hac ſola, ſed Gloria patri. dicat in fine pſalmorū, ſicut ſolet. ℣.

Crux

Erue a framea deus animam meam. ℟. Et de manu canis vnicam meam.

Incipit liber Jeremie Prophete. Lectio prima.

Verba Jeremie filii Elchie de ſacerdotibus, qui erant in Anathot, in terra Beniamin: quod factum eſt verbũ dñi ad eum in diebus Joſie, filii Amon regis Juda, in tertiodecimo anno regni eius. Hec dicit dñs deus. ℟. Iſti ſũt dies, quos obſeruare debetis temporibus ſuis, Quarta decima die ad veſperũ paſcha domini eſt: ⁊ in quintadecima ſolennitatẽ celebrabitis altiſſimo domino. ℣. Locutus eſt dñs ad Moyſẽ, dicens: loquere filiis Iſrael, ⁊ dices ad eos Quarta. Lect. ij.

Et factũ eſt in diebus Joachim filij Joſie regis Juda, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedechie filii Joſie regis Juda: vſq; ad tranſmigrationem Jeruſalem: in mẽſe quinto. ℟. Multiplicati ſunt, qui tribulant me: ⁊ dicunt non eſt ſalus ipſi in deo ei⁹. Exurge dñe: ſaluũ me fac deus meus. ℣. Neq̃ dicat inimicus me⁹, preualui aduerſus eũ. Exurge. ℟. iij.

Et factum eſt verbum dñi ad me, dicens: Priuſquã te formarẽ in vtero, noui te: ⁊ antequam exires de ventre, ſanctificaui te: ⁊ prophetã in gentibus dedi te. Et dixi: a: a: a, domine deus: ecce neſcio loqui: q2 puer ego ſum. Hec dicit dominus deus. ℟. Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum: perſequimini, ⁊ comprehendite eum: quoniã non eſt, qui liberet eum: deus meus ne elongeris a me: deus meus in adiutorium meum intende. ℣. Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandauerunt aduerſum me, dicẽtes. Deus. Gloria. non dicitur: ſed reincipit. ℟. Qui cuſtodiebãt. In ij. noct. aña. Principes ſacerdotum conſilium fecerunt, vt Jeſum occiderent: dicebant autem, non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. ℣. Conſerua. 5. ⁊ cetere pſal. cũ hac ſola. ℣. Ne perdas cum impijs deus animam meam. ℟. Et cũ viris ſanguinum vitam meam.

Sermo B. Joannis epi. L. iiij.

Magnum Jeremie ſanctiſſimi meritum: magnũ in eo collatum eſt diuinitus donum: magnum, inquam, Jeremie eſt meritum: qui ante promeretur, q̃ naſcitur: ante ſanctificatur, q̃ editur. Tu autẽ. ℟. Deus me⁹ es tu, ne diſcedas a me. Quoniã tribulatio proxima eſt: ⁊ nõ eſt, q adiuuet. ℣. Deus, deus me⁹ reſpice in me: quare me dereli-

quiſti?

quiſti? Quoniã. Lectio quinta.

Hic propheta conſtituit, quam mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita: & ab eo necdum exercẽtur officia. Dona narrantur: nec tamen dono rum cauſę tractantur. Promotio dicitur: necdum promotionis negocium aperitur. Tu autem. ℟. Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legem agentis & iniqui. Quoniam tu es patientia mea. ℣. Deus, ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum reſpice. Quoniam. Lectio ſexta.

Noli, inquit dominus, dicere, quia iunior ego ſum. Hoc enim per te fieri volo: hoc per te impleri pręcepi: vt iunior, ſenes, & ineloquens, eloquentes obiurges. Te mihi meritum dignum, non ętas conſtituit: idoneum ſanctitas, non qualitas ſermonum, aſſeruit. ℟. Tota die contriſtatus ingrediebar domine: quoniam anima mea impleta eſt illuſionibus. Et vim faciebant, qui quęrebant animaȝ meam. ℣. Et, qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Et vim. Gloria. Reb̄eceatur ℟. Tota die contri. In iij. noctur. an. Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuũ reclinet. ps. Cęli enarrant. 6. cęteri pſal. cum hac ſola. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab inſurgentibus in me libera.

Euang. ſecundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judęorum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare nõ creditis mihi? Et reliqua.

Hom. B. Grego papę. Lec. vij.

Penſate, fratres chariſſimi, manſuetudinem dei. Relaxare peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare nõ creditis mihi? ℟. Adiutor, & ſusceptor meus es tu domine: & in verbo tuo ſperaui. Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata dei mei. ℣. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Declinate. Lectio viij.

Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorẽ non eſſe: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Sed terribile eſt valde, quod ſubdidit: Qui ex deo eſt verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. ℟. In proximo eſt tribulatio mea domine: & non eſt, qui adiuuet, vt fodiant manus meas, & pedes meos. Libera me de ore leonis: vt narrem nomen tuum fratribus meis. ℣. Erue a framea deus animam meam: & de

manu canis vnicam meam. Libera. Lectio nona.

Si enim verba dei audit, q ex deo eſt: ⁊ audite verba dei non poteſt quiſquis ex illo non eſt: interroget ſe vnuſquiſque, ſi verba dei in aure cordis percipit: ⁊ intelliget: vnde ſit. ℟. In te iactatus ſum ex vtero: de ventre matris meę deus meus es tu: ne diſcedas a me. Quoniam tribulatio proxima eſt: ⁊ nõ eſt, qui adiuuet. ℣. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornib⁹ vnicornium humilitatem meã. Quoniam. reiteretur. ℟. In te iac. Sacerdos ℣. De ore leonis libera me domine. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatez meam. In laud. Aña. Vide domine afflictionem meam: quoniã erectus eſt inimicus meus. ps. Miſerere. 20. Aña. In tribulatione inuocaui dominum: ⁊ exaudiuit me in latitudine. ps. Confitemini 47. Aña. Iudicaſti domine cauſam animę meę: defenſor vitę meę de⁹ me⁹. ps. Deus, deus. 62. Aña. Popule meus, quid feci tibi? aut quid moleſtus fui? reſponde mihi. ps. Benedicite. Aña. Nunquid redditur pro bono malum: qa foderunt foueam animę meę? ps. Laudate. Capitulum.

Confundantur qui me perſequuntur, ⁊ non confundar ego: paueant illi, ⁊ non paueam ego: induc ſuper eos diẽ afflictionis: ⁊ duplici contritione contere eos domine deus noſter. Hymnus.

Luſtris ſex qui iã peractis:
Tempus implẽs corporis:
Se volente natus ad hoc:
Paſſioni deditus:
Agnus in cruce leuatur:
Immolandus ſtipite.
Hic acetum, fel, arundo:
Sputa, claui, lancea:
Mite corpus perforatur:
Sanguis vnda profluit:
Terra, pontus, aſtra, mundus:
Quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes:
Arbor vna nobilis.
Nulla ſylua talem profert:
Fronde flore germine:
Dulce lignum, dulces clauos:
Dulce pondus ſuſtinet.
Flecte ramos, arbor alta:
Tenſa laxa viſcera:
Et rigor lenteſcat ille:
Quem dedit natiuitas:
Ut ſuperni membra regis:
Miti tendas ſtipite.
Sola digna tu fuiſti,
Ferre ſecli pretium.
Atque portum pręparare:
Nauta mundo naufrago:
Quem ſacer cruor perunxit:
Fuſus agni corpore.
Gloria ⁊ honor deo:
Uſquequo altiſſimo:
Una patri, filioque:
Inclyto paraclyto:

Cui laus eſt, ⁊ poteſtas: Per eterna ſecula. Amen. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad bñs. Añs. Animę impiorum fremebant aduerſum me: ⁊ grauatum eſt cor meum ſuper eos. Oratio.

Q Ueſumus omnipotẽs deꝰ familiam tuam propitius reſpice: vt te largiente regatur in corpore, ⁊ te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per dominũ. Ad j Hym. Iã lucis. in tono hymniꝰ; Vexilla regis. Et ceteri Hym. ad horas eodem tono cãtentur hodie, ⁊ in die palmarũ. Añs. Ego demonium non habeo: ſed honorificabo patrem meum: dicit dñs, ps. verſup. Miſſa mat. de trinitate. Ad iij. añs. Ego gloriã meã non quero: eſt, qui querat, ⁊ iudicet. Capitulũ.

D Omine omnes, qui te derelinquunt, confundent: recedentes a te in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentiũ dñm: ſana me dñe, ⁊ ſanabor: ſaluum me fac, ⁊ ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. ℟. Erue a framea deus animam meam: Et de manu canis vnicã meã. ℣. Salua me ex ore leonis, ⁊ a cornibꝰ vnicornium humilitatem meã. Et. Gloria. Reiteretur ℟. Erue a framea. ℣. Intẽde animę meę: ⁊ libera eam. ℟. Propter inimicos meos eripe me. Oratio. Queſumus ops deus. Ad vj. añs. Quinquaginta annos nondũ habes, ⁊ Abraham vidiſti? Amẽ dico vobis: anteꝗ̃ Abrahã fieret, ego ſum. Capit.

T U autem dñe ſabaoth, qui iudicas iuſte: ⁊ probas renes, ⁊ corda: videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam dñe deus meus. ℟. De ore leonis libera me dñe. Et a cornibus vnicornium humilitatem meã. ℣. Erue a framea deus animam meam: ⁊ de manu canis vnicam meam. Et a cornibus. Gloria. Reiteretur ℟. De ore. ℣. Ne perdas cũ impijs deus animam meam. ℟. Et cũ viris ſanguinũ vitã meã. Oro. Queſumus ops. Ad ix. Añs. Tulerunt lapides Iudei, vt iacerẽt in eũ: Ieſus autẽ abſcõdit ſe: ⁊ exiuit de templo. Capitulũ.

I Udicaſti domine cauſam animę meę: defenſor vitę meę: dñe deus meus. ℟. Principes perſecuti ſunt me gratis, ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum: Letabor ego ſuper eloquia tua. ℣. Quaſi, qui inuenit ſpolia multa. Letabor ego. Sine Gloria patri. Reiteret. ℟. Principes. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab inſurgentibus in me libera me domine. Oratio. Queſummus ops. Predicta capitula dicantur ad horas.

horas vſque ad cenam domini. ⁊ ℟. ſolum per hanc hebd. qr̄ ex tempore agitur. Ad veſpe. an̄a. Vide do. ps. Dixit. 45. Et cete ri pſal. cum hac ſola. Capitulum.

Dominus De[us] aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorſum nō abiit: corpus meum dedi percutientibus: ⁊ genas meas vellentibus. ℟. In te iacta. Hymnus. Ve xilla regis. ℣. Dederūt in. Ad Mag. an. Abrahā pater veſter exultauit, vt videret diē meum, vidit, ⁊ gauiſus eſt. Oratio.

Da nobis queſumus domine perſeuerantem in tua voluntate famulatum: vt in diebus noſtris: ⁊ merito, ⁊ numero populus tibi ſeruiens augeat. Per dn̄m. Ad complet. vt ſup.

FERIA SECVNDA.

Inuitatorium.

Adoremus dominū: Qui nos redemit per crucem. Hoc inuit. dicat quotidie i ferial. dieb. vſque ad cenā domini. Hymn[us]. Pange lingua. An̄a. Dn̄s defenſor. ps. Dominus illuminatio. ℣. Cetera ad ceteros ℣. Erue a framea.

Secundum Ioannem. Lec. j.

p. 7. In illo tpe: Miſerūt principes, ⁊ Phariſei miniſtros vt apprehēderēt Jeſum. Et reli. Hom. S. Auguſtini epiſcopi.

Quomodo apprehenderēt adhuc nolentē? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, miſſi ſunt vt audirēt docentē. Quid docētē? Dixit ergo eis Jeſus: Adhuc modicū tēpus vobiſcū ſum. Quod modo vultis facere facturi eſtis, ſed nō modo, quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? Quia adhuc modicū tempus vobiſcū ſum: ⁊ nūc vado ad eū q me miſit. Implere debeo diſpenſationē meā, ⁊ ſic puenire ad paſſionē meam. ℟. Ne auertas faciē tuā a puero tuo dn̄e: Quoniā tribulor: velociter exaudi me: propter inimicos meos eripe me. ℣. Intēde animę meę, ⁊ libera eā. Quoniam. Lectio ſecunda.

Quęretis me, ⁊ nō inuenietis: ⁊ vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Hic iam reſurrectionem ſuā prędixit. Noluerūt enim eum agnoſcere pręſentē, ⁊ poſtea quęſierunt, cū viderent in eum multitudinem iā credētē. Magna enim ſigna facta ſūt etiam cū dn̄s reſurrexit, ⁊ aſcēdit i cęlū. Tūc per diſcipulos facta ſūt ſigna magna, ſed ille p illos, q ⁊ p ſeipſū. Ipſe qppe illis dixerat. Sine me nihil poteſtis facere. Quādo claudus ille, q ſedebat ad portā ad vocē Petri ſurrexit, ⁊ ſuis pedibus ambulauit, vt hoīes mirarent, ſic eos allocutus eſt Petrus: q̄ nō i ſua poteſtate iſta fecit, ſed i virtute illi[us] quē ipſi occiderūt: multi cō

puncti dixerūt. Quid faciemus? ℟. Ne perdas cum impijs deus animam meam: Et cum viris ſanguinum vitam meā. ℣. Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo eripe me. Et. Lectio iii.

Viderūt enim ſe ingēti crimine impietatis aſtrictos, quando illum occiderunt quē venerari, et adorare debuerūt: et hoc putabant eſſe inexpiabile. Magnū enim facinus erat, cuius cōſideratio illos faceret deſperare. Sed non debebant deſperare, pro quibus in cruce pendens dñs dignatus eſt orare. Dixerat enim: Pater ignoſce illis, quia neſciūt, quid faciūt. Videbat quoſdā ſuos iter multos alienos. Illis iā petebat veniā, a quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attēdebat, quod ab ipſis moriebat, ſed quia pro ipſis moriebatur. ℟. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te conuertent: Libera me de ſanguinib⁹ deus, deus ſalutis meę. ℣. Domine labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuā. Liber. Gloria. no dicitur, ſed ℟. repetatur. ℟. Docebo. Et ſic fiat in aliis ferialibus diebus. Sacerdos. ℣. Deus meus eripe me. ℟. De manu peccatoris. Et dicatur in ferialibus diebus uſque ad cęnam dñi. In laud. aña. Miſerere. ps. Voſe. 20. Et cęterę ad cęteros. Cap. Confundant. Hym. Luſtris ſex. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. Ad Bñs. an. In die magno feſtiuitatis ſtabat Jeſus, et clamabat, dicēns: ſiquis ſitit, veniat ad me, et bibat. Oratio.

Sanctifica quęſumus dñe noſtra ieiunia: et cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per. Ad i. aña. Appropinquabat autem dies feſtus Judęorū, et quęrebāt principes ſacerdotū, quomodo Jeſum interficerent: ſed timebant plebem. ps. Deus in nomine. 54. Ad iij. aña. Judicaſti domine cauſā animę meę: defenſor vitę meę deus meus. ps. Legem po. Cap. ℟. ℣. dicantur pertotam hebdomadam ſicut in dñica de paſſione. oratio. Sanctifica. Ad vi. aña. Popule meus, quid fecit tibi? aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi. Ad ix. aña. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animę meę? Et ſimiliter hore per totā hebdomadam. Ad veſp. aña. Inclinauit. ps. Dilexi. 52. Et cęterę ad cęteras. Cap. Faciem meam. ℟. Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? Reſpice, et exaudi me domine deus meus. ℣. Qui tribulāt me, exultabūt, ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui. Reſpice. Gloria. Repetatur. ℟. Uſquequo

quęquo, ꝛ victam in fer. ver bet do. Hym. Vexilla. ℣. Dederunt in escam meam fal. Ad magnif. ant. Siquis sitit, veniat ad me, ꝛ bibat: ꝛ de ventre eius fluent aquę vivę. Oratio.

O A quęsumus domine populo tuo salutem mentis, ꝛ corporis: vt bonis operibus inhęrendo: tua semper mereat protectione defendi. Per dñ3. Completorium vt supra.

FERIA TERTIA. Secundum Johannem

IN illo tempore: Ambulabat Jesus in Galileam: non enim volebat in Judęaz ambulare: quia quęrebat eum Judei interficere. Et reliqua.

Omelia S. Augustini episcopi.

IN isto euangelij capitulo, fratres, dñs nr Jesus Christus, secũdum hominem se plurimum commendauit fidei nostrę. Etenim semper hoc egit dictis ꝛ factis suis, vt Deus crederetur ꝛ homo: Deus qui nos fecit, homo qui nos quęsiuit: Deus cũ patre semper: homo nobiscum ex tempore. Nõ enim quęreret quod fecerat, nisi ipse quod fecerat fieri voluisset. Verũ hoc memoriter, ꝛ de cordibus vestris nolite dimittere sic esse Christũ hominem factum, vt non desisteret Deus esse. Manens Deus accepit hominẽ, q fecit hominẽ. ℟. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: ꝛ in ira molesti erant mihi: Vidisti domine ne discedas: ne sileas a me. ℣. Omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandauerunt aduersum me. Vidisti. Lectio secunda.

QVando ergo latuit, vt homo, non potentiam perdidisse putandus est, sed exemplũ nostrę infirmitati prębuisse. Ille enim quando voluit, detẽtus est: quando voluit occisus est. Sed quoniam futura erant mẽbra eius, id est fideles eius qui non haberent illam potestatẽ, quaz habebat ipse dominus noster: quod latebat, quod se tanquam ne occideretur, occultabat: hoc indicabat factura esse membra sua, in quibus vtique membris suis ipse erat. ℟. Vide, quia tribulor: velociter exaudi me. Intende animę meę ꝛ libera eam: propter inimicos meos eripe me domine. ℣. Libera me ab his, qui oderũt me: ꝛ ne auertas faciẽ tuam a puero tuo. Intende animę meę. Lectio iij.

NOn enim Christus in capite, ꝛ non in corpore: sed Christus totus in capite, ꝛ in corpore. Quod ergo mẽbra eius hoc ipse: quod autem ipse, non continuo membra eius. Nam si ipsi non essent membra eius, non diceret Saulo: Quid me persequeris? Non enim Saulus

lus, ipſum ſed membra ei⁹, ideſt fideles eius in terra perſequeba tur. Noluit tamē dicere ſanctos meos, ſeruos meos, poſtremo ho norabilius, fratres meos, ſed me hoc eſt membra mea, quib⁹ ego ſum caput. ℟. Circunde.

In laudib⁹ pſalmi ſecūdū feriã. Cap. hym. ℣. vel. Ad bñs. Añs. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrū ſemper eſt paratum. Oratio.

Noſtra tibi dñe ſint accepta ieiunia: quę nos & expian do gratia tua dignos efficiant: & ad remedia perducant ęter na. Per dominum.

Ad hor. cõ. de die, ꝛc. t. vt ſupra. Ad Vẽſ. Añs. Vos aſcendi te ad diem feſtum hunc: ego ve ro non aſcendam, quia tempus meum nondū aduenit. Oratio.

Da nobis dñe perſeueran tem in tua volūtate famu latū: vt in diebus noſtris & me rito, & numero populus tibi ſer uiens augeatur. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Secundum Iohannem. L. cc. j.

ca. 10. In illo tempore: Facta ſunt encęnia in Ieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ie ſus in templo in portico Salo monis. Et reliqua.

Homi. S. Auguſtini epiſcopi. Encęnia feſtiuitas erat de dicationis templi: Grece enim cęnon dicit nouum: quã docũque enim nouum aliquid fuerit dedicatum, encęnia voca tur: iam vſus habet hoc ver bum: ſiquis noua tunica indua tur, encęniare dicitur. Illum er go diem, quo templum dedica tum eſt, Iudęi ſolenniter cele brabant. Ipſe dies feſtus ageba tur, cum ea quę lecta ſunt locu tus eſt dominus. ℟. De domi nica. Adiutor. Lectio ſecunda.

Hyems erat, & ambulabat Ieſus in templo in portico Salomonis. Et circundederūt ergo eum Iudęi, & dicebãt ei: Quouſq; animam noſtrã tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis pa lam? Non veritatẽ deſiderabãt, ſed calumniam pręparabant. Hyems erat, & ideo frigidi erãt. Ad illum enim diuinum ignẽ accedere pigri erant: ſed acce dere, eſt credere: qui credit, acce dit: qui negat recedit. Non mo uetur anima pedibus, ſed affe ctibus. ℟. In proximo. L. iij.

Riguerant diligendi chari tate, & ardebant nocẽdi cu piditate. Longe aberant, & ibi erant: non accedebant credẽdo, & premebant perſequẽdo. Quę rebant audire a domino, Ego ſum Chriſtus, & fortaſſe de Chri ſto ſecundum hominẽ ſapiebãt. Prędicauerunt enim prophe tę Chriſtū ſed diuinitatẽ Chri ſti, & in prophetis, & in ipſo euan gelio, nec heretici intelligunt: quan

quãto min⁹ Iudei, quãdiu velamen eſt ſuper cor eorum? ℟. In te. Ad Bñs. Aña. Oues meę vocem meã audiunt, ⁊ ego dominus cognoſco eas. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliũ miſerator illuſtra: ⁊ quibus deuotionis pręſtas affectum: prębe ſupplicantibus piũ benignus auditum. Per dominum.

Ad Mag. Aña. Multa bona opera operatus ſum in vobis: propter quod opus vultis me occidere? Oratio.

EXaudi quęſumus domine gemitum populi tui ſupplicantis: vt, qui de meritorũ qualitate diffidimus: non iudicium tuum: ſed miſericordiam conſequi mereamur. Per dominũ.

FERIA QVINTA.

Secundum Lucam. Lectio I.

IN illo tempore: Rogabat Ieſum quidam Phariſęus, vt manducaret cum illo: ⁊ ingreſſus domũ Phariſęi diſcubuit. Et reliqua.

Hom. Sancti Gregorij Papę.

COgitanti mihi de Marię Magdalenę pęnitentia, flere magis libet, quam aliquid dicere. Cuius enim vel ſaxeum pectus illę huius peccatricis lacrymę ad exemplum pęnitendi non emolliant? Conſiderauit namque quod fecit, ⁊ noluit moderari quid faceret. Super cõuiuantes ingreſſa eſt, non iuſſa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Diſcite quo dolore ardet, quę flere ⁊ inter epulas nõ erubeſcit. ℟ia de prima turba dicantur. Lectio ſecunda.

HAnc vero quã Lucas peccatricem mulierem, Iohãnes Mariam nominat: illam eſſe Mariam credimus, de quã Marcus ſeptem dęmonia eiecta fuiſſe teſtatur. Et quid per ſeptem dęmonia, niſi vniuerſa vitia deſignantur? Quia enim omne tempus ſeptem diebus cõprehenditur, recte ſeptennario numero vniuerſitas figuratur. Septem ergo dęmonia Maria habuit, quę vniuerſis vitiis plena fuit. Lectio tertia.

SEd ecce quia turpitudinis ſuę maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordię cucurrit: conuiuantes non erubuit: nam quia ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit quod verecundaretur foris. Quid igitur miramur fratres? Mariam venientem, an dominum ſuſcipientem? ſuſcipientem dicam, an trahentem? ſed melius dicam trahentem, ⁊ ſuſcipientem: quia nimirum ipſe eam per miſericordiam traxit intus, qui per manſuetudinem ſuſcepit foris.

Ad Benedictus. Antiphona. Magiſter dicit tempus prope

eſt: apud te facio paſcha, cum diſcipulis meis. Oratio.

Præſta quæſumus omnipotẽs deus: vt dignitas cõditionis humanæ per immoderantiã ſauciata: medicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur. Per dominũ.

Ad Benedictus. Aña. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ, anteq̃ patiar. Oratio.

Eſto domine q̃ſumus propitius plebi tuæ: vt, quæ tibi non placent, reſpuentes: tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per.

FERIA SEXTA.

Lectio ſancti euang. ſecundum Johãnem. L. j.

In illo tempore: Collegerũt pontifices & Phariſæi concilium: & dicebant, Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Et reliqua.

Homi. S. Auguſtini epiſcopi.

Pontifices & Phariſæi ſibi cõſulebant: nec tamẽ dicebant, credam⁹. Plus enim perditi homines cogitabãt quomodo nocerẽt, vt perderent, quam quomodo ſibi conſulerent, ne perirent. Et tamen timebant, & quaſi cõſulebant: dicebãt enim, Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittim⁹ eum ſic, omnes credent in eũ, & venient Romani, & tollent locũ noſtrum, & gentem. Temporalia quidem perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, & ſic vtrunque amiſerunt.

℟. de ſecunda turba. Lectio ij.

Nam & Romani poſt dñi paſſionem, & glorificationẽ tulerunt eis locum, & gentẽ, expugnando, & transferendo: & illud eos ſequitur, quod alibi dictum eſt: Filij autem regni ibũt in tenebras exteriores. Hoc autem timuerunt: ne ſi omnes in Chriſtum crederent, non remaneret, qui aduerſus Romanos ciuitatẽ Dei templumq; defenderet, quoniam contra ipſum templum, & contra ſuas paternas, leges doctrinam Chriſti eſſe ſentiebant. Lectio tertia.

Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cũ eſſet pontifex anni illius dixit illis: Vos neſcitis quicquã nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a ſeipſo non dixit, ſed cũ eſſet põtifex anni illius prophetauit. Hic docemur, etiam homines malos propheticæ ſpiritu futura prædicere. Quod tamen euangeliſta diuino tribuit ſacramẽto, q͡a pontifex fuit, id eſt ſummus ſacerdos. Ad Benedictus. aña. Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. Oratio.

Cordibus noſtris domine ſpiritum ſanctũ benignus infunde: vt, peccata noſtra ca-

caſtigatione voluntaria cohibẽ-
tes: temporaliter potius mace-
remur, quam ſupplicijs depute
mur ęternis. Per dominum.
Ad Magnificat. Antiphona.
Principes ſacerdotum cõſiliũ
fecerunt, vt Jeſum occiderent
dicebant autem, non in die fe-
ſto: ne forte tumultus fieret in
populo. Oratio.
Concede quęſumus omni
potens deus: vt, qui prote-
ctionis tuę gratiam quęrimus:
liberati a malis omnibus, tibi
ſecura mente ſeruiamus. Per.

SABBATHO.

Secundum Joannem. Lect. j.
In illo tempore: Subleuatis
Jeſus oculis in cęlum dixit:
Pater, venit hora, clarifica fi-
lium tuum. Et reliqua.
Homi. Sancti Auguſtini epi.
Poterat dñs noſter vnige-
nitus, & coęternus patri, in
forma ſerui, & ex forma ſerui, ſi
hoc opus eſſet, orare ſilentio: ſed
ita ſe patri exhibere voluit pre-
catorẽ, vt meminiſſet noſtrũ ſe
eſſe doctorẽ. Proinde eã, quam
fecit orationẽ pro nobis, notam
fecit & nobis, qm̃ tanti magiſtri
nõ ſolũ apud ipſos ſermocina-
tio, ſed etiã ipſius ꝓ ipſis ad pa-
trẽ oratio, diſcipulorũ eſt ędifi-
catio: & ſi illorum, qui hęc dicta
aderãt audituri profecto & nr̃a,
qui fueramus cõſcripta lecturi.
℟. De tertia turba. Lectio ij.

Quapropter hoc quod ait:
Pater venit hora clarifi-
ca filiũ tuũ: oſtẽdit oẽ tẽpꝰ, & qđ
& quãdo faceret, vel fieri ſineret
ab illo eſſe diſpoſitũ, q tpi ſub
ditus nõ eſt: qm̃ quę futura erãt
ꝑ ſingula tẽpora, in Dei ſapiẽtia
cauſas efficiẽtes habẽt, i qua nul
la ſunt tẽpora. Non ergo creda
tur hęc hora fato vrgente veniſ-
ſe, ſed Deo potius ordinãte: nec
ſiderea neceſſitas Chriſti conſtri
xit paſſionem: abſit enim vt ſi-
dera mori cogerent ſiderũ con-
ditorem. Lectio tertia.
Clarificatũ a patre filiũ nõ
nulli accipiũt in hoc ꝙ ei
nõ pepercit: ſed ꝓ nobis oĩbus
tradidit eũ: ſed ſi paſſione clari
ficatus dicitur, quanto magis
reſurrectione? nam in paſſione
magis eius humilitas quam cla
ritas commendatur, Apoſtolo
atteſtante qui dicit: Humiliauit
ſemetipſum factus obediẽs vſq;
ad mortẽ, mortẽ autem crucis.
Deinde ſequitur, & de eius clari
ficatiõe iã dicit, Propter qđ &
Deus illũ exaltauit, & donauit ei
nomẽ qđ eſt ſup oẽ nomẽ: vt in
noĩe Jeſu omne genuflectatur,
cęleſtium, terreſtrium, & infer-
norum, & omnis lingua cõfitea-
tur quia dominus Jeſus Chri-
ſtus i gloria eſt Dei patris. Hęc
eſt glorificatio domini noſtri Je
ſu Chriſti: quę ab eius reſurre-
ctione ſumpſit exordium.

neris te nitiori: & multiplicaueris tibi herbam borit: maculata es in iniquitate tua coram me dicit dominus. ℟. Attende domine ad me, & audi vocem aduerſariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animę meę? ℣. Memento pacis meę, in quo ſperaui: ampliauit aduerſum me ſupplantationem. Nunquid. Gloria patri. non dicitur, ſed reiteretur ℟. Attende domine. In iii. noct. vt ſup. Lectio quarta.

Psalmi viceſimi primi, qui lectus eſt, ſeriem decurſuri: prius debemus inſpicere, quid in ſuperficie contineat: vt cognita eius origine: intelligentiam ipſius facilius conſequamur. Et manifeſto capite poſſint mēbra citius diſtingui. ℟. Concluſit vias meas inimic⁹, inſidiator factus eſt mihi: ſicut leo in abſcondito repleuit, & inebriauit me amaritudine: deduxerunt in lacum mortis, vitam meam, & poſuerunt lapidem contra me: Vide domine iniquitatem eorum, & iudica cauſam animę meę: defenſor vitę meę. ℣. Factus ſum in deriſum omni populo meo: cāticum eorū tota die. Vide. L. v.

Inſcribitur enim ita in fine pro ſuſceptione matutina pſalmus ipſi Dauid. Niſi fallor: ſuſceptio matutina: Solis ante ortum venis. Et, priuſquam radiorum clarus ſplendor illuminet matutinum, noctium tenebris terminum ponit: ac, reſoluta caliginum cęcitate, rebus cunctis facies quędam luminis funditur. ℟. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquę, vſque ad animam meam: ne auertas faciem tuam a me. Quoniam tribulor: exaudi me deus meus. ℣. Intende animę meę, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. Quoniam tri. Lectio ſexta.

Et cum velut ſub vna materia tenebrarum mūdus iacuerit matutino interueniente diuerſa ſpecierum varietate diſtinguitur: Hoc eſt, cū omnia cęca fuerint, oculi omnium reparantur. ℟. Noli eſſe mihi dn̄e alienus, parce mihi in die mala confundantur omnes, qui me perſequuntur: Et non confundar ego. ℣. Confundantur omnes inimici mei. Et Gloria. Nō dicitur, ſed reiteretur ℟. Noli. In tertio noctur. Antiphonę, pſalmi, & ℣. vt ſupra. Secundum Mattheum xxi.

In illo tempore: Cum appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti: tunc miſit duos diſcipulos ſuos, dicens: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea. Soluite, & adducite mihi. Et reliqua.

Homi-

Homilia venerabilis Bede pre ſbyteri. Lectio ſeptima.

Mediator dei, et hominum, homo Chriſtus Jeſus: qui pro humani generis ſalute paſſurus de cȩlo deſcenderat ad terras: appropinquante hora paſſionis eiuſdem: appropinquare voluit loco paſſionis: vt etiam per hoc clareſceret: quod non inuitus: ſed ſpōtaneus pateretur. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem Hebrȩorum, pueri reſurrectionem vitȩ pronunciantes, Cum ramis palmarum hoſanna clamabant in excelſis. Cum audiuiſſet populus, quia Jeſus venit Jeroſolymam, exierunt obuiam ei. Cum ramis palmarum. Lectio octaua.

In aſino venire: et a turbis rex appellari, ac laudari voluit: vt etiam eruditus per hoc quiſque agnoſceret, ipſum eſſe Chriſtum: quem ſic illo venturū prophetia olim prȩmiſſa ſignauerat. Ante quinque dies paſchȩ venire voluit ſicut ex euangelio Johannis didicimus: vt etiam per hoc oſtenderet ſe eſſe agnum immaculatum, qui peccata tolleret mundi. Dominus meeum eſt, tanquam bellator fortis, propterea, perſecuti ſunt me, et intelligere non potuerunt: Domine probans renes, et corda, tibi reuelaui cauſam meā. Et vix facie b ſt, q̄ q̄rebāt mala mihi, et locuti ſunt vanitates. Dn̄e. Lectio nona.

Agnus quippe paſchalis, cuius immolatione populus Iſrael eſt ab Ægyptia ſeruitute liberatus: ante quinque dies paſchȩ, id eſt, quartadecima Luna ad veſperum iuſſus eſt tolli: atque immolari: ſignificans eum, qui nos ſuo ſanguine redempturus erat ante quinque dies paſchȩ, id eſt, hodierna die, magno prȩcedentium ſequentiumque populorum gaudio, ac laudatione deductum venit in templū dei: et erat quotidie docens in eo. R. Circundederunt. Gloria. Sed d. re. tertur. Sacer. V. De ore leonis libera me domine. R. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. In laud. Aña. Dominus deus auxiliator meus: et ideo nō ſum cōfuſus. ps. Miſerere. 50. Aña. Circundantes circundederūt me: et in nomine dn̄i vindicabor in eos. ps. Confitemini. 62. Aña. Judica cauſam meā: defende me, quia potens es domine. ps. Deus, deus. 70. Aña. Cum angelis et pueris fideles inueniantur triumphatori mortis: clamantes hoſanna in excelſis. ps. Benedicite. Antiphona. Confundantur qui me perſequuntur, et non confundar ego: domine deus meus. ps. Laudate. Cap. Dominus deus aperuit. Hymn. Luſtris ſex. V. Eripe me domine ab homine malo. R. A viro

viro iniquo libera me. Ad Be-nedictus. Aña. Turba multa, quę conuenerat ad diem feſtū, clamabat ad dominum, dicens: benedictus, qui venit in nomine dñi: hoſanna in excelſis. Oratio.

O Mnipotēs ſempiterne de⁹: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplū, ſaluatorem noſtrum carnem ſumere, ⁊ crucē ſubire feciſti: concede propitius: vt ⁊ patientię ipſius habere documenta: ⁊ reſurrectionis conſortia mereamur. Per. Ad i. Aña. Occurrunt turbę cum floribus ⁊ palmis redēptori obuiā: ⁊ victori triumphanti digna dant obſequia: filium dei ore gentes prędicant: ⁊ in laudes Chriſti voces tonant per nubila, hoſanna. Pſal. ⁊c. vt ſup. Dñica mat. de trinit.

Ad i. Aña. Pueri Hebręorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino, clamantes, ⁊ dicentes: hoſanna in excelſis. Cap. Faciem meā. R. Fratres mei. V. Amici mei. Hymnus Gloria. V. Intende animę meę. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus. Ad iij. Aña. Pueri Hebręorum veſtimenta proſternebant in via, clamantes, ⁊ dicētes: hoſanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine domini. Cap. Tu autem domine Sabaoth. R. Attende domine ad. V. Homo pacis. Gloria. V. Ne perdas cum impijs. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus. Ad ix. Aña. Hoſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael: hoſanna in excelſis. Cap. Iudicaſti domine. R. Saluū me fac. V. Intende animę meę. Hymnus Gloria. V. Eripe me de inimicis meis. Oratio. Omnipotens. Ad veſp. Aña. Domine deus. Ps. Dixit dominus. ⁊c. ad cet. Cap. Domin⁹ deus ap. R. Ingrediente domino. Hymn. Vexilla ⁊c. V. Dederunt in eſcam. Ad Mag. Aña. Cęperunt omnes turbę deſcendentium gaudentes laudare dominum voce magna ſuper omnes, quas viderant, virtutes, dicentes: benedictus, qui venit in nomine domini: pax in terra, ⁊ gloria in excelſis. Oratio.

U T quęſumus nobis miſericors de⁹: vt, quod in filij tui paſſione mundus exercuit: ſalutare nobis fideliter ſentiam⁹. Per eundem dominum no. Completorium. vt ſupra.

FERIA SECVNDA.

Inuit. Adoremus dominum: Qui nos redemit per crucem. Ps. Venite. Hymn. Pange. Aña. Dominus defenſor. Ps. Dñs illuminatio. Et cętera ad cęte. V. Erue a framea.

Secundum Iohannem. L.

I N illo tēpore: Ante ſex dies Paſchę venit Ieſus Bethania.

nia, vbi fuerat Lazarus mortuꝰ, quem ſuſcitauit Jeſus. Ex rel.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

NE putarent homines phantaſma eſſe factū quia mortuus reſurrexit, Lazarus vnus erat, ex recūbentibus: viuebat: loquebatur: epulabatur: veritas oſtēdebatur: infidelitas Judęorum confundebatur. Diſcumbebat ergo Jeſus cum Lazaro, ⁊ cęteris: miniſtrabat Martha vna ex ſororibꝰ Lazari. Maria vero altera ſoror Lazari accepit librā vnguenti nardi piſtici pretioſi, ⁊ vnxit pedes Jeſu, ⁊ exterſit capillis ſuis pedes eius, ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguēti. Factum audiuimus: requiramus myſterium. ℞. Viri impij dixerunt, opprimamus virum iuſtum iniuſte: ⁊ deglutiamus eū tanquam infernus viuum: auferamus memoriam illius de terra: ⁊ de ſpolijs eius ſortem mittamus inter nos: ipſi enim homicidę theſaurizauerunt ſibi malum: inſipientes: Et maligni oderunt ſapientiam: ⁊ rei facti ſunt in cogitationibus ſuis. ℣. Hęc cogitauerunt, ⁊ errauerūt: excęcauit enim illos malitia eorum. Et. Lectio ſecunda.

QUecunq; anima fidelis vis eſſe cum Maria, vnge pedes domini pretioſo vnguento. Vnguentum illud iuſtitia fuit, ideo libra fuit. Erat autem vnguentum nardi piſtici pretioſi. Quod ait, piſtici, locum aliquē credere debemus, vnde hoc erat vnguentum pretioſum. Nec tamē hoc vacat, ⁊ ſacramento optime conſonat: piſtis, Grece, Latine dicitur fides. Quęrebas operari iuſtitiam, iuſtus ex fide viuit. Unge pedes Jeſu bene viuēdo, dominica ſectare veſtigia, capillis terge: ſi habes ſuperflua, da pauperibus, ⁊ domini pedes terſiſti. Capilli enim ſuperflua corporis videntur. Habes quod agas de ſuperfluis tuis, tibi ſuperflua ſunt, ſed domini pedibus neceſſaria ſunt: forte in terra domini pedes indigent. ℞. Dixerunt impij apud ſe nō recte cogitantes: circumueniamus iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris: promittit ſe ſcientiam dei habere: filium dei ſe nominat: ⁊ gloriatur patrem ſe habere deū: Videamus, ſi ſermones illius veri ſunt, ⁊ ſi eſt vere filius dei: liberet illum de manibus noſtris: morte turpiſſima condemnemus eum. ℣. Viri impij dixerunt, opprimamus virum iuſtum iniuſte: ⁊ de ſpolijs eius ſortem mittamus. Videamus. Lectio tertia.

DE quibus enī niſi de mēbris ſuis in fine dicturus eſt: Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis? ſuperflua veſtra impendiſtis: ſed pedibus

meis

meis obſecuti eſtis. Domus autem reple ta eſt odore: mundus impletus eſt fama bona: nã bonus odor fama bona eſt. Qui male viuunt, et Chriſtiani vocãtur, iniuriã Chriſto faciunt, de quibus dictum eſt quod per eos nomen Dei blaſphematur. Si per tales nomẽ Dei blaſphematur, per bonos nomen dei laudatur. Audi apoſtolum: Chriſti bonus odor ſumus inquit, in omni loco. ℟. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui: abſq; miſericordia quęſierunt me interficere: et non pepercerunt in faciẽ meã ſpuere: et lanceis ſuis vulnerauerunt me: et concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Ego autem exiſtimabam me tanquam mortuũ ſuper terram. ℣. Et dederunt in eſcam meam fel, et in ſiti mea potauerunt me aceto. Ego. Gloria. non dicitur; ſed reiteretur. ℟. Inſurrexerũt. Sacerd. ℣. Deus meus eripe me. In laudib. aña. Faciem meã non auerti ab increpantibus et conſpuentibus in me. Ps. Miſerere. 22. Aña. Framea ſuſcitare aduerſus nos, qui diſpergunt gregem meum. Ps. Verba mea. 2. Aña. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, quos appretiatus ſuũ ab eis. Ps. Deus, deus 70. Aña. Inundauerunt aquę ſuper caput meum: dixi, perij, inuocabo nomen tuum domine deus. Ps. Confitebor. 17. Aña. Labia inſurgentium et cogitationes eorum vide domine. Ps. Lauda. 69. Cap. Dominus deus aperuit. Hym. Luſtris ſex. ℣. Eripe me domine ab homine. Ad Benedictus aña. Non haberes in me poteſtatem, niſi deſuper datum tibi fuiſſet. Oratio.

Da quęſumus omnipotẽs deus, vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filii tui paſſione reſpiremus. Per eundem. Ad j. aña. Faciẽ meã. Ps. Deus in no. Ad hor. aliç. de laud. Cap. ℟. ℣. de dominica cũ oratione. Da quęſumus omnipotẽs deus. vt ſup. Ad veſp. aña. Inclinauit. Ps. Dile. 47. cęt. ad cęt. Cap. Confundantur. ℟. Nolli eſſe mihi. Hym. Vexilla re. ℣. Dederunt. Ad Mag. aña. Mittens hęc mulier in corpus meũ hoc vnguentum: ad ſepeliendum me fecit. Oratio.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ad beneficia recolenda: quibus nos inſtaurare dignatus es: tribue venire gaudẽtes. Per domi. Compl. vt ſup.

FERIA TERTIA.

Inuit. Hym. vt ſup. Aña. Ut nõ delin. Ps. Dixi cuſtodi. cęt. ad cęte. ℣. Erue a fra. Lect. iij. de Here. proph. Lectio prima.

Quomodo cõfunditur fur, quãdo deprehenditur, ſic con-

cõfuſi ſunt domus Iſrael, & ph. & reges eorum, principes, & ſacerdotes: & prophetę eorum: dicentes ligno: pater meus es tu: & lapidi, tu me genuiſti: Uerterunt ad me tergum: & non faciē: & in tempore afflictionis ſuę dicent: Surge, & libera nos. Hęc dicit. ℟. Deus Iſrael propter te ſuſtinui opprobrium: operuit reuerētia faciem meam: extraneus factus ſum fratribus meis: & hoſpes filijs matris meę: Quoniam zelus domus tuę comedit me. ℣. Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. Oratio.

Ubi ſunt dij tui, quos feciſti tibi? Surgant, & liberent te in tēpore afflictionis tuę: ſm numerum quippe ciuitatū tuarum erant dij tui Iuda. Quid vultis mecum iudicio cōtendere, & oēs dereliquiſtis me: dicit dñs? Hęc dicit. ℟. Contumelias & terrores paſſus ſum ab eis, qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meū, dicentes: Decipiamus eū: & preualeamus illi: ſed tu dñe mecum es tanq̄ bellator fortis: cadant in opprobrium ſempiternū: & videam vindictam in eis: quia tibi reuelaui cauſam meam. ℣. Dēs inimici mei cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandauerunt aduerſum me, dicentes Decipiamus. Lectio tertia.

Fruſtra percuſſi filios Iſrael: diſciplinam non receperunt. Deuorauit gladius veſter prophetas veſtros: quaſi leo vaſtator generatio veſtra. Hęc dicit. ℟. Uide, qm tribulor, exaudi me. Intende animę meę, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. ℣. Libera me ab his, qui oderunt me. Intende. Gloria. Non dicitur ſed repetetur ℟. Uide. Sacer. ℣. Deus meus eripe me. ℟. De manu peccatoris. In laud. ant. Uide domine, & conſidera, quoniam tribulor: velociter exaudi me. Ps. Miſerere. &c. Ant. Diſcerne cauſam meam domine: ab homine iniquo, & doloſo eripe me. Ps. Iudica me. &c. Ant. Dum tribularer clamaui ad dominum de ventre inferi, & exaudiuit me. Ps. Deus, deus. 62. Ant. Domine vim patior: reſponde pro me: quia neſcio quid dicā inimicis meis. Ps. Ego dixi. &c. Ant. Dixerunt impij: opprimamus virū iuſtum qm̄ contrarius eſt operibus noſtris. Ps. Laudate. Cap. hym. ℣. vt ſup in feria ij. Ad Bñs añ. Poteſtatē habeo ponēdi animā meā: & iterū ſumēdi eā. Oratio.

Omnipotēs ſēpiterne deus: da nobis ita dominicę paſſionis ſacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per. Ad j. aña. Uide domine. Cetera vt ſup. Ad hor. añ. de laud. Cap. ℟. ℣. de dominica. Oratio. Omnipotens ſempiterne

terne deus. Ad veſp añę, ꝛ pſal. feriales. Cap. R. Hym. V. vt in ñ. fer. Ad Mag. añа. Conſiliũ fecerunt inimici mei dicentes: conteramus eum de terra viuentium. Oratio.

Ua nos miſericordia deus ꝛ ab omni ſusceptione vetuſtatis expurget: ꝛ capaces ſanctę nouitatis efficiat. Per dominum ꝛc. Compl. vt ſupra.

FERIA QVARTA.

Inuit. hym. vt ſup. in. Auertit dominus. Ps. Dixit inſipiẽs. 21. Et cetere ad ceteros. V. Erue a framea. Lectio tertia de Jeremia. Lectio prima.

Uidete verbum dñi. Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli: aut terra ſerotina? Quare ergo dixit populus meus, receſſimus: nõ veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiſcitur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſcię pectoralis ſuę? Populus vero meus oblitus eſt mei diebus innumeris. Hęc dicit dñs deus. R. Synagogę populorũ circundederũt me, ꝛ nõ reddidi retribuentibus mihi mala. Cõſumet domine nequitia peccatorum, ꝛ diriges iuſtũ. V. Judica me dñe ſm iuſtitiam meam: ꝛ ſm innocentiam meam ſuper me. Conſumetur. Lectio ſecunda.

Quid niteris bonã oſtẽderę viã tuã ad quęrendã dilectionẽ? Quę inſuper ꝛ malitias tuas docuiſti vias tuas, ꝛ in manibus tuis inuentus eſt ſanguis animarũ pauperum ꝛ innocentium. Hęc dicit. R. Dñs mecum eſt. Require ſeptimum R. dominicę [illegible]. Lectio tertia.

Non in foſſis inueni eos: ſed in omnibus, quę ſupra memoraui. Et dixiſti, abſq; peccato ꝛ innocens ego ſum: propterea auertatur furor tuus a me. Hęc dicit. R. Circundederunt. [illegible] Deus meꝰ eripe me. In laudib. Libera me de ſanguinibus deus, deus meus: ꝛ exaltabit lingua mea iuſtitiam tuam. Ps. Miſerere. 20. An. Cõtumelias ꝛ terrores paſſus ſum ab eis, ꝛ dñs mecũ eſt tanq̃ bellator fortis. Ps. Te dec. 25. An. Ipſi vero in vanũ q̃ſierũt animã meam: introibunt in inferiora terrę. Ps. Deus, deus. 62. An. Oẽs inimici mei audierunt malũ meũ, dñe lętati ſunt, qm̃ tu feciſti. Ps. Exultauit. 25. An. Alliga dñe in vinculis nationes gẽtiũ: ꝛ reges eorum in compedibus. Ps. Laudate. Cap. hym. ꝛ v. vt ſup. Ad Benedictus Antiphona. Simon dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecum?

Reſta q̃s oñs deus: vt, qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur: vnigeniti tui paſſione reſpiremus. Per domi. Ad horas añę de lau. oratio ſicut ad mat. ꝛc. vt ſupra.

Proſtrationes ꝛ preces ob reuerentiam cene dominice in nona dimittantur. In miſſa tamen proſtrationes fiant modo conſueto, ꝛ ad paſſionem non abſtrahatur velum, ſed dum legitur hoc verbum Uelum tẽpli ſciſſum deponatur.

Ad veſp. vt i feſto ix. lect. añe. Beat⁹ vir. ps. Miſi domin⁹ 57 Et cetere ad ceteros. Cap. Confundantur. R. Circundederũt. Hym. Uexilla rc. V. Dederũt. Ad Mag. An. Quotidie apud vos eram in tẽplo docens, ꝛ non me tenuiſtis: ꝛ ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum. Oro.

Reſpice queſumus domine ſuper hanc familiam tuã: pro qua dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium: ꝛ crucis ſubire tormentum. Qui tecum. Ad complet. ana. Miſerere. ps. Cum inuoc. 2. cetera R. In manus tuas. Hym. Chriſte, q lux. Ad nunc dimittis. Antipho. Uigilate. Et cetera, vt ſupra.

IN CENA DOMINI



A fer. v. ad [illegible] ꝛ ad hor. ꝛ ad miſſã pulſet modo conſueto: poſtquam autem dicta hac ad miſſam campana pulſata eſt: nullum ſignum deinceps fiat cum campanis: ſed tantũ ſonetur tabula vſq; ad vigiliã Paſche, quãdo cantatur Gloria in ex. Hiis quatuor diebus ſeq. prior officium faciat.

In cena domini ſexta feria, ꝛ ſabbato: nõ dicatur, Domine labia mea. Nec, Deus in adiutorium. Nec. Gloria patri. Nec. Et ne nos. Nec. Benedicam⁹. Nec. Jube domne. Niſi in capit. ſ. Preciosa. ꝛ quod ſequitur dicatur ſicut in alijs diebus. Quinq; candele ad tenebras accendantur, que in fine quinque antiphonarum de laud. ſingule extinguantur: ita vt extrema extinguatur in inceptione añe ad benedictus. Cum igitur fratres ad tenebras conuenerint finita pulſatione, ꝛ candelis accenſis, inclinent ſe: ꝛ ſic dicto Pr nr. ꝛ Credo. ad ſignum prioris ſe erigant: ꝛ ſignent ſe ſigno crucis: ꝛ aliquis de inferioribus ſtans incipiant hanc antiphonam. Zelus domus tue comedit me: ꝛ opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. ps. Saluum me. 25. Ana. Auertantur retrorſum: ꝛ erubeſcant, qui cogitant mala mihi. ps. Deus in adiuto. 26. Ana. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ps. In te. 26. V. Exurge domine. R. Iudica cauſam meã. ꝛ dicatur hic pneumate cum notis.

Fa.fa.fa.mi.mi. Et eodem modo iiij versus dicantur. Dicto Pater noster. Ad signum prioris incipiat, qui leget primam lectionem. Lec. iij. de lamentatione Jeremie prophete legantur s. Quomodo sedet. In fine lamentationum dicatur. V. Jerusalez, Jerusalem conuertere ad dominum deum tuuz. Et ita fiat duobus diebus sequen.

Incipiunt lamentationes Jeremie prophete: ex titulis inchoantes cum absolutione literarum hebraicarum. Lectio i. Aleph.

Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentiũ: princeps prouinciaruz: facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte: et lachrime eius in maxillis eius. Non est, qui consoletur eaz, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam: et facti ſunt ei inimici. Gimel. Migrauit Judas propter afflictionem et multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes: nec inuenit requiez. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias. Jeruſalem, Jeruſalem. Sine reſponſione Deo gratias. Et ſic fiat in lect. ſequentibus vſque ad quintam feriam excluſiue. R. In monte oliueti oraui ad patrem: pater ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte: ſpiritus quidem promptus eſt: caro autem infirma. Fiat voluntas tua. V. Uerumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Fiat.

Lectio ſecunda. Daleth.

Uie Sion lugent eo, quod non ſint, qui veniant ad ſolennitatem. Omnes porte eius deſtructe: ſacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualide: et ipſa oppreſſa amaritudine. He. Facti ſunt hoſtes eius in capite: inimici eius locupletati ſunt: quia dominus locutus eſt ſuper eam: propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciez tribulantis. Jeruſalem. R. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, et vigilate mecum. Nunc videbitis turbam, que circundabit me: vos fugam capietis: et ego vadam immolari pro vobis. V. Uigilate, et orate, vt non intretis in tentationem. Nunc.

Lectio tertia. Uau.

Et egreſſus eſt a filia Sion omnis decor eius: facti sũt omnes principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: et abierunt abſque fortitudine ante faciez ſubſequentis. Zai. Et recordata eſt Jeruſalez dieruz afflictionis ſue, et preuaricationis omnium deſiderabilium ſuorũ et que habuerat a diebus antiquis: cum caderet populus eius in manu hoſtili: et non eſſet auxiliator.

ſlator. Viderunt eam hoſtes: et deriſerunt ſabbata eius. Jeruſalem, Jeruſalem. ℟. Ecce vidimus eum non habentem ſpeciẽ neqȝ decorem: aſpectus eius in eo non eſt: hic peccata noſtra portauit: pro nobis dolens: ipſe autez vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Vere languores noſtros ipſe tulit: et dolores noſtros ipſe portauit. Cuius ℟. Repetetur. An ii. noct. añ. Liberauit dominus pauperem a potente: et inopem, cui non erat adiutor. ps. Deus iud. 27. Añ. Cogitauerunt impij et locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt. ps. Quaz bo. 27. Añ. Exurge domine: et iudica cauſam meam. ps. Ut quid deus. 28. ℣. Deus meus eripe me. ℟. De manu peccatoris. Lectio iii. de ps. Exaudi Deus o. Sermo beati Auguſtini epi, ſed dicitur ſine titulo. Lectio quarta.

Exaudi deus orationẽ meá, dum tribulorra timore inimici eripe animam meam. Seuierunt inimici in martyres. Quid orabat iſta vox corporis Chriſti? Hoc orabat, vt erueren tur ab inimicis: et non eos occidere poſſent inimici. ℟. Amicus meus oſculi me tradidit ſigno: quem oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum: hoc malum fecit ſignum: qui per oſculum adimpleuit homicidium. Infelix pretermiſit pretium ſanguinis: et in fine laqueo ſe ſuſpẽdit. ℣. Melius erat illi, ſi natus non fuiſſet. Infelix. Lectio quinta.

Ergo exauditi non ſunt? quia occiſi ſunt: et deſeruit deus contritos corde, ſeruos ſuos, et ſperantes in ſe deſpexit? Abſit. Quis enim inuocauit dominum, et derelictus eſt? Quis ſperauit in eum, et deſertus eſt ab eo? Exaudiebantur ergo, et occidebantur: et tamen ab inimicis eruebantur. ℟. Eram quaſi agnus innocens, ductus ad immolandum, et neſciebam: et conſiliuz fecerunt inimici mei aduerſum me, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem eius: et eradamus de terra viuentium. ℣. Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum mandauerunt aduerſum me, dicentes. Venite.

Lectio ſexta.

Ilij timentes cõſentiebãt, et viuebant: et tamen ab inimicis abſorbebãtur: occiſi eruebantur: viuentes abſorbebantur. Inde eſt illa vox gratulationis: forſitan viuos abſorbuiſſent nos. Multi abſorpti: et viui abſorpti: multi mortui abſorpti: qui putauerunt inanem eſſe fidem Chriſtianam: mortui abſorpti ſunt. ℟. Una hora non potuiſtis vigilare mecum? qui exhortabamini mori p me. Vel Judam

dam non videtis quomodo non dormit: ſed feſtinat tradere me Judeis? ℟. Dormite iam ⁊ requieſcite: ecce appropinquabit, qui me traditurus eſt. Vel. ℟. Miſereretur. In iij. noct. Añ. Dixi iniquis: nolite loqui aduerſus deum iniquitatem. ℣. Conſtebimur. 28. Añ. Terra tremuit ⁊ quieuit, dum reſurgeret in iudicio deus. ℣. Notus in iudea. 28. Añ. In die tribulationis mee deum exquiſiui manibus meis. ℣. Voce mea. 29. ℣. Homo pacis mee, in quo ſperabam. ℟. Ampliauit ſuper me ſupplantationem. Lect. iij. de Paulo apoſtolo. Lectio vij.

Conuenientibus vobis in vnum, iaʒ non eſt dominicam cenam manducare. Vnuſquiſque enim ſuam cenam preſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit: alius auteʒ ebrius eſt. Nunquid domos nō habetis ad manducandum ⁊ bibendum: aut eccleſiam dei contemnitis, ⁊ confunditis eos, qui non habent. Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. ℟. Seniores populi conſilium fecerunt, vt Jeſum dolo tenerent, ⁊ occiderent: Cum gladijs ⁊ fuſtibus exierunt tanquam ad latronem. ℣. Cogitauerunt iniquitatem ſuam: ⁊ egrediebantur foras, Cum gladijs. Lectio octaua.

Ego eniʒ accepi a domino, quod ⁊ tradidi vobis: quoniam Dominus noſter Jeſus Chriſtus in qua nocte tradebatur: accepit panem: ⁊ gratias agēs fregit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ comedite. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter ⁊ calicem poſtquam cenauit, dicens. Hic calix nouum teſtamentuʒ eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcū que biberis in meaʒ commemorationem. ℟. Reuelabunt celi iniquitateʒ Jude: ⁊ terra aduerſus eum conſurget: ⁊ manifeſtū erit peccatum illius: in die furoris domini: Cum eis, qui dixerunt domino deo, recede a nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus. ℣. In die perditionis ſeruabitur, ⁊ ad diem vltionis ducetur. Cum. Lectio nona.

Quotieſcunqʒ enim manducabitis panem hunc: ⁊ calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat, ⁊ bibit indigne: iudicium ſibi manducat, ⁊ bibit: non diiudicans corpus domini.

℟. O Juda, qui dereliquiſti cõſilium pacis, ⁊ cum Judęis conſiliatus es: triginta argenteis vendidiſti ſanguinem iuſtũ. Et pacis oſculum ferebas, quã in pectore nõ habebas. ℣. Os tuum abundauit malitia, ⁊ lingua tua cõcinnabat dolos. Et. ℟. repetatur: quo finito ſtatim inchoatur laus. Ad lau. aña. Juſtificeris domine in ſermonibus tuis, ⁊ vincas, cũ iudicaris. ps. Miſerere. 20. Aña. Dominus tanquam ouis ad victimam ductus eſt: ⁊ non aperuit os ſuum. ps. Domine ref. 31. Aña. Contritum eſt cor meũ in medio mei: ⁊ contremuerunt oĩa oſſa mea. ps. Deus, deus meus. 62. Aña. Exhortatus es in virtute tua: ⁊ in refectione ſancta tua domine. ps. Cantemus. 32. Aña. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: ⁊ peccata noſtra ipſe portauit. ps. Lau. 62. Dũ cantatur ps. Lau. in sacriſtia vel alibi, vbi videri nequeat, lumen per ſacriſtam abſcondatur: ſed ⁊ tunc lampades per eccleſiam extinguãtur. Ultima aña. poſt Laudate dñm. dũ vltima candela extinguitur: ſeglarius immediate incipiat añ. Traditor aũt dedit eis ſignũ dicens: quem oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum, 71. ps. Benedictus. Et deinceps tantũ Benedictus. Quãdo dimittuntur in tenebris dicantur. Finita aña poſt Bñs.

Duo fratres cãtent alternatĩ. Kyrie el. Unus in dextera, alius in ſiniſtra parte chori. Qui in dextera eſt prius dicat: Kyrie el. Deinde, q in ſiniſtra. Kyrie el. Poſtea, qui in dextera parte. Kyrie eleiſon. Deinde duo ante altare in choro ſtantes cantent ℣. Qui paſſurus aduenisti propter nos. Deinde duo in medio choro ſtantes reſpõdeant. Domine miſere nobis. Chorus. Chriſtus dominus factus eſt obediens vſque ad mortem. Deinde frater in ſiniſtra parte. Chriſte eleiſon. Qui in dextera. Chriſte el. Deinde, q in ſiniſtra. Chriſte el. Duo añ altare dicãt. ℣. Qui expanſis in cruce manibus: traxiſti ad te omnia ſęcula. Qui in medio choro. Domine miſerere nobis. Chorus. Chriſtus dominus factus eſt obediẽs vſqꝫ ad mortẽ. Deinde frater, qui in dextera parte. Kyrie ele. Qui in ſiniſtra. Kyrie el. Qui in dextera. Kyrie el. Duo ante altare dicant ℣. Qui prophetice prõphiſti, ero mors tua o mors. Qui in medio choro. Dñe miſerere nobis. Chorus. Chriſtus dñs factus eſt obediens vſqꝫ ad mor. Quo finito frater, qui in dextera parte eſt, dicat ℣. Mortem autẽ crucis. Tunc proſternant ſe fratres vſqꝫ in finem, ⁊ vnuſquiſqꝫ dicat Pater noſter. Et poſt ſubmiſſa voce alternatim

tum dicat pſ. Miſerere mei. 22. Finito pſal. dicatur oratio: ſine Dominus vobiſ. ſine Oremus Reſpice queſumus. Et finiatur cum Qui tecu. In hoc die tantum. In hoc triduo non dicatur. Salue regina. nec Fidelium aie niſi poſt. Preciosa. ad j. et poſt aſperſionem aque benedicte ad comple. vbi etiam alia conſuetudo tenetur: et niſi poſt gratias de menſa. Expleta oratione, qui facit officium, ſonitum trina percuſſione faciat in ſignum: vt lumen exteriorum reaccendatur. Prolato autem lumine et ſacriſta recipiantur principium. Hac die non fiant proſtrationes niſi ſolum in fine matu. vt dictum eſt. Ad ho. nec hym. nec hic dicantur. Dictis Pater noſter. et Credo. Prima ſic incipiatur. pſ. Deus in. Cum reliq. La la. Ad metrum. La. ſol. la. ſine La la. ſol. pſ. Beati imma. v. Retribue. R. In monte. v. Verumtamen. R. reiteretur v. Diuiſerunt ſibi. R. Veſtimenta mea. Hic v. dicatur ad j. his tribus diebus. deinde ſtatim dicatur. Pater noſter. et Credo. incipiendo ſine preſbiteris dicto Credo. erigant ſe fratres: et ſtando alternatim dicant ſub nulla voce pſ. Miſerere. Oratio. Reſpice qs. Qui te. R. Amen. Prior dicat. Confiteor, Deinde in cap. legantur calende: et Precioſa in.

ſicut ſolemus. Ad iij. pſ. Legem pone. 51. et ce. ſine Gloria. R. Triſtis eſt. v. Vigilate. R. reiteretur. v. Exurge domine. R. Judica cauſam meã. poſt Pater noſter. pſ. Miſerere mei deus. 20. Oratio Reſpice queſumus. Qui te. Ad vj. pſ. Defecit in ſa. 53. R. Ecce vidimus. v. Vere languores. R. reiteretur v. Deus meus eripe me. R. De manu peccatoris. poſt Pater noſter. Cetera omnia vt ſupra. Ad ix. pſ. Mirabilia. R. Amicus meus. v. Melius. R. reiteretur v. Homo pacis mee, in quo ſperabam. R. Ampliauit aduerſum me ſupplantationem. Pater noſter. dicatur vt ſupra.

Hac die fratres omnes in miſſa conuentuali communicent de manu prelati: et priuatas miſſas non celebrent vſque in diem reſurrectionis.

Finita communione: mox ſic incipiantur veſp. ſine Deus in adiutorium. An. Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. pſ. Credidi. 47. ſine Gloria patri. An. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. pſ. Ad dominum cum tri. 56. An. Ab hominibus iniquis libera me domine. pſ. Eripe. 60. An. Cuſtodi me domine a laqueo, quem ſtatuerunt mihi, et a ſcan-

 dalis

℣. Mane nobiſcum domine. Predicta omnia, excepto reſponſorio, dicãtur diebus dominicis ad veſp. quando fit de dominica, vſqꝫ ad aſcenſionem: hym. vero; τ ℣. dicantur etiã in ferijs; vſqꝫ ad aſcenſio. In ſabbatis tamen dicatur hym. Chorus noue. Ad Mag. aña Mitte manum tuam: τ cognoſce loca clauorum. hal'. τ noli eſſe incredulus, ſed fidelis. hal'a. Oro. Preſta queſumus omnipotens deus, vt, qui. Require in primis veſperis. Comple. vt ſup. in .pri. Hic aduertendum eſt; quod feſta ſanctorum a die palmarum vſqꝫ ad oct. Paſche venien. de quibus non eſt actum conuenienter, τ ordinate, deinceps celebrentur per hebdo quando de feria agit. Ad Bñs. τ ad Mag. aña. Thoma infer digitum tuũ huc: τ mitte in latus meum: τ noli eſſe incredulus, ſed fidelis, hal'ah. Aña Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti: beati, qui non viderunt, τ crediderunt, hal'ah. Aña. Multa quidem τ alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum: que non ſunt ſcripta in libro hoc hal'ah. Aña Gauiſi ſunt diſcipuli. hal'. viſo domino, hal'. Aña. Niſi digitum meum in

fixuram

fixuram clauorum: τ man⁹ meas in latus eius: τ dixi, dominus meus, τ deus meus. hal. Aña. Pax vobis, ego ſum, haleluiah, noli te timere. halah. Diligenter conſiderandum eſt a paſcha vſq ad aſcenſionem domini: vt per ſingulas ſeptimanarum ferias añe ex euangelio dicantur ad mag. τ ad bñs, ſicut per ſingulas ſeptimanas aſſignantur.

Lectiones legantur de actibus apoſtolorum, vſq ad dominicā tertiā. Per hebd. lec. j. Incipit liber actuū apoſtolorū. Cap. j.

PRimum quidem ſermonē feci de omnibus, o Theophile, quę cepit Jeſus facere, τ docere: vſq in diem, qua pręcipiens apoſtolis per Spiritū ſanctū, quos elegit, aſſumptus eſt. Tu autem domine. Lectio ij.

Quibus τ prębuit ſeipſum viuum: poſt paſſionē ſuā in multis argumentis, per dies xl. apparens eis: τ loquens de regno dei. Tu autem. Lectio iij.

Et cōueſcens pręcepit eis, ab Jeroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris: quam audiſtis, inquit, per os meum. Tu autē dñe.

FERIA SECVNDA poſt oct. paſchę ad matu. Inuit. Haleluiah, haleluiah, haleluia. ps. Venite. hym. Aurora. Aña. halah. vnum, τ dicantur tota dicta ſuper hanc ſolam añā, hoc Inuitat. τ hęc aña dicatur omnibus diebus ferialibus, τ in feſtis iij. lect. vſq ad aſcenſionem, τ idem fiat de añis, τ pſal. ad laudes, τ de añis ad horas, quę infra ſignentur. ps. Dominus illuminatio. 10. ℣. Reſurrexit dominus primum ps. Maria Magdalene. τ cetera duo, vt feria ij. poſt paſc Te deū. non dicitur. Sacer. ℣. In reſurrectione tua Chriſte. In laud. aña. Hal. hal. ps. Dominus regn. 62. τc. cum hac ſola. Cap. Omne, quod na. Hoc cap. dicatur in omnibus ferijs ad matu. τ ad veſp. vſque ad rogationes, hym Sermone blando. ℣. Gauiſi ſunt. Ad Benedictus Aña. Thoma infer. Hic non dicantur preces: nec in aliis fer. vſq ad feriam ſecundā poſt oct. Trinitatis. Oratio. Pręſta quęſumus omnipotens deus: vt, qui feſta paſ. Memoria de ſancta cruce: τ alię feriales memorię fiant ſicut in rubrica rix. ſignatur. Ad j. Aña. Haleluiah, halah, halah, halah, haleluiah, haleluiah, haleluiah. ncm aña. Nonne cor noſtrum. Ad iij. aña. Halah, halah, halah, hal. hal. hal. hal. hal. hal. Ad vj. añ. Laus τ perennis. Ad ix. Aña. Halah, halah, halah, halah, hal. halap, halah. Ad ix. aña. Et reſpicientes. Ad ix. añ. Hal, hal, hal. Capitula, reſponſoria, τ ℣. vt in prędicta dominica: cum oratio-

ne dominicalis: et hoc modo fiat in omnibus ferijs vſq; ad aſcen. Poſt nonam dicitur veſp. de ſanctorum. Ad veſp. añ. Halah, hal. hal. ſicut aña. Inclina, ps. Dilexi.47. cum hac ſola. Cap. Omne, quod na. hym. Ad cenam agni, ℣. Mane nobiſcum dñe, Ad Cãdẽ aña de ſupradictis. oratio de dominica Memoria de ſancta cruce et de alijs fiat ſicut in rub. xix. ſignatur. dictis veſp. dicant vigilie defunc. cum lec. trib⁹. Cõpl. vt ſup. i ſabbato.

FERIA TERTIA

Ad matu. inui. hym. añe. vt ſup. ps. Dixi, cuſtodi. 16. &c. cum hac ſola añ. ℣. Surrexit dominus de ℟. Virtute, &c. duo, vt fer. iij. poſt paſch. In lau. vt ſup. Hore, vt ſupra. Ad miſſam Salus populi, cum oratione hac die et per hebdom. ſicut in rub. xxxvj. aſſignatur. ad veſp. añe. Halah, halah, halah. ſicut añ. In domum domini, ps. Letatus. 56. et cet. cum hac ſola. Cap. hym. ℣. vt ſup. ad magnificat aña de ſupradictis antiph. oratio, vt ſupra.

FERIA QVARTA.

Inuit. hym. añe. vt ſup. ps. Dixit inſipiens. 21. cum hac ſola añ. ℣. Surrexit dominus de ſepulc. ℟. Ecce vicit. vt feria iiij. poſt paſch. In laud. vt ſup. Hore, vt ſup. Miſſa de angelis. Ad veſp. añ. Hal. hal. hal. ſicut añ. Beatus vir, qui impleuit. ps. Niſi dominus edif. 57. Cetera vt ſupra cum antiphonis ſupradict.

FERIA QVINTA.

Inuit. hym. añe. vt ſu. ps. Saluum me fac. 25. ℣. Reſurrexit domin⁹. ℟. Sicut dixit vobis. ℟. Maria Magdalene, &c. duo. In laud. et ad hor. vt ſupra. Miſſa. Spiritus domini. &c. Ad veſpe. aña. Halah, halah, halah. ps. Memento. 58. &c. vt ſupra.

FERIA SEXTA

Inuit. hym. añe. vt ſup. ps. Exultate deo. ℣. Surrexit dominus vere. ℟. Et apparuit. ℟. Virtute tua, &c. duo. In lau. et ad cetr. horas, vt ſupra ad veſp. aña. Halleluiah, halleluiah. ps. Cõfitebor. Cap. et que ſequuntur de glorioſa virgine Maria.

SABBATHO

de ſancta Maria. Require in xxj. rub. ad veſp. añe. pſal. Cap. ℟. hym. ℣. vt ſup. in ſabbato poſt paſcha. ad magnificat antiphona. Hec autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Jeſus Chriſtus eſt filius dei: et vt credentes vitã habeatis i nomine eius. hal. Oro.

Deus, qui in filij tui humilitate iacentem mundum erexiſti: fidelibus tuis perpetuã concede letitiam: vt, quos perpetue mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis perfrui. Per eundem dominum, Memoria de reſurrect. Aña Veſpere autem. Memo. de bea

de virgine. añ. Regina celi. Memoria de angelis ſicut ſignatur in xviij. rubr. Complet. vt ſupra.

DOMINICA II. poſt paſch. ad matut. Inuitato. Haleluiah. Surrexit dominus vere. Venite adoremus. halah. ps. Venite. Hymn Aurora. In j. noctur. aña. Haleluiah. j. ps. Beatus vir, &c. vſque ad pſal. Conſerua. 5. cum hac ſola aña. & ſic fiat in ſequentibus noct. ℣. Reſurrexit dominus. Sequitur lib. de Act. Apo. Lectio prima.

Quia Johannes quidē baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies. Igitur, qui cōuenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael. Tu autem. ℟. Dignus es domine accipere librū: & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es: & redemiſti nos deo noſtro. In ſanguine tuo. haleluiah. ℣. Feciſti enim nos deo noſtro regnum: & ſacerdotes. In ſanguine tuo. haleluiah. Lectio ſecunda.

Dixit autem eis. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quę pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos: & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judea, & Samaria: & vſque ad vltimum terrę. Tu autem. ℟. Ego ſicut vitis fructificaui ſuauitatem odoris. haleluiah. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me: & a generationibus meis adimplemini: haleluiah, haleluiah. ℣. In me gratia omnis vię & veritatis, in me eſt omnis ſpes vitę & veritatis. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me: & a generationib⁹ meis. Lectio iij.

Et cum hoc dixiſſet: videntibus illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui & dixerunt. Tu autem domine. ℟. Audiui vocem in celo tanquam vocem tonitrui magni. haleluiah. Regnabit deus noſter in eternum, haleluiah: quia facta eſt ſalus & virtus & poteſtas Chriſti eius: haleluiah, haleluiah. ℣. Et vox de throno exiuit dicens: laudem dicite deo noſtro. Regnabit. In ſecundo noctur. Antiphona. Haleluiah, halah. ps. Conſerua. 5. Uſq; ad pſalmum. Celi enar. Surrexit dominus vere. Lco quarta.

Viri Galilei quid ſtatis aſpicientes in celum? Hic Jeſus, q aſſumptus eſt a vobis in celum: ſic veniet, quēadmodū vidiſtis eum euntem in celum.

Tunc

Tunc reverſi ſunt Jeroſolymã a monte, qui vocatur Oliueti: qui eſt iuxta Jeruſalem: ſabbati habens iter. Tu au. ℟ Audiui vocem in celo angelorũ multorum dicentium: Timete dominum, ⁊ date illi claritatem: ⁊ adorate eum, qui fecit celum, ⁊ terram: mare, ⁊ fontes aquarũ: Ha'lah, hal. hal. ℣. Uidi angelũ dei volantem per medium celi, voce magna clamantem ⁊ dicentem. Timete. Lectio quinta.

Et cũ introiſſent in cenaculum aſcenderunt: vbi manebant Petrus: ⁊ Johãnes, Jacobus, ⁊ Andreas: Philippus, ⁊ Bartholomeus: Thomas, ⁊ Mattheus: Jacobus Alphei. ⁊ Simon Zelotes: ⁊ Judas Jacobi. Tu autẽ. ℟ Oſtendit mihi angelus fontem aque viue: ⁊ dixit mihi. halah. Hic deuz adora: haleluiah, hal. hal. ℣. Poſtquam audiuiſſem, ⁊ vidiſſem: cecidi, vt adorarẽ ante pedes angeli: qui mihi hec oſtendebat: ⁊ dixit mihi: Hic. Lectio ſexta.

Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus: ⁊ Maria matre Jeſu: ⁊ fratribus eius. Tu. ℟ Locutus eſt ad me vnus ex ſeptem angelis dicens: veni, oſtẽdam tibi nouam nuptam ſponſam agni. Et vidi Jeruſalẽ deſcendentem de celo ornatã mulibus ſuis: hal'ah, hal'ah. ℣ Eo ſuſtulit me in ſpiritu in mentẽ magnum ⁊ altum. Et. In iij. noct. Aña Haleluiah, hal. hal. hal, hal. hal. hal. hal. ps. Celi en. 7. ps. Exaudiat. ps. Domine in virtute. ℣. Surrexit dominus de ſepulchro. Secũdũ Johãne.

In illo tempore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, ⁊, qui nõ eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprie, videt lupum venientẽ: ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit. Et reli. Hom. beati Greg. pape. L. vij.

Audiſtis, fratres chariſſimi, ex lectione euangelica erudítionem veſtram: audiſtis ⁊ periculum noſtrum. Ecce enim is, qui nõ ex accidenti dono: ſed eſſentialiter bon⁹ eſt, dicit. Ego ſum paſtor bonus: atq; eiuſdem bonitatis formam, quã nos imitemur, adiungit, dicens: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis: fecit, quod monuit ⁊ oſtendit, quod iuſſit. ℟. Angelus domini deſcẽdit. Omnibus dominicis diebus vſq; ad aſcenſionem, quando fit de dominica, dicantur hec tria reſponſoria. ℟ Angelus domini deſcẽdit. ℟ Angelus domini locutus. ℟. Et valde mane. que ſequuntur poſt expoſitionẽ euãgelij. L. viij.

Bonus paſtor pro ouibus animam ſuam poſuit: vt in ſacra-

ſacramento noſtro corpus ⁊ ſanguinem ſuum verteret: ⁊ oues, quas redimerat, carnis ſuę alimento ſatiaret. Oſtenſa nobis eſt de contemptu mortis via, quam ſequamur: appoſita forma cui imprimamur. ℟. Angelus domini. Lectio nona

Primum nobis eſt exteriora noſtra miſericorditer ouibus eius impendere: poſtremum vero, ſi neceſſe ſit, etiam mortem noſtram pro eiſdem ouibus miniſtrare. Sed cum incomparabiliter longe ſit melior anima, qua viuim⁹, terrena ſubſtantia, quam exterius poſſidemus: qui nõ dat pro ouibus ſuis ſubſtantiam ſuã, quomodo pro eis daturus eſt animam ſuam? ℟. Et valde. Require ſupra in dominica paſchę. Te deum. Sacer. ℣. In reſurrectione tua. In lau. aña. Angelus autẽ domini. ps. Dominus reg. ⁊ ceteri, cum hac ſola aña. Cap. Chriſtus paſſus. Require poſt tertiam. hym. Sermone blan. Require in eadem dominica, ſcilicet in lau. ℣. Gau. ſunt diſcipuli.

Ordo huius diei quantũ ad inui. hym. añas ſuper noctu. ℣. añas in lau. ⁊ capitulum obſeruetur diebus dominicis, quãdo ſit de dominica, vſq; ad aſcenſionem. Ad Bñs aña. Ego ſuũ paſtor bonus, qui paſco oues meas ⁊ pro ouibus meis pono animã meam: hal. Oratio. Deus, qui in filij tui. Require in primis veſp. Memo. de reſur. aña. Et valde mane, ⁊c. ſimiliter de beata virgine: ⁊ de angelis, vt ſup. in rub. xviij. ſignantur. Ad j. aña. Angelus. pſal. ⁊c. vt in oct. paſchę. Ad hor. vt in oct. paſchę. Ad veſpe. añe, pſal. cap. hym. ℣. vt ſupra in dominica pcedẽti. Ad mag. aña. Ego ſum paſtor ouiũ: ego ſum via, veritas ⁊ vita: ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcũt me meę: hal. hal. Oratio. Deus, qui i filij tui, vt ſup. Completoriũ, vt ſupra. Ad bñs, ⁊ ad mag. per heb. dicuntur he ſubſequentes añe.

Paſtor bonus animam ſuã dat pro ouibus ſuis. halah. Aña. Mercenarius, ⁊ cuius nõ ſunt oues proprię, videt lupum venientem, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ diſpgit oues. hal. Aña. Sicut nouit me pater: ⁊ ego agnoſco patrem: ⁊ animam pono pro ouibus meis. hal. Aña. Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcũt me meę: hal. hal. Lect. per hebd. de act. apo. Lcõ j.

Et in diebus illis exurgens Petrus in medio fratrũ dixit. Erat autem turba hominum ſimul fere centum viginti. Tu autem domine. Lectio ij.

Viri fratres oportet impleri ſcripturam, quã prędi

xit Spiritus ſanctus per os Dauid de Juda: qui fuit dux eorū, qui comprehenderunt Jeſum: qui connumeratus erat in nobis: ⁊ ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Tu autem do. Lcō iij.

Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis: ⁊ ſuſpēſus crepuit medius: ⁊ diffuſa ſunt oia viſcera ei⁹. Tu.

Sequuntur Rta de hiſtoria.

FERIA II. ET V.

℟. Uidi Jeruſalem deſcendentem de cęlo ornatam auro mundo: Et lapidibus pretioſis intextam: halłah, halłah. ℣. Ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietate. Et lapidibus pretioſis intextam: haleluiah. ℟. Uidi portam ciuitatis ad orientē poſitam: ⁊ apoſtolorum nomina, ⁊ agni, ſuper eam ſcripta. Et ſuper muros eius angelorum cuſtodiam: haleluiah. ℣. Uidi ſanctam ciuitatem Jeruſalem deſcendentem de cęlo, ornatã tanquam ſponſam viro ſuo. Et ſuper muros eius angelorum cuſtodiam. ℟. Hęc eſt Jeruſalem ciuitas magna cęleſtis: ornata tanquam ſponſa agni: Quoniã tabernaculum facta eſt. hal. ℣. Portę eius nō claudentur per diem: nox enim non erit in ea. Quoniam tabernaculum facta eſt. haleluiah.

FERIA III. ET VI.

℟. Platee tuę Jeruſalem ſternentur auro mundo: halełuiah: ⁊ cantabitur in te canticum lętitię, hal. Et ꝑ omnes vicos tuos ab vniuerſis dicetur, halłah, hal. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. Et per omnes vicos tuos ab vniuerſis dicetur, halłah. ℟. Decantabat populus in Jſrael: vniuerſa multitudo Jacob legitime canebat: Et Dauid cum cantoribus citharam percutiebat in domo domini, ⁊ laudes deo canebat: hal. hal. ℣. Moyſes ⁊ Aaron in ſacerdotibus eius: ⁊ Samuel inter eos. Et Dauid. ℟. Ueniens a Libano quam pulchra facta es. hal. Et odor veſtimentorum tuorũ ſuper omnia aromata: hal. hal. halłah. ℣. Specioſa facta es, ⁊ ſuauis in delicijs tuis. Et.

Fer. iiij. ⁊ ſab. ℟. Jn diademate capitis Aaron lapides pretioſi fulgebant. Dum perficeretur opus dei. hal. hal. ℣. Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitatis. Dum. ℟. Docete filios veſtros. hal. Ut memoriter teneant. halłah. ⁊ ore decantent, hal. hal. ℣. Confiteantur domino miſericordię eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Ut memoriter. ℟. Candidi facti ſunt Nazarei eius, haleluiah. ſplendorem deo dederunt, hal. Et ſicut lac coagulati ſunt. hal. halłah. ℣. Jn omnem terrã ex

uit ſonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum. Et ſicut lac. Horę, vt i. fer. ij. poſt oct. paſchę: cum oratione dominicali.

SABBATHO ad veſp. antiphonę, pſal. capitulum, ℟. hym. ℣. vt ſupra. Ad Mag. antiphona. Alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. halleluiah. Oratio.

DEus, qui errantibus, vt in viam poſſint redire iuſtitię, veritatis tuę lumen oſtendis: da cunctis, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur: & illa reſpuere, quę huic inimica ſunt nomini: & ea, quę ſunt apta, ſectari. Per dominum noſtrum &c.

Completorium, vt ſupra.

DOMINICA III. Ad matutinum, inuitatorium, hymnus, antię, pſalmi, ℣. vt ſup. ℟. vj. &c. vt ſupra ℟. iij. de reſurrectione. Cętera, vt ſupra. Incipit Epiſtola canonica beati Jacobi apoſtoli. Lectio j.

IAcobus Dei, & domini noſtri Jeſu Chriſti ſeruus: duodecim tribubus, quę ſunt in diſperſione, ſalutem. Omne gaudium exiſtimate fratres mei: cum in tentationes varias incideritis: ſcientes, quod probatio fidei veſtrę patientiam operatur: Patientia autem opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Lectio ſecunda.

SI quis autem veſtrum indiget ſapientia: poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter: & non improperat, & dabitur ei: poſtulet autem in fide, nihil hęſitans. Qui autem hęſitat: ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur: & circunfertur. Non ergo exiſtimet homo ille, quod accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus operibus ſuis. Lectio tertia.

GLorietur autem frater humilis in exaltatione ſua: diues autem in humilitate ſua. Quoniam ſicut flos fęni tranſibit. Exortus eſt enim Sol cum ardore, & areſcit fęnum: & flos eius decidit: & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus ſuis marceſcet. Lectio quarta.

BEatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitę: quam repromiſit deus diligentibus ſe. nemo cum tentatur dicat, quoniam a deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt: ipſe enim neminem tentat. Lectio quinta.

VNuſquiſque vero tentatur concupiſcentia ſua

abſtractus ⁊ illectus: deinde cõcupiſcentia cum conceperit parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Lectio ſexta.

Omne datum optimum, ⁊ omne donum perfectum deſurſum eſt: deſcendens a patre luminum, apud quem non eſt trãſmutatio, neqꝫ viciſſitudinis obũbratio: voluntarie.n. genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initiũ aliqd creaturę eius.

Ca. 16. Secundum Johannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Modicum, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterũ modicum: ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Et reliqua.

Dom. vener. Bede pſb. L. vij.

Hęc promiſſa domini, ⁊ ſaluatoris noſtri, fratres chariſſimi, lęto cordis affectu atque auditu percipere debemus: ſedulaqꝫ intentione perſiſtere: quatenus ad hęc contingere mereamur. Quid eſt enim, quod merito lętius audiatur: quã perueniri poſſe ad gaudium, quod nunquam poſſet auferri? ℟. Angelus domini deſcendit. L. viij.

Notandum autem eſt, ꝙ tota lectionis huius euangelij ſeries illis conuenit: qui eam pręſentes a domino audierunt. Pars autem illius etiam nobis, qui poſt paſſionem: ⁊ reſurrectionem dominicam ad fidem venimus: aptiſſime congruit. ℟. Angelus. Lectio ix.

Quod ergo dominus ait, modicum, ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem: ad illos ſpecialiter pertinet, qui eius diſcipulatui pręcdicantis in carne adhęrere, ⁊ poſt triſtitiam paſſionis, viſa reſurrectione, ⁊ aſcenſione eius, lętificari meruerunt. Tu. ℟. Dum tranſiſſet. In lau. vſu pro. Ad Benedictus Antiph.

Modicum, ⁊ non videbitis me, dicit dominus: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem: halelujah, halelujah. Oratio. Deus qui errãtibus. Hore, vt ſupra in octa. paſchę. Ad Mag. Antipho.

Quid eſt hoc, quod dicit nobis modicum? halelujah, neſcimus quid loquitur. halelujah. Oratio, vt ſupra cętera, vt ſupra per hebdoma. Ad bñs ⁊ ad magnificat Antiphona. Amẽ dico vobis, quia plorabitis ⁊ flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. halelujah. Aña. Triſtitia veſtra implebit cor veſtrum, halel. ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis: halelujah, halelujah.

Lectio. per hebdomadam.

FERIA SECVNDA.

De Epiſtola Canonica beati Iacobi Apoſtoli. Lectio prima.

SCitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autē ad loquendum: & tardus ad iram. Tu autem. Leo. ii.

Ira enim viri iuſtitiam dei nō operatur: propter quod abijcientes omnem immunditiam & abundantiam peccati ſeu maliciē: in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Tu. L. iii.

Fratres: eſtote factores verbi: & non auditores tantum fallentes voſmetipſos. Quia ſiquis auditor eſt verbi, & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultū natiuitatis ſuē in ſpeculo. R. ia, &c. vt in precedente hebd.

SABBATHO

Ad veſperas Antiphona. Halelu. ps. Bñs. Ad Mag. Añā. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis, halelulah. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare, quod precipis: id deſiderare, quod promittis, vt inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum,

DOMINICA QVARTA poſt Paſcha.

Ad matutinū. Inuitatorium, hym. Añe, pſalmi, & V. vt ſupra in dominica ij. poſt paſc. De epiſtola canonica beati Iacobi Apoſtoli. Lectio prima.

QUi autem perſpexerit in lege perfectē libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in ſuo facto erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe non refrēnans linguam ſuam, ſed ſeducēs cor ſuū: huius vana eſt religio. Tu au. R. Si oblitus fuero tui hal. obliuiſcatur mei dextera mea. Adhēreat lingua mea faucib⁹ meis: ſi non meminero tui. hal. hal. V. Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Adhēreat. Lectio ſecunda.

REligio munda, & immaculata apud deum, & patrem hēc eſt: viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Fratres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri Ieſu Chriſti glorię. Tu autē. R. Narrabo nomen tuum fratribus meis. halel. In medio eccleſię laudabo te. halel. hal. V. Qui timetis dominum, laudate eum:

vniuerſum ſemen Jacob glorifi-
cate eum. In. Lectio tertia.

Etenim ſi introierit in con-
uentum veſtrum vir au-
reum annulum habens in veſte
candida, introierit autem et pau
per in ſordido habitu: et inten-
tis in eum, qui indutus eſt veſte
preclara, et dixeritis ei: tu ſede
hic bene: pauperi autem dica-
tis: tu iſta illic: aut ſede ſub ſca
bello pedum meorum: nonne
iudicatis apud voſmetipſos: et
facti eſtis iudices cogitationum
iniquarum? Tu autem. ℟. Vi-
derunt te aque deus: viderunt
te aque, et timuerunt. Multi-
tudo ſonitus aquarum: vocem
dederunt nubes. halleluiah: ha-
leluiah. ℣. Illuxerunt coruſca
tiones tue orbi terre: commota
eſt, et contremuit terra. Mul-
titudo. Lectio quarta.

Nonne deus elegit paupe-
res in hoc mundo: diui-
tes autem in fidem, et heredes
regni: quod repromiſit deus di-
ligentibus ſe? Vos autem exho-
noraſtis pauperem. Nonne di-
uites per potentiam opprimunt
vos: et ipſi trahunt vos ad iudi-
cia? Tu autem. ℟. Cantate deo.
hal. Pſalmum dicite ei. hal'ah.
℣. Date gloriam laudi eius.
Pſalmum. Lectio quinta.

Nonne ipſi blaſphemant
bonum nomen: quod in-
uocatum eſt ſuper vos? Si ta-
men legem perficitis regalem ſe-
cundum ſcripturam: Diliges pro-
ximum tuum ſicut teipſum: be-
nefacitis. Si autem perſonam
accipitis: peccatum operamini:
redarguti a lege, quaſi tranſgreſ
ſores. Tu. ℟. In eccleſijs bene-
dicite deo: hal Domino de fon-
tibus Iſrael. hal. hal. ℣. Canta-
te dño canticum nouum, cantate
deo omnis terra. Dño. Lco vi.

Quicunque autem totam le-
gem ſeruauerit: offenderit
autem in vno: factus eſt omnium
reus. Qui enim dixit, non me-
chaberis: dixit et, non occides.
Quod ſi non mechaberis: occi-
des autem: factus es tranſgreſ-
ſor legis. Tu. ℟. Bonum eſt con
fiteri domino. halleluiah. Et pſal
lere: halel. ℣. Ad annuncian-
dum mane miſericordiam tuam: et
veritatē tuā per noctē. Et pſal.

Secundum Johannem. ca. 16.

In illo tempore: dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Vado ad eum,
qui me miſit: et nemo ex vobis
interrogat me, quo vadis? Et
reliqua. Homilia vener. Bede
presby. Lectio ſeptima.

Sicut ex lectione euangeli-
ca, fratres chariſſimi, audi-
uimus: dominus et redemptor
noſter: imminente ſue paſſionis
articulo diſcipulis gloriam aſcen
ſionis, qua ipſe poſt mortem et
reſurrectionem glorificandus e-
rat: et aduentus ſpiritus ſancti,
que

quos illi erant illuſtrandi, pātefe-cit: quatenus inſtante hora paſſionis eiuſdem: pro illius morte minus dolerent: quem poſt mortem ad celos ſubleuandum eſſe non dubitarent: minus de ſua deſolatione trepidarent: quos (abeunte licet domino) ſpiritus ſancti gratia cōſolandos eſſe ſperarent. ℟. Angelus domini, vt in die Paſche. Lectio octaua.

Vado, inquit, ad eum, qui me miſit: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Ac ſi aperte dicat: reuertar aſcendendo ad eum, qui me incarnari conſtituit. Et tam manifeſta erit eiuſdem aſcenſionis claritas, vt nemini veſtrum opus ſit interrogare, quo vadis: videntibus cunctis: quia ad celos pergam. Lectio nona.

Bene autem cum de aſcenſione ſua dixiſſet: vado ad eum, qui me miſit, addidit: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Superius nanque cum de ſua paſſione dominus proteſtaretur dicens: quo ego vado, vos non poteſtis venire. Interrogauit eum Petrus, & ait: Domine, quo vadis? Reſponſum eſt ei. Quo ego vado: non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. ℟. Et valde mane. In laudib. Añe. Cap. hym. V. vt ſupra. Ad Benedictus antiphona. Vado ad eum, qui me miſit: ſed, quia hec locutus ſum vobis: triſtitia impleuit cor veſtrum. haleluiah. Oratio. Deus, qui fidelium. Ad ho. Aña. Angelus &c. Miſſa matutina: Cantate do. &c. Horę, vt ſupra in octaua paſchę. Ad veſpe. vt ſupra. Ad Mag. Antiphona. Ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, paraclitus non veniet. haleluiah. Oratio. Deus, qui fideliū. Compl. vt ſu. Per hebdomadam ad Benedictus, & ad Mag. Añ. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cum autem venerit ſpiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. halaīh. Aña. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. haleluiah. & quę ventura ſunt annunciabit vobis. halaīh. Aña. Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quęcunque audiet loquetur: & quę ventura ſunt annunciabit vobis. haleluiah.

Lectiones per hebdomadam. De epiſtola canonica beati Jacobi Apoſtoli. Lectio prima.

Propter quod ſic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. Tu autem do. Lectio ij.

Iudicium enim ſine miſericordia erit illi, qui non facit miſericordiam. Superexaltat au-

autem miſericordia iudicium. Tu autem. Lectio tertia. Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Tu autem domine.

FERIA II. ET V.

℟. In toto corde meo, hal. exquiſiui te. hal. Ne repellas me a mandatis tuis: hal. hal. ℣. Uide humilitatem meam, et eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus. Ne re. ℟. Audiuimus eaz in Ephratha inuenimus eaz in campis ſyluę. hal. In troibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. hal. hal. ℣. Surge domine in requiem tuam, tu et arca ſanctificationis tuę. Introi. ℟. Deus canticum nouum cantabo tibi. hal. In pſalterio decem chordarum pſallam tibi. hale. hale. ℣. Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruum tuum de gladio maligno, eripe me. In.

FERIA III. ET VI.

℟. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum: hale. quoniaz ipſam volui. hale. Inclina cor meuz in teſtimonia tua. hal. hal. hal. ℣. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Inclina. ℟. Hymnuz cantate nobis. hale. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? hal. hal. ℣. Super flumina Babylonis, illic ſedimus et fleuimus, duz recordaremur tui Sion. Quomodo. ℟. Uiderunt te aquę deus. ℣. Illuxerunt. Requiem in primo noct. dominicę preſentis.

FERIA QVARTA.

℟. Cātate deo. ℣. Date gloriā. ℟. In eccleſijs benedicite. ℣. Cantate. ℟. Bonum eſt confiteri. ℣. Ad annunciandum. noct. iij. ℟. requi. in ij. noct. Dñicę.

SABBATHO

ad veſp. Añā. Halah. ℣. Benedictus. Et cetera ad ceter vt ſup. Ad Mag. añā. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annunciabit vobis. hal. Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procedunt: largire ſupplicibus tuis, vt cogitemus te inſpirante, quę recta ſunt, et te gubernante eadem faciamus. Per dominum noſtruz Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

DOMINICA QVINTA.

Inuit. hym. antiphonę, ℣. vt ſup. Incipit Epiſtola prima beati Iohannis Apoſtoli. Lectio i.

Quod fuit ab initio, quod audiuimus: quod vidimus oculis noſtris: quod perſpeximus, et manus noſtrę contrectauerunt de verbo vitę, et vita manifeſtata eſt. Et vidimus, et teſtamur, et annunciamus vobis vitam ęternam: quę erat apud patrem, et apparuit nobis.

℟. Si oblitus. &c. ℣. ſicut in precedenti dominica. Lectio ij.

Quod vidimus, & audiuimus annunciauimus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum patre, & cum filio eius, domino noſtro Ieſu Chriſto, & hoc ſcripſimus, vt gaudeatis, & gaudium veſtrũ ſit plenum. Lectio tertia.

Et hec eſt annunciatio, quam audiuimus ab eo, & annunciamus vobis: quoniam deus lux eſt, & tenebre in eo non ſunt vlle. Si dixerimus, quoniã ſocietatẽ habemus cũ illo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & non facimus veritatem. L. iiij.

Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus ad inuicem: & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus, quoniã peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Lectio quinta.

Si autem confiteamur peccata noſtra: fidelis, & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate noſtra. Si dixerimus, quoniã non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis. Lectio ſexta.

Filioli mei: hec ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed, ſiquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis nr̃is: nõ pro nr̃is tñ, ſed etiam pro totius mundi.

Secundum Iohannem.

In illo tempore. Dixit Ieſus ca. 16.
diſcipulis ſuis. Amen amẽ dico vobis: ſiquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quicquã in nomine meo, petite, & accipietis, vt gaudium veſtrũ plenum ſit. Et reliqua.

Hom. B. Aug. epi. Lectio vij.

Iam dictum eſt in ſuperioribus partibus huius dñici ſermonis, propter eos, qui nonnulla petunt a patre in Chriſti nomine, nec accipiunt. Non petitur in nomine Saluatoris: quicquid petitur contra rationẽ ſalutis. Non enim ſonum literarum, nec ſyllabarum: ſed, quod ſonus ipſe ſignificat, &, quod eo ſono recte, ac veraciter intelligitur, hoc accipiendũ eſt dicere, cũ dicit in noie meo. Lec. viij.

Qui hoc ſentit de Chriſto: qđ non eſt de vnico dei filio ſentiẽdum: non petit in eius nomine: etiam ſi nõ taceat literis ac ſyllabis Chriſtum: quoniam in nomine eius petit, quem cogitat, cum petit. Qui vero, quod eſt de illo ſentiendum, ſentit & ipſe in nomine eius petit: & accipit, qđ petit, ſi non contra ſuam ſalutẽ ſempiternã petit. Accipit autẽ

quando debet accipere. Lec. ix.

Quędam enim non negātur: ſed, vt congruo tempore dētur, differuntur. Ita ſane intelligendum eſt, quod ait: dabit vobis: vt eius beneficia ſignificatā ſciātur his verbis, quę ad eos, qui petunt, proprie pertinēt. Exaudiuntur quippe omnes ſancti pro ſeipſis: non autem pro omnibus exaudiuntur: vel amicis, vel inimicis ſuis: vel quibuſlibet alijs: quia non vtcunque dictum eſt, dabit: ſed, dabit vobis. Reliqua de reſurrectione prout notata ſunt. In lau. vsu. Ad bñs. aña. Uſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis. hal. Oro. Deus, a quo. Ad j. & ad omnes ho. vt in octa. paſchę. Ad veſp. vsu. Ad mag. aña. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum plenū ſit: ipſe enim pater amat vos: quia vos me amaſtis, & credidiſtis. Hal. Oratio. De⁹, a quo bona.

FERIA SECVNDA.

In rogationibus.

Ad matutinum. inuitatorium. Hal. ps. Uenite. Hym. Aurora. Aña. Halleluiah. ps. Dominus illumi. io. Tota dicta. ℣. Reſurrexit. Secundum Lucā.

Ca. 11. In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum: & ibit ad illū media nocte: & dicet illi: amice accōmoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit ad me de via: & non habeo, quod ponā ante illum. Et reliqua.

Hom. venera. Bedę presby. l. j.

Rogatus a diſcipulis ſaluator qualiter deū patrē orare deberēt: nō modo formā orationis: ſed & inſtantiam, frequētiamq; tradidit orandi. Amic⁹ ipſe ergo, ad quē media nocte venitur: deus intelligit. Cui in media tribulatione ſupplicare & tres panes. i. intelligentiā trinitatis, qua pſentis vitę cōſolētur labores, efflagitare debem⁹. ℟. Si oblitus. Lectio ij.

Amicus, qui venit de via, ipſe noſter eſt animus: qui toties a nobis recedit: quoties ad appetēda terrena, & temporalia foris vagat. Redit ergo, & cęleſti alimonia refici deſiderat: cū ipſe in ſe reuerſus: ſuperna cęperit, ac ſpiritualia meditari. Lectio iij.

De eo enim, qui petierat, pulchre adiungit dicens: ſe nō habere, quod ponat ante illum: quoniā animę, poſt ſeculi tenebras ad deū ſuſpirātis nihil pręter eū cogitari, nil loqui libet, vel intueri: niſi ſolū, quod recognouit ſummę trinitatis gaudiū cōtemplari: atq; ad hoc plenius intuendum peruenire ſatagit. Tu autē. In lau. aña. Hal. ps. Dñs regnauit. &c. Capitulum.

Confitemini alterutrū peccata veſtra: & orate pro inuicem,

dicem, vt ſaluemini: multū enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Hym. Sermone blando. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli. Hoc cap. ſupradictum dicatur ad laudes, & ad veſp. iſtis tribus diebus. Ad Bñs. añ. Quis veſtrū habebit amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi: amice, commoda mihi tres panes, quia amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponā ante illum. halleluiah. halleluiah. Oratio.

PReſta quęſumus omnipotens deus: vt, qui in afflictione noſtra de tua pietate cõfidimus: cõtra aduerſa oĩa tua ſemper protectiõe muniamur. Per. & dicatur ſolū ad matuti. & ad miſſam: cętera oĩa, ſicut in fer. ij. poſt octa. paſchę. His trib9 diebus rogationum non facimus memo. de ſancta cruce, nec de reſurrectione, nec ad mat. neq3 ad miſſam: neque ad veſp. de alijs autem modo conſueto facim9. Horę, vt ſup. fer. ij. poſt oct. paſchę: cū oratione dñicali. Deus, a quo bona. Poſt miſſam de ieiunijs his tribus diebus cantet letania ex integro: ſ. Kyrie elei. Chriſte eleiſon. Kyrie elei. Chŕe audi nos. & cętera, ſicut ſunt in pſal. Sequitur Pater noſter. tantum inclinãdo. Si in his tribus diebus rogationum feſtum ix. lect. euenerit, memoria fiat de tempore: cum ℣. & oratione, quę alio qui ad veſp. & ad matu. dicerent. Ad veſpe. Capit. Cõfitemini. Ad mag. añ. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui querit inuenit, & pulſanti aperiet. halleluiah. Oratio. Deus, a quo bona. cętera, vt ſupra.

FERIA TERTIA.

de beata virgine.

Niſi ſit feſtum ix. lec. vt ſu. & memo. de tpe ad matutinum, & ad veſperas. Ad Bñs. añ. Exiui a patre, & veni in mundū: iterū relinquo mundum, & vado ad patrem: halleluiah, hal. Oratio.

DEus qui conſpicis nos in tot perturbationibus nõ poſſe ſubſiſtere: afflictorū gemitum propitius reſpice: & mala oĩa, q̃ meremur, auerte. Per. Horę, vt ſu. in fer. ij. Ad veſp. añ. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non eſt opus tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus, quia a deo exiſti halleluiah. halleluiah. Oratio. Deus, a quo. &c. vt ſup.

FERIA QVARTA.

in vig. Aſceñſio. Inuit. hym. añę. pſal. ℣. vt ſu. Scdm Johannem.

IN illo tpe. Subleuatis ocu9lis Jeſus in cęlū dixit. Pr̃, venit hora, clarifica filiū tuū, vt filius tuus clarificet te. Et reliq. Homi. B. Auguſtini epi. L. j. ca. 17.

GLorificatum a patre filiū ſm formam ſerui, quē pater ſuſcitauit a mortuis, & ad dexteram ſuam collocauit: & tres

ipſa

ipſa indicat: & nullus ambigit Chriſtianus. ℟ In toto corde meo, & cętera duo. Lectio ii.
Sed, quoniam non tantum dixit, pater clarifica filium tuum: ſed addidit etiam, vt filius tuus clarificet te: merito quęritur, quomodo patrem clarificauerit filius: cum ſempiterna claritas patris nec diminuta fuerit i for ma humana: nec augeri potuerit in ſua pfectione diuina. Sed in ſeipſam claritas patris nec minui, nec augeri poteſt. L. iii.
Apud homines autem procul dubio minor erat, quādo in Iudęa tantummodo deus notus erat: nondum a Solis ortu, vſq ad occaſum laudabāt pueri nomen dñi. Hoc autem, quia per euangelium Chriſti factum eſt: vt per filium pater innoteſceret gentibus: profecto patrem clarificauit filius. Tu autē ℣ Te deū non dicitur. In lau. Aña. Hal. hal. ps. Dominus reg. &c. vtſu. Cap. Confitemini. vtſu. in fer. ij. poſt octauā paſchę. Ad bñs aña. Clarifica me pater apud temetipſum claritate, quam habui priuſquam mundus fieret, haleluiah. Oratio.
Preſta quęſumus omnipotens pater, vt noſtrę mentis intentio quo ſolennitatis hodierne glorioſus auctor ingreſſus eſt, ſemper intendat: & quo fide pergat, cōuerſatione perueniat. Per eūdem dñm noſtrū. dicat ad mat. iii. Ad miſſam, & ad veſp. cętera omnia, vt ſup. Horę ſimiliter, vt ſup. cum oratione dñicali. Poſt miſſam cantetur letania, vt ſup. Ad veſperorum. duplex. Aña Vado ad eum, qui me miſit: ſed, quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum: haleluiah. pſalmi de fer. vel de feſto, ſi cōtingat. Aña Ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam: ſi ego non abiero, paraclitus non veniet. haleluiah. Aña. Niſi ego abiero, paraclitus non veniet: &, dum aſſumptus fuero, mittam eum vobis. haleluiah. Aña Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo: cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem. haleluiah. Aña. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. haleluiah. Capitulum.
Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, quę cepit Ieſus facere & docere, vſque in diem, qua pręcipiens Apoſtolis per ſpiritū ſanctum, quos elegit aſſumptus eſt. ℟ Omnis pulchritudo dñi. Hym.
Aeterne rex altiſſime:
Redemptor & fidelium:
Quo mors ſoluta deperit:
Datur triumphus gratię.

Cam

A ſcandens tribunal dexteræ:
Patris poteſtas omnium:
Collata eſt Ieſu cælitus:
Quæ non erat humanitus.
Ut trina rerum machina:
Cæleſtium, terreſtrium:
Et infernorum condita:
Flectant genu iam ſubdita.
Tremunt videntes angeli:
Verſa vice mortalium:
Culpat caro, purgat caro:
Regnat Deus Dei caro.

Diuiſio

Tu Chriſte noſtrũ gaudiũ:
Manẽs Olympo præditũ:
Mundi regis qui fabricam:
Mundana vincens gaudia.
Hinc te precantes quæſumus:
Ignoſce culpis omnibus:
Et corda ſurſum ſubleua:
Ad te ſuperna gratia.
Ut cum repente cœperis:
Clarere nube iudicis:
Pœnas repellas debitas:
Reddas coronas perditas.
Tu eſto noſtrum gaudium:
Qui es futurus præmium:
Sit noſtra in te gloria:
Per cuncta ſemper ſecula.
Gloria tibi domine:
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum Patre, & ſancto ſpiritu:
In ſempiterna ſecula. Amen.

Iſte hym. totus dicatur ſolũ in primis veſp. feſti. ℣. Tu eſto & ℣. Gloria tibi dñe: q ſcandis. dicantur, vſq; ad pentecoſten in fine omniũ hym. eiuſdẽ metri: mutato tamẽ vltimo ℣. in feſto ſanctæ crucis cum infra hoc tẽpus euenerit. In tono etiã prædicti hym. dicãtur omnes hym. eiuſdem metri: vſque ad pente. niſi in fi. in compl. & niſi in feſto S. Cruc. ſi occurrat. ℣. Aſcendens Chriſtus in altum ℟. Captiuam duxit captiuitatem: haleluiah. Ad Mag. Ana. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ad patrem vado. haleluiah. Oratio. Præſta quæſumus omnipotens pater. Ad Complet. Ana. Halelu. ℣. Cum inuoca. 2. Hymnus.

Ieſu noſtra redemptio:
Amor & deſiderium:
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.
Quæ te vicit clementia:
Ut ferres noſtra crimina:
Crudelem mortem patiens
Ut nos a morte tolleres.
Inferni clauſtra penetrans:
Tuos captiuos redimens:
Victor triumpho nobili:
Ad dextram patris reſidens.
Ipſa te cogat pietas:
Ut mala noſtra ſuperes:
Parcendo, & voti compotes:
Nos tuo vultu ſaties.
Tu eſto noſtrum.
Gloria tibi domine:
Qui ſcãd. ℣. Cuſtodi nos dñe. Ad Nunc dimittis, ana. Hal.

Aſcen-

Aſcendens Chriſtus in altum. haleluiah. Captiuam duxit captiuitatē. haleluiah, haleluiah. Cet. vt ſup. Predictus hym. dicatur quotidie ad complet. vſqȝ ad pent. ſimiliter dicatur aña. niſi in feſto ſancte Crucis, dum in hoc tempore euenerit.

IN DIE ASCENSIO.

Ad matutinum. Inuitatorius. Haleluiah, Chriſtum dñm aſcē dentem in celum. Venite, adorē mus. halaƚ. ps Venite. Hymn Æterne rex altiſſime. vſque ad Tu Chriſte noſtrum gaudium. In j. noct. aña Eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos de⁹. hal. ps. Dñe dñs. 3. Aña. Dñs in tempore ſancto ſuo: dñs in celo. halaƚ. ps. In dño cōfido. 4. Aña. A ſummo celo egreſſio eius: ⁊ occurſus eius: hal. ps. Celi enar. 7. ℣. Aſcendens Chriſtus in altum. ℟. Captiuā duxit captiuitatem.

Sermo S. Auguſtini epi. L. j.



GLorificatio domini nr̄i Jeſu Chri, fratres dilectiſſimi, reſurgendo, ⁊ aſcendē do completa eſt. Reſurrectionē ipſius paſche, die dñico celebrauimus. Aſcenſionem hodie celebramus. Feſtus nobis dies vterqȝ illuxit. Ideo enim reſurrexit, vt nobis exemplum reſurrectionis oſtenderet. Et ideo aſcendit in celos: vt nos deſuper protegeret. ℟. Poſt paſſionē ſuā per dies xl. apparēs eis, ⁊ loquēs de regno dei. hala. Et vidētibus illis eleuatus eſt. haleluiah: ⁊ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. haleluiah. ℣. Et conueſcens precepit eis, ab Jeroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris. Et. Lectio ſecunda.

HAbemus ergo dñm ⁊ ſaluatorem nr̄m Jeſuȝ Chriſtū prius pendentem in ligno: nūc ſedēte in celo. Cū ergo reſurrexit, ⁊ aſcendit in celum: tunc impletum eſt, quod in Apocalypſi ſcriptum eſt. Vicit leo de tribu Juda. Ipſe leo dictus eſt. Ipſe agnus occiſus eſt. Leo, propter fortitudineȝ: agnus, propter innocentiam: leo, quia inuictus: agnus, qa māſuetus. ℟ Omnis pulchritudo dñi exaltata eſt ſuper ſydera: ſpecies eius in nubibus celi. Et nomē ei⁹ in eternū permanet: hal. ℣. Niſi ego abiero, paraclitus non veniet: ⁊ duȝ aſſumptus fuero: mittam eum vobis. Et no. Lectio tertia.

ISte agn⁹ occiſus morte ſua vicit leonem. i. diabolū: q q̄rit, quē deuoret. Dictus eſt enim diabolus leo feritate, non virtute, Apoſtolus quippe ait: Pe

trũs: vigilare oportet aduerſus temtationes: q̃a aduerſari⁹, inq̃t, veſter diabolus, tanq̃ leo rugiẽs, circuit q̃rẽs, quẽ deuoret. Sed, quod circuit, dixit, q̃rens, quem deuoret: q̃s nõ incurreret in dẽtes huius leonis: niſi viciſſet leo de tribu Juda? ℟. Non turbet cor vr̃m: ego vado ad p̃rem: ⁊ dũ aſſumptus fuero a vobis mittã vobis. hal. Spiritum veritatis, ⁊ gaudebit cor veſtrũ. hal. ℣. Ego rogabo patrẽ: ⁊ alium paraclitũ dabit vobis. Spiritum. Gloria. halah. In ij. noct. Añ. Exaltare dñe in virtutẽ tua: cãtabimus, ⁊ pſallemus. hal. ℣. Dñe In vir. 7. Añ. Exaltabo te dñe: q̃m ſuſcepiſti me. hal. ℣. Ipſe. 21. Añ. Aſcendit deus in iubilatione: ⁊ dñs in voce tube, hal. ℣. Oẽs gẽtes. 78. ℣. Aſcendit deus in iubilatio. Nõ obſtante, cõcurſu cum añs. Lectio iiij.

Contra leonem leo: contrã lupũ agnus. Exultauit diabolus: q̃ñ mortuus eſt Chr̃s: ⁊ in ipſa morte eſt diabolus vict⁹: ⁊ tanq̃ muſipula eſcam accepit. Gau[illegible]bat ad mortẽ, quaſi p̃poſitus mortis, ⁊ quo gaudebat, illi tẽſa eſt muſipula. Muſipula diaboli, crux Chr̃i. Et eſca, qua caperetur, mors dñi. ℟. Exaltare dñe, haleluiah. In virtute tua, hal. ℣. Cantabimus, ⁊ pſallemus. In. Lectio v.

Ecce reſurrexit dñs noſter Jeſus Chr̃s: vbi eſt mors eius, q̃ pẽpẽdit in ligno? vbi eſt inſultatio Judeorũ? vbi eſt typus, ⁊ ſuperbia caput ante crucẽ agitãtiũ, ⁊ dicẽtiũ: ſi filius dei es, deſcẽde de cruce? Ecce plus fecit, quã illi inſultãdo exigebãt. Pl⁹ eſt de ſepulchro reſurgere, q̃ de ligno deſcẽdere. ℟. Aſcẽdens Chriſtus in altũ. hal. captiuam duxit captiuitatẽ. Dedit dona hominibus. hal. ℣. Aſcendit deus in iubilatione: ⁊ dominus in voce tube. De. Lectio ſexta.

Saluator noſter, fratres dilectiſſimi, aſcendit in cęlũ: nõ ergo turbemur in terra. Ibi ſit mẽs: ⁊ hic erit requies. Aſcẽdamus cũ Chr̃o interim corde: vt, cũ dies promiſſus aduenerit, ſequamur ⁊ corpore. ℟. Ponis nubem aſcenſum tuum domine. Qui ambulas ſuper pennas ventorum. haleluiah. ℣. Qui facis angelos tuos ſpiritus: ⁊ miniſtros tuos ignem vrentem. Qui. Gloria. Hal. In iij. noct. añs. Nimis exaltatus es. haleluiah ſuper omnes deos. hal. ℣. Dñs reg. ex. 37. Añs. Domin⁹ in Siõ. haleluiah. magnus ⁊ excelſus. haleluiah. ℣. Dominus regnauit, iraſ. 38. Añs. Dominus in cęlo. haleluiah. parauit ſedem ſuam. haleluiah. ℣. Benedic. j. 39. ℣. Aſcendo ad patrem meum, ⁊ patrẽ veſtrum. ℟. Deum meũ, ⁊ deũ veſtrum.

Secundum Marcum.

ca. 16. In illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis: apparuit illis Jeſus, ⁊ exprobrauit incredulitatem illorũ, ⁊ duritiam cordis: quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe, nõ crediderant. Et reliqua.

Hom. B. Greg. Papę. L. vij.

Quod reſurrectionẽ dominicam diſcipuli tarde crediderunt: non tam illorũ infirmitas: quam noſtra, vt ita dicã, futura firmitas fuit. Ipſa nãq; reſurrectio, illis dubitantibus, per multa argumenta monſtrata eſt. Quę dum nos legentes agnoſcimus: quid aliud, quam de illorum dubitatione ſolidamur. ℟. Aſcendit deus in iubilatione, halľah, halľah. Et dominus in voce tubę, haleluiah. ℣. Aſcendens Chriſtus in altum: captiuã duxit captiuitatem. Et. L. viij.

Mnus enim mihi Maria Magdalene pręſtitit: quę citius credidit: quam Thomas, qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit: ⁊ de noſtro pectore dubietatis vulnus amputauit. ℟. Non relinquam vos orphanos. haleluiah vado, ⁊ venio ad vos: Et gaudebit cor veſtrum. haleluiah, haleluiah. ℣. Pacem meam do vobis: pacẽ relinquo vobis. Et. Lectio nona.

Ad inſinuandam quoq; veritatẽ dominicę reſurrectionis notandum nobis eſt, quod Lucas referat, dicens. Conueſcens pręcepit eis, ab Jeroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent ꝓmiſſionem patris. Et poſt pauca, videntibus illis eleuatus eſt: ⁊ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. ℟. Viri Galilei, quid admiramini aſpicientes in cęlum. haleluiah. Quemadmodũ vidiſtis eum aſcendentem in cęlum: ita veniet. haleluiah, halľah, haleluiah. ℣. Cumq; intuerentur in cęlum euntẽ illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui ⁊ dixerunt. Quem. Gloria, haleluiah. Te deum. Sacerd. ℣. Aſcẽdit de⁹ in iubilatione. ℟. Et dominus in voce tubę. hal. Et dicatur vſque ad Pentecoſt. qñ de aſcenſione agitur. In laud. Aña. Viri Galilei quid aſpicitis in cęlũ: hic Jeſus, qui aſſumptus eſt a vobis in cęlum, ſic veniet. halľ. ps. Dñs regna. 62. Aña. Cumq; intuerentur in cęlum euntẽ illum, dixerunt. haleluiah. ps. Iubilate. Aña. Eleuatis manibus ferebatur in cęlum, ⁊ benedixit eis. haleluiah. ps. Deus, deus. Aña. Exaltate regem regum: ⁊ hymnum dicite deo. halľ. ps. Benedicite. Aña. Videntibus illis eleuatus eſt: ⁊ nubes ſuſcepit eum in cęlũ. halľ. ps. Laudate. Cap. Primũ quidẽ ſermonẽ.

℣. In Chriſte nſm gau. ℟. Eleuata eſt magnificētia tua. ℣. Super celos deus. halſah. Ad bñs. aña. Aſcendo ad patrē meū, & patrem veſtrum: deum meum, & deum veſtrum. hal. Oratio.

Concede qs omnipotens deus: vt, qui hodierna die vnigenitum tuū redemptorem noſtrū ad celos aſcendiſſe credimus, ipſi quoque mente in celeſtibus habitemus. Per eundē. Ad j. Aña. Viri Galilei. ps. Deus in nomine. ℟. Jeſu Chriſte. Qui ſcandis ſuper ſydera, miſerere nobis. Hic ℣. dicatur quotidie vſq ad penteco. preterquam in feſto S. crucis cum occurrerit. Ad hor. Añe de laudib. Ad tertiam. Capitulum.

Viri Galilei, qd ſtatis aſpicientes in celū? hic Jeſus, qui aſſumptus eſt a vobis in celum, ſic veniet, quēadmodū vidiſtis eum euntē in celū. ℟. Aſcēdens Chriſtus in altum, hal. haleluiah. ℣. Captiuā duxit captiuitatē. halſah. Gloria. ℣. Aſcēdit deus in iubilatione. ℟. Et dñs in voce tube. Oratio.

Deus, cuius fili⁹ in alta polorū potenter aſcendens, captiuitatem noſtraʒ ſua duxit virtute captiuam, tribue qs: vt dona, que ſuis participibus contulit: largiatur & nobis: Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit. Finis

iij. fiat proceſſio ad vj. Capitu.

Euntes in mūdum vniuerſum, predicate euangeliuʒ omni creature: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. ℟. Aſcendens deus in iubilatione: halſah, halſah. ℣. Et dñs in voce tube. hal. Glo. ℣. Aſcēdo ad prēm meum & patrem veſtrum. ℟. Deū meū, & deū veſtrū. Oro.

Da quęſumus omnipotēs deus: illuc ſubſequi tuorū mēbra fideliū: quo caput noſtrū, principiumque preceſſit, Jeſus Chriſtus filius tuus dñs noſter. Qui tecum. Ad nonam. Cap.

Cumq intuerētur in celū euntem illum: ecce duo viri aſſiterunt iuxta illos in veſtibus albis, loquentes cum eis. ℟. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum: haleluiah, haleluiah. ℣. Deū meū, & deum veſtrum: halſab. Gloria. ℣. Eleuata eſt magnificentia tua. ℟. Super celos deus halſah. Oro. Da quęſumus omnipotens Deus. Ad veſp. Aña. Viri Galilei. ps. Dixit. Aña. Cumq intuerent. ps. Confitebor. Aña. Eleuatis. ps. Beatus vir. Aña. Exaltate. ps. Laudate pueri. Aña. Vidētibus. ps. Lauda Jeruſalē. 69. Vi pſal. cuʒ ſola Aña dicantur per hebdom. niſi in dñica: tunc dicetur loco pſal. Lauda Jeruſalem. In exitu. Capitu. Primū qui. ℟. Viri Galilei. Hym.

Eterne rex altiſſime, rc. vſqȝ ad Tu Chriſte. ℣. Aſcēdēs Chriſtus. Predictū cap. ⁊ iſte hymnus cum ℣. dicantur quotidie ad veſpe. per octauā. Ad mag. Añia. O rex glorie, domine virtutum, qui triumphator hodie ſuper omnes celos aſcendiſti: ne derelinquas nos orphanos: ſed mitte promiſſum patris in nos ſpiritum veritatis. halah. Oro. Concede queſumus omnipotens deus, vt qui hodierna. Per hebdom. Ad Bñs, ⁊ ad Mag. Añia. Euntes in mundum vniuerſum: predicate euāgelium omni creature, hal. qui crediderit, ⁊ baptizatus fuerit: ſaluus erit. hal. qui vero nō crediderit, condemnabitur: halah. Añia. Dñs quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis aſcēdit in celū: ⁊ ſedet ad dexterā dei. hal. Añia. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia: ⁊ non eſt opus, quod quis te interroget: in hoc credimus, quia a deo exiſti. hal. Añia. Vado parare vobis locum, ⁊ iterū veniam ad vos, haleluiah: ⁊ gaudebit cor veſtrum. haleluiah haleluiah. Añia. Spiritus, qui a patre procedit. haleluiah. ille me clarificabit. haleluiah, haleluia. Añia. Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eū eūtem in celū. haleluiah. Añia. Non vos relinquam orphanos. haleluiah: vado, ⁊ venio ad vos. haleluiah. ⁊ gaudebit cor veſtrū. haleluiah. Añia. Rogabo patrem meum: ⁊ alium peraclituȝ dabit vobis: haleluiah. Añia. Non pro his rogo tantum: ſed pro eis, qui crediturī ſunt per verbum eorū in me: ſicut tu pater in me, ⁊ ego in te, ita vt ipſi nobiſcū vnū ſint: vt mundus credat: quia tu me miſiſti. haleluiah. Añia. Spiritus ſanctus docebit vos: haleluiah queeūque dixero vobis. haleluiah. haleluiah. Per oct. ad matutinū inuit. Aſcendens Chriſtus in altum, halah. ⁊ dicat quotidie vſqȝ ad penteco. quando ſit de aſcen. niſi in dñica intra octa. ⁊ in die octaue. Lectiones legantur de apoc.

FERIA SEXTA.

Incipit lib. Apoc. beati Johannis Apoſtoli. Lectio prima.

Apocalypſis Jeſus Chriſti, quam dedit illi deus palā facere ſeruis ſuis: que oportet fieri cito: ⁊ ſignificauit, mittens per angelum ſuum ſeruo ſuo Johanni: qui teſtimonium perhibuit verbo dei: ⁊ teſtimoniuȝ Jeſu Chriſti, quecunque vidit. Beatus, qui legit, ⁊ qui audit verba prophetie huius: ⁊ ſeruat ea, que in ea ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt. Tu au. vel ſic ſecūdū ordinē turbarū, ⁊c. vt in rub. xxx. de octa. Lec. ij. Johannes ſeptem eccleſiis, que ſunt in Aſia: gratia vobis, ⁊ pax

ab eo, qui eſt, qui erat, et qui venturus eſt. Et a ſeptem ſpiritib⁹, qui in cōſpectu throni eius ſūt. Et a Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuoꝝ, et princeps regum terrę. Qui dilexit nos, et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Lec. ij.

Et fecit nos regnum, et ſacerdotes deo, et patri ſuo. Ipſi gloria, et imperium: in ſecula ſeculorum amen. Et veniet cum nubibus: et videbit eū omnis oculus, et qui eum pupugerunt: et plangent ſe ſuper eum omnes trib⁹ terrę: etiam. amen. Ego ſum alpha et ω: principium, et finis: dicit dñs: qui eſt: qui erat: et qui venturus eſt: dñs oĩpš. Ad bñs, et ad Magnificat. añā. Euntes, per ordinem, vt ſunt ſignatę.

SABBATHO.

De Apoc. b. Johā. Apoſto. L. j.

Ego Johannes frater veſter, et ſocius in tribulatione, et regno, et patientia in Chriſto Jeſu, fui in inſula, quę appellatur Patmos, propter verbum dei, et teſtimonium Jeſu Chriſti. Lectio ſecunda.

Fui in ſpiritu in dominica die: et audiui poſt me vocē magnā, tanꝙ tubę, loquentis, et dicētis: Quod vides, ſcribe in libro: et mitte ſeptem eccleſijs, quę ſunt in Aſia: Epheſo: et Smyrnę: et Pergamo: et Thyatire: et Sardis: et philadelphię: et Laodicię.

Lectio tertia.

Et conuerſus ſum, vt viderem vocem, quę loquebatur mecū. Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea. Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis veſtitum pōdere: et precinctum ad mamillam zona aurea.

DOMINICA INFRA octa. aſcenſionis.

Sabbatho ad veſp. añ. Viri Galilęi. pſal. vt in die. cap. R. hym. V. vt in primis veſpe. oratio. vt in die. Ad Magn. añ. Illi autem profecti prędicauerunt vbique, dño cooperante, et ſermonē confirmante, ſequētibus ſignis. haleluiah. haleluiah. Ad matu. De Apoc. b. Johā. Apoſt. L. j.

Caput eius, et capilli erant candidi tanquam lana alba: et tanꝙ nix: et oculi eius tanquā flāma ignis: et pedes eius ſimiles auricalco: ſicut in camino ardenti: et vox illius tanquā vox aquarum multarū. Tu aūt. R. ia. et cetera omnia. vt in die aſcenſionis. Lectio ſecunda.

Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptē: et de ore ei⁹ gladius ex vtraqꝫ parte acutus exibat: et facies eius ſicut Sol lucēs in virtute ſua. Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Tu autem. Lectio iij.

Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicēs. Noli timere. Ego

ſum primus, ⁊ nouiſſimus: ⁊ viuus, ⁊ fui mortuus. Ecce ſuꝫ viuens in ſecula ſeculorum: ⁊ habeo claues mortis, ⁊ inferni. Tu.

Sermo b. Leonis pape. Lec. iiij.

POſt beatam ⁊ glorioſaꝫ reſurrectionẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti: qua verum dei tẽplũ Iudaica impietate reſolutũ diuina in triduo potentia ſuſcitauit: quadragenarius hodie dilectiſſimi ſanctorum dierũ expletus eſt numerus: ſacratiſſima ordinatione diſpoſitus: ⁊ ad vtilitatẽ nr̃e eruditionis impenſus: vt, dũ a dño in hoc ſpatio mora preſentie corporalis extẽditur: fides reſurrectionis documẽtis muniatur neceſſarijs. Lectio v.

Mors enim Chriſti multoꝝ corda diſcipulorum turbauerat, ⁊ de ſupplicio crucis, ⁊ de emiſſione ſpiritus, ⁊ de exanimati corporis ſepultura: grauatis meſtitudine mẽtibus quidã diffidentie torpor obrepſerat. Lectio vj.

Nam cum ſancte mulieres, ſicut euangelij patefecit hiſtoria, reuolutũ a monumẽto lapidẽ: ſepulchrum corpore vacuum; ⁊ viuẽtis dñi teſtes angelos nunciarent: verba earum apoſtolis, alijſque diſcipulis: deliramentis ſimilia videbantur.

Secundum Iohannem.

ca. 15. IN illo tempore: Cum venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis a patre, ſpiritum veritatis: qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et reliqua.

Omel. vener. Bede preſb. L. vij.

EX multis ſancti euangelij locis inuenimus, quia diſcipuli ante aduentũ ſancti ſpiritus, minus capaces erant ad intelligenda arcana diuine ſublimitatis, ⁊ minus fortes ad tolerandas paſſiones, atq̧ aduerſa humane prauitatis. Lec. viij.

Sed eis adueniente ſancto ſpiritu, cum augmẽto diuine agnitionis: data eſt etiam conſtantia vincendi humane perſecutionis tentamenta. Lectio ix.

Vnde illis dominica promiſſione nunc dicitur: Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, ſpiritum veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. In lau. ſup. Memoria de dñica. Aña.

Cum venerit paraclitus: quem ego mittam vobis a patre: ſpiritum veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me halleluiah: ⁊ vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecũ eſtis halleluiah. ℣. Domine in celo miſericordia tua. ℟. Et veritas tua, vſque ad nubes, halleluiah. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus fac nos tibi ſemper ⁊ de-

uno: á gerere voluntatē: ⁊ maieſtati, tuę ſyncero corde ſeruire. Per dñm. Cetera omnia tā ad vtraſq; veſpe. ꝙ ad matu. ⁊ hor. de feſto, prout in rubrica notata ſignatur. In ij. veſpe. non fiat memoria de dominica.

FERIA SECVNDA infra oct. Aſcenſionis.

De Apoc. b. Johā. Apoſt. L. i.

Et angelo Thyatirę eccleſię ſcribe: hęc dicit filius dei, qui habet oculos tanꝙ flammā ignis: ⁊ pedes eius ſimiles aurichalco. Noui opera tua, ⁊ fidē, ⁊ charitatem, ⁊ miniſterium, ⁊ patientiā tuam, ⁊ opera tua nouiſſima plura prioribus. Lectio ij.

Sed habeo aduerſus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quę ſe dicit propheta[m] eſſe, ⁊ non eſt: docere, ⁊ ſeducere ſeruos meos: fornicari, ⁊ comedere de idolo lothytis. Lectio iij.

Et dedi illi tempus, vt pęnitētiā ageret: ⁊ nō vult pęnitere a fornicatione ſua. Ecce mittā eā in lectum: ⁊ qui mœchantur cū ea i tribulatione maxima erūt: niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis: ⁊ filios eius interficiā in morte. Et ſciēt omnes eccleſię: quia ſum ſcrutans renes, ⁊ corda: ⁊ dabo vnicuique veſtrū ſecundum opera ſua.

FERIA TERTIA.

De Apo. b. Johā. apo. L. j.

Uobis autē dico, ⁊ cęteris qui thyatire eſtis: quicunq; nō habent doctrinā hāc: qui non cognouerūt altitudinem ſatanę, quemadmodū dicunt, non mittam ſuper vos aliud pondus: tm̄ id, quod habetis, tenete, donec veniam. Tu autem. Lectio ij.

Et qui vicerit: ⁊ cuſtodierit vſque in finē opera mea, dabo illi poteſtatē ſuper gentes: ⁊ reget eas in virga ferrea, ⁊ tanquā vas figuli confringentur: ſicut ⁊ ego accepi a patre meo, ⁊ dabo illi ſtellā matutinā. Qui habet aures audiendi audiat: quid ſpūs dicat eccleſijs. Tu autem. L. iij.

Et angelo Sardis eccleſię ſcribe. Hęc dicit, qui habet ſeptem ſpiritus dei, ⁊ ſeptē ſtellas. Scio opera tua, q͂a nomē habes ꝙ viuas: ⁊ mortuus es. Tu autem.

FERIA QVARTA.

De Apoc. b. Johā. Apoſt. L. j.

Eſto vigilans: ⁊ confirma cętera, quę moritura erāt. Nō. n. inuenio opera tua plenā corā deo meo. In mēte ergo habe, qualiter acceperis, ⁊ audieris, ⁊ ſerua: ⁊ pñiam age. Lectio ij.

Si vero non vigilaueris: veniā ad te tanquam fur: ⁊ neſcies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca noīa in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: ⁊ ambulabunt mecum in albis, quoniam digni ſunt. L. iij.

Qui vicerit ſic veſtietur veſtimentis albis, ⁊ non delebo no-

men eius de libro vitę: & confite bor nomē eius coram pře meo, & coraꝫ angelis eius. Qui habet aures audiendi, audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Tu autem.

IN OCTAVA

Aſcenſionis ſemid.

[Rubric largely illegible: ...de octaua ... nocte ... hoc ... addito ... oratio.] Da quęſ omnipotens deus illuc ſubſequi. [Dicitur ad vtraſqꝫ veſperas & ad matu. Ad hoi. Ad matu.] Sermo S. Auguſtini epi: L. j.

OMnia chariſſimi, quę dn̄s Jeſus Chriſtus in hoc mūdo ſub fragilitate noſtra miracula edidit, nobis proficiunt: quia dum humanam conditionē ſyderibus importauit, credentib' cęlum patere poſſe, monſtrauit: & dum victorem mortis in cęleſtia eleuauit, victoribus, quo ſequantur, oſtendit. Lectio ij.

ASceuſio ergo dn̄i, catholicę fidei confirmatio fuit, vt ſecuri in poſterum crederemus miraculi illius donum, cuius iā in pręſenti percepiſſemus effectū: & fidelis quiſqꝫ cū iam tanta perceperit, per ea, quę cognoſcit pręſtita, diſcat ſperare pmiſſa, ac Dei ſui pręteritam pręſentemque bonitatē, quaſi futurorum teneat cautionem. Lectio iij.

SUper excelſa ergo cęli terrenū corpus imponitur, oſſa intra ſepulcri anguſtias paulo ante concluſa, angelorum cętibus inſeruntur: in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur: & ideo ſacra apoſtolicę lectionis teſtat hiſtoria: Cum hęc dixiſſet, inquit, videntibus illis eleuatus eſt. Lectio iiij.

QUm audis eleuatū, agnoſce militię cęleſtis obſequium: vnde hodierna feſtiuitas hominis nobis, & Dei ſacramenta manifeſtauit. Sub vna eademqꝫ perſona, in eo qui eleuat diuinam potentiaꝫ: in eo autē qui eleuatur, humanā agnoſce ſubſtantiam. Lectio quinta.

IDeoqꝫ oīb' modis deteſtanda ſunt venena orīētalis erroris, q impia nouitate pręſumit aſſerere, filium Dei ac filiū hominis vnius eſſe naturę. In alterutra enim parte vel qui ſolū hominē fuiſſe dixerit negabit cōditoris gloriam: vel qui ſolum Deum, negabit miſericordiaꝫ redēptoris. Quo in genere non facile Arrianus euangelicā poterit habere veritateꝫ, vbi filium Dei nunc ęqualeꝫ legim', nunc minorem. Lectio ſexta.

QUi enim vni' naturę Saluatorē nr̄um mortifera perſuaſione crediderit, ſoluꝫ hominem, aut ſolum Deum cogetur dicere crucifixum. Sed non ita eſt. Morten enim nec ſolus Deus ſentire, nec ſolus homo, ſuperare potuiſſet. Cętera omnia vt in die aſcenſionis.

FERIA SEXTA post octa. Aſcenſionis.

Hymni.hym.antiphonę, pſal. & ꝟ. ſicut per octa. aſcenſionis.

De Apoc. b. Joha. ꝟ poſt. L. j.

Et angelo Philadelphię eccleſię ſcribe: hęc dicit ſanctus, & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. ℞. Exaltare. Lectio ſecunda.

Scio opera tua: ecce dedi corã te oſtiũ, quod nemo poteſt claudere: quia modicam habes virtutem, & ſeruaſti verbũ meũ: & non negaſti nomen meum. Ecce dabo tibi de ſynagoga ſatanę: qui dicunt ſe Judęos eſſe, & nõ ſunt, ſed mentiuntur. Lect. iij.

Ecce faciam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & ſciẽt, quia ego dilexi te, quoniam ſeruaſti verbũ patientię meę: & ego te ſeruabo ad horam tentationis, quę ventura eſt in orbem vniuerſum, tentare habitantes in terra. Te deum laudamus.

In laudiã. pſal. & ap. hym. & ꝟ. vtſu. p oct. Ad bñs. aij. Nõ pro bis. Require in añis per hebd. Orõ. Concede q̃s. & dicatur ad matu. & veſp. fine hodierna die, quę re in die aſcẽ. Horę, vt in die aſcẽ. cũ collec. Da q̃s ops deus illuc. Ad magni. aña Spiritus ſanctus. Require in añis per hebd. oratio. Cõcede, cętera, ſicut per octa. Complet. vt ſupra.

IN VIGILIA Pentecoſtes, ... non poteſt celebrari de feſtis ix. lectio. Ad matuti. Inuitato. hym. antiphonę, pſal. ꝟ. de aſcenſio. ſicut per octauam.

Secundum Johannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: & alium paraclitũ dabit vobis: vt maneat vobiſcum in ęternum. & reliq. ca. 14.

Homi. vene. Bedę presby. L. j.

Paraclitus quippe conſolator interpretaẽ: & ſpiritus ſanctus recte paraclitus diciẽ: quia corda fideliũ, ne inter huius ſeculi aduerſa deficiant cęleſtis vitę deſiderijs ſubleuat, ac reficit. Unde in actibus apoſtolorũ creſcente ſancta eccleſia diciẽ. Et ędificabaẽ ambulans in timore domini, & conſolatione ſancti ſpiritus replebatur. ℞. Tempus eſt, vt reuertar ad eum, qui me miſit, dicit dominus, nolite contriſtari, nec turbetur cor veſtrum. Rogabo pro vobis patrem, vt ipſe vos cuſtodiat. halelulah. ꝟ. Pacem meã do vobis: pacẽ relinquo vobis. Rogabo pro vobis patrem.

Lectio ſecunda.

Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo prẽ, & aliũ paraclitũ dabit vobis: vt maneat vobiſcum in ęternũ.

Et hoc dicit de ſpiritu ſancto: quem niſi habeamus, nec diligere deū poſſumus: nec mandata eius ſeruare. ℟. Si enim non abiero, paraclitus nō veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam euz ad vos. Cū autē venerit ille, docebit vos omnem veritatē. hal. ℣. Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quecunqz audiet loquetur, ⁊ que ventura ſunt annunciabit vobis. Cum. Lectio.

VEo intentionem bone voluntatis debem⁹ mereri: vt ipſe nobis ſua miſericordia infundat charitatē: qua diligamus eū: vt eū diligendo: eiusqz precepta ſeruando: mereamur accipere ſpūm ſanctū. ℟. Ego rogabo patrē: ⁊ aliū paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcuz in eternum, Spirituz veritatis. hal. ℣. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittā eum ad vos. Spiritū. Te deū. Sacer. ℣. vtſa.

In lau. aſſe. pſ. cap. hym. ℣. vtſa. per oct. Ad Bñs. aña. Si diligitis me, mandata mea ſeruate: ⁊ ego rogabo patrē, ⁊ aliū paraclitum dabit vobis. hal. Oratio.

PReſta queſumus ops de⁹: vt claritatis tue ſuper nos ſplendor effulgeat: ⁊ lux tue lucis corda eorū, qui per gratiam tuā renati ſunt, ſancti ſpiritus illuſtratione confirmet. Per. Dominice, ſicut per octauam, cum oratione. Da queſumus omnipotens deus illuc. Ad veſp. totum. dup. aña. Rogabo patrem meum: ⁊ alium paraclitū dabit vobis. haleluiah. ℣. Bñdictus. 61 Aña. Cū autem venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem: ⁊ que ventura ſunt annunciabit vobis: hal. ℣. Exalta. Aña. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, ⁊ annunciabit vobis. haleluiah. ℣. Lauda anima. Aña. Cum venerit paraclitus, quē ego mittam vobis, ſpiritum veritatis, q a patre procedit: ille teſtimoniū perhibebit de me: haleluiah. ℣. Laudate dominum, quoniā. 69 Aña. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cum autem venerit ille ſpūs veritatis, docebit vos omnem veritatem. haleluiah. ℣. Lauda Jeruſalem. Capitu.

DUm complerentur dies pētecoſtes: erāt omnes diſcipuli pariter in eodem loco. ℟. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Hymnus.

BEata nobis gaudia:
Anni reduxit orbita:
Cum ſpiritus paraclitus:
Effulſit in diſcipulos.
Ignis vibrante lumine:
Lingue figuram detulit:
Verbis vt eſſent profluí:
Et charitate ferudi.

V ſingulis loquuntur omnium:
Turbę pauent gentilium:
Muſto madere deputant:
Quos ſpiritus repleuerat.
P atrata ſunt hęc myſtice:
Paſchę peracto tempore:
Sacro dierum numero:
Quo lege fit remiſſio.
T e nunc deus piiſſime:
Uultu precamur cernuo:
Illapſa nobis cęlitus:
Largire dona ſpiritus.
D udum ſacrata pectora:
Tua repleſti gratia:
Dimitte nunc peccamina:
Et da quieta tempora.
S it laus patri cum filio:
Sancto ſimul paraclito:
Nobiſqꝫ mittat filius
Chariſma ſancti ſpiritus.

Amen. Iſte hym. ꝛ hym. Ieſu noſtra redemptio. Ad comple. vna cum cęteris hym. per octa. dicantur cum iſtis duobus ℣. ſ. Dudū ſacrata. ꝛ ℣. Sit laus patri. hym. ad horas hac die, ꝛ per oct. dicantur in tono hym. Beata nobis gaudia excepto hymn. Ueni creator qui ſemper dicetur in ſuo proprio tono. ℣. Spiritus domini repleuit orbeꝫ terrarum. ℟. Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Ad Mag. aň. Non vos relinquam orphanos. hal. vado, ꝛ venio ad vos. hale. ꝛ gaudebit cor veſtrum. hal. Oratio. Preſta quęſumus omnipotēs deus: vt claritatis cęte. vt ſupra. Ad comple. aña. Hal. iiij. iñ. Cum inuoc. ꝛ cę. hym. Ieſu noſtra redemptio. cęt. vt ſup. in aſcen. ꝛ dicatur iſte hym. in ſuo proprio tono. ℣. Cuſtodi nos domine. Ad Nunc dimittis. aña. Spiritus paraclitus. hal. docebit vos omnia. haleluiah, haleluiah.

IN DIE PENTECOSTES.

Ad matu. inui. Hal. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Venite adoremus: hale. ꝑs. Venite exultemus. Hymnus.



I Am Chriſtus aſtra aſcenderat:
Regreſſus vnde venerat:
Promiſſo patris munere
Sanctuꝫ daturꝰ ſpiritū.
S olennis vrgebat dies:
Quo myſtico ſeptemplici:
Orbis volutus ſepties.
Signat beata tempora.
C um hora cunctis tertia:
Repente mundus intonat:
Orantibus apoſtolis:
Deum veniſſe nunciat.
D e patris ergo lumine:
Decorus ignis almus eſt:
Qui fida Chriſti pectora:
Calore verbi compleat.
D udum ſacrata pectora.
S it laus patri. In j. noct. aña. Factus eſt repente de cęlo ſonus adue-

IN LAVDIBVS Aña.
Dum complerentur dies pentecoſtes, erant omnes pariter, dicẽtes. hal. ps. Dñs reg. 67. cũ reł. de lau. Aña. Spiritus dñi repleuit orbem terrarum. hal. Aña. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: ⁊ ceperunt loqui. hal. Aña. Fontes ⁊ omnia, que mouentur in aquis, hymnuꝫ dicite deo. halleluiah. Aña. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia dei. halah, halah, halah. Cap.

Factus eſt repente de celo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis: ⁊ repleuit totam domuꝫ, vbi erant apoſtoli ſedentes. Deo. Hymnus.

Impleta gaudent viſcera:
Afflata ſancto ſpiritu:
Voces diuerſas intonant:
Fantur dei magnalia.
Ex omni gente cogniti:
Grecis Latinis, barbaris:
Cunctiſq; admirantibus:
Linguis loquuntur omnium.
Iudea tunc incredula:
Veſana totus ſpiritu:
Ructare muſti crapulam:
Alūnos Chriſti concrepat.
Sed ſignis, ⁊ virtutibus:
Occurrit, ⁊ docet Petrus:
Falſa profari perfidos:
Joelis teſtimonio.
Dudum ſacrata pectora.
Sit laus patri. ℣. Emitte ſpiritum. Ad Bñs Aña. Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. halleluiah. Oratio.

Deus, qui hodierna die corda fideliuꝫ ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere. Per eiuſ. Ad j. Aña. Dum complerentur. ps. Deus in nomine. ps. Beati immac. ps. Retribue. Symb. Quicunque. R. Jeſu Chriſte fili dei viui miſerere nobis. Hal. hal. ℣. Qui ſpm̃ paraclitum miſiſti apoſtolis, miſerere nobis. ⁊ dicatur per hebdomadam. Hal. Gloria. Jeſu. Ad [illegible] miniſtris altaris ſolẽniter apparatis prior induat cappã ſericã, ⁊ diaconus, ⁊ ſubdiaconus dalmaticam, ⁊ tunicam: ⁊ ſi cappa ſerica non habeatur omnes ſint in albis: finita pulſatione veniat ante primum gradum altaris, ⁊ dicto Pater nr̃. miniſtris hinc inde aſtantibus: prior incipiat Deus in adiutorium. Deinde hymnus Veni creator. cuꝫ genuflexione ⁊ eo incipiente omnes flectant genua [illegible] prior autem in [illegible] dum cantatur [illegible] altare [illegible] cum miniſtris [illegible] ſacerdos ſedere [illegible] [illegible] Hymnus.

Veni creator ſpiritus:
Mentes tuorum viſita:

Imple

Imple ſuperna gratia:
Que tu creaſti pectora.
Qui paraclitus diceris:
Donum dei altiſſimi:
Fons viuus, ignis charitas:
Et ſpiritualis vnctio.
Tu ſeptiformis munere:
Dextere dei tu digitus:
Tu rite promiſſum patris:
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma noſtri corporis:
Uirtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longius:
Pacemqꝫ dones protinus:
Ductore ſic te preuio:
Uitemus omne noxium.
Per te ſciamus da patrem:
Noſcamus atqꝫ filium:
Te vtriuſqꝫ ſpiritum:
Credamus omni tempore.
Nudum ſacrata. Sit laus patri. Añ. Spiritus domini. ps. Legem pone. Cap. Factus eſt repente. Quere in lau. ℟. Loquebantur variis linguis apoſtoli. Halah, hal. ℣. Magnalia dei. Hal. Gloria. Loque. Spiritus domini repleuit orbez terrarum. ℟. Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Oratio. Deus, qui hodiernā.
Hec oratio dicitur per hebdo. ad iij. vj. et ix. Ad vi. antiph. Repleti. ps. Defecit. Cap. Dum complerentur. Quere in primis veſp. ℟. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, hal. hal. ℣. Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Halah. Gloria. Spiritus. ℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. ℟. Et ceperūt loqui. hal. Oratio. Deus, qui hodiernā. Ad ix. añā. Loquebantur. Capitulum.

Apparuerunt apoſtolis diſpertite lingue tanq̄ ignis: ſeditqꝫ ſupra ſingulos eorum ſpiritus ſanctus. ℟. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: Hal. hal. ℣. Et ceperunt loqui. Hal. Gloria. Repleti. ℣. Emitte ſpiritum tuum, et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. hal. Oratio. Deus, qui hodiernā. Ad veſp. añā. Dum complerentur. ps. Dixit dominus. ps. cet. añe de lau. ps. Confitebor. ps. Beatus. ps. Lauda. ps. In exitu. Hi pſal. dicantur per hebdo. Cap. Factus eſt repente. Quere in lau. ℟. Loquebantur varijs linguis apoſtoli. hal. hal. Magnalia dei, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. hal. ℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: et ceperunt loqui. Magnalia. Gloria. Hym. Veni creator. Quere in primis veſpe. Spiritus domini. Ad Magn. añ. Hodie completi ſunt dies Penthecoſtes. hal. Hodie ſpiritus ſanctus in igne diſcipulis apparuit: et tribuit eis chariſmatum dona: et miſit eos in vniuerſum mundum predicare, et teſtificari: qui

credi-

crediderit, et baptiʒatus fuerit, ſaluus erit. halelujah. Oratio. Deus, qui hodierna. Ad complet. aña. Halel. ℟. Cum inuocarem.&c. Hymnus.

Alma chorus domini: Nūc pāgat nomina ſūmi.

Meſſias: ſoter: emmanuel: Sabaoth:adonai.

Eſt via: vita: manus: vnigenitus: homouſion.

Principium: primogenitus: ſapientia:virtus.

Alpha: caput: finiſq; ſimul: vocitatur, et eſt ω.

Fons: et origo boni:paraclitus: ac mediator.

Agnus: ouis: vitulus: ſerpens aries: leo:vermis.

Os:verbum:ſplendor:Sol:gloria: lux: et imago.

Panis:flos: vitis: mons:ianua: petra: lapiſq;.

Angelus: et ſponſus: paſtorq;: propheta: ſacerdos.

Athanathos: Kyrios: theos: pantocrator, et Jſus.

Saluificet nos ſic,cui ſecla: per omnia doxa. Amen. ℣. Cuſtodi nos domine. Ad Nunc dimittis. Aña. Halal. Spiritus paraclitus. vt ſupra. Hoc modo dicatur quotidie completor. vſq; ad ſabbatum.

FERIA SECVNDA.

totum dup. Ad matut. inuit. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto:hal. ps. Venite exult. Hymn. Jam Chriſtus. Añ. Factus eſt. ps. Magnus dominus. 18. Secundum Johannem. Lcō j.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret:vt omnis,qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam eternam. Et reliq. Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Quantum in medico eſt, ſanare venit egrotum. Ipſe interimit, qui precepta medici obſeruare non vult. Venit Saluator in mundū. Quare Saluator dictus eſt mundi, niſi vt ſaluet mundū, non vt iudicet mundum? Saluari non vis ab ipſo? ex te ipſo iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? vide qd ait. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, quid dicturū ſperabas, niſi iudicatur? Quod addit. Jam(inquit) iudicatus eſt:nondum apparuit iudicium,ſed iam factum eſt iudicium. ℟. Diſciplinam, et ſapiētiam docebit eos dominus. hal. firmauit in illis gratiā ſpiritus ſancti: Et intellectu adimpleuit corda corū:halah,halah. ℣. Spiritus domini repleuit orbē terrarum: et hoc,quod continet omnia,ſciētiā habet vocis. Et. L. ij.

Nouit enim dominus, qui ſunt eius: nouit qui permaneant ad coronā,qui permaneant ad flāmam: nouit in area

ſua triticū, nouit & palea, nouit & ſegetem, nouit & zizania. Iam iudicatus eſt, qui nō credit: quare iudicatus eſt? quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim mala opera eorum. Fratres mei quorum opera bona inuenit dominus? Nullorum: omnia enī opera mala inuenit. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, & venerunt ad lucem? Et hoc enim ſequitur: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem. ℟. Spiritus ſanctus procedens a throno: apoſtolorum pectora inuiſibiliter penetrauit: nouū ſanctificationis ſignum. Vt in ore eorum omnium genera naſcerētur linguarum. hal. ℣. Aduenit ignis diuinus, non comburens, ſed illuminans: & tribuit eis charismatū dona. Vt in ore. ℟. c. iij.

SEd dilexerunt, inquit, tenebras magis quam lucē: ibi poſuit vim. Multi enī dilexerunt peccata ſua, & multi confeſſi ſunt peccata ſua: quia q confitetur peccata ſua, & accuſat peccata ſua, iam cū Deo facit. Accuſat Deus peccata tua: & ſi tu accuſes, cōiungeris Deo. Quaſi duę res ſunt homo, & peccator. Quod audis, homo, Deus fecit. Quod audis peccator: ipſe homo fecit. Dele, quod fecisti: vt Deus ſaluet quod fecit. Oportet, vt oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum autem ceperit tibi diſplicere, quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua. Initium operū bonorum, confeſſio eſt operum malorum. ℟. Apparuerunt Apoſtolis diſpertitę linguę tanquam ignis: hal. Seditq; ſupra ſingulos eorū ſpiritus ſanctus: hal. hal. ℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & ceperunt loqui. Seditq; Gloria. Halab. Te deum. Sacer. ℣. Emit. vt ſup. In laud. aña. Dum comple. ps. Dominus regna. 62. & cęt. ad cęte. cap. Apparuerunt. Hym. Imple. ℣. Emitte. Predicta ſ. cap. hym. ℣. dicantur ad lau. per hebd. Ad Benedictus aña. Sic deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitam ęternam, halleluiah. Oratio.

DEus, qui apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritum: concede plebi tuę pię petitionis effectum: vt, quibus dediſti fidē largiaris & pacem. Per eiuſdem. [illegible] oratio dicatur ad veſp. [illegible] re dicantur, ſicut in die per totā [illegible], excepto, quod ad primā non dicatur Symb. Quicunq; vult. Ad veſp. aña. Dum comple. ps. Dixit. 45. & cęt. ad cęt. Cap. Fa-

ctus

ctus eſt ꝛc. ℟. Apparuerunt. Hym. Beata nobis. ℣. Spiritusdomini ꝛc. Ad Mag. aña. Non enim miſit deus filiuz ſuũ in mundum, vt iudicet mundum: ſed, vt ſaluetur mundus per ipſum. halah. Oratio. Deus, qui apoſtolis. Complet. vt ſup.

· FERIA TERTIA ·

duplex. Ad matut. inuit. hym. antiphonę, pſal. ℣. vt ſupra.

10 Secundum Iohannem. Lcõ i.

In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus Phariſeis. Amen amen dico vobis, q non intrat ꝑ oſtiũ in ouile ouiũ, ſed aſcẽdit aliũde, ille fur eſt, ꝛ latro: qui autẽ intrat per oſtiũ, paſtoꝛ eſt ouiũ. Et rel. Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

Dominus de grege ſuo, ꝛ de oſtio, quo intratur ad ouile, ſimilitudinẽ pꝛopoſuit in hodierna lectione. Dicãt ergo Pagani: Bene viuimus. Si ꝑ oſtiuz non intrant, quid eis pꝛodeſt, vnde gloꝛiantur? Ad hoc enim debet vnicuiqꝫ pꝛodeſſe bene viuere, vt detur illi ſemper viuere. Nam cui non datur ſemper viuere, quid pꝛodeſt bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi ſunt, qui finẽ bene viuendi, vel per cęcitatẽ neſciunt, vel per inflationẽ contemnunt. Nõ eſt autem cuiquam ſpes vera, ꝛ certa ſemper viuendi, niſi agnoſcat vitam, quę eſt Chꝛiſtus, ꝛ per ianuam intret in ouile. ℟. Spiritus ſanctus repleuit totam domuz, vbi erant Apoſtoli: ꝛ apparuerũt illis diſpertitę linguę tanquam ignis: ſeditqꝫ ſupꝛa ſingulos eoꝛum. Et repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, ꝛ cęperunt loqui varijs linguis, pꝛout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. hal. hal. ℣. Dum ergo eſſent diſcipuli in vnum cõgregati pꝛopter metum Judęoꝛum: ſonus repente de cęlo venit ſuper eos. Et. Lcõ ij.

Querunt ergo plerunqꝫ tales homines etiaz perſuadere hominibus, vt bene viuãt, ꝛ Chꝛiſtiani nõ ſint: ꝑ aliã partem volũt aſcẽdere, rapere, ꝛ occidere, nõ vt bonus paſtoꝛ cõſeruare, atqꝫ ſaluare. Fuerũt ergo quidã philoſophi de virtutibus, ꝛ vitijs ſubtilia multa tractãtes diuidẽtes, deffinientes, ratiocinãtes, acutiſſime, cõcludẽtes, libꝛos implẽtes, ſuam ſapientiam buccis cõcrepãtibus ventilantes: qui etiã dicere auderẽt hominibus: Noſ ſequimini, ſectam noſtram, tenete, ſi vultis bene viuere. Sed nõ intrabãt per oſtiũ, perdere volebãt, mactare, ꝛ occidere. ℟. Loquebantur varijs linguis apoſtoli. hal. Magnalia dei. halah. pꝛout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis, hal. hal. hal. ℣. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, ꝛ cęperunt loqui. Magnalia. Lcõ iij.

Quid de iſtis dicam? Ecce ipſi Phariſęi legebant, ꝛ

in eo quod legebant, Chriſtum ſonabant: venturuꝫ ſperabant, ⁊ pręſentem non agnoſcebant. Iactabant etiam ipſi ſe inter videntes, hoc eſt inter ſapientes, ⁊ negabant Chriſtum, ⁊ non intrabant per oſtium. Ergo ⁊ ipſi, ſi quos, forte ſeducerent, mactandos, occidendos, ⁊ non liberandos, ⁊ hos dimittamus: videamus illos ſi forte ipſi intrant per oſtium in ouile, qui ipſius Chriſti nomine gloriantur. Innumerabiles enim ſunt, qui ſe videntes non ſolum iactant, ſed a Chriſto illuminatos videri volunt. Sunt autem heretici. ℟. Aduenit ignis diuinus non comburens, ſed illuminans: non conſumens, ſed lucens. Et inuenit corda diſcipulorum receptacula munda: ⁊ tribuit eis chariſmatum dona. Hal. hal. ℣. Inuenit eos concordes charitate: ⁊ illuſtrauit eos inundans diuinitas deitatis. Et inue. Gloria. Hala. In lau. aīę. pſal. hym. ℣. vt ſup. Ad Bñs aña. Amen amen dico vobis, qui nõ intrat per oſtiũ in ouile ouiũ: ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, ⁊ latro: qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, haleluiah. Oratio.

Adſit nobis, quęſumus domine, virtus ſpiritus ſancti: quę ⁊ corda noſtra clemẽter expurget, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per eundem. Dorę, vt ſup. Ad veſp. aña. Dum complerentur. pſ. Dixit. 45. ⁊ cetere ad ceteros. cap. Factus eſt. ℟. Aduenit. Hym. Beata nobis gau. ℣. Spiritus domini. Ad magn. aña. Ego ſum oſtium, dicit dominus, per me ſi quis introierit ſaluabitur, ⁊ paſcua inueniet. hal. Orō. Adſit nobiſqȝ.

FERIA QVARTA.

ſemiduplex, ad mat. ſola prima aña ſuper pſal. feſti. Secundū Iohannem. Lectio prima. cap. 6.

In illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudęorũ. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit euꝫ. Et reliq. Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

Noli cogitare te inuitũ trahi trahitur animus: ⁊ amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba perpendunt, ⁊ a rebus, maxime diuinis intelligẽdis longe remoti ſunt, in hoc ſcripturarum ſanctarum euangelico verbo forſitan reprehẽdamur, ⁊ dicatur nobis: Quomodo voluntate credo ſi trahor? Ego dico: Parum eſt voluntate, etiã voluptate traheris. Quid eſt, trahi voluptate? Delectare in domino, ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Eſt quędam voluptas cordis cui panis dulcis eſt ille cęleſtis. Porro ſi poetę dicere licuit: Trahit ſua quẽqȝ voluptas: non neceſſitas, ſed voluptas: non obligatio, ſed delectatio:

ctatior: quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominē ad Chriſtum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iuſtitia, delectatur ſempiterna vita, quod totum Chriſtus eſt? An vero habet corporis ſenſus voluptates ſuas, ꝛ animus deſeritur a voluptatibus ſuis? Si animꝰ nō habet voluptates ſuas, vnde dicitur: Filij autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt? Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, ꝛ torrente voluptatis deliciarum tuarū potabis eos: Quoniam apud te eſt fons vitę, ꝛ in lumine tuo videbimus lumen? ℟. Facta autem hac voce conuenit multitudo, ꝛ mente confuſa eſt: quoniaꝫ audiebat vnuſquiſqꝫ lingua ſua illos loquentes Magnalia dei, halāh, halāh. ℣. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, ꝛ cęperunt loqui. Magnalia. Lectio ij.

DA amanteꝫ ꝛ ſentit quod dico: da deſiderantem, da eſurientem: da in iſta ſolitudine peregrinantem, atqꝫ ſitientem, ꝛ fonteꝫ ęternę patrię ſuſpirātē: da talem ꝛ ſcit quid dicam: ſi autem frigido loquor, neſcit quod loquor. Tales erant iſti, qui inuicē murmurabant. Pater, inquit, queꝫ traxerit, venit ad me. Quid eſt, autem, Pater quem traxerit, cum ipſe Chriſtus trahat? Quare voluit dicere, Pater quem traxerit? Si trahendi ſumus, ab illo trahamur, cui dicit quędaꝫ quę diligit: Poſt odorem vnguentorum tuorū curremus. Sed quid intelligi voluit aduertamus fratres, ꝛ quantuꝫ poſſumus capiamus. Trahit pater ad filium eos, qui propterea credunt in filium: quia euꝫ cogitant patrem habere Deuꝫ. Deus enim pater ęqualem ſibi genuit filium: ꝛ qui cogitat, atqꝫ in fide ſua ſentit, ꝛ ruminat ęqualeꝫ eſſe patri eum quem credidit, ipſum trahit pater ad filium. ℟. Spiritus domini repleuit orbē terrarum: Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. halāh, halāh. ℣. Omninꝫ eſt enim artifex, omnem habens virtutem, omnia reſpiciens. Et hoc. Lectio tertia.

ARrius credidit creaturam, non eum traxit pater: quia non conſiderat patrem, qui filiū non credit ęqualem. Quid dicis o Arri? quid dicis heretice? quid loqueris? Quid eſt Chriſtus? Nō, inquit, Deus verus, ſed quem fecit Deus verus. Nō te traxit pater, non intellexiſti patreꝫ: cuius filiū negas. Aliud cogitas, non eſt ipſe filius, nec a patre traheris, nec ad filium traheris, aliud eſt enim filius, aliud quod tu dicis. Photinus dicit: Homo ſolus eſt Chriſtus, non eſt, ꝛ Deus. Qui ſic credit, non pater eū tra-

bit. Quem trahit pater? illũ qui dicit: Tu es Chriſtus, filius Dei viui. Ramum viridem oſtendis oui, & trahis illam: nuces puero demonſtrant, & trahitur, & quod currit, trahitur, amando trahitur, ſine leſione corporis trahit, cordis vinculo trahitur. Si ergo iſta quę inter delicias & volupta tes terrenas reuelantur amantibus, trahunt: quoniam verum eſt Trahit ſua quęq; voluptas: non trahit reuelatus Chriſtus a patre? Quid enim fortius deſiderat anima, quam veritatem? ℟. Ite in orbem vniuerſum, & prędicate euangelium, dicit dominus: Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. hal. ℣. Signa autem eos, qui crediderint, hęc ſequentur: in nomine meo dęmonia eijciẽt, linguis loquentur nouis. Et. Te deum. Sacer. ℣. vt ſup. In laud. Aña. Dum comple. Hęc ſola dicatur ſuper pſal. ps. Dominus reg. 62. &c. Cap. Apparuerunt. Hym. Impleta gaud. ℣. Emitte. Hic ordo teneatur ad mat. & in lau. & ad veſp. cum hac ſola aña ſuper pſal. vſq; in ſabbatum. Ad Benedictus Aña. Amen amẽ dico vobis: qui credit in me, habet vitam ęternã haleluiah, haleluiah, haleluiah. Oratio.

Mentes noſtras, quęſumus domine: ſpiritus paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit fili⁹, veritatẽ. Qui tecum. Hor. vt ſup. Ad veſpe. Aña. Dum complerentur. pſal. cum hac ſola. cap. hym. ℣. vt ſup. Ad Mag. Aña. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum: & panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. halũh, halũh. Oratio, vt ſupra. Completor. vt ſupra.

FERIA QVINTA

vt in feſto ix lect.

Secundum Lucam. Lectio i. Ca. 9.

In illo tempore: Conuocatis Ieſus duodecim, diſcipulis dedit illis virtutem, & poteſtatẽ ſuper omnia dęmonia, & vt languores curarent. Et reliqua.

Homilia v. Ambroſii epiſcopi.

Qualis debeat eſſe, qui euãgelizat regnum Dei, pręceptis euangelicis deſignatur: Vt ſine virga, ſine pera, ſine calciamento, ſine pane, ſine pecunia: hoc eſt ſubſidij ſęcularis adminicula non requirens, fideq; tutus putet ſibi, quo minus ea requirat, magis poſſe ſuppetere, quę poſſunt qui volunt ad eũ deriuare tractatũ, vt ſpiritualẽ tãtummodo locus iſte formare videat affectũ, qui velut indumentum quoddã videat corporis exuiſſe, nõ ſolũ poteſtate reiecta, contẽptiſq; diuitijs, ſed etiã carnis ipſius illecebris abdicatis. Qui-

bus

Duo primo omnium datur pacis, atq; cōſtantię generale mandatū, vt pacem ferant, conſtantiaꝫ ſeruēt hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiant, alienuꝫ a pdicatore regni cęleſtis aſſerēs, curſitare per domos, ꝛ inuiolabilis hoſpitij iura mutare. ℟. Diſciplina. ꝛ cetera duo. Lectio ij.

SEd vt hoſpitij gratia deferenda cenſetur, ita etiaꝫ ſi non recipiantur, excutienduꝫ puluerem, ꝛ egrediendum de ciuitate mandatur. Quo mādato non mediocris boni remuneratio docetur hoſpitij, vt non ſolū pacē tribuamus hoſpitibus, verum etiā ſi qua eos terrenę obūbrant delicta leuitatis, receptis apoſtolicę pdicationis veſtigijs auferantur. Nec ocioſe ſecundū Mattheum domus, quaꝫ ingrediantur apoſtoli, eligenda decernitur, vt mutandi hoſpitij, neceſſitudiniſq; violandę cauſa non ſupperat. Non tamen eadeꝫ cautio recepturi mādatur hoſpitij, ne, duꝫ hoſpes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur. Lectio iij.

SEd vt hęc ſm literaꝫ ꝛ hoſpitij religione venerabilis eſt forma pręceptis: ita etiā, ꝛ myſterio ſententię cęleſtis arridet. Etenim cum domus eligitur, dignus hoſpes inquiritur. Videamus, ne forte Eccleſia pręferenda deſignetur, ꝛ Chriſtus. Quę enim dignior domus apoſtolicę pdicationis ingreſſu, quaꝫ ſancta eccleſia? Aut qs pręferēdus magis oibus videtur eſſe, quam Chriſtus? q pedes ſuis lauare cōſueuit hoſpitibus, ꝛ quoſcunq; ſua receperit domo, pollutis nō patiatur habitare veſtigijs: ſed maculoſos licet vitę prioris, in reliquuꝫ tñ dignetur mutare pceſſus? Hic eſt igitur ſolus, queꝫ nemo deſerere debet, nemo mutare, cui bene dicitur: Dñe ad quem ibimus? verba vitę ęternę habes. In lau. vt ſup. Ad Bñs aña. Conuocatis Jeſus duodecim diſcipulis, dedit eis virtutē, ꝛ poteſtatē ſuper omnia dęmonia, ꝛ vt languores curarēt: ꝛ miſit illos prędicare regnum dei, ꝛ ſanare infirmos, hal. hal. Oratio.

MEntibus noſtris quęſumus domine ſpiritum ſanctum benignus infunde: cuius ꝛ ſapientia cōditi ſumus, ꝛ prouidentia gubernamur. Per dominum noſtrum. eiuſdem.

Horę. vt ſupra. Ad veſpe. Aña. Dum complerentur. pſal. cum hac ſola cap. hym. ℣. vt ſup. Ad Mag. Aña. Egreſſi duodecim Apoſtoli circuibant per caſtella euangelizantes, ꝛ curātes vbiq;. halelujah, halah. Oratio. vt ſup.

FERIA SEXTA

vt in feſto ix lec.

Secundum Lucam. Lectio j. cap. 5.

IN illo tpe: Factum eſt in vna dierum, ꝛ ipſe Jeſus ſedebat

docens, ⁊ erant Phariſei ſedentes, ⁊ legis doctores: q venerant ex omni caſtello Galileę, ⁊ Iudeę ⁊ Jeruſalē: ⁊ virtus domini erat ad ſanandum eos. Et reliq.

Homilia s. Ambroſij Epiſcopi.

Non otioſa huius paralytici, nec anguſta medicina eſt qñ dominus, ⁊ oraſſe pręmittitur: non vtiq; propter ſuffragium, ſed propter exemplū. Imitandi enim ſpeciē dedit, non precandi ambitū requiſiuit. Et cōuenientibus ex omni Galilęa, ⁊ Judęa, ⁊ Jeruſalē legis doctoribus, inter cęterorum remedia debilium, paralytici iſtius medicina deſcribitur. Primum omnium, quod ante diximus, vnuſquiſq; ęger petendę precatores ſalutis debet adhibere, per quos vitę noſtrę compago, reſoluta, actuumq; noſtrorum clauda veſtigia verbi cęleſtis remedio reformētur. ℟. Spiritus ſanctus. ⁊c. due.

Lectio ſecunda.

Sunt igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quāuis exteriores corporis debilitate torpentem, ad ſuperiora erigant, quorum rurſus, adminiculis, ⁊ attollere, ⁊ humiliare ſe poſſit, vt facilius ante Jeſum locetur, dñico videri dignus aſpectu. Humilitatem enim reſpicit dñs, quia reſpexit humilitatē ancillę ſuę. Quorum fidem, inquit, vt vidit, dixit: Homo remittūtur tibi peccata tua. Magnus dñs, qui aliorum merito ignoſcit alijs, ⁊ dū alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud ſe, o homo collega non valeat, cum apud Deum ſeruus ⁊ interueniendi meritum, ⁊ ius habeat impetrandi?

Lectio tertia.

Diſce quid iudicas ignoſcere: diſce qui ęger es, impetrare. Si grauium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe eccleſiam, quę pro te precetur, cuius contemplatione, quod tibi dñs negare poſſet ignoſcat. Et quamuis hiſtorię fidem debeamus non omittere, vt vere paralytici iſtius corpus credam⁹ eſſe ſanatum, cognoſce tamen interioris hominis ſanitatem, cui peccata donantur: quę cum Iudei aſſerunt a ſolo Deo poſſe cōcedi, Deum vtique confitentur, ſuoq; iudicio perfidiam ſuā produnt, vt opus aſtruant, perſonam negent. In lau. vt ſup. Ad Bñs añā. Factum eſt in vna dierum: ⁊ Jeſus ſedebat docens ⁊ ⁊ erant Phariſei ſedentes, ⁊ legis doctores, qui venerāt ex omni caſtello Galileę, ⁊ Iudeę, ⁊ Jeruſalem, ⁊ virtus domini erat ad ſanandum eos: hal. Oratio.

Da eccleſię tuę miſericors deus, vt ſancto ſpiritu congregata: hoſtili nullatenus incurſione turbet. Per do. eiuſdē. Hore, vt ſupra. Ad Mag. aña.

Hi,

Di, qui linguis loquuntur nouis: Galilęi ſunt τ ſerpentes tollēt: hal. Oratio. Da quęſumus.

SABBATHO

vt in feſto ix. lect.

Secundum Lucam. Lectio j.

IN illo tpe: Surgens Jeſus de ſynagoga intrauit in domū Simonis: ſocrus autē Simonis tenebat magnis febrib⁹. Et rel.

Homilia S. Ambroſij epiſcopi.

Vide clementiam dñi Saluatoris. Nec indignatione commotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus, Judęā deſerit: quin etiam immemor iniurię, memor clementię, nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando, infidę plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas virum a ſpiritu nequitię liberatum ante pręmiſit, τ ſubdidit fęminę ſanitatem. Utrunq; enim ſexū dominus curaturus aduenerat: τ prior ſanari debuit, qui prior creatus eſt nec prętermitti illa debuit, quę mobilitate magis animi, quam prauitate peccauerat. ℟. Facta aūt. τc. ℣. Duo. L ij.

Sabbatho dominicę medicinę opera cępta ſignificat, vt inde noua creatura cęperit, vbi vetus creatura ante deſierat: nec ſub lege, eſſe Dei filium: ſed ſupra legē in ipſo principio deſignaret: nec ſolui legem ſed impleri. Neq; enim per legem, ſed verbo factus eſt mundus: ſicut legimus: Verbo domini cęli firmati ſunt. Non ſoluitur ergo lex, ſed impletur, vt fiat renouatio hominis iā labentis: vnde τ Apoſtolus ait: Expoliantes vos veterem hominem, induite nouum, qui ſecundum deum creatus eſt. Lectio tertia.

ET bene ſabbatho cępit, vt ipſe ſe oſtenderet creatorem qui opera operibus intexeret, τ proſequeretur opus quod ipſe iam cęperat: vt ſi faber domum renouare diſponat, non a fundamentis ſed a culminibus incipiat ſoluere vetuſtatē. Itaq; ibi prius manum admouet, vbi ante deſierat: deinde a minorib⁹ incipit, vt ad maiora perueniat. Liberari a dęmone τ homines, ſed in verbo Dei poſſunt: reſurrectionem mortuis imperare diuinę ſolius eſt poteſtatis. Fortaſſis etiam in typo mulieris illi⁹ ſocrus Simonis, τ Andręę varijs criminum febribus caro noſtra languebat, τ diuerſarum cupiditatum immodicis ęſtuabat illecebris. Nec minorem febrē amoris eſſe dixerim, quā caloris: itaq; illa animum febris, hęc corpus inflammat. Febris enim noſtra auaritia eſt: febris noſtra, libido eſt: febris noſtra, luxuria eſt: febris noſtra, ambitio eſt: febris noſtra, iracundia eſt. In lau. vt ſup. Ad Bñ. añ. Veſpere autem facto, cum Sol oc-

cidiſſet, veniebant ad Jeſuz omnes male habentes: at ille ſingulis manus imponens, curabat eos: Pal. Oro. Venientibus nſis, ſupra in feria quinta huius heb. Pdcx, vt ſup. Hodie dicta ix. tempus paſchale terminatur: ⁊ ſimiliter officium de oct. pente.

AD VESPERAS

de trinitate, totum duplex. Aña. Gloria tibi trinitas: equalis vna deitas: ⁊ ante oia ſecula: ⁊ nunc, ⁊ in perpetuum. ps. Benedictus. 61. Et reliq. de ſabbato. Aña Laus ⁊ perennis gloria deo patri, ⁊ filio, ſancto ſimul paraclito in ſecula ſeculorum. Aña. Gloria laudis reſonet in ore omnium patri, genitoq; proli: ſpiritui ſancto pariter reſultet laude perenni. Aña Laus deo patri, pariliq; proli: ⁊ tibi ſancte ſtudio perenni: ſpiritus noſtro reſonet ab ore omne per euuz. Antiphona. Ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia: ipſi gloria in ſecula. Capitulum.

Altitudo diuitiarũ ſapientie, ⁊ ſcientie dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, ⁊ inueſtigabiles vie eius. R. Benedictus dominus deus Iſrael. Hymnus.

Adeſto ſancta trinitas:
Par ſplendor vna deitas:
Que extas rerum omnium:
Sine fine principium.
Te celorum militia:
Laudat adorat predicat:
Triplexq; mundi machina:
Benedicit per ſecula.
Adſumus ⁊ nos cernui:
Te adorantes famuli.
Vota preceſq; ſupplicum:
Hymnis iunge celeſtium.
Vnum lumen te credimus:
Quod ⁊ ter idem colimus:
Alpha ⁊ ω, quem dicimus:
Te laudat omnis ſpiritus.
Laus patri ſit ingenito:
Laus eius vnigenito:
Laus ſit ſancto ſpiritui.
Trino deo ⁊ ſimplici.
Amen.

V. Verbo domini celi firmati ſunt. R. Et ſpiritu oris eius omnis virtus eoruz. haſalh. Ad Mag. Aña. Gratias tibi deus, gratias tibi vera vna trinitas: vna, ⁊ ſumma deitas ſancta, ⁊ vna vnitas. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei, eterne trinitatis gloriam agnoſcere, ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatem: queſumus, vt eiuſdez fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per dominum. Ad complet. Aña. Miſerere. ps. Cum inuoca. 23 capit. Saluator. V. Cuſtodi. Ad hymnũ di. aña Salua nos dñe vigilantes, cuſtodi nos dormientes: vt vigilemus cuz Chriſto, ⁊ requieſcam⁹ i pace. ⁊ ce. vt ſup.

In die Trinitatis.

Ad matutinum inuitatorium.



Deū verū vnū in trinitate, ꝛ trinitatē in vnitate: Venite, adoremus. Psalmus. Venite.

Hymnus.

O Pater ſancte, mitis, atq; pie: o Jeſu Chriſte, fili venerande: paraclituſq; ſpiritus, o alme deus eterne.

Trinitas ſancta: vnitaſq; firma: deitas vera, bonitas immenſa: lux angelorum, ſalus orphanorum: ſpeſq; cunctorum.

Seruiunt tibi cuncta, que creaſti: te tue cuncte laudant creature: nos quoq; tibi pſallimus deuoti, tu nos exaudi.

Gloria tibi omnipotens deus: trinus, ꝛ vnus magnus, ꝛ excelſus: te decet hymnus honor laus, ꝛ decus: nunc, ꝛ in euū. Amen.

In primo noctur. antiphona. Adeſto deus vnus omnipotens: pater filius ꝛ ſpiritus ſanctus. Pſal. Domine dominus noſter. 3. Antiphona. Te vnum in ſubſtantia, trinitatem in perſonis confitemur. Pſal. Celi enarrant. 7. Antiphona. Te ſemper idem eſſe, viuere, ꝛ intelligere profitemur. Pſ. Domini eſt terra. 9. ℣. Verbo dñi.

Sermo ſancti Auguſtini in libro de Trinit. Lectio prima.

Credimus ſanctam ꝛ indiuiduam trinitatē: id eſt patrem, ꝛ filium, ꝛ ſpiritum ſanctum, vnum deum omnipotentem: vnius ſubſtantie: vnius eſſentie: vnius poteſtatis: creatorem omnium creaturarū: a quo omnia: per quem omnia: in quo omnia. ℟. Benedicat nos deus, deus noſter: benedicat nos deus: Et metuant eum omnes fines terre. ℣. Deus miſereatur noſtri, ꝛ benedicat nos deus. Et metuant eum. Lectio ſecunda.

Credimus patrem a ſe ipſo, non ab alio. Credimus filium a patre genitum, deum verum de deo vero, lumen verū de lumine vero, non tamen duo lumina, ſed vnum lumen. Spiritum ſanctū a patre, ꝛ filio equaliter procedentem: conſubſtantialem, ꝛ coeternū patri, ꝛ filio. ℟. Benedictus dñs deus Iſrael qui facit mirabilia ſolus: Et benedictum nomen maieſtatis eius in eternum. ℣. Replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat. Et benedictum. Lectio iij.

Pater eſt plenus deus in ſe: filius plenus deus, a patre genitus: ſpiritus ſanctus plenus deus, a patre, ꝛ filio procedens: non tñ tres deos dicimus, ſed vnum deum omnipotentē ꝛ eternum, inuiſibilem, ꝛ incom-

mutabilem. ℟. Quis deus magnus, ſicut deus noſter? Tu es deus, qui facis mirabilia. ℣. Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum. Tu es. Gloria. Tu. In ſecundo noc. Aña. Te inuocamus: te adoramus: te laudamus: o beata trinitas. Ps. Omnes gentes. 18. Aña. Spes noſtra: ſalus noſtra: honor noſter: o beata trinitas. Ps. Magnus dominus. 18. Aña. Libera nos: ſalua nos: viuifica nos: o beata trinitas. Ps. Deus, iudicium. 27. ℣. Benedicamus patrem et filium cum ſancto ſpiritu. ℟. Laudemus, et ſuperexaltemus eum in ſecula. Lectio quarta.

Oredimus vnum deum, qui totus vbiqꝫ eſt: totus vbiqꝫ preſens, non per partes diuiſus, ſed totus in omnibus locis, non localiter, ſed potentialiter: qui ſine commutatione ſua, mutabilia cuncta creauit: et creata gubernat: ſemper manens, quod eſt. ℟. Magnus dominus, et magna virtus eius: Et ſapientie eius non eſt numerus. ℣. Magnus dominus, et laudabilis nimis, et magnitudinis eius nõ eſt finis. Et ſapientie. Lectio v.

Cui nihil accidens eſſe poteſt: quia ſimplici diuinitatis nature nihil addi vel minui poteſt. Cui ſemper eſt eſſe, quod eſt, Cui proprium eſt, cui ſemper eternum eſt. Cui idem eſt eſſe vivere, et intelligere. Et hec tria vnus deus: et vnus deus hec tria. Idem ergo deus, et dominus: vera, et ſempiterna trinitas in perſonis: vera, et ſempiterna vnitas in ſubſtantia: quia vna ſubſtantia eſt pater, et filius et ſpiritus ſanctus. ℟. Gloria patri, genitęqꝫ proli: et tibi compar vtriuſque ſemper ſpiritus alme: deus vnus. Omni tempore ſecli. ℣. Da gaudiorum premia: da gratiarum munera: diſſolue litis vincula: aſtringe pacis federa. Omni. Lectio ſexta.

Hec vero ſancta trinitas nihil maius eſt in tribus perſonis ſimul nominatis, quam in vna qualibet perſona ſemel per ſe dicta: quia vnaqueqꝫ perſona plena eſt ſubſtantia in ſe: non tamen tres ſubſtantie: quia vnus deus: vna ſubſtantia: vna potentia: vna eſſentia: vna eternitas: vna magnitudo: vna bonitas: pater, et filius, et ſpiritus ſanctus. ℟. Honor, virtus, et poteſtas, et imperium ſit trinitati in vnitate: vnitati in trinitate: In perenni ſeculorum tempore. ℣. Trinitati lux perennis: vnitati ſit decus perpetim. In. Gloria. In. In tertio noctur. Aña. Charitas pater eſt: gratia Chriſtus: communicatio ſpiritus ſanctus: o beata trinitas. Ps. Cantate. ſ. Antiphona. Verax eſt pater: veritas

veritas eſt filius:veritas ſpiritus ſanctus:o beata trinitas. ps. Dominus reg.exul. 37. Aña. Una igitur pater logos,paraclitusqꝫ ſubſtantia eſt: o beata trinitas. ps. Cantate. ij. 38. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli. ℞. Et laudabilis, ꝛ glorioſus,ꝛ ſuperexaltatus in ſecula.

Secundum Johannem.

In illo tempore. Erat homo ex Phariſęis Nicodemus nomine princeps Judęorū. Hic venit ad Jeſum nocte:ꝛ dixit ei. Rabbi:ſcimus,quia a deo veniſti magiſter. Et reliqua.

Hom̄ B Greg. Papę. L. vij.

Sicut ex lectione euangelica,fratres chariſſimi, audiſtis: Princeps Judęorum venit ad Jeſum nocte: cupiens ſecreta ei⁹ allocutione plenius diſcere myſteria fidei: cuius aperta oſtenſione ſignorum aliquaten⁹ iā rudimēta perceperat. ℞. Sūmę trinitati ſimplici deo:vna diuinitas:ęqualis gloria: coęterna maieſtas:patri,proliqꝫ,ſanctoqꝫ flamini:Qui totum ſubdit ſuis orbem legibus. ℣. Pręſtet nobis gratiam deitas beata: pris, ac nati,pariterqꝫ ſpiritus almi. Qui totum. Lectio octaua.

Qui quoniam prudēter ea, quę ab illo fieri videbant, ītelligere curauit: ſubtiliter ea, quę ab illo quęrebat, inueſtigare promeruit, Rabbi,inquit:ſcimus,qa a deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna facere,quę tu facis:niſi fuerit de⁹ cum eo. ℞. Benedicamus patrem ꝛ filium cum ſancto ſpiritu,laudemus,ꝛ ſuperexaltemus eum in ſecula. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, ꝛ laudabilis, ꝛ glorioſus. In ſecula. Lectio nona.

Adeo igitur Jeſum veniſſe ad magiſteriū cęleſte mundo adhibenduꝫ veniſſe cōfeſſus eſt: deum cum eo fuiſſe miraculis prodētibus intellexit:nec dū tamen ipſum deum eſſe cognouit.Sed,quia,quem magiſtrum nouerat veritatis, ſtudioſe docēdus adijt:merito ad agnitionē diuinitatis eius perfecte doctus ſubijt:merito vtriuſqꝫ natiuitatis eius diuinę ſcilicet ꝛ humanę:ſed ꝛ paſſionis, atqꝫ aſcēſionis ipſius arcana percepit. ℞. Deum time,ꝛ mandata eius obſerua: hoc eſt omnis homo. ℣. Timentibus deū nihil deeſt: nec his,qui diligunt eum in veritate. Hoc. Glo. Hoc. Uel dicatur. ℞. Tibi laus: tibi gloria: tibi gratiarum actio. In ſecula ſempiterna: o beata trinitas. ℣. Et benedictum nomen glorię tuę: ſanctum: ꝛ laudabile: ꝛ ſuperexaltatuꝫ. In. Gloria. In. Te deum. Sacerdos. ℣. Sit nomen dn̄i benedictum. ℞. Ex hoc, nunc.

IN LAVDIBVS. Aña. O Beata, ⁊ benedicta, ⁊ glorioſa trinitas, pater, ⁊ filiꝰ: ⁊ ſpiritus ſanctus. ℣ Tibi laꝰ: tibi gloria: tibi gratiarum actio. ps̄ Dñs regna. Aña. O beata, ⁊ benedicta, ⁊ glorioſa trinitas: pater, ⁊ filius, ⁊ ſpiritus ſanctus. ℣ Miſerere, miſerere, miſerere nobis. ps̄. Jubilate. Aña. O vera, ſumma, ſempiterna trinitas: pater, ⁊ filius, ⁊ ſpiritus ſanctus. ℣. Tibi laus: tibi gloria: tibi gratiarum actio. ps̄. Deus, deus. Aña O vera, ſumma, ſempiterna trinitas: pater, ⁊ filius, ⁊ ſpiritus ſanctus. ℣. Miſerere, miſerere, miſerere nobis. ps̄. Benedicite. Aña Te iure laudant: te adorant, te glorificāt omnes creature tue: o beata trinitas. ℣. Tibi laus: tibi gloria: tibi gratiaruꝫ actio. ps̄ Laudate. Capitulum.

Benedictio, ⁊ claritas, ⁊ ſapientia, ⁊ gratiarum actio: honor, virtus, ⁊ fortitudo deo noſtro, in ſecula ſeculorū. Amē. Hym. Adeſto ſancta trinitas. ℣ Sit nomen. Ad bñs. Aña. Benedicta ſit creatrix, ⁊ gubernatrix omnium, ſancta, ⁊ indiuidua trinitas: ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ per infinita ſeculorum ſecula. Oratio Omnipotens ſempiterne deus, qui. dē. ſa. vt ſupra. Ad j. hm. Jam lucis. Hy. ad hoꝛ. in tono hym. Adeſto ſancta trinitas. aña laū. dicant. ad ho. ſine ℣. ℟. Jeſu Chriſte. cū dupl. Halleluiah. Ad iij. aña. O beata. ps̄. Legem po. Cap.

Gratia dñi noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ charitas dei, ⁊ communicatio ſancti ſpiritus: ſit ſemꝑ cum omnibus vobis. Amen. ℟ Verbo dñi celi firmati ſunt: Halah. hal. ℣ Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorū: hal. Glo. Verbo. ℣. Bñdicamus patrē, ⁊ filiū, cū ſancto ſpiritu. ℟. Laudemus, ⁊ ſuperexaltemꝰ eū in ſecula. Oro. Oīps ſempiterne deꝰ. In aſperſione aque benedicte antiphona. Aſperges. ⁊ cetera. Ad vj. aña. O vera. Capitulū.

Tres ſunt, qui teſtimoniuꝫ dant in celo: pater: verbū: ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ hi tres vnū ſunt. ℟. Benedicamus patrē, ⁊ filium, cū ſancto ſpiritu. Halah halah. ℣. Laudemus, ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula. Hal. Glo. Benedi. ℣ Bñdictus es dñe in firmamēto celi. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus, ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Oro.

Concede qs oīps, ⁊ miſericors deus: vt, ſicut in noīe patris, ⁊ filij: diuini generis intelligimus vnitatem: ſic in ſpiritu ſancto, totius cognoſcamus ſubſtantiā trinitatis: In qua viuis: ⁊ regnas deus: Per omnia ſecula ſeculorū. Amen. Ad ix. Aña. Te iure laudant. Capit.

Unus deus: vna fides: vnū baptiſma: vnus deus, ꝛ pater omnium: qui eſt ſuper oēs: ꝛ per omnia: ꝛ in omnibus nobis: ipſi gloria, ꝛ imperium in ſecula ſeculorum. Amen. ℟. Benedictus es domine in firmamento celi: Al. hal. ℣. Et laudabilis, ꝛ glorioſus, ꝛ ſuperexaltatus in ſecula. ℣. Sit nomē domini benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, ꝛ vſque in ſeculum. Oratio.

Domine deus pater omnipotens, nos famulos tuos tue maieſtati ſubiectos: per vnicum filium tuum in virtute ſancti ſpiritus benedic, ꝛ protege: vt, ab omni hoſte ſecuri, in tua iugiter laude letemur. Per eūdem dominum. Ad veſpe. aña. O beata. ℣. Dixit. ꝛ cetere ad cete. fine. ℣. Capitulum.

Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli deo honor, ꝛ gloria in ſecula ſeculorum. amen. ℟. Benedicamus patrem. Hymnus. Adeſto ſancta. ℣. Verbo domini. Ad mag. aña. Te deum patrē ingenitū: te filiū vnigenitum: te ſpiritū ſanctum paraclitum ſanctam, ꝛ indiuiduam trinitatē: toto corde, ꝛ ore confitemur: laudamus: atque benedicimus: tibi gloria in ſecula. Oratio Omnipotēs ſempiterne deus, Comple. vtin. Aduertēdū, ꝙ feſta ſanctorū per hebd. pente. venientia infra oct. tri. ordinate celebrentur: ſic ꝙ de feſtis iij. lec. fiat tantū mem. ꝛ de feſt. ix. lec. pter trī officiū. Fer. ij. poſt tri. ꝛ quotidie per oct. dum non impedit ix. lect. feſt. ſuperueniens ſit officium hoc modo. Ad matu. inuit. hym. vt in die aū. Adeſto. Hec ſola dicat ſuper pſal. feſti. ℣. Via. ſecundum ordinem turbarum, ꝛ feriarū.

FERIA SECUNDA.

De eo. lib. ſ. Aug. de Trini. Lec. j.

Igitur nec aliud eſt pater in natura, ꝙ filius, ꝛ ſpiritus ſanctus: nec aliud eſt filius, vel ſpiritus ſanctus, ꝙ pater in natura: quibus vna natura eſt. Sed alius eſt pater in perſona: alius filius in perſona: alius ſpiritus ſanctus in perſona. Lectio ſecūda.

In patre manet eternitas: in filio equalitas: in ſpiritu ſancto eternitatis, equalitatiſq; connexio: quia pater: ꝛ filius: ꝛ ſpiritus ſanctus vnus eſt deus. Lec iij.

Unum omnes in ſubſtantia, ꝛ eſſentia, omnipotentia, ꝛ deitate confitemur. Sicut enim eadem ſancta trinitas inſeparabilis eſt ſubſtantia: ita inſeparabilis eſt in operibus: quamuis quenam opera dei quibuſdam perſonis ſpecialiter conueniant. Te deū dicatur, niſi forte concurreret Vigilia Beati Johannis Baptiſte. Sacer. ℣. vt ī die. In lau. ſuper pſal. prima aña lau. Capitulū. hym. ℣. ꝛ oratio, vt in die.

Ad

Ad Vñs et ad matut. añe et no cturne hore, vt in die. Ad veſp. prima aña laud. ſuper pſalmis. ps. Dixit. ps. Confiteb. ps. Beatus vir. i. ps. Laudate. ps. Lauda Jeruſalē. Cap. O altitudo. Hymnus. v. et oratio, vt in die.

Nota, quod de oct. trinitatis fiat tantum feria ij. et fer. iij. in feria vero quarta fiat officium oct. cū lect. ix. et hoc propter feſtum corporis Chriſti, quod eſt in fer. v. deinceps ab illo die non fiat de ipſa oct. trinitatis, ſed memoria tm̄ vſq; ad ſabbatum ſequens.

FERIA TERTIA. infra oct. trinitatis.

Ex libro beati Auguſti. de fide ad Petrum. Lectio prima.

PRincipaliter tene omnem naturam, que non eſt trinitas, ab ipſa ſancta trinitate, que ſolus verus, et eternus deus eſt: creatam ex nihilo: ac ſic vniuerſa in celis, et in terra, viſibilia, et inuiſibilia: ſiue thronos, ſiue dominationes, ſiue poteſtates, ſiue principatus: opus, atq; creaturā eſſe ſancte trinitatis: que eſt vnus deus. Lectio ij.

EſT quippe deus rerū omnium creator: et deus eternus, oīpotens, iuſtus, et bonus: habens naturaliter, vt ſemper ſit, et mutari aliquando nō poſſit. Et hic deus, qui ſine initio ſemper eſt: qui ſummus eſt, dedit rebus a ſe creatis: vt ſint, nō tamen ſine initio. Nulla enim creatura eiuſdem nature eſt, cuius eſt trinitas: vnus deus verus, et bonus deus: a quo omnia creata ſunt. Lectio tertia.

ET, qui ſumme bonus eſt, dedit omnibus creaturis, quas fecit, vt bone ſint: non tamen tantum bone, quantū creator omnium bonorum: qui non ſolum ſumme bonus: ſed etiam ſummum, et incommutabile bonum eſt: nullum habens defectum: quia non eſt ex nihilo factum: nullum habens profectū: quia non habet initium.

FERIA QVARTA. videlicet die octa. dicant infraſcripte lect. vj. cū ps. ijs vt in die. De eod. lib. S. Auguſtini. L. j.

A Deo quippe nature adeo facte proficere poſſunt, quia eſſe ceperūt: ideo deficere, quia ex nihilo facte ſunt. Ad defectum eas conditio inducit originis: ad profectū vero prouehit operatio creatoris. Lectio ij.

IN eo igitur primum trinitatis, qui deus verus eſt, eternitas ſine initio naturaliter agnoſcitur: quod quedā ita fecit, vt cum eſſe qdē ceperint: tm̄ nō eſſe aliquo modo non poſſint. Lec. iij.

FIrmiſſime tene et nullatenus dubites: patrē, et filiū, et ſpiritum ſanctum vnum eſſe naturaliter deū: in cuius nomine baptizati ſumus. Lectio iiij.

Cum enim aliud non habeat pater aliud filius: aliud ſpiritus ſanctus: hoc eſt vtique vnum nature horum triū, quod dr̄ deus: qui dicit in Deuteronomio: videte, quoniã ego ſum deus, & non eſt alius preter me. Lectio quinta.

Et de quo dicit̄: Audi Iſrael: dn̄s deus tuus, deus vnus eſt. Et, dn̄m deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites: patrem, & filium, & ſpiritū ſanctum, id eſt, ſanctam trinitatem, vnum verum deū, ſine initio ſempiternum eſſe: propter quod ſcriptum eſt. Lectio vj.

In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Hec denuo ſempiternitas intimat̄ in pſalmo, vbi dicitur. Deus autē rex noſter ante ſecula. Et alio loco. Sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas.

Lectio. tres de homilia vt i die. Officium harum oct. in fer. iiij. dicta [...]na terminatur.

FERIA QVINTA. infra oct. Trinitatis.

De corpore Chriſti fiat feſtum totum dup. Ad veſp. aña Sacerdos in eternum Chriſtus dn̄s ſecundum ordinem Melchiſedec: panem, & vinum obtulit. Ps. Dixit. 45. Aña. Miſerator dn̄s eſcam dedit timentibus ſe in memoriam ſuorum mirabilium. Ps. Confitebor tibi. Aña. Calicem ſalutaris accipiam: & ſacrificabo hoſtiã laudis. Ps. Credidi propter. 47. Aña. Sicut nouelle oliuarū eccleſie filij ſunt in circuitu menſe dn̄i. Ps. Beati omnes 57. Aña. Qui pacem ponit fines eccleſie, adipe frumēti ſatiat nos dominus. Ps. Lauda Ieruſalem. Capitulum.



Dominꝰ nr̄ Ieſꝰ Chr̄s in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meum: quod pro vobis tradet̄. R. Homo quidam fecit cenã magnã: & miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuitatis, vt venirent: Quia parata ſunt omnia. V. Venite, comedite panem meum: & bibite vinum, quod miſcui vobis. Quia. Hymnus.

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium:
Sanguiniſq; precioſi:
Quem in mundi precium:
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus:
Ex intacta virgine:

Et

Et in mundo conuerſatus:
Sparſo verbi ſemine:
Sui moras incolatus:
Miro clauſit ordine.
In ſupremę nocte cenę:
Recumbens cum fratribus:
Obſeruata lege plene:
Cibis in legalibus:
Cibum turbę duodenę
Se dat ſuis manibus.
Uerbum caro panem verum:
Uerbo carnem efficit:
Fitq; ſanguis Chriſti merum:
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandam cor ſyncerum:
Sola fides ſufficit.
Tantum ergo ſacramentum:
Ueneremur cernui:
Et antiquum documentum:
Nouo cedat ritui:
Pręſtet fides ſupplementum:
Senſuum defectui.
Genitori, genitoq;:
Laus & iubilatio:
Salus honor virtus quoque:
Sit & benedictio:
Procedenti ab vtroque:
Compar ſit laudatio. Amen.

℣. Panē de cęlo pręſtitiſti eis.
℟. Omne delectamētum in ſe habentē, & omnem ſaporem ſuauitatis, halah. Ad Magn. an̄a.
O quam ſuauis eſt dn̄e ſpiritus tuus: qui, vt dulcedinem tuā in filios demōſtrares: pane ſuauiſſimo de cęlo prȩſtito: eſurientes replens bonis: faſtidioſos diuites dimittēs inanes. Oratio.

Deus, qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tuę memoriam reliquiſti: tribue quęſumus, ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tuę fructū in nobis iugiter ſentiam⁹. Qui viuis & regnas. In hoc feſto nulla fiat memoria de octa. trinit. Ad comple. ſuper Nunc dimittis. an̄a. Uerbum caro factum eſt. haleluiah, & habitauit in nobis, haleluiah, haleluiah.

IN DIE CORPORIS Chriſti.

Ad matutinum. Inuitatorium.



Hom̄i regē adorem⁹: dn̄m gētibus Qui ſe manducātibus: dat ſpiritus pinguedinem. ℣. Uenite. Hymn⁹.

Sacris ſolennijs iūcta ſint gaudia:
Et ex pręcordijs: ſonent pręconia.
Recedant vetera: noua ſint omnia:
Corda, voces, & opera.
Noctis recolitur: cęna nouiſſima:
Qua Chriſtus creditur, agnū, & azyma:
Dediſſe fratribus: iuxta legitima:

Priſcis indulta patribus.
Poſt agnum typicum: expletis epulis:
Corpus dominicum: datum diſcipulis:
Sic totum omnibus: quod totum ſingulis:
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilibus: corporis ferculum:
Dedit & triſtibus: ſanguinis poculum:
Dicens, accipite: quod trado vaſculum:
Omnes ex eo bibite.
Sic ſacrificium iſtud inſtituit:
Cuius officium: committi voluit:
Solis presbyteris: quibus ſic congruit:
Ut ſumant, & dent ceteris:
Panis angelicus: fit panis hominum:
Dat panis celicus figuris terminum:
O res mirabilis: manducat dominum:
Pauper, ſeruus, & humilis.
Te trina deitas: vnaque poſcimus:
Que ſic nos viſitas: ſicut te colimus:
Per tuas ſemitas: duc nos quo tendimus:
Ad lucē, q̄ inhabitas. Amen.
In j noct. Aña. Fructum ſalutiferum guſtandum dedit dn̄s mortis ſue tempore, ps. Beatus vir. j. Aña. A fructu frumēti, & vini, multiplicati fideles, in pace Chriſti requieſcunt. ps. Cum inuoca. 2. Aña. Communione calicis, quo deus ipſe ſumitur: non vitulorum ſanguine cōgregauit nos dominus. ps. Conſerua. 5. ℣. Panem celi dedit eis. ℟. Panem angelorum manducauit homo.

Serm. S. Tho. Aquinatis. L. j.

Immenſa diuine largitatis beneficia exhibita populo Chriſtiano ineſtimabilem ei cōferunt dignitatē. Neque enim eſt, aut fuit aliquando tam grandis natio: que habeat deos appropinquantes ſibi: ſicut adeſt nobis deus noſter. Unigenitus ſiquidem dei filius, ſue diuinitatis volens nos eſſe participes: noſtram naturam aſſumpſit: vt homines deos faceret, deus factus eſt homo: & hoc inſuper, quod de noſtro aſſumpſit: totum nobis contulit ad ſalutem. ℟. Immolabit hedum multitudo filiorum Iſrael ad veſperam paſche. Et edent carnes, & azymos panes. ℣. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: itaque epulemur in azymis ſynceritatis, & veritatis.

Lectio ſecunda

Corpus nanq̄ ſuū pro noſtra reconciliatione in ara crucis hoſtiā obtulit deo p̄ri: ſanguinē ſuū fudit in pretiū ſimul, & laua-

⁊ lauacrum: vt redempti a miſerabili ſeruitute a peccatis omnibus mundaremur. Et, vt tanti beneficij iugis memoria in nobis maneret: corpus ſuum in cibum, ⁊ ſanguinem ſuum in potum ſub ſpecie panis, ⁊ vini ſumendum fidelibus dereliquit. ℟. Comedetis carnes, ⁊ ſaturabimini panibus. Iſte eſt panis, quem dedit vobis dñs ad veſcendum. ℣. Nõ Moyſes dedit vobis panem de celo: ſed pater meus dat vobis panem de celo verum. Iſte. Lectio tertia.

O Preciosum ⁊ admirandũ conuiuium: ſalutiferum, ⁊ omni ſuauitate repletum. Quid enim hoc cõuiuio precioſius eſſe poteſt: in quo non carnes vitulorum, ⁊ hircorum, vt olim in lege: ſed nobis Chriſtus ſumendus proponit verus deus? Quid hoc ſacramento mirabilius eſſe poteſt? In ipſo nanque panis, ⁊ vinum in corpus, ⁊ ſanguinem Chriſti ſubſtantialiter conuertuntur. Ideoq; Chriſtus deus, ⁊ homo perfectus ſub modici panis ſpecie continet. ℟. Reſpexit Elias ad caput ſuum ſubcinericium panem: qui ſurgẽs comedit, ⁊ bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem dei. ℣. Siquis mãducauerit ex hoc pane viuet i eternũ. Et Glo. vſq;. In ij. nocr. añ. Memor ſit dñs ſacrificij nři; ⁊ holocauſtũ noſtrũ pingueſfiat. ps. Exau. 7. Añ. Paratur nobis mẽſa dñi aduerſus omnes, qui tribulant nos. ps. Domin⁹ regit me. 9. Añ. In voce exultationis reſonant epulantes in menſa dñi. ps. Quemadmodũ. 17. ℣. Cibauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle ſaturauit eos. halal. Lectio iiij.

Manducatur itaque a fidelibus, ſed minime laceratur. Quinimmo diuiſo ſacramẽto ſub qualibet diuiſionis particula integer perſeuerat. Accidentia etiã ſine ſubiecto in eodem exiſtunt: vt fides locum habeat: dum inuiſibile viſibiliter ſumit aliena ſpecie occultatum: ⁊ ſenſus a deceptione immunes reddantur: qui de accidentibus iudicant ſibi notis. ℟. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita: litigabãt ergo Iudei ad inuicem dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? ℣. Locutus eſt populus contra dñm, aia nřa nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Quomodo. L. v.

Nullum etiam ſacramentũ eſt iſto ſalubrius: quo peccata purgantur: virtutes augentur: ⁊ mẽs omnium ſpiritualiũ chariſmatũ abundantia impinguatur. Offertur in eccleſia pro viuis, ⁊ mortuis: vt omnibus proſit: quod eſt pro ſalute omnium inſtitu-

inſtitutum. Cu. ℟. Cenantib⁹ illis accepit Jeſus panem, ⁊ benedixit, ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis, ⁊ ait. Accipite, ⁊ comedite: hoc eſt corp⁹ meū. ℣. Dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Accipite, ⁊ comedite. Lec. vi.

Noli putare frater, quando partes vides in ſacramento altaris: quaſi diuiſum ſit vel ſeparatum a ſe ipſo aut velut diſcerptum corpus Chriſti. Ipſe enim integer manet: ⁊ in ſe nec diuiditur nec partitur. Sed tibi ſecundum ſpeciem exhiberi oportuit, quod ad myſticam ſignificationē pertinuit. ℟. Accepit Jeſus calicē poſtquam cenauit dicens. Hic calix nouū teſtamentum eſt i meo ſanguine. Hoc facite in meā cōmemorationem. ℣. Memoria memor ero, ⁊ tabeſcet in me anima mea. Hoc. Glo. Hoc. In iij. nocturno. Ant. Introibo ad altare dei, ſumā Chriſtū, qui renouat iuuētutē meā. Ps. Judica me deus. 20. Ant. Cibauit nos dñs ex adipe frumēti, ⁊ de petra melle ſaturauit nos. Ps. Exulta. 32. Ant. Ex altari tuo dñe Chriſtum ſumimus: in quem cor, ⁊ caro noſtra exultāt. Ps. Quam dilec. 33. Ant. Educas panem de terra. ℣. Et vinum letificet cor hominis.

Secundum Johannem.

In illo tpe Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, ⁊ turbis Judeorū. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. Et reliq. Hom. B. Auguſti. epi. Lec. vii.

Cum enim cibo, ⁊ potu id appetant homines, vt nō eſuriant, neque ſitiant: hoc vere nō preſtat niſi iſte cibus, ⁊ potus: qui eos, a quibus ſumitur, immortales, ⁊ incorruptibiles facit: id eſt ſocietas ipſorū ſanctorū vbi pax eſt: ⁊ vnitas plena, atque perfecta. ℟. Melchiſedec vero rex Salē proferens panem, ⁊ vinum: erat autē ſacerdos dei altiſſimi. Bñdixit Abrahā, ⁊ ait. ℣. Bñdictus Abrahā deo excelſo, qui creauit celum, ⁊ terrā. Benedixit. Lectio octaua.

Propterea quippe, ſicut ⁊ ante nos hoc intellexerūt homines dei: dñs noſter Jeſus Chriſtus corpus, ⁊ ſanguinē ſuū in eiſdem rebus cōmendauit: q̄ ad vnū aliquid rediguntur. Ex multis namq; granis vnus panis conficitur: ⁊ ex multis racemis vnū vinū confluit. ℟. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chri eſt? Et panis, quem frangim⁹, nōne participatio corporis Chri eſt? ℣. Quī vn⁹ panis: ⁊ vnū corp⁹ multi ſum⁹, oēs, qui de vno pane, ⁊ de vno calice participamus. Et panis. Lectio ix.

Denique iam exponit quomodo id fiat: quod loqui-

tur, ⁊ quid ſit manducare corpꝰ eius, ⁊ ſanguinem bibere. Et, q manducat, inquit, carnem meã, ⁊ bibit ſanguinez meum: in me manet, ⁊ ego in illo. Hoc eſt ergo manducare illam eſcam: ⁊ illum bibere potum: in Chriſto manere: ⁊ illum manentem in ſe habere. ℟. Unus panis, ⁊ vnũ corpus multi ſumus. Omnes, qui de vno pane, ⁊ de vno calice participamus. ℣. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus, qui habitare facis vnanimes in domo Omnes. Gloria. Omnes. Te deum. Sacerd. ℣. Cibauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle ſaturauit eos.

IN LAVDIBVS. Añа.

Sapientia ędificauit ſibi domum: miſcuit vinum, ⁊ poſuit menſam. haleluiah. ℣. Dñs regnauit. 62. ⁊ reliqui. Añ. Angelorum eſca nutriuiſti populũ tuum: ⁊ panem de cęlo pręſtitiſti eis. hal. Aña. Pinguis eſt panis Chriſti: ⁊ prębebit delicias regibus. haleluiah. Aña. Sacerdotes ſancti incenſum, ⁊ panes offerunt deo. haleluiah. Aña Uincenti dabo mãna abſconditum: ⁊ nomen nouum. haleluiah. Capitu. Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Require in primis veſper. Hymnus.

Uerbum ſupernũ prodiẽs:
Nec patris linquens dexteram:
Ad opus ſuum exiens:
Uenit ad vitę veſperam.
In mortem a diſcipulo:
Suis tradendus ęmulis:
Prius in vitę ferculo:
Se tradidit diſcipulis.
Quibus ſub bina ſpecie:
Carnem dedit ⁊ ſanguinem:
Ut duplici ſubſtantia,
Totum cibaret hominem.
Se naſcens dedit ſocium:
Conueſcens in edulium:
Se moriens in pretium:
Se regnans dat in pręmium.
O ſalutaris hoſtia:
Quę cęli pandis oſtium:
Bella premunt hoſtilia:
Da robur: fer auxilium:
Uni, trinoq; domino:
Sit ſempiterna gloria:
Qui vitam ſine termino:
Nobis donet in patria Amẽ.

℣. Poſuit fines tuos pacem. ℟. Et adipe frumenti ſatiat te. Ad Bñs. aña. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi: ſiqs manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Oratio. Deus, qui nobis. Require in primis veſp. Ad hor. aliq laud. [illegible] cap. Dñs nr Jeſus Chriſtus. ℟. Panẽ cęli dedit eis. Hala. hal. ℣. Panẽ angelorũ mãducauit homo. hal. ℣. Cibauit eos ex adipe frumẽti. ℟. Et de petra melle ſaturauit eos. Oratio vt ſup. ad vi. Capitulũ.

Quotieſcunq; manducabi-

ſis panem hunc ⁊ calicem bibe-
tis: mortem dñi annunciabitis,
donec veniat. ℟. Cibauit eos
ex adipe frumenti: Hal. hal. Et
de petra melle ſaturauit eos. ha-
lah. ℣. Educas panem de ter-
ra. ℟. Et vinum letificet cor
hominis. Oratio ut ſupra.
Ad veſperas Capitulum.

Quicunque manducauerit
panem, vel biberit calicem
dñi indigne, reus erit corporis
⁊ ſanguinis dñi. ℟. Educas pa-
nem de terra: ha lah, haleluiah.
℣. Et vinum letificet cor homi-
nis: hal'a. ℣. Poſuit fines tuos
pacem. ℟. Et adipe frumenti
ſatiat te. Oro vt ſu. Ad cō reſp.
quotidie diē de lau. pſal. Cap.
vt in pri. veſpe. ℟. Reſpexit
Elias. Hym. Pange. ℣. Pa-
nem de celo. Ad magnif. Añ.
O ſacrum conuiuium, in quo
Chriſtus ſumitur: recolitur me-
moria paſſionis eius: mens im-
pletur gratia: ⁊ future glorie no-
bis pign⁹ dat. hal. Oratio, vt ſu.

Die poſt feſto per oct. Ad vñs.
⁊ ad veſp. diē accipiantur de no-
cturnis per ordinem: ſed dñica
infra octa. ⁊ in ipſa die oct. aliq̃,
ſicut in dñe. ℣. ⁊ oro, vt in feſto.

Notandum q̃ ſi feſtum corpo-
ris Chriſti venerit in feſt. S. Jo-
hannis Baptiſte, nunc ritus pa-
trie obſeruetur, vel melius fiat
de dicto feſto: ⁊ in craſtino cele-
bretur de S. Johanne. Similiter
tēp autem in vigil. Apoſt. Pe-
tri, ⁊ Pauli ſit de ſtetis octa-
uis, ⁊ legitur euang. de vigilia:
Sciſto anno non fiat de vlt. nono
die oct. S. Joha. ſed ſolū memoria.

FERIA SEXTA
infra octauam corporis Chriſti, ſi
per octa. lectiones de eodē Sermo.
Sermo. S. Thome. Lectio prima.

Sauitatē deniq; huius ſa-
cri nullus exprimere ſuffi-
cit: q̃ ſpūalis dulcedo in ſuo
fonte guſtat, ⁊ recolit memoria
illi⁹, quā in ſua paſſione Chriſt⁹
mōſtrauit, excellentiſſime chari-
tatis. Ut igit hmōi charitatis im-
mēſitas cordibus ardentius in-
figeret fideliū: i vltima cena, qñ
paſcha cum diſcipulis ſuis cele-
brato, trāſiturus erat de mundo
ad patrē: hoc ſacramentū inſti-
tuit: tāquā paſſionis ſue memo-
riale perenne, figurarū veterū im-
pletiuū, miraculorū ab ipſo
factorū maximū, ⁊ de ſua cōtri-
ſtatis abſentia ſolatium ſingu-
lare reliquit. ℟. Immolabit.

Conuenit itaq; deuotioni
fideliū ſolēniter recolere
inſtitutionē tā ſalutiferi, tāque
mirabilis ſacramēti: vt ineffabi-
lē modū diuine pñtie in ſa-
cramēto inuiſibili veneremur: ⁊
laudet dei potētia, q̃ in ſacra-
mēto eodē tot mirabilia operat.
Necnō ⁊ de tā ſalubri, tāq; ſua-
ui bñficio exoluant deo gratia-
rum debite actiones. Lect. ii.

Verum ⁊ ſi in die cenę: qñ ſacramentum prędictum noſcitur inſtitutum: inter miſſarum ſolennia de inſtitutione ipſius ſpecialis mentio habeatur: totum tamen reſiduum ipſius diei officium ad Chriſti paſſionẽ pertinet. Circa cuius venerationem eccleſia illo tempore occupatur. Unde, vt integro celebritatis officio inſtitutionem tanti ſacramenti ſolenniter recoleret plebs fidelis: Romanus põtifex Vrbanus quartus huius ſacramẽti deuotione affectus pie ſtatuit prefatę inſtitutionis memoriam prima ⁊ quinta feria poſt octauã pentecoſtes a cunctis fidelibus celebrari: vt qui per totũ anni circulũ hoc ſacramẽto vtimur ad ſalutem: eius inſtitutionem illo ſpecialiter tempore recolamus: quo Spiritus ſanctus diſcipulorũ corda edocuit ad plena cognoſcenda huiꝰ myſteria ſacramenti. Nam in eodẽ tempore cępit hoc ſacramentũ a fidelibus frequentari.

SABBATO.

infra octa. corporis Chriſti. Lec. i.

Legitur enim in actibꝰ apoſtolorum, quod erant perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, ⁊ communicatione fractionis panis, ⁊ orationibus ſtatim poſt ſpiritus ſancti miſſionem. Ut autem prędicta quinta feria, ⁊ per octauas ſequentes eiuſdem ſalutaris inſtitutionis honorificẽtius agant memoria, ⁊ ſolennitas de hoc celebrior habeatur: loco diſtributionũ materialium, quę in eccleſijs cathedralibus largiuntur: exiſtentibus canonicis horis nocturnis pariterq; diurnis prefatus Romanus pontifex eis, qui huiuſmodi horis in hac ſolennitate perſonaliter in eccleſijs intereſſent, ſtipendia ſpiritualia apoſtolica largitione cõceſſit. Quatenus per hęc fideles ad tanti feſti celebritatẽ auidius ⁊ copioſius cõuenirent. Lectio ſecunda.

Unde omnibus vere pęnitentibus ⁊ cõfeſſis: qui matutinali officio huius feſti pręſentialiter in eccleſia, vbi celebraretur, adeſſent, centum: Qui vero miſſę, totidem. Illis autẽ, qui intereſſent primis veſperis ipſius feſti, ſimiliter centũ: Qui vero in ſecundis, totidem dies indulgentię miſericorditer tribuens perpetuis tẽporibus duraturę. Eis quoque, qui primę, tertię, ſextę, nonę, ac cõpletorij adeſſent officijs, ꝓ qualibet horarũ ipſarũ quadraginta. Lec. iij.

Illis, qui per ipſius feſti octauas in matutinalibus, veſptinis, miſſę, ac prędictarũ horarũ officijs pſentes exiſterent: ſingulis diebus octauarum ipſarum ſimiliter centum dierum indulgentiam miſericorditer tribuit

perpe-

perpetuis tēporibus duraturā. Ad veſp. Ana. Sapientia ędificauit ſibi domum. Pſal. cap. hym. Rña. ℣. ⁊c. omnia ſicut in primis veſperis. Memoria de dominica id ad veſp. ℟ ad mat.

DOMINICA INFRA octa. quę eſt prima poſt Trinita. fiat mentio. de dominica añ. Loquere. Require inferius. Oratio de dominica. Deus in te ſper. ad mātu. ſicut in die. De eo. Sermo S. Thome. L. j.

Huius ſacramenti figura pceſſit quando manna pluit deus patribus in deſerto: q quotidiano cęli paſcebantur alimēto. Unde dictum eſt: panem angelorū manducauit homo. Sed tñ panem illum qui manducauerūt omnes in deſerto mortui ſunt: Iſta autem eſca, quam accipitis: iſte panis viuus, qui de cęlo deſcendit, vitę ęternę ſubſtantiam ſubminiſtrat. Et quicunque hunc panē manducauerit: non morietur in ęternum: quia corpus Chriſti eſt L. ec. ij.

Conſidera nunc, vtrū prę ſtantior ſit panis angelorum, an caro Chriſti: q̄ vtique eſt corpus vitę. Māna illud de cęlo: hoc ſuper cęlum. Illud cęli: hoc dñi cęlorum. Illud corruptioni obnoxiū, ſi in diē alterū ſeruaretur: hoc alienum ab omni corruptione. Quicunq; religioſe guſtauerit corruptionē ſentire nō poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi ſāguis ex Chro. Illos ad horā ſatiauit aqua: te ſanguis Chriſti diluit i ęternū. Iudęus bibit ⁊ ſitit: tu cum biberis ſitire non poteris: ⁊ illud in vmbra: hoc in veritate. Lectio tertia.

Si illud, quod miraris, vmbra eſt, quātū iſtud eſt, cuius vmbrā miraris? Audi, quia vmbra eſt, q̄ apud patres facta eſt. Bibebant, inquit, de ſpiritali conſequēti eos petra. Petra aūt erat Chriſtus. Sed non in plurib⁹ eorū cōplacitū eſt deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto: hęc autem facta ſunt in figura noſtri. Cognouiſti potiora. Potior eſt enim lux, quam vmbra: veritas, q̄ figura: corpus auctoris, quam māna de cęlo. L. iiij.

Forte dicis: aliud credo: aliud video. Quō tu mihi aſſeris, q corpus Chri accipiā? Et hoc nobis ſupeſt vt pbem⁹. Quātis igit vtimur exēplis, vt pbem⁹ hoc nō eſſe, qđ natura formauit, ſed qđ bñdictio ꝯſecrauit, maiorēq; vim eſſe ꝯſecrationis, q̄ naturę? A bñdictione ēt natura ipſa mutat. Unde virgā tenebat Moyſes in manu: proiecit eā: ⁊ facta eſt ſerpēs. Rurſus apprehendit caudā ſerpentis, ⁊ in virgę naturā reuertit. Vides ergo prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam: ⁊ ſerpentis, ⁊ virgę. Currebant Ægypti flumina pu-

puro meatu aquarum: ſubito de fontium venis ſanguis cepit erumpere: non erat potus in fluuijs. Ruſus ad prophete preces cruor fluminum ceſſauit: & aquarum remeauit natura. l. v.

Circunciuſus vndiq; erat populus Hebreorū: hinc Egyptijs allatus: inde mare circunciuſus. Virgā leuauit Moyſes: ſeparauit ſe aqua & in murorū ſpeciem ſe congelauit atq; inter vndas via pedeſtris apparuit. Jordanis retrorſum cōuerſus contra naturam in ſui fontis reuertitur exordium. Nōne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel curſus fluuialis eſſe mutatam? Sitiebat populus patrum: tetigit Moyſes petram: & aqua de petra fluxit. Nunquid non preter naturam operata eſt gratia, vt aquam euomeret petra, quam non habebat natura? Marath fluuius erat amariſſimus, vt ſitiens populus bibere non poſſet. Moyſes miſit lignum in aquam, & amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit: quam infuſa ſubito gratia temperauit. l. vj.

Sub Eliſeo propheta vni ex filijs prophetarū excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim immerſum eſt in aquā. Rogauit Eliſeum, qui amiſerat ferrum. Miſit etiā Eliſeus lignū in aquā, & ferrum natauit: Vtique etiā hoc preter naturam factū cognouimus. Grauior enim eſt ferri ſpecies, quā aquarum liquor. Aduertimus igitur maiorē eſſe gratiā, quam naturā. Et adhuc tātū prophetice benedictionis miramur gratiam? Quod, ſi tantū valuit humana bñdictio, vt naturam cōuerteret: quid dicimus de ipſa conſecratione diuina, vbi ipſa verba dñi ſaluatoris operant? Nā ſacramentum iſtud, quod accipis, Chriſti ſermone conficit. Quod ſi tantum valuit ſermo Elie, vt ignē de celo deponeret, nōne valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? Euang. de dnic. j. poſt tri. Homo qdā erat diues.

FERIA II. Lectio j.

Urbanus epiſcopus ſeruus ſeruorū dei: venerabilibus in Chriſto fratribus: patriarchis archiepiſcopis: epiſcopis: & alijs prelatis eccleſiarū: ſalutē & apoſtolicam benedictionem. Tranſiturus de hoc mundo ad patrem Saluator noſter dominus Jeſus Chriſtus, cum tempus ſue paſſionis inſtaret: ſumpta cena in memoriam mortis ſue inſtituit ſummum, & magnificum ſui corporis & ſanguinis ſacramentū: & corpus in cibum: & ſanguinem in poculum tribuendo. Nam quotieſcunque hunc panē manducamus, & calicē bibimus: mortem dñi annunciamus. Lec. ij.

In inſtitutione quidem huius maximi ſacramēti dixit apoſtolis: Hoc facite in meam commemorationē: vt pręcipuū ⁊ inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc precelſum ⁊ venerabile ſacramentum. Memoriale, inquam, mirabile, ac ſtupendum: delectabile, ac ſuaue: tutiſſimū, ⁊ ſup omnia precioſum: in quo innouata ſunt ſigna, ⁊ mirabilia immutata: in quo habetur omne delectamentum, ⁊ omnis ſaporis ſuauitas. Ipſa, inquam, dulcedo domini deguſtatur: in quo vtique vitę ſuffragium cōſequimur, ⁊ ſalutis. Lectio iij.

Hoc eſt memoriale dulciſſimum: memoriale ſacratiſſimum: memoriale ſalutiferum: in quo gratam redemptionis noſtrę recenſemus memoriam: in quo a malo retrahimur: confortamur in bono: ⁊ ad virtutū ⁊ gratiarum proficimus incrementa. In quo profecto reficimur: ipſius corporali pręſentia ſaluatoris. Alia nanque, quorum memoriam agimus, ſpiritu mēteque complectimur: ſed non propter hoc realem eorum pręſentiam obtinemus.

FERIA III. Lectio i.

In hac vero ſacramentali Chriſti cōmemoratione ipſe Chriſtus pręſens ſub alia forma quidem: ſed in propria ſubſtātia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in cęlum dixit apoſtolis, ⁊ eorum ſequacibus: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſęculi: benigna ipſos promiſſione confortans: quod remaneret, ⁊ eſſet cum eis etiā pręſentia corporali. Lectio ſecunda.

O Digna, ⁊ nunquam intermittēda memoria, qua mortem noſtram recolimus mortuam: noſtrumque interitum vitę interitu interijſſe: ac lignum viuificum ligno crucis affixum fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hęc eſt commemoratio glorioſa, quę fidelium animos replet gaudio ſalutari: ⁊ cum infuſione letitię deuotionis lachrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtram rememorando liberationem: ⁊ recolendo paſſionem dominicam, per quam liberati ſumus, vix lachrymas continemus. Lectio tertia.

In hac itaq; ſacratiſſima cōmemoratione adſunt nobis ſuauitatis gaudia ꝗ lachrymę, qa in ea ⁊ gaudemus pie lachrymātes: ⁊ lachrymamur deuote gaudētes: letas habēdo lachrymas: ⁊ letitiam lachrymantem. Nā ⁊ cor ingenti pfuſuz gaudio dulces per oculos ſtillat guttas. O diuini amoris immēſitas: diuinę pietatis ſuperabundantia: ⁊ diuinę affluentia largitatis. De-

dit enim dñs nobis omnia: quia ſubiecit oĩa ſub pedib⁹ nr̃is ⁊ ſuper vniuerſas terrę creaturas cõtulit nobis dñij principatuȝ.

FERIA QVARTA. L. j.

EX miniſterijs etiam ſpirituuȝ ſupernorũ nobilitatę ⁊ ſublimat hominis dignitatẽ. Ad miniſtratorij nãqȝ ſunt omnes ſpiritus miſſi in miniſteriũ propter eos, qui hereditatẽ ſalutis capiunt deſtinati. Et, cũ taȝ copioſa fuerit erga nos ei⁹ munificẽtia: volẽs adhuc ipſe in nobis ſuã exuberantẽ charitatem precipua liberalitate mõſtrare: ſemetipſum nobis exhibuit. Et tranſcendens omnem plenitudinem largitionis, omnẽqȝ modum donationis excedens: tribuit ſe in cibum. Lectio ij.

QVam ſingularis ⁊ admirãda liberalitas: vbi donator venit in donum: ⁊ datum eſt idem penitus cuȝ datore. Quã larga ⁊ prodiga largitas: cũ tribuit quis ſeipſum: ⁊ ſic largiẽtis ſuperabundat affectio: ꝙ amplius reſperſa donarijs in largitionẽ ſupeffundit largitoris: tãto plenius adimpleta, quanto copioſius eſt effuſa. Lectio iij.

DEdit igitur ſe nobis ſaluator in pabulum: vt, quia ꝑ cibum homo in mortem corruerat, ⁊ per cibum etiam ipſe releuaretur ad vitã. Cecidit homo per cibum ligni mortiferi: releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit eſca mortis: pependit in iſto vitę alimentum. Illius eſus intulit leſionem: iſtius guſtus intulit ſanitatem: guſtus ſauciauit: ⁊ guſtus curauit.

FERIA QVINTA

In octaua corporis Chriſti fiant omnia ſicut in die. Lectio j.

VIde, quia vnde vulnus eſt ortum prodijt ⁊ medela: ⁊ vnde mors ſubijt: exinde vita euenit. De illo ſiquidem guſtu dicitur: quacunque die comederis, morte morieris. De iſto autẽ legitur: ſiquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternuȝ. Hic eſt cibus, qui plene reficit, vere nutrit, ſummeqȝ impinguat: nõ corpus, ſed cor: non carnem, ſed animam: non ventrem, ſed mentem. Homini vero, qui ſpirituali alimonia indigebat: ſaluator ipſe miſericors non de nobiliori: ſed poſteriori, huius mundi alimento pro animę refectionę pia diſpoſitione prouidit.

Lectio ſecunda.

COndecens quoque liberalitas extitit ⁊ conueniens operatio pietatis: vt verbum dei ęternum, quod rationalis creaturę cibus eſt ⁊ refectio, factum caro ſe rationabilis creaturę carni ⁊ corpori: homini videlicet, in edulium largiret. Panẽ angelorũ manducauit homo:

Ideo ſaluatoꝛ ipſe ait. Caro mea vere eſt cibꝰ: ⁊ ſanguis meꝰ vere eſt potus. Lectio tertia.

Hec panis ſumitur, ſed non conſumitur: manducatur, ſed non tranſmutatur, ⁊ in eã-tem minime trãſfoꝛmatur: ſed, ſi digne recipitur, ſibi recipiens conſoꝛmatur. O excellentiſſimũ ſacramentum: o adoꝛandum: colendum: gloꝛificandum: amandum, ⁊ amplectendũ: pꝛęcipuis magnificandum laudibus: ſummis pꝛęconijs exaltandum: cunctis honoꝛandum ſtudijs: deuotis obſequendum oꝛationibus, ⁊ ſynceris mentibus retinendũ. O memoꝛiale nobiliſſimum intimis commendandum pꝛęcoꝛdijs: firmiter animo alligandũ: diligenter in cordis reſeruandũ, verbo, ⁊ meditatione, ac celebꝛatione ſedula recẽſendũ. Le. iiij.

Huius ſacramenti continuã celebꝛare debemus memoꝛiã, vt ⁊ ipſius, cuius ipſum memoꝛiale cognoſcimus, ſemper memoꝛes exiſtamus. Quia, cuius donum vel munus frequentius aſpicitur: huius in coꝛde memoꝛia ſtrictius retinetur. Licet igitur hoc memoꝛiale ſacramentũ in quotidianis miſſarum ſolennijs frequentetur: conueniens tamen arbitramur ⁊ dignũ vt, de ipſo ſemel ſaltem in anno ad confundendam ſpecialiter hęreticoꝛum perfidiam ⁊ inſaniam memoꝛia ſolennioꝛ, ⁊ celebꝛioꝛ habeatur. Lectio quinta.

In die nanq; cenę domini: quo die ipſe Chꝛiſtꝰ hoc inſtituit ſacramentum: vniuerſalis eccleſia pꝛo pęnitentium reconciliatione cõfectione chꝛiſmatis ac impletione mandati circa lotionem pedum, ⁊ alijs plurimis occupata plene vacare non põt celebꝛationi huius maximi ſacramenti. Hoc enim circa ſanctos, quos per anni circulum venera mur, ipſa obſeruat eccleſia, vt, quamuis in letanijs ⁊ in miſſis ac etiam alias ipſoꝛũ memoria ſępius renouetur: nihilominus tamen ipſoꝛũ natalitia certis diebus per annum ſolennius recolat, feſta pꝛopter hoc eiſdem diebꝰ ſpecialia celebꝛãdo. L. vj.

Et quia in huiuſmodi feſtis circa ſolennitatis debitum aliquid a fidelibus per negligentiam: rei ſęcularis occupationem: aut alias ex humana fragilitate ommittitur: ſtatuit ipſa mater eccleſia certam diem in qua generalis omnium ſanctoꝛum commemoꝛatio fieret, vt ipſoꝛum celebꝛitate cõmuni, quicquid in pꝛopꝛijs ipſoꝛum feſtiuitatibus omiſſum exiſteret: ſolueretur. Tu autem.

DOMINICA II.

Poſt feſtũ ſanctę Trini. ⁊ deinceps vſq; ad j. dñicam Auguſti, qñ de tempoꝛe agitur cantetur hyſtoꝛia

hyſtoria Deus omnium. Et le-
gatur de libro Regum.

SABBATHO

precedenti .5. proximo ſabb. poſt
oct. Trin. Ad veſp. añ. Benedi-
ctus. ps. 61. Ipſum. et cetere ad
ceteros, ſicut in primo ſabbato
aduentus. Capitulum. Bene-
dictus deus. R. Dominus, q eri
puit me. Hymn. O lux beata tri.
V. Veſpertina oratio. R. Et de-
ſcenderat ſuper nos. Ad Magnif.
añs. Loquere domine quia au-
dit ſeruus tuus. Cetere añe, que ſe-
quuntur in ſequen. ſabb. dican-
tur vſq3 ad Kalen. Aug. Añe.

O Gnouerūt omnes a Dan vſq3 Berſabee, quod fide-
lis Samuel propheta eſſet domi
ni. Añe Preualuit Dauid in
Philiſtheo in funda et lapide in
nomine domini. Añ Nonne
eſt iſte Dauid, de quo canebant
in choro dicentes: Saul percuſ-
ſit mille, et Dauid decem millia
in milibus ſuis? Añe Iratus
rex Saul dixit: mihi dederunt
mille, et filio Iſai dederunt decē
millia. Añ Quis enim in om
nibus ſicut Dauid inuentus eſt
ingrediens et pergens ad impe-
rium regis? Añ Montes Gel-
boe, nec ros nec pluuia veniat ſu
per vos: vbi ceciderūt fortes Iſ-
rael, quia in te abiectus eſt cly-
peus fortium: clypeus Saul quaſi
non eſſet vnctus oleo: quomodo
ceciderunt fortes in prelio? Io-
nathas in excelſis tuis interfe
ctus eſt: Saul et Ionathas ama-
biles et decori valde in vita ſua et
in morte quoq3 non ſunt ſepa-
rati. Añ Doleo ſuper te frater
mi Ionatha amabilis valde ſup
amorem mulierum: et ſicut ma-
ter vnicum filium ſuum amat,
ita te diligebam: ſagitta Ionathe
nunquam abijt retrorſum, nec
declinauit clypeus eius in bello,
et haſta eius non eſt auerſa. Añ.
Rex autem Dauid cooperto ca-
pite incedens lugebat filium ſuū
dicens: Abſalon fili mi, fili mi
Abſalon: quis mihi det, vt ego
moriar pro te fili mi Abſalon.
Oratio. Deus in te ſperantium
fortitudo. Cetere etiā orationes
dicantur ſm ordinem dominica-
rum quere infra in fine tempora-
lis, vbi etiam euang. ſignantur
cum homilijs, et añis, ad bñs, et
3. Ad cōpl. añ Miſerere.
Saluator. V. Gloria tibi
domine, qui ſurrexiſti a mortuis.
Ad Nunc dimit. Añ Hal'ah.
Reſurrexit dominus hal. ſicut di
xit vobis hal. Kyrie el. et Hym.
Saluator, cum dicto V. añ ad
nunc dimittis dicatur in ſabba-
tis ad compl. vſq3 ad aduentum
domini, quando veſpere de do-
minica celebrantur.

AD MATVTINVM.

Inuit. Deum verum vnum in
trinitate, et trinitatem in vnita-
te. Venite adorem9. ps. Venite.

Hoc inuitatorium dicitur vſq ad calẽdas Auguſti in dominicis diebus, qñ de tempore agitur Hymn. Nocte ſurgẽtes. In j. noc. añ. Pro fidei me. ps. Beatus vir. j. ps. Quare fre. ps. Domine quid. ps. Domine ne in furore. Gloria patri. Añ. Juſte de⁹. ps. Domine deus meus. z. ⁊ ceteri pſal. aña Surge, ⁊. ps. Saluum me fac. ℣. Memor.

Lectiones ſex de libro Regum. Lectio prima. cap. primo.

Fuit vir vn⁹ de Ramathaiz Sophiz: de mõte Ephraiz, ⁊ nomen eius Elcana filius Jeroham: filij Eliu, filij Thou, filij Suph Euphrateus: ⁊ habuit duas vxores: nomen vni Anna, ⁊ nomen ſecundę Phenenna. Fueruntq Phenennę filij: Annę autez non fuerunt liberi. ℟. Deus omnium exauditor eſt ipſe miſit angelum ſuum, ⁊ tulit me de ouibus patris mei. Et vnxit me de vnctione miſericordię ſuę. ℣. Deus, qui eripuit me de ore leonis, ⁊ de manu beſtię liberauit me. Et. Lectio ſecunda.

Aſcendebat quoq vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt oraret dominum: ⁊ ſacrificaret domino exercituũ in Silo. Erant autez ibi duo filij Heli: Ophni ⁊ Phinees, ſacerdotes domini. ℟. Dominus, qui eripuit me de ore leonis, ⁊ de manu hoſtię liberauit me. Ipſe me eripiet de manu inimicorũ meorum. ℣. Miſit deus miſericordiam ſuã, ⁊ veritatem ſuam: animam meaz eripuit de medio catulorũ leonũ. Ipſe. Lectio iij.

Venit ergo dies, ⁊ immolauit Elcana: deditq Phenennę vxori ſuę, ⁊ cunctis filiabus eius partes. Annę autem dedit partem vnam triſtis: quia Annaz diligebat. Dominus autez concluſerat vuluam eius. ℟. Ego te tuli de domo patris tui, dicit dominus, ⁊ poſui te paſcere gregem populi mei. Et fui tecum in omnibus vbicunq ambulaſti: firmans regnum tuum in ęternum. ℣. Fecitque tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra, ⁊ requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et. In ij. noc. aña. Naturę genitor. ps. Confer. 5. Añ. Pectora no. ps. Exaudi. 5. Añ. Tu populuz. ps. Diligã. 6. ℣. Media nocte ſurgebã. l. iiij.

Affligebat quoque eaz ęmula eius: ⁊ vehementer angebat: in tantuz, quod exprobraret, quod concluſiſſet dñs vuluã eius. Sicque faciebat per ſingulos annos cum redeunte tempore aſcenderet templum domini: ⁊ ſic prouocabat eam. ℟. Montes Gelboe nec ros nec pluuia veniant ſuper vos. Vbi ceciderũt fortes Iſrael. ℣. Omnes mõtes, qui in circuitu eius ſunt, viſitet

viſitet dominus: a Gelboe autē tranſeat. Ubi. ℟. Ecce cuncta.

Ploꝛo Anna flebat: ⁊ non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus. Anna cur fles? ⁊ quare non comedis? ⁊ quamobꝛē affligitur coꝛ tuū? Nunquid non melioꝛ ſum tibi, quam decem filij? ℟. Peccaui ſuper numerum arenę maris: ⁊ multiplicata ſunt peccata mea: ⁊ non ſum dignus videre altitudinem cęli prę multitudine iniquitatis meę: quoniam irritaui iram tuam. Et malum coꝛā te feci. ℣. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, ⁊ delictum meū contra me eſt ſemꝑ: tibi ſoli peccaui. Et malum. Lectio vi.

Surrexit aūt Anna poſtq̄ comederat, ⁊ biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi domini: cū eſſet Anna amaro animo oꝛauit dominum flens largiter: ⁊ votum vouit dicens. Domine deus exercituum: ſi reſpiciens videris afflictionem famulę tuę: dederisq̄ ſeruę tuę ſexum virilem, dabo illum domino omnibus diebus vitę eius: ⁊ nouacula nō aſcendet ſuper caput eius. ℟. Pręparate coꝛda veſtra domino, ⁊ ſeruite illi ſoli: Et liberabit vos de manibꝰ inimicoꝛum veſtroꝛum. ℣. Auferte deos alienos de medio veſtri. Et li. In iij. noc. aña. Sponſus vt. ps. Celi enarrāt. 7. Aña. Auxiliū. ps. Exaudiat. 7. Aña. Rex ſine fine. ps. Domine in virtute. ℣. Exaltare domine in virtute tua. Pꝛędicta. ſ. hym. añę, pſal. ⁊ ℣. dicantur diebus dominicis in noc. vſq̄ ad aduentum, quando de dominica agitur.

Notandū, quod in hac ſecunda dominica poſt trini. ⁊ deinceps in dominicis vſq̄ ad aduentum, quando de dominica agitur, vij. lectio. ⁊ viij. de euangelio dominicę legantur: nona vero lec. ⁊ ix. ℟. ⁊ hoꝛę diei cum maiori miſſa erunt de reſurrectione ſecundum conſuetudinē eccleſię ſancti ſepulchꝛi Hieroſolymitanę: ob reuerentiā dominicę reſurrectionis. Euangelium. Homo quidam erat diues. Et deinceps alia euang. per oꝛdinē. ℟. Exaudiſti domine oꝛationē ſerui tui, vt ędificarem templū nomini tuo. Benedic ⁊ ſanctifica domum iſtam in ſempiternū deus Iſrael. ℣. Domine, qui cuſtodis pactum ⁊ miſericoꝛdiam ſeruis tuis, qui ambulant coꝛā te in toto coꝛde ſuo. Benedic. ℟. Audi domine hymnum, ⁊ oꝛationem, quam ſeruus tuus oꝛat coꝛam te hodie: vt ſint oculi tui aperti: ⁊ aures tuę intentę. Super domum iſtam die ac nocte. ℣. Reſpice domine de ſanctuario tuo ⁊ de excelſo cęloꝛū habitaculo. Super. ℟. Dū tranſiſſet

uſſet ſabbatum. Ad. ℟. Et valde mane. Te deum. Sacerdos. ℣. Excelſus ſuper omnes gentes dominus. ℟. Et ſuper celos gloria eius. In lau. an̄a. Regnauit. ℣. Dominus reg. 62. et ceteta, ſicut ſunt in pſalterio. Pręcedentes laudum dicantur omnes in hac ij. dominica poſt trinitatem, et vltima dominica ante commemorationem dominicę reſurrectionis. Alijs vero dominicis intermedijs dicatur ſola prima an̄a laudum ſuper pſ. capit. Benedictio et claritas. Hym. Ecce iam noctis. Cap. et hymnum require in pſal. ℣. Dominus regnauit. ℟. Decorem induit. Prędictum cap. et ℣. dicantur in dominicis diebus vſque ad aduentum, quando de tempore agitur. Ad Benedictus an̄. Homo quidam erat di. Et alię que deinceps ſecundum ordinem dominicarum: et orationes dominicales, quę ſequuntur.

Ad primam hym. Iam lucis. In tercia hymn. Sermone blando. Hoc modo dicantur hymni ad horas diebus dominicis vſque ad aduentum quando de tempore agitur. An̄a. Angelus autem. Pſ. Deus, deus meus reſpice. Et ceteri pſalmi, vt in j. dominica aduentus. ℟. Ieſu Chriſte. cum duplici. Al. ℣. Qui ſurrexiſti a. et cetera, vt conſuetum eſt. Hęc dicuntur de reſurrectione, ſicut in oct. paſche vſque ad aduentum obſeruantur, quando de dominica agitur. Ad veſpe. an̄a. Sede. pſ. Dixit dominus. et cetere ad expo. Cap. Dominus autem dirigat. Hym. Lucis creator. ℣. Dirigatur domine. ſicut in pſal. omnia iſta ſignantur. Ad mag. an̄a. Pater Abraham. Oratio. Deus in te ſperantium. Et alię an̄ę et orationes per ordinem. Ad complet. an̄a. Miſerere. pſal. cap. vt ſup. hym. Te lucis. non dicatur ℣. Gloria tibi domine. ſed dicatur ℣. Pręſta pater omnipotens. Ad nunc dimi. an̄a. Salua nos.

FERIA SECVNDA.

et in omnibus ferijs vacantibus vſque ad aduentum domini. Inui. hym. an̄ę pſal. ℣. cap. et reſponſoria ad hor. dicantur, ſicut in feria poſt Domine ne in ira tua, reſponſoria vero dicantur de hiſtoria dominicali.

FERIA II. ET VI.

vſque ad Kalendas Auguſti dicantur ſequentia reſponſoria. ℟. Recordare domine teſtamenti tui, et dic angelo percutienti, ceſſet iam manus tua. Ut non deſoletur terra: et ne perdas omnem animam viuam. ℣. Quieſcat dn̄e ira tua a populo tuo: et a ciuitate ſancta tua. Ut. ℟. Domine ſi conuerſus fuerit populus tuus et orauerit ad ſanctuarium tuum. Tu exaudies de celo domine: et libera eos de manibus

bus inimicorum ſuorum. ℣. Si peccauerit in te populus tuus, ⁊ conuerſus egerit penitentiam, veniensque orauerit in loco iſto: ⁊ Tu. ℟. Factum eſt, dum tolleret dominus Eliam per turbinem in celum, Eliſeus clamabat dicens: pater mi: pater mi: currus Iſrael, ⁊ auriga eius. ℣. Oro domine, vt fiat ſpiritus duplex in me: ⁊ ille, ſi videris, quando tollar a te, erit, quod petiſti. Eliſeus. Fer. iij. ℟. Deus omnium. Et cetera dupl.

FERIA QVARTA.

℟. Montes Gelboe. ⁊c. duo. Fer. v. ℟. Exaudiſti. ℟. Audi domine. ℟. Ego te tuli. Hic ordo ſeruetur ſiue hiſtoria Deus omnium in dominica fuerit inchoata, ſiue non. Item de ſancta cruce, ⁊ beatus [illegible] ad mat. ⁊ ad veſp. ſicut in rub. xix. eſt ſignatum.

Ex lib. Regum. Lec. ij. ⁊ hebd. l. j.

Factum eſt autem cū Anna multiplicaret preces coram domino, vt Heli obſeruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde ſuo: tantumque labia eius mouebantur: ⁊ vox penitus nō audiebatur. Lectio ij.

Eſtimabat autem eam Heli temulentam. Dixitque ei, Uſque quo ebria eris? Digere pauliſper vinum, quo mades. Lectio iij.

Reſpōdit aūt Anna Heli, ⁊ dixit: Nequaquam, inquit, dñe mi: nam mulier infelix nimis ego ſum. Uinum ⁊ omne, quod inebriare pōteſt non bibi: ſed effudi animam meam in conſpectu dñi. Lec. iiij.

Ne reputes ancillam tuam quaſi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris ⁊ meroris mei locuta ſum vſque in preſens. Tunc Heli ait ei: Uade in pace: ⁊ dominus deus Iſrael det tibi petitionem, quam rogaſti eum. dixitque Anna. Utinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in viam ſuā: ⁊ comedit ⁊ bibit: vultuſque eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. Et ſurrexerunt mane, ⁊ adorauerunt coram domino. Reuerſique ſunt ⁊ venerunt in domum ſuam in Ramatha.

DOMINICA III.

poſt trinitatem.

Ex lib. Regum. Lectio prima.

Cognouit aūt Elcana Annā vxorē ſuā, ⁊ recordatus eſt eius dñs. Et factum eſt poſt circulum dierum concepit Anna, ⁊ peperit filium. Uocauitque nomen eius Samuel: eo quod a dño poſtulaſſet eum. L. ij.

Aſcendit autē Elcana vir eius, ⁊ omnis domus eius: vt immolarent domino hoſtiam ſolennem, ⁊ votum ſuum: ⁊ Anna non aſcendit. Dixit enim Anna viro ſuo: Non vadam, donec ablactetur infans: ⁊ ducam eum, vt appareat ante conſpectum

plum domini, & maneat ibi iu-
giter. Lectio tertia.

Et ait ei Elcana vir ſuus. Fac, quod bonum tibi vi-
detur: & mane, donec ablactes
eum: precorque, vt impleat domi-
nus verbum ſuum. Manſit er-
go mulier, & lactauit filium ſuũ,
donec amoueret eũ a lacte. L.iiij.

Et adduxit eum ſecũ poſt-
quam ablactauerat eum
in tribꝰ vitulis, & tribus modiis
farinę, & amphora vini: & addu-
xit eum ad domum domini in
Silo. Puer autẽ Samuel ad-
huc erat infantulus, & immola-
uerunt vitulum, & obtulerunt
puerum Heli. Lectio quinta.

Dixitque Anna, obſecro
mi domine, viuit anima
tua, Ego ſuz illa mulier, quę ſte-
ti coram te hic orans dominum:
de puero iſto oraui dominum, &
dñs dedit mihi petitionẽ meã,
quã poſtulaui eum. Lectio vj.

Idcirco ego commodaui eũ
domino cunctis diebus, qui-
bus fuerit accommodatus domi-
no. Et adorauerunt ibi domi-
nũ: & orauit Anna, & dixit. Exul-
tauit cor meũ in domino: & exal-
tatum eſt cornu meum in deo
meo. Dilatatum eſt os meum
ſup inimicos meos: quia lętata
ſum in ſalutari tuo. Re per Deo.

Ex lib. Regum Lectio ſeptima.

Non eſt ſanctus, vt eſt do-
minus, neque enim eſt aliꝰ
extra te: & nõ eſt fortis ſicut deus
noſter. Nolite multiplicare lo-
qui ſublimia gloriantes. Rece-
dant vetera de ore veſtro: quo-
niam deus ſcientiarum dñs eſt &
& ipſi pręparantur cogitationes.
Arcus fortium ſuperatus eſt, &
infirmi accincti ſunt robore. Re-
pleti prius pro panibus ſe loca-
uerunt, & famelici ſaturati ſunt,
Donec ſterilis peperit pluri-
mos, &, quę multos habebat fi-
lios, infirmata eſt. Dominus mor-
tificat, & viuificat, deducit ad in-
feros & reducit. Dominus pau-
perem facit, & ditat: humiliat, &
ſubleuat. Suſcitat de puluere
egenum, & de ſtercore eleuat pau-
perem. Vt ſedeat cum princip-
bus, & ſolium glorię teneat. Do-
mini enim ſunt cardines terrę,
& poſuit ſuper eos orbem. Pe-
des ſanctorũ ſuorum ſeruabit,
& impij in tenebris conticeſcent,
quia non in fortitudine ſua ro-
borabitur vir. Dominũ formi-
dabunt aduerſarij eius, & ſuper
ipſos in cęlis tonabit Dominus
iudicabit fines terrę, & dabit im-
perium regi ſuo, & ſublimabit
cornu Chriſti ſui.

DOMINICA QVARTA poſt trinitatem.

Ex lib. Regum. Lectio prima.

Et abijt Elcana in
Ramatha in domum
ſuam. Puer autem
erat miniſter i ɔſpe-

ctu

ctu domini ante faciem Heli, ſacerdotis. Porro filij Heli, filij Belial, neſcientes dominum, neqꝫ officium ſacerdotuꝫ ad populum: ſed, quicunqꝫ immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulaꝫ tridētem in manu ſua, & mittebat eā in lebetem, vel in caldariaꝫ, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne, quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. Lectio ii.

SIc faciebant vniuerſo Iſraeli, venientium in Silo: etiam antequam adolerent adipem: veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti. Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti: Non enim accipiam a te carneꝫ coctam, ſed crudam. Dicebatqꝫ illi immolans. Incēdatur prius iuxta morem hodie adeps: & tollet ibi quantuncunqꝫ deſiderat anima tua. Lectio tertia.

REſpondensqꝫ puer aiebat ei: Nequaquaꝫ. Nunc eniꝫ dabis: alioquin tollam vi. Erat autem peccatum puerorū grande nimis coram domino: quia detrahebāt homines a ſacrificio dñi. Samuel autem miniſtrabat ante faciem dñi. Lectio quarta.

ERat auteꝫ puer accinctus Ephod lineo: & tunicā paruam faciebat ei mater ſua, quaꝫ afferebat diebus ſtatutis aſcendens cum viro ſuo: vt immolaret hoſtiam ſolennem, & votum ſuum domino. Lectio quinta.

ET benedixit Heli Elcane, & vxori eius. Dixitque, reddat tibi dominus ſemen de muliere hac pro fęnore, quod cōmodaſti domino. Et abierunt in locum ſuum. Viſitauit ergo dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias, & magnificatus eſt puer Samuel apud dominum. Lcō vi.

HEli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia, quę faciebāt filij ſui vniuerſo Iſraeli, & quomodo dormiebant cū mulieribus, quę obſeruabant ad oſtium tabernaculi, & dixit eis. Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei. Nō eſt fama bona, quā ego audio, vt tranſgredi faciatis pplm dei. Lec. per hebd. Ex lib. Regum.

SI peccauerit vir in viruꝫ: placari ei poteſt deus. Si autem in deum peccauerit vir: quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris ſui, quia voluit deus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat, atqꝫ creſcebat, & placebat tam deo, quā hominibus. Venit autem vir dei ad Heli, & ait ad euꝫ: Hęc dicit dominus. Nunquid non aperte reuelatus ſum domui patris tui, cuꝫ eſſet in Ægypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus

nibus tribus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me, & dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum Iſrael? Quare calce abieciſtis victimam meam & munera mea, quę præcepi vt offerentur in templo, & magis honoraſti filios tuos, quam me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei? Propterea ait dominus deus Iſrael. Loquens locutus ſum, vt domus tua & patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit dominus. Abſit hoc a me. Sed quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

DOMINICA QVINTA post Trini. Lectio prima.

Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua: & videbis æmulum tuum in templo in vniuerſis proſperis Iſrael, & non erit ſenex in domo tua: omnibus diebus. Lectio ſecunda.

Veruntamen non auferam virum penitus ex te ab altari meo: ſed, vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars magna domus tuę corruet, & morietur cum ad virilem ętatem venerit. Hoc autem erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filijs tuis, ſcilicet, Ophni: & Phinees. Lectio tertia.

In die vno morientur ambo: & ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem: qui iuxta cor meum & animam mea faciat. Et ędificabo ei domum fidelem: & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. Lectio quarta.

Futurum eſt autem, vt, quicunq; remanſerit in domo tua: veniat, vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum & tortam panis. Dicatq; dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem: vt comedam bucellam panis.

Lectio quinta cap. iij.

Puer autem Samuel miniſtrabat domino coram Heli, & ſermo domini erat pretioſus. In diebus illis non erat viſio manifeſta. Lectio ſexta.

Factum eſt autem in die quadam, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei.

Lect. per hebdo. Ex lib. Regum.

Et vocauit dominus Samuelem. Qui reſpondens ait. Ecce ego. Et cucurrit ad Heli: & dixit ei: Ecce ego. Vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocaui te fili. Reuertere, & dormi. Et

abijt, ⁊ dormiuit. Et adiecit dominus vocare rurſum Samuelem: Conſurgenſq; Samuel abijt ad Heli, ⁊ dixit: ecce ego, q̃a vocaſti me. Qui reſpondit. Nō vocaui te fili mi. Reuertere, ⁊ dormi. Porro Samuel necdū ſciebat dominum: neq; reuelatus fuerat ei ſermo domini. Et adiecit dominus: ⁊ vocauit tertio adhuc Samuelem. Qui conſurgens abijt ad Heli, ⁊ dixit ei. Ecce ego, quia vocaſti me. Intellexit igitur Heli: quia dominus vocaret puerum. Et ait ad Samuelē; Vade, ⁊ dormi. Et, ſi deinceps vocauerit te, dices: Loquere domine: q̃a audit ſeruus tuus. Abijt ergo Samuel, ⁊ dormiuit in loco ſuo. Et venit dominus, ⁊ ſtetit, ⁊ vocauit, ſicut vocauerat ſecundo. Samuel Samuel. Et ait Samuel. Loquere domine: q̃a audit ſeruus tuus. Et dixit ad Samuelem: Ecce ego facio verbū in Iſrael: q̃d quicūq; audierit: tinniēt ambę aures ei⁹.

DOMINICA VI. poſt trinitatem. Lectio prima.

In diebus illis ſuſcitabo aduerſum Heli omnia, quę locutus ſū ſuper domū eius. Incipiam, ⁊ complebo. Prędixi enim ei, quod iudicaturus eſſem domum eius in ęternum propter iniquitatem: eo quod nouerat indigne agere filios ſuos: ⁊ nō corripuit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis ⁊ muneribus eius vſque in ęternum. Dormiuit autem Samuel vſque mane: aperuitque oſtia domus domini. Et Samuel timebat indicare viſionē Heli. Lectio tertia.

Vocauit ergo Heli Samuelem, ⁊ dixit: Samuel fili mi. Qui reſpondens ait: Prę ſto ſum. Et interrogauit eum. Quis eſt ſermo, quem locutus eſt dominus ad te? Oro te ne celaueris mihi. Hęc faciat tibi dominus: ⁊ hęc addat ſi abſconderis a me ſermonem ex omnibus verbis, quę dicta ſunt tibi. Lectio quarta.

Indicauit itaq; ei Samuel vniuerſos ſermones: ⁊ non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit: Dominus eſt. Quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Creuit autem Samuel: ⁊ dominus erat cum eo: ⁊ non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Lectio quinta.

Et cognouit vniuerſus Iſrael a Dan vſque Berſabee: quod fidelis Samuel propheta eſſet domini. Et addidit dominus, vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo iuxta verbum domini. Et euenit

tertio Samuelis vniuerſo Iſr.

Lect. vj. cap. quarto.

ET factum eſt in diebus illis: conuenerunt Philiſthijm in prœliũ. Egreſſus nanq; eſt Iſrael obuiam Philiſthijm in pugnam, & caſtrametatus eſt iuxta lapidem adiutorij.

Lec per hebd. Ex lib. Regum.

PORro Philiſthijm venerunt in Aphec & conſtruxerunt aciez contra Iſrael. Inito autem certamine terga vertit Iſrael Philiſtheis. Et cęſa sũt in Iſrael in illo certamine paſſim per agros quaſi quatuor millia virorum. Et reuerſus eſt populus ad caſtra. Dixeruntq; maiores natu de Iſrael, quare percuſſit nos dominus hodie coraz Philiſthijm? afferamus ad nos de Silo arcam fęderis domini, & veniat in mediuz noſtrũ: vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum. Miſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fęderis domini exercituum ſedẽtis ſuper Cherubin. Erãtq; duo filij Heli cum arca fęderis domini, Ophni & Phinees. Cumq; veniſſet arca fęderis domini in caſtra: vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra. Et audierunt Philiſthijm vocem clamoris. Dixeruntque: Quęnam eſt hęc vox clamoris magni in caſtris Hebręorum? Et cognouerunt, quod arca domini veniſſet in caſtra. Timueruntq; Philiſthijz, dicentes: Venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt dicentes: Vę nobis, non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius: vę nobis. Quis nos ſeruabit de manu deorum ſublimium iſtorũ? Hi ſunt ij, qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga in deſerto. Confortamini, & eſtote viri Philiſthijm: ne ſeruiatis Hebręis: ſicut ipſi ſeruierunt nobis. Confortamini, & bellate. Pugnauerũt ergo Philiſthijz: & cęſus eſt Iſrael: & fugit vnuſquiſq; in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis. Et ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum: & arca dei capta eſt. Duo quoque filij Heli mortui sũt, Ophni & Phinees.

DOMINICA VII.

poſt trinit. Lectio prima.

CVrrens autem vir de Beniamin ex acie: venit in die illo in Silo ſciſſa veſte: & cõſperſus puluere caput. Cumque puer ille veniſſet: Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam expectans. Erat enim cor eius pauens pro arca domini.

Lectio ſecunda.

VIr autem ille poſtquaz ingreſſus eſt: nunciauit vrbi, & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli ſonituz clamoris,

dixitque: Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, ⁊ venit, ⁊ annunciauit Heli. Lectio tertia.

HEli autem erat nonaginta ⁊ nouem annorum, ⁊ oculi eius caligauerant, ⁊ videre non poterat. Et dixit ad Heli: Ego ſum, qui veni de prelio, ⁊ ego, qui a facie Philiſthum fugi hodie. Lectio quarta.

QUi ille ait: Quid actum eſt fili mi? Qui reſpondit: fugit, inquit, Iſrael coram Philiſthijm, ⁊ ruina magna facta eſt in populo Iſraelis. Inſuper ⁊ duo filij tui mortui ſunt, Ophni, ⁊ Phinees: ⁊ arca dei capta eſt. Lectio quinta.

QUmq; ille nominaſſet arcam dei: cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium: ⁊ fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir, ⁊ grandeuus: ⁊ ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis. Lectio ſexta.

NUrus autem Heli vxor Phinees pregnans erat: viciniaq; partui. Et audito nuncio, quod capta eſſet arca dei, ⁊ mortui eſſent ſocer ſuus, ⁊ vir ſuus, incuruauit ſe, ⁊ peperit: irruerant autem in eam dolores ſubiti. Lec. per hebdo.

IN ipſo autem momento mortis eius: dixerunt ei, qui ſtabant circa eam. Ne timeas, quia filium peperiſti. Que non reſpondit eis: neq; animaduertit: ⁊ vocauit puerum Ichabod dicens: tranſlata eſt gloria dei de Iſrael: quia capta eſt arca dei. Et pro ſocero ſuo: ⁊ pro viro ſuo ait: Tranſlata eſt gloria domini de Iſrael. eo ꝙ capta eſſet arca dei. Philiſthijm autem tulerunt eam, ⁊ aſportauerunt a lapide adiutorij Azotum. Tuleruntq; arcam Philiſthijm, ⁊ intulerunt eam in templum Dagon. ⁊ ſtatuerunt iuxta Dagon deum ſuum. Cumq; ſurrexiſſent Azotij diluculo altera die: ecce Dagon iacebat pronus in terra iuxta arcam domini. Et tulerũt Dagon: ⁊ reſtituerunt eum in loco ſuo. Rurſumq; mane die altero conſurgentes: inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca domini: Caput autem Dagon ⁊ due palme manuum eius abſciſſe erant ſuper limen eius. Porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon: ⁊ oẽs, qui ingrediunt in tẽplum eius, ſuper limen Dagon in Azoto vſq; in hodiernũ diem.

DOMINICA OCTAVA post trin.

Lectio prima.

AGgrauata eſt autem manus domini ſuper Azotios, ⁊ demolitus eſt eos. Et ebullierunt ville ⁊ agri in medio regionis

gionis illius: et nati ſunt mures: Et facta eſt confuſio magna in ciuitate: et percuſſit in ſecretiori parte natium Azotum, et fines eius. Lectio ſecunda.

Videntes autem viri Azotij huiuſcemodi plagam dixerunt: Non maneat arca dei Iſrael apud nos: quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, et ſuper Dagon deum noſtrum. Lectio iij.

Mittenteſque Azotij congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe: et dixerunt: Quid faciemus de arca dei Iſrael? Reſponderuntque ſatrape Gethei. Circunducatur arca dei Iſrael. Et circunduxerunt arcam dei Iſrael. Lectio iiij.

Illis autem circunducentibus eam: fiebat manus domini ſuper ſingulas ciuitates interfectionis magne nimis: et percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis a paruo vſque ad maiorem: Et computreſcebant prominentes extales eorum. Lectio quinta.

Inieruntque Gethei conſilium: et fecerunt ſibi ſedes pelliceas. Miſeruntque arcam dei in Accaron. Cumque veniſſet arca dei in Accaron, exclamauerunt Accaronite dicentes: Adduxerunt arcam dei Iſrael ad nos, vt interficiat nos, et populum noſtrum. vj.

Miſeruntque Accaronite: et congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum. Qui dixerunt: Dimittite arcam dei Iſrael: et reuertatur in locum ſuum: vt non interficiat nos cum populo noſtro. Lectio. per hebdo.

Fiebat enim pauor mortis in ſingulis vrbibus: et grauiſſima erat valde manus domini. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in ſecretiori parte natium: et aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis ad celum. Fuit ergo arca domini in regione Philiſthinorum ſeptem menſibus. Et poſt hec vocauerunt Philiſthijm ſacerdotes, et diuinos dicentes: Quid faciemus de arca dei Iſrael? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum ſuum. Qui dixerunt, Si remittitis arcam dei Iſrael: nolite dimittere eam vacuam: ſed, quod debetis, reddite ei pro peccato, et tunc curabimini: et ſcietis, quare non recedat manus eius a vobis. Dixeruntque Philiſthijm. Quid eſt, quod pro peccato reddere debemus ei? Reſponderuntque illi. Iuxta numerum prouinciarum Philiſthinorum quinque anos aureos facietis, et quinque mures aureos: quia plaga vna fuit in omnibus vobis: et ſatrapis veſtris: facietiſque ſimilitudinem anorum veſtrorum: et ſimilitudinem murium, qui demoliti ſunt terram: et dabitis deo Iſrael gloriam: ſi forte releuet ma-

num ſuam a vobis, ⁊ a diis veſtris, ⁊ a terra veſtra.

DOMINICA NONA post trini. Lectio prima.

Quare grauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Ægyptus, ⁊ Pharao cor ſuum? Nonne poſtquam percuſſus eſt: tunc dimiſit eos, ⁊ abierunt? Nunc ergo arripite, ⁊ facite plauſtrū nouum vnum: ⁊ duas vaccas fętas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite in plauſtro, ⁊ recludite vitulos earū domi. Lcō ij.

Tolletisq; arcam domini: ⁊ ponetis in plauſtro, ⁊ vaſa aurea, quę exoluiſtis ei pro delicto: ponetis in capſellam ad latus eius, ⁊ dimittite eā, vt vadat, ⁊ aſpicietis. Lectio tertia.

Et ſiquidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis malum hoc grande. Sin autem minime: ſciemus, quia nequaquā manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. Lectio quarta.

Fecerunt ergo illi hoc modo: ⁊ tollentes duas vaccas, quę lactabant vitulos, iunxerūt ad plauſtrum: vitulosq; earum concluſerunt domi. Et poſuerunt arcam dei ſuper plauſtrū nouum: ⁊ capſellā, quę habebat mures aureos, ⁊ ſimilitudinem annorum. Lectio quinta.

Ibant autem in directum vaccę per viā, quę ducit Bethſames: ⁊ itinere vno gradiebantur pergentes, ⁊ mugientes: non declinabant neq; ad dexterā, neq; ad ſiniſtrā: Sed ⁊ ſatrapę Philiſthinorū ſequebātur vſq; ad terminos Bethſamees. L. vj.

Porro Bethſamitę metebant triticū in valle: ⁊ eleuantes oculos viderunt arcam dei, ⁊ gauiſi ſunt, cum vidiſſent: ⁊ ⁊ plauſtrū venit in agrum Joſue Bethſamitę, ⁊ ſtetit ibi.

Lectiones per hebdomadam.

Erat autem ibi lapis magnus: ⁊ conciderunt ligna plauſtri, vaccasq; impoſuerunt ſuper ea holocauſtum domino. Leuitę autem depoſuerunt arcā dei, ⁊ capſellā, quę erat iuxta eam: in qua erant vaſa aurea: ⁊ poſuerunt ſuper lapidē grandem. viri autē Bethſamitę obtulerunt holocauſta: ⁊ immolauerunt victimas in die illa domino. Et quinq; ſatrapę Philiſthinorū viderunt, ⁊ reuerſi ſunt in Accaron in die illa. Hi autē ſunt anni aurei, quos tradiderunt Philiſthijm domino pro delicto, Azotus vnum, Gaza vnū, Aſcalon vnum, Geth vnū, Accaron vnū: ⁊ muros aureos ſecundum numerum vrbium Philiſthijm quinq; prouinciarum ab vrbe murata vſq; ad villā, quę erat abſq; muro, ⁊ vſq; ad Abel magnum, ſuper quem

poſue-

poſuerunt arcam domini, quę erat vſq; in illo die in agro Joſue Bethſamitis. Percuſſit autem dominus de viris Bethſamitibus: eo quod vidiſſent arcā domini. Et percuſſit de populo ſeptuaginta viros: & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus eo quod percuſſiſſet dominus plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethſamitę: Quis poterit ſtare in conſpectu domini dei ſancti huius, & ad quem aſcendet a nobis?

DOMINICA X. poſt trini. Lectio prima.

Miſeruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim dicentes. Reduxerunt Philiſthijm arcam dei: deſcendite: & reducite eam ad vos. Venerunt ergo viri Cariathiarim: & reduxerunt arcam domini: & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. Lectio ſecunda.

Eleazarum autem filium eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam domini. Et factum eſt, ex qua die remanſit arca domini in Cariathiarim: multiplicati ſunt dies. Erat quippe iam annus viceſimus: & requieuit omnis domus Iſrael poſt dominum. Lectio tertia.

Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael. Si in toto corde veſtro reuertimini ad dominū: auferte deos alienos de medio veſtrū: Baalim, & Aſtaroth, & preparate corda veſtra domino: & ſeruite illi ſoli: & eruet vos de manu Philiſthijm. Abſtulerunt ergo filij Iſrael Baalim, & Aſtaroth: & ſeruierunt domino ſoli. Lectio quarta.

Dixit autē Samuel: Congregate vniuerſū Iſrael in Maſphath: vt orem pro vobis dominum. Et conuenerunt in Maſphath: hauſeruntq; aquam, & fuderunt in conſpectu, & ieiunauerunt in die illa, & dixerunt: Tibi peccauimus domine. Lectio quinta.

Iudicauitque Samuel filios Iſrael in Maſphath: Et audierunt Philiſthijm, quod cō gregati eſſent filij Iſrael i Maſphath: & aſcenderunt ſatrapę Philiſthinorū ad Iſrael. L. vj.

Quod cum audiſſent filij Iſrael: timuerunt a facie Philiſthinorum. Dixeruntque ad Samuel: Ne ceſſes pro nobis orare, & clamare ad dominum deum noſtrum: vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum. Lect. per hebdomadam.

Tulit autem Samuel agnū lactentem vnum: & obtulit illum holocauſtum integrum domino. Et clamauit Samuel ad dominum pro Iſrael: & exaudiuit eum dominus. Factum eſt autem, cū Samuel offerret

ferret holocauſtum dño: Philiſthĩm inire preliũ contra Iſrael. Intonuit autem dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſtheos, ⁊ exterruit eos, ⁊ ceſi ſunt a filijs Iſrael. Egreſſiqꝫ viri Iſrael de Maſphath perſecuti ſunt Philiſtheos: ⁊ percuſſerunt eos vſqꝫ ad locũ, qui erat ſubter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidẽ vnũ, ⁊ poſuit eum inter Maſphath: ⁊ inter Sen, ⁊ vocauit nomen illius loci, Lapis adiutorij. Dixitqꝫ: Hucuſque auxiliatus eſt nobis dominus: ⁊ humiliati ſũt Philiſthim: nec appoſuerunt vltra: vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaqꝫ manus domini ſuper Philiſtheos cunctis diebus Samuel: ⁊ reddite ſunt vrbes, quas tulerũt Philiſthijm ab Iſrael Iſraeli ab Accarõ vſque Geth: ⁊ terminos ſuos. Liberauitqꝫ Iſrael de manu Philiſthinorum. Eratqꝫ pax inter Iſrael, ⁊ Amorrheum.

DOMINICA XI. poſt trinit.

Lectio prima.

Iudicabat quoqꝫ Samuel Iſrael cunctis dieb⁹ vite ſue: ⁊ ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, ⁊ Galgala, ⁊ Maſphath: ⁊ iudicabat Iſrael in ſupradictis locis, reuertebaturqꝫ in Ramatha. Ibi enim erat domus eius: ⁊ ibi iudicauit Iſraelem. Ædificauit etiam ibi altare dño.

cap. viij. Lectio ij.

Factum eſt autem, cum ſenuiſſet Samuel poſuit filios ſuos iudices ĩ Iſrael: Fuitqꝫ nomẽ ei⁹ filij primogeniti Ioel: ⁊ nomen ſecundi Abia: iudicũ in Berſabee. Et nõ ambulauerunt filij ipſius in vijs eius: ſed declinauerũt poſt auaritiã.

L. iij.

Acceperuntqꝫ munera, ⁊ peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael: venerunt ad Samuel in Ramatha. Dixeruntqꝫ ei: Ecce tu ſenuiſti: ⁊ filij tui nõ ambulant in vijs tuis. Conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, ſicut ⁊ vniuerſe habent nationes. Diſplicuitque ſermo in oculis Samuel, eo quod dixiſſent, da nobis regem, vt iudicet nos.

Lectio quarta.

Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus, que loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt: ſed me, ne regnem ſuper eos.

Lectio quinta.

Iuxta omnia opera ſua, que fecerunt a die, qua eduxi eos de Ægypto vſqꝫ ad diẽ hãc: ſicut dereliquerunt me: ⁊ ſeruierunt dijs alienis: ſic faciunt ⁊ tibi.

Lectio ſexta.

Nunc ergo audi voces eorum, Veruntamen conteſtare

bellare eos, ⁊ prędic eis ius regis: qui regnaturus ſuper eos.

Lectio per hebdomadam.

Dixit itaq; Samuel omnia verba dñi ad populū, qui petierat a ſe regem, ⁊ ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet ⁊ ponet in curribus ſuis. Facietq; ſibi equites, ⁊ pręcurſores quadrigarum ſuarum: ⁊ conſtituet ſibi tribunos: centuriones: ⁊ cōmilitones: ⁊ aratores agrorum ſuorum: ⁊ meſſores ſegetum: ⁊ fabros armorum: ⁊ curruum ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguētarias, ⁊ focarias, ⁊ panificas. Agros quoque veſtros, ⁊ vineas, ⁊ oliueta optima tollet, ⁊ dabit ſeruis ſuis. Sed ⁊ ſegetes veſtras, ⁊ vinearum redditus addecimabit, vt det eunuchis, ⁊ famulis ſuis. Seruos etiā veſtros, ⁊ ancillas, ⁊ iuuenes optimos, ⁊ aſinos auferet, ⁊ ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit: voſque eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa a facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis: ⁊ non exaudiet vos dominus in die illa: quia petiſtis vobis regem.

DOMINICA PRIMA Auguſti.

Et deinceps vſque ad primam dñicam Septembris cantetur hiſtoria, videlicet, In principio, ⁊ legatur de libris Salomonis, quando de tempore agit. Prima autem dñica menſis appellatur illa, quę eſt propinquior Kalendis: ita quod, ſi Kalendę fuerint in die dñica: ibi erit prima dñica, ⁊ hiſtoria inchoanda. Et ſi Kalendę fuerint ij. iij. vel iiij. feria, tunc pręcedens dñica habeatur prima. Si autē v. vel ſexta feria, vel ſabbato Kalendę fuerint, ſequēs dñica erit prima: ⁊ ita obſeruatur iam hic, q̄ in menſibus alijs vſq; ad aduētum. Hoc tñ addito, q̄ ſi in ipſa j. dñica menſis alicuius feſtum ix. lect. vel maius euenerit, hiſtoria tunc non inchoabitur: ſed per hebd. in ferijs dicatur, ⁊ in alijs dominicis, ſi vacauerit.

Sabbato ante primā dominicam Auguſti. Ad veſpe. Aña. Benedictus. pſa. Ipſe. ⁊ ceter. ad ceteros, vt ſup. ℟. Emitte. Ad magni. aña. Omnis ſapientia a domino eſt, ⁊ cum illo fuit ſemper, ⁊ eſt ante euū. Sequētes aňę dicantur in alijs ſabbatis vſque ad calen. Septemb. aña.

Sapientia clamitat in plateis, ſiquis diligit ſapiētiā, ad me declinet, ⁊ eam inueniet: ⁊, eam cum inuenerit, beatus eſt, ſi tenuerit eam. Aña. Sapientia ędificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem: ſubdidit ſibi gentes: ſuperborum, ⁊ ſublimium colla propria virtute calcauit. Aña. Dominus poſſedit

ſedit me ab initio viarū ſuarū, antequā quicquam fieret a prin cipio: necdum erant abyſſi ⁊ ego parturiebar: qñ pręparabat cę- los, aderam cum eo componens omnia. Aña. Ego in altiſſimis habitaui: ⁊ thronus meus in co- lumna nubis. Oratio qualis ſe- cundum ordinem dñica. rū eue- nerit quęre in fine temporalis. Ad matu. inuita. Laudemus dñm Jeſum Chriſtū. Quia ip- ſe eſt redemptor omnium ſecu- lorum. ps. Venite exultemus. Quod inuitatoriū dicatur vſq ad Kalen. Nouēbris. hym. anę. pſ. vſu. Lec. ſex de prouerbijs, ⁊ conſequēter de alijs libris vij. ⁊ viij lcō cu ig. ix. lect. de reſur. In j. noct. aña. Pro fidei mei. ⁊c. añe, ſicut ſunt in pſal. Lec. j.

PArabolę Salomonis filij Dauid regis Iſrael ad ſciē dam ſapientiam, ⁊ diſciplinam, ad intelligenda verba prudētię: ⁊ ad ſuſcipiendam eruditionē doctrinę: iuſtitiam, ⁊ iudicium, ⁊ ęquitatem: vt detur paruulis aſtutia: adoleſcēti ſcientia, ⁊ in tellectus: audiens ſapiens, ſa- pientior erit: ⁊ intelligens guber nacula poſſidebit. ℟. In prin- cipio deus, antequā terrā faceret, priuſquam abyſſos cōſtitueret: priuſquā produceret fontes aqua rum: Antequā montes collocarē- tur: ante omnes colles generauit me dñs. ℣. Ego in altiſſimis habito, ⁊ thronus meus in colū na nubis. Antequam. Lect. ij.

ANimaduerte parabolam, ⁊ interpretationem: verba ſapientum, ⁊ ęnigmata eorum. Timor dñi initium ſapientię. Sapientiam, atq doctrinā ſtul- ti deſpiciunt. Audi fili mi diſci plinam patris tui: ⁊ ne dimittas legem matris tuę: vt addatur gratia capiti tuo, ⁊ torques col- lo tuo. ℟. Emitte domine ſa- pientiam de ſede magnitudinis tuę: Vt mecum ſit, ⁊ mecum la- boret: vt ſciam, quid acceptum ſit coram te omni tēpore. ℣. Da mihi dñe ſediū tuarū aſſiſtricē ſapientiam. Vt mecum. Lec. iij.

FIli mi ſi te lactauerint pec catores, ne acquieſcas eis. Si dixerint, veni nobiſcum: in- ſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontē fru- ſtra. Deglutiamus eum ſicut in- fernus viuentem: ⁊ integrū qua ſi deſcendentē in lacum. ℟. Da mihi domine ſedium tuarū aſſi ſtricem ſapientiam, ⁊ noli me reprobare a pueris tuis. Quo- niam ego ſeruus tuus ſum: ⁊ fi- lius ancillę tuę. ℣. Domine pa- ter ⁊ deus vitę meę: ne derelin- quas me in cogitatu maligno. Quoniam. Lectio quarta.

OMne pretioſam ſubſtan- tiam reperiemus: implebi mus domos noſtras ſpolijs: ſor- tem mitte nobiſcum, marſupiū

vnum ſit omnium noſtrum. Fi‑li mi, ne ambules cum eis: prohibe pedem tuum a ſemitis eorũ. Pedes enim illorum ad malũ currunt, et feſtinant, vt effundãt ſanguinem. ℟. Domine pater et deus vitę meę, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi: et deſiderium malignum auerte a me: domine aufer a me concupiſcentiã. Et animo irreuerenti et infrunito ne tradas me domine. Verbum iniquum, et doloſum longe fac a me: dñe diuitias, et paupertates ne dederis mihi. Et animo.

Lectio quinta.

Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur: et moliuntur fraudes cõtra animas ſuas: Sic ſemitę omnis auari animas poſſidentium rapiunt. ℟. Verbum iniquum, et doloſum longe fac a me dñe: diuitias, et paupertates ne dederis mihi. Sed tantum victui meo tribue neceſſaria. ℣. Ne forte ſatiatus euomam illud: et periurem nomen domini dei mei. Sed.

Lectio ſexta.

Sapientia foris prędicat: in plateis dat vocem ſuam in capite turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis profert verba ſua, dicens. Vſquequo paruuli diligitis infantiam: et ſtulti ea, quę ſibi ſunt noxia, cupiũt et imprudentes odibunt ſcientiam? ℟. Initium ſapientię timor domini: intellectus bonus omnibus facientibus eum: Laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. ℣. Dilectio illius cuſtodia legum eſt: quia omnis ſapientia timor dñi. Lauda. In iij. noct. ℟. Gyrum cęli circuiui ſola: et in fructib⁹ maris ambulaui in omni gente: et in omni populo primatum tenui. Superborum et ſublimium colla propria virtute calcaui. ℣. Ego in altiſſimis habito, et thronus meus in columna nubis. Superborum. ℟. Ne derelinquas me pater et dominator vitę meę: vt non corruam in conſpectu aduerſariorũ meorum: Ne gaudeat de me inimicus meus. ℣. Apprehende arma, et ſcutum, et exurge in adiutorium mihi. Ne gau. ix. lect. et ℟. nonum de reſurrectione, vt ſignatur in die paſchę. In lau. aña. Regnauit do. ps. Dominus regnauit. 70. vt ſupra et cęteri cum hac ſola. Feria ij. et vj. ℟. Super ſalutem, et omnem pulchritudinem dilexi ſapientiam: et propoſui pro luce habere illam. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. ℣. Dixi ſapientiam, ſororem meam eſſe, et prudentiam vocaui amicam meam. Venerunt. ℟. Quę ſunt in corde hominum oculi

tui videt dñe: ⁊ in libro tuo omnia ſcribentur: Homo videt in facie, deus autẽ in corde. ℣. Omnium enim corda ſcrutatur, ⁊ vniuerſas mortum cogitationes intelligit. Homo. ℟. Prebe fili cor tuum mihi: ⁊ oculi tui vias meas cuſtodiant: Ut addat gratia capiti tuo. ℣. Attẽde fili mi ſapientiam meam: ⁊ ad eloquiũ meum inclina aurem tuam. Ut.

Fer. iij. ℟. In princip. ⁊c. duo. Fer. iiij. ℟. Domine pater. ⁊c. duo. Feria v. ℟. Gyrum celi. ℟. Ne derelinquas. ℟. Magna enim ſunt iudicia tua domine: ⁊ inenarrabilia verba tua. Magnificaſti populum tuum, ⁊ honoraſti. ℣. Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi ⁊ Aaron. Magnificaſti.

Hic ordo teneatur, ſiue hiſtoria in dñica inchoata ſit, ſiue non.

Lectio per hebdomadam.

Conuertimini ad correctionem meam, ⁊ proferã vobis ſpiritum meum, ⁊ oſtendam verba mea, quia vocaui, ⁊ renuiſtis: extendi manũ meam, ⁊ non fuit, qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, ⁊ increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, ⁊ ſubſannabo: cum vobis id, quod timebatis, euenerit. Cum irruerit repentina calamitas: ⁊ interitus quaſi tẽpeſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribulatio, ⁊ anguſtia. Tunc inuocabunt me, ⁊ non exaudiam: mane conſurgent, ⁊ non inuenient me, eo q̃ exoſam habuerint diſciplinam, ⁊ timorem dñi nõ ſuſceperint: nec cõſilio meo acquieuerint: ⁊ detraxerint vniuerſe correctioni mee. Comedẽt igitur fructus vie ſue, ſuiſq; cõſilijs ſaturabũtur. Auerſio paruulorum interficiet eos: ⁊ proſperitas ſtultorum perdet illos. Qui aũt me audierit, abſq; terrore requieſcet: ⁊ abũdãtia perfruet, malorum timore ſublato.

DOMINICA SECVNDA.

Auguſti. Lectio prima.

Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos, ⁊ mandata mea abſcõderis penes te: vt audiat ſapientiam auris tua: inclina cor tuum ad agnoſcendam prudentiam. Lectio ſecunda.

Si enim ſapientiam inuocaueris, ⁊ inclinaueris cor tuum prudentie: ⁊ ſi queſieris eam quaſi pecuniam: ⁊ ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem dñi: ⁊ ſciẽtiã dei inuenies, quia dñs dat ſapiẽtiam, ⁊ ex ore eius procedit ſcientia, ⁊ prudentia. Lectio tertia.

Cuſtodiet prudentia rectorum ſalutem: ⁊ proteget gradientes ſimpliciter: ſeruans ſemitas iuſtitie, ⁊ vias ſanctorũ cuſtodiens. Tunc intelliges iuſtitiam,

ſticiam, ⁊ iudicium: ⁊ equitatẽ, ⁊ omnẽ ſemitam bonã. L.iiii.

Fili mi ſi intrauerit cor tuũ ſapientia, ⁊ ſcientia animę tuę placuerit: conſilium cuſtodiet te, ⁊ prudentia ſeruabit te: vt eruaris de via mala: ⁊ ab homine, qui peruerſa loquitur. Qui relinquunt iter rectum, ⁊ ambulant per vias tenebroſas: qui lętantur cum malefecerint: ⁊ exultant in rebus peſſimis: quorum vię peruerſę, ⁊ infames greſſus eorum. Lectio quinta.

Ut eruaris a muliere aliena: ⁊ ab extranea, q̃ mollit ſermones ſuos: ⁊ relinquit ducem pubertatis ſuę, ⁊ pacti dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enim ad mortem domus eius: ⁊ ad inferos ſemitę eius. Omnes, qui ingrediuntur ad eã, nõ reuertentur: nec apprehẽdent ſemitas vitę. Ut ambules ĩ via bona, ⁊ calles iuſtorum cuſtodias. Lectio vi.

Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra: ⁊ ſimplices permanebunt in ea. Impij vero de terra perdentur: ⁊ qui inique agunt auferentur ex ea.

Lectio. per hebdomadam.

Fili mi ne obliuiſcaris legis meę: ⁊ pręcepta mea cuſtodiat cor tuum. Longitudinẽ enim dierum, ⁊ pacem, ⁊ annos vitę apponent tibi. Miſericordia, ⁊ veritas non deſerant te. Circunda eas gutturi tuo, ⁊ deſcribe eas in tabulis cordis tui: ⁊ inuenies gratiam, ⁊ diſciplinã bonam coram deo, ⁊ hominib⁹. Habe fiduciam in dño ex toto corde tuo: ⁊ ne innitaris prudẽtię tuę. In omnibus vijs tuis cogita illum: ⁊ ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum. Time dñm, ⁊ recede a malo. Sanitas quippe erit vmbilico tuo, ⁊ irrigatio oſſiũ tuorum. Honora dñm de tua ſubſtantia: ⁊ de primitijs frugũ tuarum omnium da pauperibus, ⁊ implebuntur horrea tua ſaturitate, ⁊ vino torcularia redundabunt. Diſciplinam domini fili mi: ne abijcias, nec deficias, cum ab eo corripieris. Quem enim diligit de⁹, corripit, ⁊ quaſi pater in filio complacet ſibi.

DOMINICA TERTIA. Auguſti. Lectio prima.

Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, ⁊ qui affluit prudẽtia: melior eſt enim acquiſitio eius negociatione argẽti ⁊ auri primi, ⁊ puriſſimi fructus eius. Pretioſior eſt cũctis opibus: ⁊ oĩa, quę deſiderantur, quia nõ valent cõparari. L.ij.

Longitudo dierum in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra illius diuitię ⁊ gloria. Vię eius vię pulchrę: ⁊ omnes ſemitę illius pacificę. Lignum vitę eſt his, qui apprehẽderunt eam, ⁊ qui tenuerit

rit ea, beatus. **Lectio tertia.**

Dominus ſapientia fundauit terram: ſtabiliuit cęlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyſſi: ⁊ nubes rore concreſcunt. Fili mi ne effluāt hęc ab oculis tuis. Cuſtodi legem atque conſilium: ⁊ erit vita animę tuę: ⁊ gratia faucibus tuis.

Lectio quarta.

Tunc ambulabis fiducialiter in via tua: ⁊ pes tuus non impinget. Si dormieris: nō timebis: quieſces, ⁊ ſuauis erit ſomnus tuus. Cuſtodi legē meā, atq; conſilium meū, ⁊ vita erit animę tuę, ⁊ gratia faucibus tuis: tunc ambulabis fiducialiter in vita tua, ⁊ pes tuus nō impinget. Ne paueas repentino terrore: ad irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo: ⁊ cuſtodiet pedē tuū, ne capiaris. **Lectio quinta.**

Noli prohibere eū, qui poteſt benefacere: ſi vales, ⁊ ipſe bñfac. Ne dicas amico tuo, vade, ⁊ reuertere: ⁊ cras dabo tibi, cū ſtatim poſſis dare. Ne moliaris amico tuo malum: cum ille in te habeat fiduciam. **L. vj.**

Ne contendas aduerſus hominem fruſtra: cum ipſe nihil tibi mali fecerit. Ne ęmuleris hominē iniuſtum: nec imiteris vias eius: quia abominatio dñi eſt omnis illuſor, ⁊ cū ſimplicibus ſermocinatio eius.

Lectio. per hebdomadam.

Egeſtas a domino in domo impij: habitacula autē iuſtorum benedicentur. Illuſores ipſe deludet: ⁊ manſuetis dabit gratiam. Gloriam ſapientes poſſidebūt, ſtultorū exultatio ignominia. Audite filij diſciplinam patris: ⁊ attendite, vt ſciatis prudentiam. Donum bonū tribuā vobis. Legem meam ne derelinquatis. Nam ⁊ ego fui filius patris mei tenellus: ⁊ vnigenitus coram matre mea: ⁊ docebat me, atque dicebat. Suſcipiat p̄cepta mea cor tuū: cuſtodi verba mea, ⁊ viues. Poſſide ſapiētiam: poſſide prudentiam: ne obliuiſcaris: neq; declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, ⁊ cuſtodiet te: dilige eam, ⁊ ſeruabit te. Principium ſapiētię poſſide ſcientiā: ⁊ in omni poſſeſſione tua acquire prudentiā. Arripe illam, ⁊ exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augumentum gratiarum, ⁊ corona inclyta proteget te.

DOMINICA QVARTA Auguſti. Lectio prima.

Audi fili mi, ⁊ ſuſcipe verba mea: vt multiplicentur tibi anni vitę tuę. Viam ſapiētię narrabo tibi: ducentē per ſemitas ęquitatis: quas cū ingreſſus fueris non arctabunt greſ-

tua fili: ⁊ currens non habebis offendiculum. Lectio ſecunda.

Tene diſciplinam: ne dimittas eam: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua. Ne delecteris in ſemitis impiorum: nec tibi placeat malorum via. Fuge ab illa, ne tranſeas per illam: declina, ⁊ deſere eam. Lectio tertia.

Non enim dormiunt, niſi maleſecerint: nec capitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Comedunt panem impietatis: ⁊ vinū iniquitatis bibūt. Juſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit ⁊ creſcit vſque ad perfectam diem. Via impiorum tenebroſa: neſciunt, vbi corruant. Lectio quarta.

Fili mi, auſculta ſermones meos: ⁊ ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio cordis tui. Vita enim ſunt inuenientibus ea, ⁊ vniuerſę carni ſanitas. Lectio quinta.

Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. Remoue a te os prauum, ⁊ detrahentia labia ſint procul a te. Oculi tui recta videāt: ⁊ palpebrę tuę pcedant greſſus tuos. Lectio ſexta.

Dirige ſemitas pedib⁹ tuis: ⁊ omnes vię tuę ſtabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Auerte pedem tuum a malo. Vias enim, quę a dextris ſunt, nouit dñs: peruerſę vero ſunt, quę a ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos: itinera autem tua in pace producet.

Lectiones per hebdomadam.

Fili mi attēde ad ſapiētiā meā: ⁊ prudentię meę inclina aurem tuam: vt cuſtodias cogitationes, ⁊ diſciplinam labia tua conſeruent. Ne intenderis fallacię mulieris. Fauus enim diſtillans labia meretricis: ⁊ nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autē illius amara quaſi abſynthium: ⁊ lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes ei⁹ deſcendunt in mortē: ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitā vitę nō ambulāt, vagi ſūt greſſus eius, ⁊ inueſtigabiles. Nunc ergo audi me: ⁊ ne recedas a verbis oris mei. Lōge fac ab ea viā tuam: ⁊ ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum: ⁊ annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis: ⁊ labores tui ſint in domo aliena: ⁊ gemas in nouiſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas, ⁊ corpus tuum, ⁊ dicas. Cur deteſtatus ſum diſciplinā: ⁊ increpationibus non acquieuit cor meum: nec audiui vocem docentium me: ⁊ magiſtris non inclinaui aurē. In medio eccleſię, ⁊ ſynagogę

DOMINICA PRIMA
Septembris.

Et deinceps vſque ad iij. dñicã eiuſdem menſ. per xv. dies tantum, qñ de tempore agi, cantet hiſtoria. Si bona. ⁊ legatur de libro Job. Sabbatho precedẽti. Ad vſu. ℟. Antequam. ⁊c. verſus Ad ℣ an Cum audiſſet Job nunciorũ verba ſuſtinuit patienter, ⁊ ait: ſi bona ſuſcepimus de manu dñi: mala autem quare non ſuſtineamus? in omnibus his non peccauit Job labijs ſuis: neque aliquid ſtultũ contra dñm locutus eſt. Et in ſeq. ſabb. dicatur. aña. In omnibus his nõ peccauit Job labiis ſuis: neque aliquid ſtultum contra dñm locutus eſt. Oro qualis euenerit. Ad mat. inui Laudemus dñm noſtrum Jeſum Chriſtum. Quia ipſe eſt redemptor omnium ſeculorum. vt ſup. Lect. vj. de Job. vij. ⁊ viij. de eiuſ ge. ix. de reſur. ⁊c. vt ſupra.

Lib. Job. Lectio prima.

Vir erat in terra Hus nomine Job: ⁊ erat vir ille ſimplex, ⁊ rectus, ac timẽs deũ, ⁊ recedens a malo: Natiqʒ ſunt ei ſeptem filii, ⁊ tres filię. ℟. Si bona ſuſcepimus de manu dñi: mala autem quare nõ ſuſtineamus? Dñs dedit: dñs abſtulit: ſicut dño placuit, ita factũ eſt: ſit nomen domini benedictum. In oibus his non peccauit Job labijs ſuis: neque ſtultum aliquid locutus eſt contra dominum. Dominus. Lectio ij.

ET fuit poſſeſſio eius ſeptẽ millia ouiũ, ⁊ tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum: ⁊ quingentę aſinę: ac familia multa nimis. Eratqʒ vir ille magnus inter oẽs orientales. ℟. Antequam comedã ſuſpiro: ⁊ tanquam inundantis aquę, ſic rugitus me⁹: qa timor, quem timebam, euenit mihi: ⁊ quod verebar accidit. Nonne diſſimulaui? nonne ſilui? nonne quieui? ⁊ venit ſuper me idignatio tua domine. ℣. Nolo multa fortitudine contendas mecum, nec magnitudinis tuę mole me premas: ęquitatem proponas cõtra me. Non. Lectio tertia.

ET ibant filii ei⁹, ⁊ faciebãt conuiuia per domos vnuſquiſque in die ſuo. Et mittẽtes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent, ⁊ biberent cũ eis. Cumqʒ in orbem tranſiſſent dies conuiuii mittebat ad eos Job, ⁊ ſanctificabat illos. ℟. Quinã appenderentur peccata mea, quibus iram merui. Et calamitas, q̃ patior, in ſtatera. ℣. Quaſi arena maris hęc grauior appareret: vnde ⁊ verba mea dolore ſunt plena. Et. Lectio quarta.

COnſurgenſqʒ diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim, Ne forte pecca-

peccauerint filij mei, ⁊ benedixerint deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

℟. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis: ad increpandum verba componitis, ⁊ ſubuertere nitimini amicum veſtrum? Veruntã, quę cogitaſtis explere. ℣. Militia eſt vita hominis ſuper terram: ⁊ ſicut dies mercenarij dies eius. Veruntamen. Lec. v.

Quadam autem die cũ veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram dño: affuit inter eos etiam Satã. Cui dixit domin⁹: Unde venis? Qui rñdens ait. Circuiui terrã, ⁊ perambulaui eam. ℟. Induta eſt caro mea putredine: ⁊ ſordibus pulueris cutis mea aruit, ⁊ contracta eſt. Memento mei dñe, quia ventus eſt vita mea. ℣. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego ſicut fenũ arui. Memẽto. Lec. vj.

Dixit dñs ad eũ: Nunquid conſideraſti ſeruum meũ Job, ꝙ nõ ſit ſimilis ei in terra? homo ſimplex, ⁊ rect⁹ ac timens Deũ, ⁊ recedẽs a malo? ℟. Memento mei dñe, quia ventus eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocem meam. Nec. In iij. noc. ℟. Paucitas dierum meorum finietur breui: dimitte me dñe, vt plangam paululũ dolorẽ meũ: Antequam vadam, ⁊ nõ reuertar, ad terrã tenebroſam, ⁊ opertam mortis caligine. ℣. Ecce in puluere ſedeo, ⁊ in puluere dormio: ⁊ ſi mane me quęſieris, nõ ſubſiſtam. Antequam. ℟. Ne abſcondas me dñe a facie tua: ⁊ manum tuam longe fac a me: Et formido tua nõ me terreat. ℣. Voca me, ego reſpondebo tibi, aut certe loquar, ⁊ tu reſponde mihi. Et ſic. lec. ix. ℟. de reſurrect. In lau. ⁊c. vt ſupra.

FERIA QVINTA.

⁊ vj. ſiue hiſtoria in dominica inchoata fuerit, ſiue non. ℟. Nunquid dñe ſupplantat iudiciũ, aut omnipotens ſubuertit, quod iuſtum eſt? libera me dñe, ⁊ pone me iuxta te. Et cuiuſuis manus pugnet contra me. ℣. Apprehende arma, ⁊ ſcutũ, ⁊ exurge in adiutorium mihi. Et. ℟. Nocte os meum perforatur doloribus, qui me comedũt, non dormiũt: multitudine eorum ſumitur veſtimentũ meũ. Cõparatus ſum luto, ⁊ aſſimilatus fauillę, ⁊ cineri. ℣. O [redacted] cuſtos hominũ quare poſuiſti me contrariũ tibi: ⁊ factus ſum mihimetipſi grauis? parce mihi domine: nihil enim ſunt dies mei. Cõparatus. ℟. Verſa eſt in luctuȝ cithara mea, ⁊ organũ meũ in voces flentium. Parce mihi domine: nihil enim ſunt dies mei. ℣. Cutis mea aruit, ⁊ contracta eſt: ⁊ nõ reuertet oculus

meus, vt videat bona: ⁊ cōſumpta ſūt oia oſſa mea. Parce mi.

Fer. iij. ℟. Si bona. ⁊c. duo.
Fer. iiij. ℟. Quare de. ⁊c. duo.
Fer. v. ℟. Paucitas. ℟. Ne abſcondas. ℣. Quis mihi tribuat, vt i inferno protegas me, ⁊ abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus dñe: niſi tu, qui ſolus es? Et conſtituas mihi tēpus, in quo recorderis mei? Nunquid dies hois dies tui, ⁊ anni tui, ſicut humana ſunt tēpora, vt queras iniquitatē meā, cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere? Et conſtituas.

Lectio per hebdomadam.

Cui reſpōdens Satan ait: Nunquid Job fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum ac domū ei⁹, vniuerſamq; ſubſtātiam eius per circuitum. Operibuſq; manuum eius benedixiſti: ⁊ poſſeſſio eius creuit in terra? Sed extende manum tuam paululum: ⁊ tange cūcta, que poſſidet: niſi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad Satan: Ecce vniuerſa, que habet, in manu tua ſunt: tantū in eum ne extendas manū tuā. Egreſſuſq; eſt Satā a facie dñi. Cū autē quadam die filij ⁊ filie eius comederēt ⁊ biberēt vinū in domo fratris ſui primogeniti: nuncius venit ad Job, q diceret. Boues arabāt ⁊ aſine paſcebant iuxta eos, ⁊ irruerunt Sabei, ⁊ tulerūt oia: ⁊ pueros percuſſerunt gladio, ⁊ euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur: venit alter, ⁊ dixit: Ignis dei deſcendit de celo, ⁊ tactas oues pueroſq; conſumpſit, ⁊ effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi.

DOMINICA SECVNDA Septembris. Lectio j.

Sed adhuc illo loquēte: venit alius, ⁊ dixit: Chaldei fecerūt tres turmas: ⁊ inuaſerunt camelos, ⁊ tulerunt eos: nec non ⁊ pueros percuſſerunt gladio: ⁊ effugi ego ſolus, vt nūciarem tibi. Lectio ſecunda.

Adhuc loquebatur ille: ⁊ ecce alius intrauit, ⁊ dixit. Filiis tuis ⁊ filiabus veſcētibus, ⁊ bibētibus vinum in domo fratris ſui primogeniti: repente vētus vehemens irruit a regione deſerti: ⁊ cōcuſſit quatuor angulos dom⁹, ꝙ corruēs oppreſſit liberos tuos, ⁊ mortui ſunt: ⁊ effugi ego ſol⁹, vt nūciarē tibi. L. iij.

Tunc ſurrexit Job, ⁊ ſcidit tunicā ſuam: ⁊ tōſo capite corruēs in terrā adorauit, ⁊ dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero mrīs mee, ⁊ nudus reuertar illuc. Dñs dedit, dña abſtulit: ſicut dño placuit, ita factum eſt. Sit nomē dñi benedictum. In omnibus his non peccauit Job labiis ſuis, neq; ſtultum quid

contra

contra deũ locutus eſt. R. vi.

FActũ eſt autẽ, cũ quadam die veniſſent filij dei, ⁊ ſtarẽt corã dño: veniſſet quoqꝫ Satã inter eos, ⁊ ſtaret in cõſpectu eius, vt diceret dñs ad Satan: Vñ venis? q rñdẽs ait: Circuiui terrã, ⁊ perambulaui eam. L. v.

DIxit dñs ad Satan: Nunquid cõſideraſti ſeruum meum Job: q non ſit ſimilis ei in terra: vir ſimplex, ⁊ rectus, ac timens deũ: ⁊ recedens a malo, ⁊ adhuc retinens innocentiam. Tu aũt cõmouiſti me aduerſus eũ: vt affligerẽ eũ fruſtra. L. vi.

CUi reſpondens Satã, ait: pellem pro pelle, ⁊ cũcta, quę habet, homo dabit pro anima ſua? Alioquin mitte manũ tuam: ⁊ tange os eius ⁊ carnẽ: ⁊ tunc videbis, quod in faciem benedixerit tibi.

Lectio. per hebdomadam.

DIxit ergo dñs ad Satan: Ecce in manu tua eſt: veruntamen animã illius ſerua. Egreſſus igiť ſatan a facie dñi percuſſit Job vlcere peſſimo. A planta pedis vſqꝫ ad verticeꝫ eius, q teſta ſaniẽ radebat ſedẽs in ſterquilinio. Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Bñdic deo: ⁊ morere. Qui ait ad illam. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu dñi: mala autem quare non ſuſtineamus? In omnibus his nõ peccauit Job labijs ſuis. Igitur audiẽtes tres amici Job omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo. Eliphaz Themanites: ⁊ Baldat Suhites, ⁊ Sophar Naamathites. Condixerant enim, vt pariter venientes viſitarent eum, ⁊ conſolarentur. Cumque eleuaſſent procul oculos ſuos non cognouerunt eum: ⁊ exclamantes plorauerunt. Sciſſiſqꝫ veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cęlum, ⁊ ſederunt cum eo in terra ſeptẽ dieb[9] ⁊ ſeptẽ noctib[9]: ⁊ nemo loquebať ei verbũ: videbant eni͂ dolorem eſſe vehementem.

DOMINICA III. Septembris.

Vbi dimittitur hiſto. Si bona, ſolum per vnã dñicam ⁊ vnam hebd. dicat hiſto. Peto dñe. ⁊c. Et legat. Tobias, dũ vacauerit. Sabba. pręcedẽti. ad veſp. vrſu. R. Omni tẽpore. Ad mag. aña. Ne reminiſcaris domine delicta mea, vel parẽtum meorũ: neqꝫ vindictã ſumas de peccatis meis. Ad matu. inui. Laudem[9] dñm. ⁊c. vtſu̇p. Lib. tobi. Lectio j.

TObias ex tribu ⁊ ciuitate Nephthali: q̃ eſt i ſupiorib[9] Galilęę ſupra Naaſſon poſt viã, quę ducit ad occidentẽ: in ſiniſtro habẽs ciuitatẽ Sephet. Cũ captius eſſet in diebus Salmana-

naſar regis Aſſyriorũ: in capti-
uitate tñ poſitus viam veritatis
non deſeruit: ita vt omnia, quę
habere poterat, quotidie cũ cõ-
captiuis fratribus, qui erant ex
genere eius, impertiret. ℟. Pe
to dñe, vt de vinculo improperij
huius abſoluas me: aut certe
deſuper terram eripias me. Ne
reminiſcaris dñe delicta mea,
vel parentum meorum: neque
vindictam ſumas de peccatis
meis: quia eruis ſuſtinentes te
domine. ℣. Omnia iudicia tua
iuſta ſunt: et omnes vie tuę miſe
ricordia et veritas: et nunc dñe
memento mei. Ne. Lectio ij.
Umq; eſſet iunior oĩbus in
tribu Nepthali: nihil tñ
puerile geſſit in opere. Denique
cũ irent oẽs ad vitulos aureos,
quos fecerat Jeroboam rex Iſ-
rael: hic ſolus fugiebat cõſortia
omnium: et pergebat ad Jeruſa-
lem ad templũ dñi: et ibi adora-
bat dñm deum Iſrael: oia primi
tiua et decimas ſuas fideliter of-
ferens: ita vt in tertio anno pro-
ſelytis et aduenis miniſtraret om
nem decimationem. ℟. Omni
tẽpore benedic deum, et pete ab
eo, vt vias tuas dirigat Et omni
tempore cõſilia tua in ipſo per-
maneant. ℣. Memor eſto fili,
qm̃ pauperem vitam gerimus:
habebis multa bona, ſi timueris
deum. Et. Lectio tertia.
Hec et his ſimilia ſm legem
dei adhuc puerul⁹ obſeruabat.
Cũ vero factus fuiſſet vir: acce-
pit vxorẽ, Annã nomine, de tri-
bu ſua: genuitq; ex ea filiuz no-
men ſuum imponens ei: quẽ ab
infantia timere deum docuit: et
abſtinere ab oi peccato. ℟. Me
mor eſto fili, mi, qm̃ pauperẽ vi-
tam gerimus: Habebis multa
bona, ſi timueris deũ. ℣. Fidu-
cia magna erit corã ſummo deo
eleemoſyna omnibus, qui faciũt
eam. Habebis. Lectio quarta.
Gitur cũ per captiuitatem
deueniſſet cum vxore ſua et
filio in ciuitatẽ Niniuẽ cũ om-
ni tribu ſua: et omnes ederent
ex cibis gentilium: ipſe cuſtodi-
uit aiam ſuã: et nunquã cõtami-
natus eſt in eſcis eorũ. ℟. Suf-
ficiebat nobis paupertas nr̃a, vt
diuitię computarentur, nunq̃
fuiſſet pecunia iſta, pro qua miſi
ſti filium noſtrum: Baculum ſe
nectutis noſtrę. ℣. Heu me, fili
mi, vt quid te miſimus peregri-
nari, lumẽ oculorum noſtrorũ?
Baculum. Lectio quinta.
Et qm̃ memor fuit dñi in
toto corde ſuo, dedit illi
gratiam dñs deus in conſpectu
Salmanaſar regis. Et dedit ei
poteſtatem quocũq; vellet ire:
habens libertatẽ quęcunq; fa-
cere voluiſſet. ℟. Bñdicite deũ
cęli, et corã oibus viuẽtibus con
fitemini illi. Quia fecit nobiſcuz
miſericordiã ſuã. ℣. Tẽpus eſt,

vt reuertar ad eū,q me miſitvos
aūt benedicite deū. Quia. L.vj.

PErgebat enim per omnes,
q erāt in captiuitate ꝛ mo-
nita ſalutis dabat eis. Cū autez
veniſſet in Rages ciuitatē Me
doꝝ:ꝛ ex his,quibus honoratus
fuerat a rege, habuiſſet decē ta-
lenta argenti:ꝛ cū in multa tur-
ba generis ſui Gabelū egentem
videret,q erat ex tribu eius:ſub
chirographo dedit ei memora-
tū pondus argenti. ℟. Temp⁹
eſt,vt reuertar ad eū,qui me mi
ſit:vos autem benedicite deum:
Et enarrate oīa mirabilia eius.
℣. Benedicite deum cęli, ꝛ co-
ram oībus viuentibus cōfitemi
ni illi. Et enarrate. Si predicta
hiſtoria: Peto dñe. In dieoñic.
dici valeant:tunc in iij.noc que
ſunt de ſequenti hiſto.dicantur.
℟. Adonai dñe deus magne, ꝛ
mirabilis,q dediſti ſalutē in ma
nu feminę: Exaudi preces ſeruo
rum tuoꝝ. ℣. Dñe es dñe,qui
nō derelinquis pręſumentes de
te:ꝛ de ſua virtute gloriātes hu-
milias. Ex. ℟. Tribulationes
ciuitatum audiuimus,quas paſ
ſę ſunt,ꝛ defecimus:timoꝛ ꝛ he-
betudo mortis cecidit ſup nos,
ꝛ ſuper liberos noſtros:ipſi mō
tes nolunt recipere fugam no-
ſtram: Dñe miſerere. ℣. Pecca-
uimus cum patribus noſtris,in-
iuſte egimus:iniquitatē fecim⁹.
Dñe. ix.lectio.ꝛ ix. ℟. de reſur-
rectione. Per hebd. vero ſiue
hiſto. in dñi a fuerit inchoata,
ſiue nō,dicāt ſolū vj.prima ℟ia,
quia hiſtoria illa. Peto dñe,
plura ℟ia non habet, dicantur
autē viciſſim: tria vna die,ꝛ tria
altera die. Lectio.per hebdo.

POſt multū vero tpis: moꝛ-
tuo Salmanaſar rege: cuz
regnaret Sennacherib fili⁹ ei⁹
pro eo:ꝛ filios Iſrael exoſos ha-
beret in conſpectu ſuo. Tobias
pergebat per oēm cognationem
ſuā,ꝛ conſolabatur eos. Diuide
batq vnicuiq,prout poterat, de
facultatibus ſuis. Eſurientes ale
bat:nudiſq veſtimēta pbebat:
ꝛ mortuis atq occiſis ſepulturā
ſolicitus exhibebat. Deniq cuz
reuerſus eſſet rex Sennacherib
fugiens a Iudęa pro plaga, quā
circa eū deus fecerat pp blaſphe
miā ſuā, ꝛ iratus multos occide
ret ex filijs Iſrael: Tobias ſepe-
liebat corpora eoꝝ. At,vbi nū-
ciatū eſt regi,iuſſit eū occidi: ꝛ
tulit oēm ſubſtantiā eius. To-
bias vero cū filio ſuo cū vxore fu
giēs nudus latuit: qa multi dili
gebant eū. Poſt dies vero qua-
draginta quinq occiderūt regē
filij eius: ꝛ reuerſus Tobias ad
domū ſuā,oīſq eius facultas re
ſtituta eſt ei. Poſt hęc vero,cuz
eſſet dies feſtus domini, factum
eſt prandium bonum in domo
Tobię. Dixitque filio ſuo: Va-
de, ꝛ adduc aliquos de tribu

noſtra timentes deum: vt epulē
tur ſimul nobiſcū. Cumque a-
byſſet, reuerſus nunciauit vnū
ex filijs Iſrael iugulatum iace-
re in platea. Statimque exiliēs
de accubitu ſuo: relinquens
prandium: ieiunus peruenit ad
corpus; tollensque illud porta-
uit ad domum ſuam occulte.

DOMINICA QVARTA
Septembris.

e deinceps vſque ad j. dñicam
Octo. cantetur hiſtor. Adonai.
e legatur Iudith, ⁊ Heſther.
Sabbato precedenti. Ad veſpe.
℟. Nos aliū deū. Ad M. Ant.
Adonai domine deus magne, ⁊
terribilis: qui dediſti ſalutem
in manu fęminę: exaudi preces
ſeruorum tuorum. [illegible]
ſabbato ſi hęc hiſtoria dicēda ſit
dicatur [illegible]. Deus rex omnipo
tens libera nos propter nomen
tuum, ⁊ da nobis locum pęni-
tentię. [illegible] Lau-
demus. [illegible]. Lectio j.

ARphaxad itaque rex Me
dorū ſubiugauerat mul
tas gētes imperio ſuo: ⁊ ipſe ędi
ficauit ciuitatē potentiſſimā, quā
appellauit Ecbatanis: Ex lapi
dib⁹ quadratis ⁊ ſectis, fecit mu
ros eius in altitudinē cubitorū
ſeptuaginta ⁊ i latitudinē cubi-
torū xxx. ℟. Adonai. verſ. L. ij.
TUrres vero eius poſuit in
altitudinē cubitorū cētū.
Per quadrū vero earū latus
vtrūqꝫ vicenorū pedū ſpatio
tendebatur: poſuitqꝫ portas in
altitudinē turriū: ⁊ gloriabatur
quaſi potēs in potētia exercitus
ſui: ⁊ in gloria quadrigarū ſuarū.
℟. Tribulatiōes ciuitatū. L. iij.

ANno duodecimo regni ſui:
Nabuchodonoſor rex Aſ-
ſyriorū, q regnabat in Niniue ci-
uitate magna, pugnauit contra
Arphaxad, ⁊ obtinuit eū in cā-
po magno, qui appellat Ragau
circa Eufratem, ⁊ Tigrim: ⁊ Ia
daſon in cāpo Erioch regis Eli
corū. ℟. Nos aliū deū neſcim⁹
preter deū, in quo ſperauimus:
Qui nō deſpiciet nos, nec amo-
uebit ſalutē ſuā a genere nřo.
℣. Indulgētiā eius fuſis lachry-
mis poſtuſemus, ⁊ humiliemus
illi animas nřas. Qui. Lec. iiij.

TUnc exaltatū eſt regnum
Nabuchodonoſor: ⁊ cor ei⁹
eleuatū eſt. Et miſit ad oēs, q ha
bitabant in Cilicio, ⁊ Damaſco:
⁊ Libano: ⁊ oēs gentes, quę ſūt
in Carmelo, ⁊ Cedar: ⁊ inhabi-
tantes Galilęā: in cāpo magno
Eſdrelon: ⁊ ad oēs, q erāt in Sa
maria: ⁊ transflumē Iordanē vſ-
que Ieruſalē: ⁊ oēm terrā Ieſ-
ſe: quouſqꝫ perueniat ad mōtes
Ethiopię. ℟. Dñe deus, qui cō-
teris bella ab initio, eleua bra-
chiū tuū ſup gentes, quę cogitāt
ſeruis tuis mala: Et dextera tua
glorificetur in nobis. ℣. Allide
virtutes illorum in virtute tua

⁊

⁊ cadat virtus illorum in iracū
dia tua. Et. Lectio quinta.

AD hos oēs miſit nuncios
Nabuchodonoſor rex Aſ
ſyriorū. Qui oēs vno animo cō
tradixerūt: ⁊ remiſerunt eos va
cuos: ac ſine honore abiecerunt.
Tunc indignatus eſt Nabucho
donoſor rex ad oēm terrā illā:
⁊ iurauit per regnum, ⁊ thronū
ſuū, ꝙ defēderet ſe de oib⁹ regio
nibus illis. ℟. Dn̄ator dn̄e ce
lorum, ⁊ terre, creator aquarū:
rex vniuerſe creature tue. Exau
di orationem ſeruorum tuorū.
℣. Tu domine cui humiliū ſem
per ⁊ māſuetorum placet depre
catio. Exaudi orationem ſeruo
rum tuorum. Lectio ſexta.

ANno tertiodecimo Nabu
chodonoſor regis: viceſima
ſecunda die menſis primi. Fa
ctū eſt verbum in domo Nabu
chodonoſor regis Aſſyriorū, vt
defenderet ſe de oibus. ℟. Uos,
qui in turribus eſtis, aperite por
tas: dn̄s oīpotens fecit virtutē:
Et victoriam dedit de inimicis
noſtris. ℣. Laudate dn̄m deum
noſtrum, qui non deſerit ſperā
tes in ſe. Et victo. In iij. noct.
℟. Laudate dn̄m deum nr̄m:
Qui non deſerit ſperantes in
ſe: ⁊ i me adimpleuit miſericor
diā ſuā, quā promiſit domui Iſ
rael. ℣. Laudate dn̄m oēs gen
tes, ⁊ collaudate eum oēs popu
li. Qui non deſe. ℟. Benedixit
te dn̄s in virtute ſua, qui per te
ad nihilū redegit inimicos no
ſtros: Ut non deficiat laus tua
de ore hominum. ℣. Benedi
ctus dn̄s, qui creauit celum ⁊
terram: quia hodie nomen ſuū
ita magnificauit. Ut non defi.
ix. lec. ⁊ nonū ℟. de reſurrectio.

FERIA SECUNDA

⁊ vj. ſiue hiſtoria in dn̄ica dicta
fuerit ſiue non. ℟. Spē in aliū
nunquā habui preter in te deus
Iſrael, qui iraſceris, ⁊ propitius
eris. Et oīa peccata hoīuz in tri
bulatione dimittis. ℣. Dn̄e de⁹
celi, ⁊ terre reſpice ad humilita
tē meā. Et omnia. ℟. Cōforta
me rex ſanctorū principatuz te
nens: Et da ſermonem rectum
⁊ bene ſonantem in os meum.
℣. Da nobis dn̄e locū peniten
tie: ⁊ ne claudas ora canentium
te. Et da. ℟. Memento mei
de⁹ in bono: ⁊ ne deleas miſera
tiones meas, quas feci: In domo
dei mei, ⁊ i cerimōijs ei⁹. ℣. Me
mento verbi tui ſeruo tuo, dn̄e:
In quo mihi ſpem dediſti. In do
mo. Fer. iij. ℟. Adonai. ⁊c. duo.
Fer. iiij. ℟. Dn̄e deus. ⁊c. duo.
Fer. v. ℟. Laudate. ℟. Bn̄di
xit. ℟. Dn̄e rex oīpotens in di
tione tua cuncta ſunt poſita: ⁊
nō eſt, qui poſſit reſiſtere volun
tati tue. Libera nos propter no
men tuum. ℣. Exaudi orationē
noſtram: ⁊ conuerte luctum no
ſtrum in gaudium. Libera nos.

Incipit lib. Eſther per hebdo.

In diebus Aſſueri regis, q re gnauit ab India vſque ad Ethiopiã ſup cxxvij. ꝓuincias: qñ ſedit in ſolio regni ſui: Suſã ciuitas regni eius exordiũ fuit. Tertio ergo anno imperij ſui fecit grãde conuiuium cũctis principibus, ⁊ pueris ſuis fortiſſimis Perſarũ, ⁊ Medorũ inclytis, ⁊ pꝛefectis prouinciarũ corã ſe, vt oſtenderet diuitias glorie regni ſui, ac magnitudinẽ, atqꝫ iactantiã potẽtie ſue, multo tẽpore, centum videlicet ⁊ octoginta diebus. Cumqꝫ cõplerẽtur dies cõuiuij: inuitauit oẽm populũ, qui inuẽtus eſt in Suſan, a maximo vſqꝫ ad minimũ. Et ſeptẽ diebus iuſſit conuiuium pꝛepararí in veſtibulo hoꝛti ⁊ nemoris: quod regio cultu ⁊ manu cõſitũ erat. Et pendebant ex omni parte tentoꝛia aeꝛei coloꝛis: ⁊ carbaſini, ⁊ hyacinthini, ſuſtẽtata funibus byſſinis atqꝫ purpureis: qui eburneis circulis inſerti erãt, ⁊ colũnis marmoꝛeis fulciebantur. Lectuli quoque aurei ⁊ argentei ſuper pauimẽtum ſmaragdino ⁊ pario ſtratũ lapide diſpoſiti erant quod mira varietate pictura decoꝛabat.

DOMINICA PRIMA Octobꝛis.

⁊ deinceps vſqꝫ ad pꝛimam dominicam Nouembꝛis canitur hiſtoꝛia Adaperiat, ⁊ legatur de libꝛis Machabeoꝛum.

Sabbato pꝛecedẽti ad veſp. ℞. Exaudiat. Ad Mag. ai. Adaperiat dominus coꝛ veſtrum in lege ſua, ⁊ pꝛeceptis ſuis, ⁊ faciat pacem: concedat vobis ſalutẽ, ⁊ redimat vos a malis, halleluia. Sequentes antiphone dicãtur in alijs ſabbatis, qñ hiſtoꝛia cantatur añã. Exaudiat dñs oꝛationes veſtras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempoꝛe malo domin⁹ deus noſter. Ala. Tua eſt potẽtia, tuum regnum domine, tu es ſuper omnes gentes: da pacem domine in diebus noſtris, quia nõ eſt alius, qui pugnet pꝛo nobis, niſi tu deus nr̃. Aña. Da pacẽ domine in diebus noſtris, quia non eſt alius, qui pugnet pꝛo nobis, niſi tu deus noſter. Aña. In hymnis ⁊ confeſſionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Iſrael: ⁊ victoꝛiam dedit illis ops deus. Ad matutinu Laudemus dominum. reꝗ. i. veſp.

Lectio pꝛima

Et factum eſt, poſtquam percuſſit Alexander Philippi rex Macedo, q pꝛimus regnauit in Gꝛecia, egreſſus de terra Cethim Dariũ regem Perſarũ ⁊ Medoꝛũ: cõſtituit pꝛelia multa: ⁊ omniũ obtinuit munitiones: interfecit reges terre: ⁊ pertranſijt ad fines terre. ℞. Adaperiat dominus coꝛ veſtrũ in

In lege ſua, ⁊ in præceptis ſuis, ⁊ faciat pacem in diebus noſtris. Concedat vobis ſalutem, ⁊ redimat vos a malis. ℣ Exaudiat dominus orationes veſtras, ⁊ recōcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo. Concedat.

Lectio ſecunda.

Et accepit ſpolia multitudinis gentium: ⁊ ſiluit terra in conſpectu eius. Et congregauit virtutem ⁊ exercitum fortem nimis. Et exaltatum eſt ⁊ eleuatum eſt cor eius, ⁊ obtinuit regiones gentium, ⁊ tyrannos: ⁊ facti ſunt illi in tributum. ℟ Exaudiat domin⁹ orationes veſtras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tēpore malo: Dominus deus noſter. ℣ Adaperiat dominus cor veſtrum in lege ſua, ⁊ i præceptis ſuis, ⁊ faciat pacem. Dominus noſter.

Lectio tertia.

Et poſt hęc decidit in lectuȝ. Et, vt cognouit, quia moreretur: vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti a iuuentute ſua. Et diuiſit illis regn[illegible] ſuum, cum adhuc viueret. ℟ Tua eſt potentia, tuum regnuȝ domine, tu es ſuper omnes gentes: Da pacem domine in diebus noſtris. ℣. Creator omnium rerum deus terribilis, ⁊ fortis: iuſtus, ⁊ miſericors. Da pacem.

Lectio quarta.

Et regnauit Alexāder annis duodeciȝ, ⁊ mortuus eſt. Obtinuerunt autem pueri eius regnum ipſius vnuſquiſq; in loco ſuo. Et impoſuerunt ſibi omnes diademata poſt morteȝ eius: ⁊ filii eorum poſt eos annis multis, ⁊ multiplicata ſunt mala in terra. ℟ Refulſit Sol i clypeos aureos: reſplenduerunt montes ab eis. Et fortitudo gentiuȝ diſſipata eſt. ℣ Erat enim exercitus magnus valde ⁊ fortis: ⁊ appropiauit Judas, ⁊ exercitus eius in prælium. Et.

Lectio v.

Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illuſtris: filius Antiochi regis, qui fuerat Romę obſes. Et regnauit in anno centeſimo, ⁊ trigeſimo, ⁊ ſeptimo regni Grecorum. ℟ Impetum inimicorū ne timueritis: memores eſtote, quomodo ſalui facti ſunt patres noſtri: Et nūc clamemus in cęlum: ⁊ miſerebitur deus noſter. ℣ Mementote mirabilium eius, quę fecit Pharaoni, ⁊ exercitui eius in mari rubro. Et.

Lectio ſexta.

In diebus illis: Exierunt ex Iſrael viri filij iniqui, ⁊ ſuaſerunt multis dicentes: Eamus ⁊ diſponamus teſtamentuȝ cuȝ gentibus, quę circa nos ſunt: qa ex quo receſſimus ab eis: inuenerunt nos multa mala: ⁊ bonuȝ viſus eſt ſermo in oculis eoruȝ. ℟. Ornauerunt faciem templi coronis aureis: ⁊ dedicauerunt

altare

altare domino. Et facta eſt le/titia magna in populo. ℣. In hymnis ꝛ confeſſionibus benedicebant dominuꝫ. Et. In xj. lec. ℟. In hymnis ꝛ confeſſionibus benedicebant dominum: Qui magna fecit in Iſrael: ꝛ victoriam dedit illi dominus omnipotens. ℣. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, ꝛ dedicauerunt altare domino. Qui. ℟. Congregati ſunt inimici noſtri, ꝛ gloriantur in virtute ſua: contere fortitudinem illorum domine, ꝛ diſperge eos: Ut cognoſcāt, quia nō eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu deus noſter. ℣. Diſperge illos in virtute tua, ꝛ deſtrue eos protector noſter domine. Ut. ix. lec. ꝛ nonum ℟. de reſurrectione.

FERIA II. ET VI.

Si ne hiſtoria inchoata fuerit ſi ue non: dicantur hec reſponſoria: videlicet. ℟. Hic eſt fratruꝫ amator: ꝛ populi Iſrael: Hic eſt, qui multum orat pro populo, ꝛ pro vniuerſa ſancta ciuitate Jeruſalem. ℣. Uir iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit. Hic eſt. ℟. Tu domine vniuerſorum: qui nullam habens indigentiam voluiſti templum tuū fieri in nobis: Conſerua domuꝫ iſtam immaculatam in ęternuꝫ domine. ℣. Sacerdotes protendentes manus in cęlum inuocabant dominum, hęc dicentes, Con. ℟. Congregatę ſunt gentes in multitudine: vt dimicent contra nos, ꝛ ignoramus quid agere debeamus. Domine deus: ad te ſunt oculi noſtri, ne pereamus. ℣. Tu ſcis, quę cogitant in nobis, ꝛ quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem illorum, niſi tu domine adiuues nos? Domine. Fer. iij. ℟. Aperiat. ꝛc. du o. Fer. iiij. ℟. Refulſit. ꝛc. duo. Fer. v. ℟. In hymnis. ℣. Congregati ſūt. ℟. Dixit Judas Simoni fratri ſuo: elige tibi viros, ꝛ vade, libera fratres tuos i Galilęa: ego autem ꝛ Jonathas frater meus ibimus in Galaaditiꝫ: Sicut fuerit voluntas in cęlo; ſic fiat. ℣. Et nūc clamemus in cęluꝫ, ꝛ miſerebitur noſtri deus noſter. Sicut. Lec. per hebdo.

Et deſtinauerunt aliqui de populo, ꝛ abierunt ad regem, ꝛ dedit illis poteſtatem, vt facerent iuſtitias gentium, ꝛ ędificauerunt in Jeroſolymis gymnaſium ſm leges nationum: ꝛ fecerunt ſibi pręputia: ꝛ receſſerūt a teſtamēto ſancto: ꝛ iuncti ſunt nationibus: ꝛ venundati ſunt, vt facerent malum. Et paratuꝫ eſt regnuꝫ in conſpectu Antiochi: ꝛ cępit regnare in terra Ægypti: vt regnaret ſup duo regna. Et intrauit rex Antiochus in Ægyptum in multitudine graui in curribus: ꝛ in elephantis, ꝛ equitibus, ꝛ coprioſa nauium multitudine.

tudine. Et conſtituit bellū ad‑uerſus Ptolomęum regem Ægypti: & veritus eſt Ptolemęus a facie eius, & fugit. Et ceciderunt vulnerati multi: Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægypti: & accepit ſpolia terrę Ægypti.

DOMINICA II. Octobris. Lectio prima.

Et conuertit ſe Antiochus poſtq̃ percuſſit Ægyptū in centeſimo & quadrageſimo & tertio anno: & aſcendit ad Iſrael. Et aſcendit Ieroſolymā in multitudine graui: & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia: & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat. L. ij.

Et comminuit omnia, & accepit argentum, & aurū, & vaſa concupiſcibilia, & accepit theſauros occultos, quos inuenit: & ſublatis omnibus abijt in terram ſuam. Lectio tertia.

Et fecit cędem hominum: & locutus eſt in ſuperbia magna. Et factus eſt planctus magnus in Iſrael & in omni loco eorum: & ingemuerunt principes, ſeniores, iuuenes, & virgines infirmati ſunt: & ſpecioſitas mulierū immutata eſt. Lectio iiij.

Omnis maritꝰ ſumpſit lamentū: & quę ſedebant in thoro maritali lugebant. Et cōmota eſt terra ſuper habitantes in ea: & vniuerſa domus Iacob induit confuſionem. Lectio v.

Et poſt duos annos dierum miſit rex Antiochus principem tributorum in ciuitates Iuda: & venit in Ieruſalem cum turba multa: & locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei. Et irruit ſuper ciuitatem repente: & percuſſit eam plaga magna: & perdidit populum multum ex Iſrael. Lectio ſexta.

Et accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni: & deſtruxit muros eius, & domos eius in circuitu. Et captiuas duxerunt mulieres, & natos: & pecora poſſederunt.

Lectiones per hebdomadam.

Et ędificauerunt ciuitatē Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis: & facta eſt illis in arcem. Et poſuerunt illic gentem peccatricem, & viros iniquos: & conualuerunt in ea, & poſuerunt arma, & eſcas: & congregauerunt ſpolia Ieruſalem: & repoſuerunt illic, & facti ſunt in laqueum magnum. Et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationi & in diabolum malum Iſrael. Et effuderunt

derunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationi : & contaminauerunt ſanctificationem, & fugerunt habitatores Jeruſalem propter eos : & facta eſt habitatio exterorum: & facta eſt extera ſemini ſuo: & nati eius reliquerunt eā. Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum: ſabbata eius in opprobrium: honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius: & ſublimitas eius conuerſa eſt in luctum. Et ſcripſit rex Antiochus omni regno ſuo: vt eſſet omnis populus vnus. Et reliquerūt vnuſquiſq; legem ſuam: & conſueuerunt omnes gentes ſecundum verbum regis Antiochi. Et multi ex Iſrael conſenſerunt ei : & ſacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt ſabbatum.

DOMINICA III. Octobris.

Deij. lib. Machab. c. j. Lectio j.

Fratribus, qui ſunt per Ægyptum, Judeis: ſalutem dicunt fratres, qui ſunt Jeroſolymis, Judei : & qui ſunt in regione Judea, & pacem bonā. Bene faciat vobis deus: & meminerit teſtamēti ſui : quod ad Abraham, Iſaac, & Jacob locutus eſt, ſeruorum ſuorum fidelium. Et det vobis cor omnib⁹, vt colatis eum: & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. Lectio ſecunda.

Adaperiat cor veſtrū in lege ſua, & in præceptis ſuis : & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras : & reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo. Et nunc hic ſumus orantes pro vobis: regnante Demetrio anno centeſimo ſexageſimo nono. Lectio tertia.

Nos Judei ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu, quę ſuperuenit vobis in iſtis annis, ex quo receſſit Jaſon a ſancta terra, & a regno. Portam ſuccenderunt, & effuderunt ſanguinem innocentē: & orauimus ad dominū: & exauditi ſumus, & obtulimus ſacrificium, & ſimilaginem : & accendimus lucernas, & propoſuimus panes: & nunc frequentate dies ſcenopegię menſis Caſleu. Lectio iiij.

Anno cētesimo octogeſimo octauo: populus, qui eſt Jeroſolymis, & i Judęa, ſenatuſq;, & Judas : Ariſtobolo magiſtro Ptolemei regis: qui eſt de genere Chriſtorum ſacerdotū: & his, qui in Ægypto ſunt, Judęis ſalutem, & ſanitatē. Lectio quinta.

De magnis periculis a deo liberati: magnifice gratias ipſi agimus, vtpote qui aduerſus talem regem dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide

eos, qui pugnauerunt cōtra nos, & ſanctam ciuitatē. Lectio vj.

Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe: & cū ipſo immenſus exercitus, cecidit in templo Naneę: conſilio deceptus ſacerdotum Naneę. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, & amici eius: vt acciperent pecunias multas dotis nomine. Lectio per hebdo.

Cumque propoſuiſſent eas ſacerdotes Naneę: & ipſe cū paucis eſſet ingreſſus intra ambitū Fani: clauſerunt templū. Cum autem intraſſet Antiochus: apertoque occulto aditu templi: mittentes lapides percuſſerunt ducem: & eos, qui cum eo erant, diuiſerunt membratim: & capitib⁹ amputatis foras proiecerunt: per omnia benedictus deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & viceſima die menſis Caſleu purificationē templi: neceſſarium duximus ſignificare vobis: vt & vos quoque diē ſcenopegię celebretis: & diē ignis, qui datus eſt: quando Nehemi.. ędificato templo & altari obtulit ſacrificia. Nam cum in Perſidē ducerentur patres noſtri ſacerdotes, qui tunc dei cultores erant: acceptum ignem de altari occulte abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eū: ſit vt omnibus ignotus eſſet locus. Cum prętеriјſſent autem multi anni: & placuit deo vt mitteretur Nehemias a rege Perſidis: nepotes ſacerdotum illorū, qui abſconderant: miſſi ſunt ad requirendū ignem. Et ſicut narrauerunt nobis: non inuenerunt ignem, ſed aquā craſſam. Et iuſſit eos haurire & afferri ſibi. Et ſacrificia, quę impoſita erant: iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi aqua ipſa, & ligna, quę erant ſuppoſita. Atque hoc factū eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit, qui prius erat in nubilo: accenſus eſt ignis magnus: ita vt omnes mirarentur.

DOMINICA QVARTA Octobris. Lectio prima.

Orationem autem faciebant omnes ſacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium: Ionatha inchoante: ceteris autem reſpondentibus. Et Nehemię erat oratio hunc habēs modum. Domine deus creator omnium: terribilis & fortis: iuſtus, & miſericors, qui ſolus bonus es rex: ſolus pręſtans: ſolus iuſtus, & omnipotens, & ęternus: qui liberas Iſrael de omni malo: qui feciſti patres electos: & ſanctificaſti eos: accipe ſacrificium pro vniuerſo populo tuo Iſrael: & cuſtodi partē tuā, & ſanctifica. L. ij.

Congrega diſperſiones noſtrā: libera eos, qui ſeruiūt

gentibus

ſentibus: contemptos ⁊ abominatos reſpice: vt ſciant gentes, quia tu es deus noſter. Lectio iij.

Affige opprimentes nos, ⁊ contumeliam facientes in ſuperbiam. Conſtitue populum tuum in loco ſancto tuo: ſicut dixit Moyſes. Sacerdotes autem pſallebant hymnos vſquequo conſumptum eſſet ſacrificium. Lectio quarta.

Cum autem conſummatū fuiſſet ſacrificium: ex reſidua aqua Nehemias ſacerdos iuſſit lapides maiores perfundi. Quod factū eſt, flāme ex eis accēſa eſt: ſed ⁊ ex lumine, q̄ refulſit ab altari: cōſumpta eſt. Lec. v.

Ut vero manifeſtata eſt res renunciatū eſt regi Perſarū, quod in loco, in quo ignē abſconderant ſacerdotes, hi qui tranſlati fuerant, aqua apparuit: de qua Nehemias, ⁊ qui cum eo erant, purificauerunt ſacrificia. Lectio ſexta.

Conſiderans autem rex ⁊ rē diligenter examinans: fecit ei templum. Et ſi quibus donauerat rex multa bona: accipiebat ex hoc ⁊ tribuebat. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar: quod interpretatur purificatio. Uocatur autem apud plures Nephi.

Lectiones [illegible].

Inuenitur autem in deſcriptionibus Jeremie prophete, quod iuſſit accipere ignē eos, qui tranſmigrabantur: vt ſignificatū eſt: vt, ⁊ mandauit tranſmigratis. Et dedit eis legem, ne obliuiſcerentur precepta domini: ⁊ vt non errarent mentibus videntes ſimulachra aurea, ⁊ argentea, ⁊ ornamenta eorum, ⁊ alia huiuſmodi dicens, hortabatur, ne legem ammouerent a corde ſuo. Erat autem in ipſa ſcriptura quomodo tabernaculum ⁊ arcam iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum vſquequo exijt in montem, in quem Moyſes aſcendit, ⁊ vidit dei hereditatem. Et veniens ibi Jeremias inuenit locum ſpelunce: ⁊ tabernaculum, ⁊ arcam, ⁊ altare incenſi intulit illuc: ⁊ oſtium obſtruxit. Et acceſſerunt quidam ſimul, qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum, ⁊ non potuerunt inuenire.

DOMINICA PRIMA poſt oct. Pentec.

⁊ deinceps vſq; ad dn̄icam aduentus cantetur de hiſtoria Uidi dominum. ⁊ legātur Ezechiel, ⁊ Daniel, ⁊ ceteri minores prophete, ſi neceſſe fuerit. Quo autem lectiones debeant terminari; quere in dn̄ica aduentus. Sabb. precedenti ad veſper. R. Aſpice dn̄e de ſe. Ad Magnificat a. Uidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊

⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omnis terra maieſtate eiꝰ, ⁊ ea, que ſub ipſo erant, replebant templum. Sequẽtes añe dicantur in ſab. ſequenti. Añ. Aſpice domine, qa facta eſt deſolata ciuitas plena diuitiis, ſedet in triſtitia, domina gentium: non eſt, qui conſoletur eam, niſi tu deus noſter. Añ. Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos domine: ⁊ armis tuę potẽtię protege nos ſemper deus noſter. Añ. Qui cęlorum contines thronos, ⁊ abyſſos intueris domine rex regũ, montes ponderas: terrã palmo concludis: exaudi nos deus in gemitibus noſtris. Añ. Ciuitatem iſtam tu circunda domine: ⁊ angeli tui cuſtodiant muros eius: exaudi domine populum tuum cum miſericordia. Comple. vt ſup. Ad matutinũ. Dominum, qui fecit nos. Venite, adoremus. Ps. Venite. ⁊c. vt ſupra. Lib. Ezechi. Lectio prima.

Et factum eſt in triceſimo anno in quarto menſe in quinta menſis, cũ eſſem in medio captiuorum iuxta flumen Chobar: aperti ſunt cęli, ⁊ vidi viſionem dei. In quinta menſis, ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis regis Joachin. Et factum eſt verbum domini ad Ezechielem filium Buzi ſacerdotem in terra Chaldęorum ſecus flumen Chobar, ⁊ facta eſt ſuper eum ibi manus domini. Tu autem. ℟. Vidi dominũ ſedentem ſuper ſoliũ excelſum ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omnis terra maieſtate eius. Et ea, que ſub ipſo erant, replebant templum. ℣. Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alę vni, ⁊ ſex alę alteri. Et. Lectio ſecunda.

Et vidi, ⁊ ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, ⁊ nubes magna, ⁊ ignis inuoluens, ⁊ ſplendor in circuitu eius. Et de medio eius quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis, Et ĩ medio ignis ſimilitudo quatuor animalium, ⁊ hic aſpectus eorum. Tu autem. ℟. Aſpice domine de ſede ſancta tua, ⁊ cogita de nobis: inclina deus meꝰ aurem tuam: ⁊ audi. Aperi oculos tuos, ⁊ vide tribulationem noſtram. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Joſeph: qui ſedes ſuper Cherubim. Aperi. Lectio tertia.

Similitudo hominis ĩ eis: ⁊ quatuor facies vni: ⁊ pedes eorum recti: ⁊ planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli: ⁊ ſcintillę quaſi aſpectus ęris candentis: ⁊ manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus. Et facies ⁊ pennas per quatuor partes habebant. vnicęque erant pennę eorum alterius ad alterum. Tu autem do. ℟. Aſpice domine, quia

quia facta eſt deſolata ciuitas plena diuitiis: ſedet in triſtitia domina gentium, non eſt, qui conſoletur eam, niſi tu deus noſter. ℣. Plorans, plorauit in nocte: ꝛ lachryme eius in maxillis eius. Non eſt. Lectio quarta.

NOn reuertebantur, cum incederent: ſed vnũquodque ante faciem ſuam gradiebatur. Similitudo autem vultus eorum, facies hominis: ꝛ facies leonis, ꝛ dextris ipſorum quatuor. Facies aũt bouis a ſiniſtris ipſoruꝫ quatuor: ꝛ facies aquile deſuper ipſorum quatuor. Et facies eorum, ꝛ penne eoruꝫ extente deſuper erant. Tu autem. ℟. Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes: Tota die ac nocte non tacebunt laudare nomen domini. ℣. Qui reminiſcimini eum, ne taceatis: ꝛ ne detis ſilentium ei Tota. Lectio v.

DUe penne ſingulorum iungebantur: ꝛ due tegebant corpora eorum: ꝛ vnumquodqꝫ eorum coram facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, cum ambularent. Et ſimilitudo animaliũ, ꝛ aſpectus eorum: quaſi carbonum ignis ardentium: ꝛ quaſi aſpectus lampadarum. Tu autem ℟. Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos domine: ꝛ armis tue potentie protege nos ſemper: Libera domine deus Iſrael clamantem ad te. ℣. Erue nos in mirabilibus tuis, ꝛ da gloriam nomini tuo. Libera. Lectio ſexta.

HEc erat viſio diſcurrẽs in medio animalium: ſplendor ignis, ꝛ de igne fulgur egrediens: ꝛ animalia ibant, ꝛ reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. Cumqꝫ aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia, quatuor habens facies. Tu autem. ℟. Suſtinuimus pacem, ꝛ non venit: queſiuimus bona, ꝛ ecce turbatio: cognouimus domine peccata noſtra: Nõ in perpetuũ obliuiſcaris nos. ℣. Peccauimus, impie geſſimus, iniquitatem fecimus. Non. Gloria. Non. In iij. noc. ℟. Miſit dominus angelum ſuum, ꝛ cõcluſit ora leonum: Et non me contaminauerunt, quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me. ℣. Miſit deus miſericordiam ſuam, ꝛ veritatem ſuam: animam meaꝫ eripuit de medio catulorũ leonuꝫ. Et non. ℟. Anguſtie mihi ſunt vndiqꝫ, ꝛ quid eligam ignoro: Melius eſt mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem dei mei. ℣. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Melius. ix. lect. ꝛ nonum. ℟. de reſur. In vltima dominica ante illam domi-

dominicam, in qua facimus de reſurrectione, cantētur omnes añę ſuper pſalmis in laudibus.

FERIA SECVNDA.

Siue hiſtoria fuerit inchoata, ſiue non, dicantur reſponſoria.

℟. Redemit dominus populū ſuum, ⁊ liberauit eum: ⁊ veniet, ⁊ exultabunt in montem Sion: ⁊ gaudebunt de bonis domini: Super frumento, ⁊ oleo: ⁊ vltra non eſurient. ℣. A fructu frumenti, vini, ⁊ olei ſui multiplicati ſunt. Super. ℟. A facie furoris tui deus conturbata eſt omnis terra: ſed tu domine miſerere: Et ne facias conſummationem, ℣. Conuerte nos deus ſalutaris noſter, ⁊ auerte iram tuā a nobis: Et. ℟. Fluctus tui ſuper me tranſierunt, ⁊ ego dixi, expulſus ſum ab oculis tuis: Putas videbo templū ſanctū tuum, ℣. Abyſſus vallauit me, ⁊ pelagus cooperuit caput meum. Putas. Feria iij. ℟. Indicabo tibi homo, quid ſit bonū, aut quid dominus requirat a te: Facere iudicium ⁊ iuſtitiam, ⁊ ſolicite ambulare cum deo tuo. ℣. Religio munda, ⁊ immaculata apud deum, ⁊ patrem hęc eſt. Facere. ℟. Genti peccatrici, populo pleno peccatis, Domine deus miſerere. ℣. Eſto placabilis ſuper malitia populi tui Domine. ℟. Qui cęlorum contines thronos: ⁊ abyſſos intueris domine regum: montes ponderas, terram palmo concludis: Exaudi nos deus in gemitibus noſtris. ℣. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus multis. Exaudi. Fer. iiij. ℟. Vidi dominum, ⁊c. duo. Fer. v. ℟. Sup muros, ⁊c. duo. Fer. vj. ℟. Viſit dominus. ℟. Anguſtię mihi. ℟. Redemit dominus.

Et notandum circa omnes prędictas hiſtorias: quod, ſi propter vigilias, vel quatuor tempora in aliquo ſabbato de beata virgine non teneatur: de feria tunc dicantur reſponſoria, quę per hebdomadam pro tertia feria aſſignantur. Lectio. per hebdomadā. Ex lib. Ezechiel.

Et aſpectus rotarū ⁊ opus earum, quaſi viſio maris: ⁊ vna ſimilitudo ipſarum quatuor, ⁊ aſpectus earum, ⁊ opera quaſi ſi ſit rota in medio rotę. Per quatuor partes earum euntes ibant, ⁊ non reuertebantur, cum ambularent, Statura quoque erat in rotis, ⁊ altitudo horribilis: ⁊ totū corpus plenum oculis in circuitu ipſarum quatuor. Cumq; ambularent animalia: ambulabant pariter ⁊ rotę iuxta ea. Et, cum eleuarentur animalia de terra: eleuabantur ⁊ rotę. Quocunq; ibat ſpiritus illuc eunte ſpiritu ⁊ ro-

tę pariter leuabantur ſequentes eum: ſpiritus enim vitę erat in rotis. Cum euntibus ibant: ⁊ cum ſtantibus ſtabant: ⁊ cum eleuatis de terra pariter eleuabantur rotę ſequentes ea: quia ſpiritus vitę erat in rotis. Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti: quaſi aſpectus cryſtallo horribilis ⁊ extenti ſuper capita eorum deſuper. Tu autem domine.

DOMINICA II. Nouembris.

Incipit liber Danielis prophetę. Lectio prima.

Anno tertio regni Joachim regis Juda: venit Nabuchodonoſor rex Babylonis Jeruſalem, ⁊ obſedit eam: ⁊ tradidit dominus in manus eius Joachim regem Judę, ⁊ partē vaſorum eius: ⁊ aſportauit ea in terram Sennaar in domum dei ſui: ⁊ vaſa tulit in domum theſauri dei ſui: ⁊ ait rex Aſphenez, prępoſito eunochorum ſuorum vt introduceret de filiis Iſrael, ⁊ de ſemine regio ⁊ tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula: decoros forma: ⁊ eruditos omni ſapientia: ⁊ cautos ſcientia: ⁊ doctos diſciplina: ⁊ qui poſſent ſtare in palatio regis: vt doceret eos literas, ⁊ linguam Chaldęorum. Lectio ſecunda.

Et conſtituit eis rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis: ⁊ de vino, vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis poſtea ſtarent in conſpectu regis. Fuerunt ergo inter eos Daniel de filiis Judę, Ananias, Miſael, ⁊ Azarias. Et impoſuit eis prępoſitus eunuchorum nomina Danieli Baltaſſar, Ananię Sidrach: Miſael Miſach: ⁊ Azarię abdenago. Lectio iii.

Propoſuit autē Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis, neq; de vino potus eius: ⁊ rogauit prępoſitum eunuchorum, ne contaminaretur. Dedit autem deus Danieli gratiam ⁊ miſericordiam in conſpectu principis eunuchorum: ⁊ ait princeps eunuchorū ad Danielem: timeo ego dominum meum regem, qui conſtituit vobis cibum ⁊ potum. Qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores pręceteris adoleſcentibus coęuis veſtris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malaſar, quē conſtituerat principem eunuchorum ſuper Danielem: ⁊ Ananiā, Miſaelem ⁊ Azariam. Tenta nos obſecro diebus decem: ⁊ dentur nobis legumina ad veſcendum, ⁊ aqua ad bibendum, ⁊ contemplare vultus noſtros: ⁊ vultus eorum ⁊ qui veſcuntur cibo regio, ⁊ ſi-

eum videris: ſic facias cum ſer-
uis tuis. Qui audito ſermo-
ne eius: tentauit eos dies de-
cem. Tu autem domine.

Incipit liber Oſee prophe. L. j.

Verbum domini quod fa-
ctum eſt ad Oſee filiū bee-
ri in diebus Ozię Joatham A-
chaz, Ezechię regum Juda: ⁊
in diebus Jeroboam filij Joas
regis Iſrael. Principium lo-
quendi domino in Oſee. Et di-
xit dominus ad Oſee: Uade, aſ-
ſume tibi vxorē fornicationum,
⁊ fac filios fornicationum: quia
fornicans fornicabitur terra a
domino. Lectio ſecunda.

Et abijt ⁊ accepit Gomer
filiam Debelaim. Et con-
cepit, ⁊ peperit ei filium. Et di-
xit dominus ad eum, Uoca no-
men eius Jezrahel: quoniaꝫ ad-
huc modicum: ⁊ viſitabo ſangui-
nem Jezrahel ſuper domuꝫ Je-
hu: ⁊ quieſcere faciam regnum
domus Iſrael. Lectio tertia.

Et in illa die conteram ar-
cum in Iſrael valle Jezra-
hel. Et cōcepit adhuc, ⁊ peperit
filiam. Dixitq; ei. Uoca nomen
eius abſque miſericordia: quia
non addam vltra miſericordiaꝫ
domui Iſrael: ſed in obliuione
obliuiſcar eorum.

Incipit Joel proph. Lectio iiij.

Verbum domini quod fa-
ctū eſt ad Joel filiū Pha-
thuel. Audite hoc ſenes: ⁊ auri-
bus percipite omnes habitato-
res terrę. Si factum eſt iſtud in
diebus veſtris aut in diebus pa-
trum veſtrorum. Super hoc fi-
lijs veſtris narrate: ⁊ filij veſtri
filijs ſuis, ⁊ filij eorum genera-
tioni alteri. Lectio quinta.

Reſiduum erucę comedit lo-
cuſta: ⁊ reſiduum locuſtę
comedit bruchus: ⁊ reſiduuꝫ bru-
chi comedit rubigo. Expergiſci-
mini ebrij, ⁊ flete, ⁊ vlulate om-
nes, qui bibitis vinum in dulce-
dine: quoniam perijt ab ore ve-
ſtro. Lectio ſexta.

Gens enim aſcendet ſuꝑ
terram meam: fortis ⁊ in-
numerabilis. Dentes eius vt dē-
tes leonis: ⁊ molares eius vt ca-
tuli leonis. Poſuit vineam in
deſertum: ficum meam decorti-
cauit. Nudans ſpoliauit eam, ⁊
proiecit, albi facti ſunt rami ei9.

Incipit Amos Prophe. Le-
ctiones per hebdomadam. j.

Verba Amos, qui fuit in
paſtoralibus Thecue: quę
vidit ſuper Iſrael in diebus O-
zię regis Juda: ⁊ in diebus Je-
roboam filij Joas Regis Iſrael:
ante duos annos terręmotus.
Et dixit dominus. De Sion ru-
giet: ⁊ de Jeruſalem dabit voceꝫ
ſuam. Et luxerunt ſpecioſa pa-
ſtorum: ⁊ exiccata eſt vertex
Carmeli. Hęc dicit dominus ſu-
per tribus ſceleribus Damaſci,
⁊ ſuper quatuor non conuer-

ſa eum: eo quod triturauerit in plauſtris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael, ⁊ deuorabit domos Benadad. Et conteram vectem Damaſci, ⁊ diſperdam habitatorem de campo idoli: ⁊ tenentem ſceptrum de domo voluptatis, ⁊ transferetur populus Syrię in Cinerem. Dicit dominus.

DOMINICA TERTIA Nouembris.

Incipit Abdias propheta. L. j.

Viſio Abdię prophetę. Hec dicit dominus deus ad Edon. Auditum audiuimus a domino, ⁊ legatum ad gentes miſit. Surgite, ⁊ conſurgamus aduerſus eum in prelium. Ecce paruulum te dedi in gentibus, ⁊ cõtemptibilis tu es valde. Hec dicit dominus. Lectio ſecunda.

Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum: exaltantem ſolium tuum ſuper ſydera. Quid dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris vt aquila: ⁊ ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde detraham te. Dicit dominus.

Incipit Jonas. Lectio tertia.

Et factum eſt verbum domini ad Jonam prophetam filium Amathi dicens: Surge: ⁊ vade in Niniuem ciuitatem magnam, ⁊ predica in ea: quia aſcendit malitia eorum coram me. Lectio quarta.

Et ſurrexit Jonas, vt fugeret in Tharſis a facie domini. Et deſcendit in Jopem: ⁊ inuenit nauem euntem in Tharſis. Et dedit naulum eius: ⁊ deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis, ⁊ fugeret a facie domini. Lectio quinta.

Dominus autem miſit ventum validum in mare: ⁊ facta eſt tempeſtas magna in mari: ⁊ nauis periclitabatur. Et timuerunt nautę, ⁊ clamauerunt ad deum ſuum, ⁊ miſerunt vaſa, quę erant in naui, in mare, vt alleuaretur nauis ab eis. Lcõ vj.

Jonas hęc videns: deſcendit ad interiora nauis: ⁊ dormiebat ſopore graui: ⁊ acceſſit ad eum gubernator ⁊ dixit ei: Quid tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca deum tuum: ſi forte cogitet deus de nobis: ⁊ non pereamus.

Lect per hebdo. ex lib. Jonas. cap. i.

Et dixit vir ille ad collegam ſuum. Venite, ⁊ mittamus ſortem: ⁊ ſciamus, quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt ſortes: ⁊ cecidit ſors ſuper Jonam. Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius cauſa malum ſit nobis. Quod eſt opus tuum: quę terra tua: ⁊ quo vadis: vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebręus ego ſum: ⁊ dominum deum cęli timeo: qui fe-

cit mare ⁊ aridã. Et timuerunt viri timore magno, ⁊ dixerũt ad eum? Quid eſt hoc, quod feciſti? Cognouerunt ergo viri, quod a facie domini ſurgeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi: ⁊ ceſſabit mare a nobis? Quia mare ibat, ⁊ intumeſcebat. Et dixit ad eos: Tollite me, ⁊ mittite in mare: ⁊ ceſſabit mare a vobis. Scio enim ego, quod propter me tempeſtas grandis eſt ſuper vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam: ⁊ non valebant: quia mare ibat, ⁊ intumeſcebat ſuper eos. Et miſerunt Jona, ⁊ miſerunt in mare.

DOMINICA QVARTA Nouembris. I.

Incipit Micheas proph. L. j.

Verbũ domini, quod factum eſt ad Micheam Moraſthitẽ in diebus Joathan, Achaz, ⁊ Ezechię regũ Juda: quod vidit ſuper Samariam ⁊ Jeruſalem. Audite populi omnes: attendat terra ⁊ plenitudo eius: ⁊ ſit dominus deus teſtis in vobis de templo ſancto ſuo. Lectio ſecunda.

Quia ecce dominus egredietur de loco ſancto ſuo, ⁊ deſcendet, ⁊ calcabit ſuper excelſa terrę: ⁊ conſumentur montes ſub tus eum, ⁊ valles ſcindentur ſicut cera a facie ignis: ſicut aquę, quę decurrunt in preceps. In ſcelere Jacob omne iſtud: ⁊ in peccatis domus Jſrael. Lectio tertia.

Quod ſcelus Jacob? Nonne Samaria? ⁊ quę excelſa Judę? Nonne Jeruſalem? Et ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea: Et detraham in vallem lapides eius, ⁊ fundamenta eius reuelabo.

Incipit Nahũ propheta. L. iiij.

Onus Niniue: liber viſionum Nahum. Elceſęi. Deus ęmulator, ⁊ vlciſcens dominus. Vlciſcens dominus, ⁊ habens furorem. Vlciſcens dominus in hoſtes ſuos: ⁊ iraſcens ipſe inimicis ſuis. Dominus patiens, ⁊ magnus fortitudine, ⁊ mundans, non faciet innocentem. Lectio quinta.

Dominus, in tempeſtate, ⁊ turbine vię eius: nebulę puluis pedum eius. Increpans mare, ⁊ exiccans illud: ⁊ omnia flumina ad deſertũ perducens: ⁊ infirmatus eſt Baſan, ⁊ Carmelus: ⁊ flos Libani elãguit. L. vj.

Montes commoti ſunt ab eo, ⁊ colles deſolati ſunt: ⁊ contremuit terra a facie eius, ⁊ orbis, ⁊ omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? ⁊ quis reſiſtet in ira furoris eius?

Incipit Habacuc Propheta.
Lect. per hebdomadam.

Onus, quod vidit Habacuc propheta. Uſquequo clamabo domine, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens: et non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, et laborem, videre prędam, et iniuſtitiam coram me? Quare reſpicis contemptores, et taces: conculcante impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, et quaſi reptilia non habentia ducem? Et factum eſt iudicium, et contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, et non peruenit vſque in finem iudicij: quia impius pręualet aduerſus iuſtum. Propterea egredietur iudicium peruerſum. Aſpicite in gentibus, et videte: et admiramini, et obſtupeſcite: quia opus factũ eſt in diebus veſtris: quod nemo crederet, cum narrabitur: Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldęos, gentem amaram, et velocem ambulantem ſuper latitudinem terrę: vt poſſideat tabernacula non ſua.

DOMINICA V.
menſis Nouemb. vſque ad aduen.
Incipit Sophonias proph. L. j.

Verbũ domini, quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi: filij Godolię: filij Amarię: filij Ezechię: in diebus Joſię filij Amon regis Judę. Congregans congregabo omnia a facie terrę. Dicit dominus. Lectio ſecunda.

Congregans hominem, et pecus, et congregans volatilia cęli, et piſces maris: et ruinę impiorum erunt: et diſperdam homines a facie terrę, Dicit dominus. Lectio tertia.

Et extendam manum meam ſuper Judam: et ſuper omnes habitatores Jeruſalem. Et diſperdam de loco hoc reliquias Baal: et nomina ędituorum cum ſacerdotibus, et eos, qui adorant ſuper tecta militiam cęli: et adorant, et iurant in domino.

Incipit Aggeus proph. L. iiij.

In anno ſecundo Darij regis perſarum in menſe ſexto in die vna menſis. Factum eſt verbum domini in manu Aggei prophetę ad Zorobabel filiũ Salathiel ducem Juda: et ad Jeſum filium, Joſedec ſacerdotem magnum, dicens: Hęc ait dominus exercituum, dicens: Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus domini ędificandę. Lectio quinta.

Et factum eſt verbum domini in manu Aggei, dicens: Nunquid tempus eſt vobis, vt habitetis in domibus laqueatis, et domus iſta deſerta erit? Et nunc hęc dicit dominus exercituum: Ponite corda veſtra

ſtra ſup vias veſtras. Lectio vj.

Seminaſtis multum, ⁊ intuliſtis parum. Comediſtis, ⁊ non eſtis ſatiati. Bibiſtis, ⁊ nõ eſtis inebriati. Operuiſtis, ⁊ nõ eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. Incipit Zacharias prophe. per hebdo.

In mẽſe octauo in anno ſecundo Darij regis: Factum eſt verbum domini ad Zachariã filium Barachię filij Addo prophetę dicẽs: Iratus eſt dominus ſuper patres veſtros iracundia. Et dices ad eos. Hęc dicit dominus exercituum. Conuertimini ad me, ait dominus exercituum: ⁊ conuertar, dicit dominus exercituum. Ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabãt prophetę priores dicentes. Hęc dicit dominus exercituũ. Conuertimini de vijs veſtris malis, ⁊ cogitationibꝰ veſtris peſſimis: ⁊ non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit dominus. Patres veſtri vbi ſunt ⁊ prophetę? Nunquid in ſempiternum viuunt? Veruntamen verba mea, ⁊ legitima, quę mandaui ſeruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres veſtros? Et conuerſi ſunt, ⁊ dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis ſecundum vias noſtras, ⁊ ſecundum adinuentiones noſtras, fecit nobis. In die viceſima ⁊ quarta vndecimo menſe Sabath in anno ſecundo Darij factum eſt verbum domini ad Zachariam filium Barachię, filium Addo, prophetam dicens. Vidi per noctem, ⁊ ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, ⁊ ipſe ſtabat inter myrteta, quę erant in profundo. Explicit temporale.

HOMELIÆ

IN DOMINICIS per ordinẽ diſpoſitę.

In prima Dñica poſt oct. Pentecoſtẽ, ⁊ eſt prima poſt Trin. ⁊ añę ad bñ. ⁊ ad mag. cũ collectis proprijs dñicarum vſq; ad aduẽ. dñi.
Secundum Lucam. ca. 16.

In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Homo quidã erat diues: ⁊ induebat purpura, ⁊ byſſo, ⁊ epulabat quotidie ſplendide. Et reli. Homilia beati Gregorij Papę.

In verbis ſacri euangelij fratres chariſſimi prius ſeruanda eſt veritas hiſtorię, poſtmodũ requirenda eſt ſpiritualis intelligentia allegorię. Tunc nanq; allegorię fructus ſuauiter capitur: cum prius per hiſtoriam veritatis radice ſolidatur. L. viij.

Sed quia nonnunquã allegoria fidem ędificat, ⁊ hiſtoria mortalitatem: nos, qui

auctore deo iam fidelibus loquimur: non ab re credimus ſi ipſum loquendi ordinē poſtponamus: quatenus, ſi fidem iam firmam teneatis, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis. Et quod vobis de mortalitate hiſtorię valde eſt neceſſarium: hoc in expoſitionis noſtrę ordine ſeruetur extremum. Lectio nona.

Quia ſolent plerunque melius recoli, quę contingunt poſtmodum audiri. Senſum igitur allegoricum ſub breuitate tranſcurrimus: vt ad mortalitatis latitudinem citius venire valeamus. Ad Benedictus aña.

Homo quidam erat diues, ⁊ induebatur purpura, ⁊ byſſo, ⁊ epulabatur quotidie ſplendide: ⁊ erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quę cadebant de menſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat: ſed ⁊ canes veniebant, ⁊ lingebant vlcera eius. Haleluiah. Oratio.

Deus in te ſperantium fortitudo: adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊, quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas: pręſta auxilium gratię tuę: vt in exercendis mandatis tuis ⁊ voluntate tibi ⁊ actione placeamus. Per dominum no. Ad Mag. Aña. Pater Abraham miſerere mei: ⁊ mitte Lazarum, vt intingat extremū digiti ſui in aquam: vt refrigeret linguam meam. Oratio, vt ſup.

DOMINICA II.

Secundum Lucam. ca. 14.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc. Homo quidam fecit cenam magnam, ⁊ vocauit multos. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij Papę. Lectio ſeptima.

Hoc diſtare, fratres chariſſimi, inter delicias corporis ⁊ cordis ſolet: Quia corporales delicię, cum non habentur, graue in ſe deſiderium accendunt. Cum vero habitę eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt.

Lectio octaua

Et contra ſpirituales delicię, cum non habentur, in faſtidio ſunt: cum vero habentur, in deſiderio ſunt. Tantoque a comedente amplius eſuriuntur, quanto ⁊ ab eſuriente amplius comeduntur.

Nota, quod vnumquodque iſtorum reſponſoriorum, ſcilicet Dum tranſiſſet. vel ℟. Et valde mane. cum lect. Audiſtis fratres chariſſimi, ⁊c. dicantur in vna dominica, ⁊ aliud in alia dominica, vſq; ad aduentum dñi, qñ de dñica celebratur: ⁊ hoc

fiat

nat poſt viij. lect. require omnia in die paſchę. Lectio nona.

IN illis appetitus placet: experientia diſplicet. In iſtis appetitus vilis eſt: experientiaz magis placet. In illis appetitus ſaturitatem: ſaturitas faſtidiuz generat. In iſtis autem appetitus ſaturitatem: ſaturitas appetitum parit. Ad Bñs. aña. Homo quidam fecit cenaz magnã, ⁊ vocauit multos: ⁊ miſit ſeruũ ſuum hora cenę dicere inuitatis, vt venirent, quia omnia parata ſunt. halelujah. Oratio.

SAncti nominis tui dñe timorem pariter ⁊ amorem fac nos habere perpetuuz, quia nunq̃ tua gubernatione deſtituis: quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Per dominũ. Ad Mag. aña. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes, ac debiles, cęcos ac claudos compelle intrare, vt impleatur domus mea. halelujah.

DOMINICA TERTIA. Secundum Lucam.

ca. 16. IN illo tẽpore: Erant appropinquantes ad Jeſum publicani ⁊ peccatores: vt audirent illum. Et reliqua.

Homilia Beati Grego. Papę.

AUdiſtis in lectione euangelica, fratres chariſſimi, quia publicani ⁊ peccatores acceſſerunt ad redemptorem noſtrũ: ⁊ non ſolum ad colloquẽdum, ſed etiam ad conueſcendum recepti ſunt. Quod videntes Phariſęi dedignati ſunt. Ecce mira diſpenſatione pietatis ſimilitudinem veritas dedit: quam ⁊ in ſemetipſo homo recognoſceret: ⁊ tñ hoc ſpecialiter ad ipſuz auctorẽ hominũ pertinere. l. viij.

QUia enim cẽtenarius perfectus eſt numerus: ipſe centum oues habuit, cum ſanctorũ angelorum ſubſtãtiam: ⁊ hominũ creauit. Sed vna ouis tunc perijt: qñ peccando homo paſcua vitę dereliquit: dimiſit autẽ nonagintanouem oues in deſerto: quia illos ſummos angelorum choros reliquit in cęlo. Cur autem cęlum deſertum vocatur, niſi ꝙ deſertum dicitur derelictum. Tunc autẽ cęlum homo deſeruit, cum peccauit. In deſerto autem nonagintanouẽ oues remanſerant, qñ dñs in terra ouem vnã quęrebat. Ad Bñs. aña. Quis eſt homo, qui habet centuz oues: ⁊ ſi perdiderit vnã ex eis nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, ⁊ vadit ad illam, quę perierat donec inueniat illam? halelujah. Oratio.

DEprecationem noſtrã q̃s dñe benignus exaudi: ⁊, quibus ſupplicandi pręſtas affectum, tribue defenſionis auxilium. Per dñm. Ad Mag. Aña. Quę mulier habens dragmas

de-

decē, ⁊ ſi pdiderit dragmā vnā, nonne accendit lucernā, ⁊ euertit domum, ⁊ quęrit diligenter donec inueniat? Oratio, vt ſup.

DOMINICA QVARTA.

Secundum Lucam.

cap. 6. IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericordes, ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Et reliq.

Hom. venerab. Bedę presbyte.

IN hoc loco nihil nobis aliud pręcipi exiſtimo: niſi, vt ea facta, quę dubiū eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretētur. Quod enim ſcriptum eſt: a fructibus eorum cognoſcetis eos: de manifeſtis dictū eſt: quę non poſſunt bono animo fieri, ſicut ſunt ſtupra, vel blaſphemię: furta, vel ebrietates: ⁊ ſi qua ſunt talia: de quibus nobis iudicare permittitur. Date, ⁊ dabitur vobis. Lectio viij.

Dimittere vos iniurias: dare beneficia iubet: vt, ⁊ nobis peccata noſtra dimittātur, ⁊ vita detur ęterna. Qua ſentētia breui, ſed eximia cuncta, quę latiſſime de conuerſando cū inimicis mandauerat, cōprehēdendo, ita dñs concluſit dicens. Menſurā bonā, ⁊ cōfertā, ⁊ coagitatā, ⁊ ſupereffluētē dabūt in ſinū veſtrum. Huic ſimile eſt, qđ alibi dicit: vt ⁊ ipſi recipiant vos in ęterna tabernacula. Ad bñs. an. Eſtote miſericordes: ſicut ⁊ pr̄ vr̄ miſericors eſt, dicit dñs. Oratio.

PRotector in te ſperantium deus, ſine quo nihil eſt validū: nihil ſanctū: multiplica ſuper nos miſericordiā tuā: vt te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona tēporalia, vt nō amittamus ęterna. Per. Ad mag. Aña. Nolite iudicare, ⁊ nō iudicabimini: i quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, dicit dominus. Oratio, vt ſupra.

DOMINICA QVINTA.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Cū turba multa irrueret ad Jeſum, vt audiret verbum eius: ⁊ ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneȝareth. Et reliqua.

Hom. vener. Bedę presby. l. vij.

STagnum Geneȝareth idē cap. 5. dicunt eſſe, quod mare Galilęę, vel mare Tiberiadis: ſed mare Galilęę ab adiacēti puincia dictū eſt: mare Tiberiadis a pxima ciuitate, q̄ Olim Cenereth vocata eſt: ſed ab Herode tetrarcha inſtaurata, in honorē Tiberij Cęſaris, Tiberias eſt appellata. Porro Geneȝar a loci ipſius natura, q criſpātibus aquis de ſeipſo generare aurā ſeu excitare phibet, Gręco vocabulo quaſi generās ibi aurā di. Nec enim in ſtagni morē ſternit aqua: ſed frequētibus auris ſpirātibus agitatā

hau-

hauſtu dulcis, ⁊ ad potandum habilis. Lectio octaua

Sed Hebraicę linguę cõſuetudine ois aquarũ cõgregatio ſiue dulcis, ſiue ſalſa ſit, more nuncupat. Quia ergo ſtagnũ ſiue mare pſens ſeculũ deſignat: dñs ſecus mare ſtat, poſtq̃ vitę labentis mortalitatẽ deuincẽs: in ea, qua paſſus eſt, carne, ſtabilitatẽ perpetuę quietis adijt. Turbarũ conuentus ad eũ, gentiũ in fide concurrentiũ typus eſt. De quibus Iſaias. Et fluẽt, inquit, ad eum oẽs gentes. Ad Bñs. añ. Aſcendẽs Jeſus in nauim, ⁊ ſedẽs docebat turbas halłah. Oro.

Da nobis q̃s dñe, vt ⁊ mũdi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigat, ⁊ eccleſia tua trãquilla deuotione lętet. Per. Ad mag. añ. Pręceptor per totã noctẽ laborãtes nihil cepim⁹: in verbo autẽ tuo laxabo rete.

DOMINICA SEXTA.

Secundum Mattheum.

cap. 5. In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amẽ dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, ⁊ Phariſęorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Et reliq.

Hom. vene. Bedę presb. L. vij.

Audiſtis fratres chariſſimi ⁊ nũ in euangelio diſcipulos admonẽtẽ: ⁊ ĩ illis oẽs nos. Niſi, inqt, abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã ſcribarũ, ⁊ Phariſęorũ, nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. Juſtitia nãque ſcribarũ, ⁊ Phariſęorũ eſt, vt nõ occidãt: iuſtitia vero illorũ, q intraturi ſunt in regnũ cęlorũ, eſt vt non iraſcantur ſine cauſa. Quapropter, qui docet, vt non iraſcamur, non ſoluit legem, ne occidamus: ſed implet potius: vt ⁊ foris, dum nõ occidim⁹, ⁊ in corde, dum non iraſcimur, innocẽtiam cuſtodiamus. Lectio viij.

Audiſtis, inquit, quia dictũ eſt antiquis, non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia ois, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio Sed quid intereſt inter reũ iudicio, ⁊ reũ concilio, ⁊ gehennę ignis? Nõ enim reatus haberẽt gradus, niſi etiã gradatim peccata commemorãrentur. Gradus igitur ſunt in iſtis peccatis. In primis vnũ eſt id eſt ira ſola. In ſecundo duo, ira ſcilicet, ⁊ vox, quę iram ſignificat. In tertio tria ſcilicet ira, ⁊ vox, quę iram ſignificat, ⁊ in voce ipſa certe vituperationis expreſſio. Ad Benedictus. añ. Amen amen dico vobis, niſi abũdauerit iuſtitia veſtra, pluſquam ſcribarum ⁊ Phariſeorum: non intrabitis in regnum cęlorum. halelujah. Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuiſibilia pparaſti

Infunde cordibus noſtris tui amoris affectum: vt te in omnib⁹ ⁊ ſuper omnia diligẽtes: promiſſiones tuas, quę omne deſideriũ ſuperant conſequamur. Per.

Ad Mag. aña. Si offers mun⁹ tuum ad altare, ⁊ recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo, ⁊ tunc veniens offeres munus tuum. halleluiah.

DOMINICA SEPTIMA.

Secundum Marcum.

IN illo tempore: Cũ turba multa eſſet cũ Jeſu: nec haberent, quod mãducarent: conuocatis diſcipulis ait illis. Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me: nec habẽt, qđ mãducẽt. ⁊ reliq.

Hom. vene. Bedę presb. L. vij.

IN hac lectiõe conſiderãda eſt in vno eodemq́ redẽptore noſtro diſtincta operatio diuinitatis ⁊ humanitatis atq́ Eutychetis error: qui vnam tantum in Chriſto operationem dogmatizare pręſumpſit, procul a Chriſtianis expellẽdus finib⁹. Quis enim non videat hoc, ꝙ ſuper turbam miſeretur dñs ne vel inedia, vel vię longioris labore deficiat, affectũ eſſe ⁊ cõpaſſionẽ humanę fragilitatis? .viij.

Quod vero de ſeptem panibus, ⁊ piſciculis paucis quatuor millia hominum ſaturauit diuinę opus eſſe virtutis? Myſtice autem hoc miraculo deſignat, ꝙ viam pręſentis ſeculi aliter incolumes tranſire nequimus: niſi nos gratia redemptoris alimẽto verbi ſui reficiat. Hoc vero typice inter hanc refectionem ⁊ illam quinque panum ⁊ duorũ piſcium diſtat: ꝙ ibi litera veteris teſtamẽti ſpiritali gratia plena eſſe ſignata eſt: hic autem noui veritas ⁊ gratia teſtamenti fidelibus miniſtrãda monſtrata eſt. Ad Bñs. Aña. Miſereor ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducẽt: ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via. hal. Orõ.

DEus virtutum, cuius eſt totum, quod eſt optimũ, inſere pectoribus noſtris amorẽ tui nominis, ⁊ pręſta in nobis religionis augmentum, vt, quę ſũt bona, nutrias, ac pietatis ſtudio, q̃ ſunt nutrita, cuſtodias. Per.

Ad mag. añ. Et accipiẽs Jeſus ſeptẽ panes, gratias agẽs fregit, ⁊ dedit diſcipulis ſuis, vt apponerẽt: ⁊ appoſuerũt turbę. halah.

DOMINICA OCTAVA.

Secundum Matthęum. cap. 7.

IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attẽdite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouiũ

intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et reliqua.

Homilia Origenis. Lectio vij.

QUod paulo ſuperius ſpatioſam, ⁊ latam viam dñs nominauit: hoc nunc apertius falſos prophetas oſtendit, per quos multi in perditionē abominabilem abierunt: qui primo in Iudęa multi apparuerunt, ⁊ modo perfidia ſua totum mundum repleuerunt. Sed illi, qui prius falſi prophetę fuerunt: veriſſimos dñi prophetas vſq; ad mortem perſecuti ſunt, ſicut Ieremiam, ⁊ Micheam, alioſque multos. Iſti autem nunc falſi prophetę, ⁊ falſi Chriſtiani, qui ſunt, veraces Chriſtianos ſine miſericordia perſequūtur, ⁊ opprimūt: aliqñ ſi detur copia etiā gladio: ⁊ ſine intermiſſione autē ſuis prauis moribus, ⁊ exemplis corrumpunt. Lectio octaua.

IDcirco omnes preueniens dñs adhortatus eſt dicens. Attēdite a falſis prophetis. Attendite diligentius: obſeruate cautius, vt non ſeducamini, vt non circumueniamini, vt non fallamini. Attendite ergo, ⁊ cōſideratę: quia non ſunt oues, ſed lupi in veſtimentis ouium; quia non ſunt religioſi, ſed irreligioſi in figura religioſitatis: qui nomine ſolum ſunt Chriſtiani: ſed veritate vacui Chriſtianorū perſecutores. Ad Bñs. Añia.

Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autē ſūt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoſcetis eos. Oratio.

DEus, cuius prouidētia in ſui diſpoſitione non fallitur, te ſupplices exoramus vt noxia cuncta ſubmoueas: ⁊ omnia nobis profutura cōcedas. Per.

Ad mag. añ. Non poteſt arbor bona fruct⁹ malos facere: neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere.

DOMINICA NONA.

Secundum Lucam.

IN illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Homo quidā erat diues, qui habebat villicum. Et hic diffamatus eſt apud eum: quaſi diſſipaſſet bona illius, Et reliqua. ca. 16.

Homi. Hieron. presbyt. L. vij.

VIllicus quippe villę gubernator eſt. Iconomus autem tam pecunię, q̄ frugum, ⁊ omnium, quę poſſidet, domin⁹ diſpenſator eſt. Iſte igitur diſpēſator accuſatus eſt ad dñm ſuū, ꝙ diſſipaſſet ſubſtantiam eius. Quo vocato dixit. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuę: neque enim in ea vltra diſpenſabis. Qui dixit in ſemetipſo. Quid faciā, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubeſco. Lect. viij.

Sed diſpenſator iniqui Mammonę dñi voce laudatur, ꝙ de re iniqua ſibi iuſtitiā pręparauerit: ⁊ paſſus diſpendium dñs laudat diſpenſatoris prudētiam: ꝙ aduerſus dominū quidem fraudulēter: ſed pro ſe prudēter egerit: quāto magis Chriſtus, qui nullū poteſt ſuſtinere damnum: ⁊ pronus eſt ad clemētiam: laudabit diſcipulos ſuos: ſi in eos, qui ſibi crediti ſunt, miſericordes fuerint? Ad Ben. aña. Dixit dñs villico, quid hoc audio de te? redde rationē villicationis tuę. haleluiah. Oratio.

Largire nobis dñe q̄s ſpiritū cogitādi, q̄ recta ſunt, propitius, ⁊ agēdi: vt, qui ſine te eſſe nō poſſumus, ſm te viuere valeamus. Per. Ad Mag. aña. Ait autem villicus intra ſe: qd faciam, quia dñs aufert a me villicationē: fodere non valeo: mēdicare erubeſco. ſcio, quid faciam, vt, cum amotus fuero a villicatione, accipiant me in domos ſuas haleluiah.

DOMINICA DECIMA.

Secundum Lucam.

ca. 19. In illo tempore. Cū appropinquaret Jeſus Jeruſalē videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens, Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et reliqua.

Homī. b. Greg. papę. l. vij.

Quod flēte dño illa Jeroſolymorū ſubuerſio deſcribit, q̄ a Tito, ⁊ Veſpaſiano Romanis principibus facta eſt, nullus, q hiſtoriā ſubuerſionis eius legit, ignorat. Romani enim principes denunciantur, cum dicitur: Quia venient dies in te: ⁊ circūdabunt te vndique inimici tui vallo, ⁊ circundabunt te, ⁊ coanguſtabunt te: ⁊ ad terram proſternent te: ⁊ filios tuos, qui in te ſunt. Lectio octaua.

Hoc quoq;, ꝙ additur. Et non derelinquent in te lapidem ſuper lapidem: etiam ipſa iam eiuſdem ciuitatis tranſmigratio teſtatur: quę dū nunc in eodē loco conſtructa eſt, vbi extra portā dñs fuerat crucifixus: prior illa Jeruſalem, vt dicit, funditus eſt euerſa. Cui ex qua culpa euerſionis ſuę pęna fuerit illata ſubiūgit. Eo, ꝙ nō cognoueris tēpus viſitationis tuę. Creator quippe oīum hanc per incarnationis ſuę myſteriū viſitare dignatus eſt: ſed ipſa timoris, ⁊ amoris illius recordata nō eſt. Ad Bñs. an. Cū appropinquaſſet dñs Jeruſalē vi[dens] ciuitatē fleuit ſuper illā, ⁊ dixit: quia ſi cognouiſſes ⁊ tu, quia veniēt dies in te, ⁊ circūdabūt te, ⁊ coanguſtabunt te vndique, ⁊ ad terrā proſternēt te: eo, ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuę. haleluiah. Oratio.

Pateāt aures miſericordię

tuę dñe precibus ſupplicantiũ: ⁊,vt petentibus deſiderata concedas:fac eos,q̃ tibi placita ſũt, poſtulare. Per. Ad mag.añã. Scriptuȝ eſt enim, quia domus mea domus orationis vocabitur:vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum, ⁊ erat quotidie docens in templo.

DOMINICA XI.

Secundum Lucam.

D 18. In illo tempore: Dixit Jeſus ad quoſdã, qui in ſe confidebãt tanq̃ iuſti, ⁊ aſpernabantur ceteros, parabolã iſtã: Duo hoĩes aſcenderunt in templum,vt orarent: vnus Phariſeus,⁊ alter publicanus. Et rel.

Hom. ven. Bedę presby. L. vij.

Superbi cum nequaquam omnia,ſed modicum quid eorũ,quę pręcepta,ſunt faciunt: non ſolum mox de ſua iuſtitia pręſumũt: ſed ⁊ infirmos quoque deſpiciunt:atque ideo,quia fide vacui,cũ orauerint,nõ exaudiuntur. Publicanus autẽ humiliter orans: ad illa pręfatę viduę me[illegible]ra,hoc eſt eccleſię, pertinet,de quibus ſupra dĩ. Deus autẽ non faciet vindictã electorum ſuorum clamãtium ad ſe. Phariſeus aũt merita iactans ad ea,de q̃bus terribilis in concluſione ſentẽtia ſubdit. Verũtamẽ filius hoĩs veniens putas inueniet fidẽ in terra? Phariſeus autẽ ſtans hęc apud ſe orābat. Deus gratias ago tibi,quia non ſum ſicut cęteri hoium,raptores,iniuſti,adulteri,velut et hic publicanus. Quatuor ſunt ſpecies,quibus oĩs tumor arrogantiũ demonſtratur: cũ bonũ, aut a ſemetipſis habere ſe ęſtimãt: aut ſibi datũ deſuper credunt, ſed ꝓ ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putãt. Aut certe,cũ iactãt ſe hẽre,q̃ nõ habẽt deſpectis cęteris: aut ſingulariter videri habere appetunt:q̃ nõ habent.

Ad Bñs.añã Stans a lõge publicanus nolebat oculos ſuos leuare ad cęlũ:ſed percutiebat pectus ſuum dicens:deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. Oratio.

Deus,q̃ oĩpotẽtiã tuã parcendo maxime ⁊ miſerando manifeſtas:multiplica ſuper nos miſericordiã tuã: vt ad tua promiſſa currentes cęleſtiũ bonorũ facias eſſe cõſortes. Per. Ad Mag.añã Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, ⁊, qui ſe humiliat, exaltabitur dicit dñs.

DOMINICA XII.

Secundum Marcum. cap. 7.

In illo tpe: Exiẽs Jeſus de finib⁹ Tyri venit ꝑ Sidonẽ ad mare Galilęę inter medios fines Decapoleos. Et rel.

Hom. vene. Bedę presb. L. vij.

Surdus ille ⁊ mutus, queȝ mirabiliter curatuȝ a dño

modo

modo eum euangelium legeret
audiuimus: genus deſignat hu-
manuz: in his, qui ab errore dia-
bolice deceptionis diuina mere-
tur gratia liberari. Obſurduit
nanqz homo audiendo vite ver
bo, poſtq̃ mortifera ſerpentis ver
ba contra deum tumidus audi
uit. Mutus q laude conditoris
effectus eſt ex quo cum ſeductore
colloquiũ habere pſũpſit. L. viij.

ET merito clauſit aures ab
audiẽda inter angelos lau
de creatoris: quas ad audiendã
eiuſdẽ creatoris vituperationez
ſermonib⁹ hoſtis incautus ape
ruit. Merito clauſit os a predi
canda cum angelis laude crea-
toris: qꝫ velut ad meliorandum
creatoris eiuſdem opus cibi ve-
titi preuaricatione ſuperbus im
pleuit. Ad bñs. aña. Dum trã-
ſiret dñs per medios fines Tyri,
τ Sydonis ſurdos fecit audire,
τ mutos loqui. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
deus: qui abundantia pie-
tatis tue, τ merita ſupplicuz ex-
cedis τ vota: effunde ſuper nos
miſericordiam tuã: vt dimittas,
que conſcientia metuit: τ adij-
cias, qꝫ oratio nõ pſumit. Per.
Ad mag. Aña. Quanto eis pci
piebat, tanto magis plus predi-
cabant, τ eo amplius admira-
bantur dicentes: bene omnia fe
cit, τ ſurdos fecit audire, τ mu-
tos loqui.

D O M I N I C A X I I I.

Secundum Lucam.

IN illo tempore: Di- Ca. 10.
xit Jeſus diſcipulis
ſuis. Beati oculi, q
vident, que vos vi-
detis. Dico enim vobis, quod
multi reges, τ prophete volue-
rũt videre, que vos videtis, τ nõ
viderũt: τ audire, q̃ vos auditis:
τ non audierunt. Et reliqua.
Homi. ven. Bede presbr. L. vij.

NOn oculi ſcribarũ, τ Pha
riſeorum, qui corpus dñi
tantuz videre: ſed illi beati ocu-
li, qui eius cognoſcere poſſunt
ſacramenta, de quibus dicitur: τ
τ reuelaſti ea paruulis: beati
oculi paruulorum, quibus τ ſe,
τ patrem filius reuelare digna-
tus eſt. Dico enim vobis, qꝫ mul
ti reges, τ prophete voluerũt vi-
dere, que vos videtis, τ nõ vide-
runt: τ audire, que vos auditis,
τ non audierunt. Abrahã exul-
tauit, vt videret diem Chriſti: τ
vidit, τ gauiſus eſt. Iſaias quo-
que τ Micheas, τ multi alij
prophete viderunt gloriã dñi: τ
qui propterea videntes ſunt ap
pellati. Sed hi omnes a longe
aſpicientes, τ ſalutãtes pſpeculũ,
τ in enigmate viderũt. L. viij.

APoſtoli autem in preſen-
tiarum habentes dñm: cõ-
ueſcentesqz eiu, que voluiſſent,
interrogando diſcẽtes: nequaq̃ L. 17.
per angelos τ varias viſionum

ſpecies opus habebant doceri. Quos vero Lucas multos prophetas, & reges dicit: Mattheus apertius prophetas, & multos appellat. Ipſi enim ſunt reges magni: quia tentationũ ſuarũ motibus non conſentiendo ſuccumbere: ſed regendo preeſſe nouerunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans eum, & dicens. Magiſter quid faciendo vitam eternam poſſidebo? Legiſperitus, qui de vita eterna dñm tentãs interrogat: occaſionẽ, vt reor, tentandi de ipſis ſermonib⁹ domini ſumpſit: vbi ait. Gaudete autẽ, ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. Ad bñs. aña Homo quidã deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho: & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerũt eum, & plagis impoſitis abierũt, ſemiuiuo relicto. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne ac laudabiliter ſeruiat: tribue queſumus nobis, vt ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per. Ad Mag. Aña Quis tibi videtur proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? & ait: ille, qui fecit miſericordiam in illo: vade, & tu fac ſimiliter.

DOMINICA XIIII.

Secundum Lucam.

ca. 17. In illo tempore: Dũ iret Jeſus in Jeruſalẽ tranſibat ꝑ mediam Samariam, & Galileã. Et cum ingrederetur quoddã caſtellum occurrerunt ei decem viri leproſi. Et reliqua.

Homi. ve. ne. Bede presb. L. xij.

Leproſi non abſurde intelligi poſſunt: qui ſcientiam vere fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abſcondunt imperitiam ſuã, ſed pro ſumma peritia proferunt in lucẽ: & iactantiam ſermonis oſtendũt. Nulla porro falſa doctrina eſt: que nõ aliqua vera intermiſceat. Vera ergo falſis inordinate permiſta in vna diſputatione vel narratione hominis, tanꝗ in vnius corporis colore apparentia, ſignificãt leprã: tanꝗ veris falſiſqꝫ colorũ locis humana corpora variantẽ atqꝫ maculantem. L. iiij.

Hi autem tam vitandi ſunt eccleſie: vt, ſi fieri poteſt, longius remoti magno clamore Chriſtũ interpellent. Unde & apte ſubiũgitur. Qui ſteterunt a lõge, & leuauerũt vocẽ dicẽtes. Jeſu preceptor miſerere nr̃i. Et bene, vt ſaluent Jeſum preceptorẽ nominant. Quia enim in eius verbis ſe erraſſe ſignificant: hũc ſaluãdi humiliter preceptorẽ vocãt. Ad bñs. aña. Dum ingrederet Jeſus quoddã caſtellum occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt a longe, & leuauerunt vocem dicentes, Jeſu preceptor miſe‑

miſerere noſtri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: da nobis fidei, ſpei ⁊ charitatis augmentum: ⁊, vt mereamur aſſequi, quod ꝓmittis: fac nos amare, quod pręcipis. Per. Ad Mag. Añā. Nonne decem mundati ſunt, ⁊ nouem vbi ſunt? non eſt inuentus, qui rediret, ⁊ daret gloriam deo, niſi hic alienigena: vade, quia fides tua te ſaluum fecit. haleluiah.

DOMINICA XV.

Secundum Mattheum.

cap. 6. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duob⁹ dñis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, ⁊ alterum diliget: aut vnū ſuſtinebit, ⁊ alium contemnet. Et reliqua.

Dom. b. Hiero presbyte. L. vij.

Mammona ſermone Syriaco, ⁊ Hebręo diuitię nuncupantur. Non poteſt deo ſeruire, ⁊ Mammonę. Audiat hoc auarus: audiat hoc, qui cēſetur vocabulo Chriſtiano, non poſſe ſimul diuitijs Chriſtoq; ſeruire. Et tamen non dicit: qui habet diuitias, ſed qui ſeruit diuitijs. Qui enim diuitiarum ſeruus eſt: diuitias cuſtodit, vt ſeruus. Qui autem ſeruitutis excuſſit iugum: diſtribuit eas, vt dñs. Ne ſoliciti ſitis animę veſtrę, quid manducetis: aut corpori veſtro, quid induamini. In nonnullis codicibus additū eſt. Neque, quid bibatis. Ergo, qḋ natura omnibus tribuit, ⁊ iumētis, ⁊ beſtijs, hominibus, quoq; commune eſt: huius cura penitus liberamur. Et pręcipitur nobis, ne ſoliciti ſimus, quid comedamus. Et, quia in ſudore vultus pręparatur nobis panis; labor exercendus eſt: ſolicitudo tollenda. Ad b. xiij. Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut, quid bibemus: ſcit enim pr̄ veſter cęleſtis, quid vobis neceſſe ſit haleluiah. Oro.

Cuſtodi, quęſumus dñe, eccleſiam tuam propitiatione perpetua: ⁊, quia ſine te labitur humana mortalitas: tuis ſemper auxilijs ⁊ abſtrahatur a noxijs: ⁊ ad ſalutaria dirigatur. Per dominū. Ad Mag. añā. Quęrite ergo primum regnum dei, ⁊ iuſtitiam ei⁹, ⁊ hec omnia adijcientur vobis. haleluiah.

DOMINICA XVI.

Secundum Lucam.

In illo tēpore: Ibat Jeſus in ciuitatem, quę vocatur Naim: ⁊ ibant cum eo diſcipuli eius, ⁊ turba copioſa. Cum autē appropinquaret portę ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuę. Et reſ. cap. 6.

Dom. vene. Bedę presb. L. vij.

Defunctus hic, q extra portā ciuitatis multis intuētibus

tibus elatus eſt: ſignificat homi-
nem criminum letali funere ſo-
poratum: eãdemq; inſuper ani-
mę mortem, non cordis adhuc
cubili tegentem: ſed ad multoꝝ
notitiã per locutionis operiſve
iudicium quaſi per ſuę ciuitatis
oſtia propalantẽ. Et bene filius
vnicus matris ſuę fuiſſe perhi-
betur: quia licet e multis colle-
cta perſonis vna ſit perfecta &
immaculata virgo mater ſãcta
ecclẽſia: ſinguli tamẽ quiq; fide-
lium vniuerſalis ſe eccleſię filios
rectiſſime fatentur. Lectio viij.
Electus quilibet, quando ad
fidem imbuitur, filius eſt: quan-
do alios imbuit, mater. An nõ
materno erga paruulos augeba
tur affectu, qui ait: Filioli mei,
quos iterum parturio: donec
formetur Chriſtus in vobis.
Portam vero ciuitatis, qua de-
functus efferebat, puto aliquẽ
de ſenſibus eſſe corporeis. Qui
enim ſeminat inter fratres di-
ſcordiam: qui iniquitatẽ in ex-
celſo loquitur: per oris portam
retrahitur mortuus. Qui vide-
rit mulierem ad concupiſcendũ
eam: per oculorum portam ſuę
mortis indicia profert. Qui fa-
bulis ocioſis, obſcęniſve carmi-
nibus, vel detractionibus aurẽ
libenter aperit: hanc animę ſuę
portam mortis efficit: cęteroſq;
qui non ſeruat ſenſus, mortis ſi-
bi ipſe reddit aditũ. ad bñs. aũ.
Ibat Jeſus in ciuitatẽ, q̃ vocat
Naim, & ecce defunct⁹ efferebat
filius vnicus matris ſuę. Oro.
Eccleſiam tuam quęſum⁹
dñe miſeratio continuata
mundet, & muniat: &, quia ſine
te non poteſt ſalua conſiſtere:
tuo ſemper munere gubernet.
Per dñm. Ad mag. Añа. Ac-
cepit aũt oẽs timor: & magnifica
bant deũ dicentes, q̃a propheta
magnus ſurrexit in nobis: & q̃a
deus viſitauit plebem ſuam.

DOMINICA XVII.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Cũ ca. 14.
intraret Jeſus in do
mum cuiuſdã prin-
cipis Phariſęorum
ſabbato manducare panem: &
& ipſi obſeruabant eum: Ecce
quidam homo hydropicus erat
ante illum. Et reliqua.
Hom. ven. Bedę presby. L. vij.
Hydropis morb⁹ ab aquoſo
humore vocabulũ trahit.
Gręce enim hydor aqua vocat.
Eſt aũt humor ſubcutaneus de
vitio veſicę nat⁹ cũ inflatiõe tur-
gente & anhelitu fętido. Pro-
priũq; hydropici eſt: quãto ma-
gis abũdat humore inordinato,
tãto ampli⁹ ſitire. Et ideo recte
cõparat ei, quẽ flux⁹ carnaliũ vo
luptatũ exuberãs aggrauat. Cõ-
parat ẽt diuiti auaro, q quãto co
pioſior ẽ diuitiis, qb⁹ nõ bñ vtit:
tãto ardẽti⁹ talia concupiſcit. L. 8.

Et reſpondens Ieſus dixit ad legiſperitos: & Phariſeos: Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt quod dī Ieſus reſpondiſſe ad hoc reſpicit, q̄ premiſſū eſt: & ipſi obſeruabant eum. Dñs enim nouit cogitationes hominum. Sed merito interrogati tacent: qui contra ſe dictum ğcquid dixerint vident. Nam ſi licet ſabbato curare: quare ſaluatorem an curet obſeruant? Si non licet: quare ipſi ſabbato pecora curant? Ipſe vero apprehēſum eum ſanauit, ac dimiſit.

Ad bñs. Añа. Dixit Ieſus ad legiſperitos, & Phariſeos, ſi licet ſabbato curare hominem: at illi tacuerūt: ipſe vero apprehēſum hydropicum ſanauit eum, ac dimiſit, halleluiah. Oratio.

Tua nos q̄s dñe gratia ſemper preueniat, & ſequatur: ac bonis operibus iugiter p̄ſtet eſſe intentos. Per dominum. Ad mag. añа. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco: vt dicat tibi, qui te inuitauit, amice aſcende ſuperius: & tunc erit tibi gloria coraꝫ ſimul diſcumbentibus halañ.

FERIA QVARTA quatuor temporum.

Secundum Marcum.

cap. 9. In illo tēpore: Rñdens vnꝰ de turba dixit ad Ieſū: Magiſter attuli filiuꝫ meū ad te habentē ſpiritum mutum. Et reliq.

Homilia lectionis eiuſdem

Dæmon iſte ſurdus & mutꝰ eſt. Surdus inquantū nō vult ſermones dei audire. Mutus vero inquantum non vult alios, q̄ condecens eſt docere. Peccator autē ſpumat ſtultitia: ſtridet iracūdia: areſcit ignauia. Diſcerpit autē ſpiritus ap prop inquantes ad ſalutem: & ſimiliter, quos in ventrem ſuum trahere deſiderat: diſcerpit per terrores & dāna, vt fecit in Iob. Sępe autem, dum conuerti ad dominū poſt peccata conamur: & maioribus nouiſq; antiqui hoſtis pulſamur inſidijs. L. viij. Quod facit, vt vel odium virtutis incutiat: vel expulſionis vindicet iniuriaꝫ. Velut autem mortuus oſtendit: q a maligni ſpiritus poteſtate liberat. Quia quiſquis iā terrena deſideria ſubegit: vitā in ſe carnalis conuerſationis extinguit: mundo mortuus apparet. Per hoc autem, q̄ ab infantia vexatus eſt: ſignificatur gētilis populus, cui a natiuitate increuit cultus inutilis idolorū: vt ſtulte immo[l]et filios ſuos dęmonijs. Unde ſequitur, q̄ frequēter in ignē, & aquā enim miſit. Alij enim de gentilibus ignē venerabant: alij aquā. Vel in hoc dęmoniaco ſignificātur, q originalis culpę reatu veniunt in mūdū per Chriſti gratiam ſaluandi. Ignis enim ad

feruorem iracundię referendus eſt: aqua ad voluptates carnis: quę diſſoluere mentem per delicias ſolent. Oratio.

Miſericordię tuę remedijs quęſum[us] domine fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt, quę ſua cõditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dñm.

Hęc oratio ſolũ dicat ad matu. & ad miſſã. Ad horas dicat oratio dñicalis: & ſic fiat in vj. fer. & ſabbato. cętera õia fiãt ſm feriam.

FERIA SEXTA.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Rogabat Ieſum quidã Phariſęus, vt mãducaret cũ illo. Et ingreſſus domũ phariſęi diſcubuit. & rel.

Hom. B. Gregorij. Lectio vij.

Quid fratres vnguẽtũ niſi bonus odor opinionis exprimitur? Si igitur recta opera agimus: quibus opinione boni odoris eccleſiã reſpergamus: qd in dñi corpore niſi vnguentum fundim[us]? Sed ſecus pedes mulier ſtetit. Cõtra pedes enim dñi ſtetim[us]: cum in peccatis poſiti eius itineribus renitebamur. Sed ſi ad verã penitentiã poſt peccata cõuertimur: iã retro ſecus pedes ſtamus: quia eius pedes ſequimur, quem impugnabamus. Defer igit & tu poſt peccata penitentiam, & vbicunque audieris Chriſti nomẽ accurre, In cuiuſcunq; interiorem domum Ieſum intereſſe cognoueris: & ipſe feſtina. Lectio viij.

Cum reperaris ſapientiã: cum reperaris iuſtitiam in alicuius penetralibus recumbentem: accurre ad pedes, hoc eſt vel extremã partem quęre ſapientię: lachrymis cõfitere delicta. Et fortaſſe ideo Chriſtus nõ lauit pedes ſuos: vt eos lachrymis nos lauemus. Lachrymis pedes dñi rigamus: ſi quibuſlibet vltimis membris dñi per cõpaſſionem inclinemur. Capillis pedes dñi tergimus: qñ ſanctis eius, quib[us] ex charitate cõpatimur, ex his, quę nobis ſuperfluunt, impartimur. Oſculamur pedes etiam redemptoris, cum myſterium incarnationis eius ex toto corde diligimus. Oratio.

Preſta quę omnipotens deus, vt obſeruatiões ſacras annua deuotione recolentes & corpore tibi placeamus & mente. Per.

SABBATO.

Secundum Lucam.

In illo tpe: Dixit Ieſus ſimilitudinẽ hãc ca. 13 Arborẽ fici habebat quidã plantatã in vinea ſua: & venit quęrens fructũ in ea: & non inuenit. Et reliq.

Homilia Lect. ix. eiuſdem.

Arbor ficulnea gen[us] humanum eſt. Prim[us] enim homo, qui peccauit: foliis ficulneę

ſe velauit: hoc eſt membra, vnde nati ſumus. Sed et quiſque noſtrum ficus eſt in vinea dei: hoc eſt in eccleſia, vel in hoc mundo plantata: Tertio autem dñs ad ficulneam venit: quia naturam generis humani ante legem: ſub lege: ſub gratia: expectando: admonendo: viſitando requiſiuit. Sed in tribus annis fructum ſe non inueniſſe cõqueritur: quia quorundam prauorum mentes nec inſpirata lex naturalis corrigit: nec precepta erudiunt: nec incarnationis eius miracula cõuertũt. Tertio etiã natura fructum petita nõ tribuit. Semel quidem, cum in paradiſo preuaricati ſumus preceptum. Secũdo, cum in lege vitulum conflauerunt. Tertio cum ſaluatorem genuerunt. Lectio octaua.

Sed et triennium intelligendũ eſt pro tribus etatibus: puerili: virili, et ſenili. Sed cum magno timore audiendum eſt, quod dicitur, Succide eam: vt quid terram occupat? Vnuſquiſqz enim ſecundum modum ſuum: inquantum locum preſentis vite tenet: ſi fructum bone operationis non exhibet: velut arbor terram occupat: quia in eo loco, in quo ipſe eſt, et alijs operandi occaſionem negat. Myſtice autẽ hoc ſignificat ficulnea infructuoſa, quod mulier incuruata. Humana enim natura ad peccatũ ex volũtate corruens: quia fructũ obediẽtie ferre noluit: ſtatũ rectitudinis amiſit. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus, qui per continentiã ſalutarem et corporibus mederis et mentibus: maieſtatem tuã ſuppliciter exoramus, vt tua ieiunantium deuotione placatus, et preſentia nobis ſubſidia prebeas, et futura. Per dominum.

DOMINICA XVIII.

Secundum Mattheum.

IN illo tẽpore: Phariſei audientes, quod Ieſus ſilentium impoſuiſſet Sadduceis: cõuenerunt in vnum. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor: tentans eum. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Et reliqua.

Hom. B. Iohannis epiſcopi.

COnuenerunt, vt multitudine vincerẽt: quem ratione ſuperare non poterant. A veritate ſe nudos eſſe profeſſi ſũt, qui multitudine ſe armauerũt. Dicebant enim apud ſe. Vnus loquatur pro omnibus: et omnes loquamur per vnũ: vt, ſi quidẽ vicerit, omnes videamur victores: ſi autem victus fuerit, vel ſolus videatur confuſus. L. viij.

O Pharisei, qui omnia propter homines cogitatis, et facitis: primum quidem venientes cũ vno vincendi eſtis per vnum. Tamẽ

pone

tamen pone, quod vno vicio: homines non intelligant omnes vos esse viciosos: nunquid cõsciẽtię vestrę nõ sentiunt se esse cõfusas? Deus est enim ei consolatio, qui in seipso confusus est, quod ab alijs ignoratur. Magister quod est mandatum magnum in lege? Magistrum vocat, cuius non vult esse discipulus. Simplicissimus interrogator, & malignissimus insidiator. De magno mãdato interrogat, qui nec minimum obseruabat. Ille enim debet interrogare de maiore iusticia: qui minorem impleuit. Ad Benedictus. añ. Magister quod est mandatum magnum in lege? ait illi Jesus: diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo. halleluia. Oratio.

DA, quę sumus domine, populo tuo, diabolica vitare contagia: & te solum deum pura mente sectari. Per dñm. Ad Magnificat. Antiphona. Quid vobis videtur de Christo: cuius filius est? dicũt ei omnes, Dauid. dicit eis Jesus: quomodo Dauid in spiritu vocat eum dominum dicens? dixit dñs domino meo, sede a dextris meis?

DOMINICA XIX.

Secundum Mattheum. cap. 9.

IN illo tpe: Ascẽdẽs Jesus in nauiculã trãsfretauit, & venit in ciuitatẽ suã. & re.

Hom. b. Johannis epi. Lect. vij.

CHristus ecclesię nauem, seculi fluctus semper mitigaturus, ascendit: vt credentes in se ad cęlestem patriam tranquilla nauigatione perducat, & municipes ciuitatis suę faciat, quos humanitatis suę fecit esse consortes. Non ergo Christus indiget naui, sed nauis indiget Christo: quia sine cęlesti gubernatore nauis ecclesię per mundanum pelagus: per tanta & tanta discrimina ad cęlestem portũ non valet peruenire. Ascẽdẽs, inquit, in nauiculam: transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Creator rerum orbis terrę dominus postea quam se propter nos nostra angustauit in carne: cepit humanam habere patriã: cępit ciuitatis Judaicę esse ciuis: parentes habere cępit, parentum omnium ipse parens: vt inuitaret amor: attraheret charitas: vinceret affectio: suaderet humanitas: quos fugarat dominatio: metus disperserat: & fecerat vis potestatis extorres: venit in ciuitatem suam. Et obtulerunt ei paralyticum iacẽtem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum dixit paralytico, Confide filij: remittuntur tibi peccata tua. Bñdictus. añ. Dixit dominus paralytico, confide fili: remittuntur tibi peccata tua. halleluiah. Oratio.

Irrigat corda nostra quæ domine tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per. Ad Mag añ. Videntes autem turbe: timuerunt: & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

DOMINICA VIGESIMA Secundum Matheum.

In illo tempore: Dicebat Jesus turbis parabolam hanc, Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Et reliqua. Hom. B. Gregor. Papæ. L. vij.

Querendum nobis prius est an apud Matheum ipsa sit lectio, quæ apud Lucam sub appellatione cenæ describitur. Et quidem sunt nonnulla, quæ sibi dissona esse videntur: quia hic prandium: illic cena memoratur. Hic, qui ad nuptias non dignis vestibus intrauit, repulsus est: illic nullus, qui intrauit, repulsus esse perhibetur. Qua ex re, recte colligitur, quod hic per nuptias præsens ecclesia: illic per cenam æternum, & vltimum conuiuium designatur: quia & hanc nonnulli exituri intrant: & ad illud quisquis semel intrauerit, vlterius non exibit. Lectio octaua.

Et si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem: ego melius puto, salua fide alieno intellectum cedere, quam contentionibus deseruire: quoniam & intelligi congrue forsitan potest, quia de protecto eo, qui nuptiali veste non venerat: quod Lucas tacuit: Matheus dixit. Quod vero per illum cena, hunc autem prandium dicit: nequaquam vel hoc nostræ intelligentiæ obsistit: quia, cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret: ipsum quoque prandium cena vocabatur. Ad Bne. añ. Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui: venite ad nuptias, haleluiah. In hor. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in se. Ad Magnificat. Antiphona. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed, qui inuitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. halah.

DOMINICA XXI. Secundum Johannem.

In illo tempore. Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. & reliqua.

Homilia beati Gregorij Pape. Lectio ſeptima.

HOc nobis ſolummodo fratres de ſancti euangelij expoſitione video eſſe requirendũ cur is, qui ad ſalutem petendã venerat, audiuit: niſi ſigna ⁊ prodigia videritis, nõ creditis. Qui enim querebat ſalutẽ filio: proculdubio credebat. Neq3 enim ab eo quereret ſalutem: quem non crederet ſaluatorẽ. Quare ergo dicitur, niſi ſigna ⁊ prodigia videritis, non creditis: cum ante crediderat, quam ſignum videret? Sed mementote, quid petijt: ⁊ aperte cognoſcetis, quia in fide dubitauit. **Lectio octaua.**

POpoſcit nanque, vt deſcenderet, ⁊ ſanaret filiũ eius. Corporalem ergo preſentiam domini Regulus querebat, qui per ſpiritum nuſquam deerat. Minus itaq3 in illum credidit, quem non putauit poſſe dare ſalutem, niſi preſens eſſet, ⁊ corpore. Si enim perfecte crediſſet proculdubio ſciret, quia nõ eſſet locus, vbi nõ eſſet deus. **Ad bñs aña.** Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum: hic cum audiſſet, quia Jeſus adueniret in Galileam, rogabat eum, vt deſcenderet, ⁊ ſanaret filium eius. **Oratio.**

LArgire, queſumus domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus ⁊ pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offenſis, ⁊ ſecura tibi mente deſeruiant. Per. **Ad mag. aña.** Cognouit autem pater, quia illa hora erat, in qua dixit Jeſus: filius tuus viuit, ⁊ credidit ipſe, ⁊ domus eius tota.

DOMINICA XXII.

Secundum Mattheum. ca. 18.

IN illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Simile eſt regnum celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et reliqua.

Homilia beati Johannis epiſcopi. Lectio ſeptima.

FAmiliare eſt Syris: ⁊ maxime Paleſtinis ad omnem ſermonem ſuum parabolas iungere: vt, quod per ſimplex preceptum teneri, ab auditoribus nõ poteſt, per ſimilitudinẽ ⁊ exemplum teneatur. Precepit itaq3 dominus Petro ſub comparatione regis ⁊ domini ⁊ ſerui, qui debitor decem millium talentorum a domino rogans veniam impetrauerat: vt ipſe quoque dimittat cõſeruis ſuis minora peccantibus. **Lectio octaua.**

SI enim ille rex ⁊ dominus ſeruo ſuo debitori decem millium talentorum tam facile dimiſit, quanto magis ſerui conſeruis ſuis debent minora dimittere? Quod vt manifeſtius fiat, dicamus ſub exemplo. Siquis veſtrum

ſtrum

ſtrum commiſerit adulterium, homicidium, ſacrilegium, maiora crimina, decem millia talentorum rogantibus dimittuntur: ſi & ipſe dimittat minora peccantibus. Ad Bñs Aña. Dixit autem dominus ſeruo, redde, quod debes: procidens autem ſeruus ille rogabat eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Oratio.

Familiam tuam, quæſumus domine, continua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera: & in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per dominum. Ad mag. Aña. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? haleluiah.

DOMINICA XXIII.

Ca. 22. Secundum Matthæum.

In illo tempore: Abeuntes Phariſæi cõſiliũ inierunt, vt caperent Jeſum ĩ ſermone. Et reliqua. Homilia Iohannis Chryſoſt. Lectio ſeptima.

Abierunt, & conſilium acceperunt. Quo abierunt? Ad Herodianos. Nam ex eo, quod non dicit, conſiliati ſunt, ſed conſilium acceperunt: & ex eo, quod pariter cum Herodianis venerunt: apparet, quia cum illis eiuſmodi circumuentionis conſilium tractauerunt. Homines coloni, cuius terram poſſident, eius auxilio opus habent. Qui iuſtitiam tenet: nullius patrocinii indiget, niſi dei. Qui in diaboli iniquitatib' ambulat: diaboli adiutorium neceſſarium habet. Coloni enim dei auxilium diaboli non requirunt: colonus autem diaboli auxilium dei non requirit. & ſi quærit non inueniet. Vidiſti aliquem ad furtum euntem deum orare: vt bene proſperetur in furto. Lectio octaua.

Aut, qui vadit ad fornicationem: ſignum crucis ſibi ponit in fronte, vt non comprehendatur in crimine? Quod ſi fecerit non ſolum non iuuatur: ſed amplius traditur: quia neſcit iuſtitia dei patrocinium dare criminibus. Sic & iſti Chriſtum expugnare cupientes: conuenienter non ad ſeruos dei viros religioſos: ſed ad gentiles, id eſt Herodianos, ſe contulerunt. Quale conſilium tales & conſiliatores. Quis autem poterat dare conſilium contra Chriſtum, niſi diabolus, qui erat aduerſarius Chriſti? Ad Bñs aña. Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces. haleluiah. Oratio.

Deus refugium noſtrum & virtus: adeſto piis eccle-

re tuę precibus auctor ipſe pietatis, & preſta, vt, quę fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum. Ad mag. Aña. Reddite ergo, quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quę ſunt dei deo. haleluiah.

DOMINICA XXIIII.

p. 9. Secundum Matthęum.

In illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum dicens: Domine filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, & impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Et reliqua.

Homilia venerab. Bedę presbyteri. Lectio ſeptima.

Octauum ſignum eſt, in quo princeps ſuſcitari poſtulat filiam ſuam: nolens de circuncisionis verę miniſterio excludi. Sed ſubintrauit mulier ſanguine fluens & octauo ſanatur loco: vt principis filia de hoc excluſa numero veniat ad nonum, iuxta illud, quod in pſalmo dicitur: Æthiopia pręueniet manus eius Deo. Et cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus erit. Et ecce mulier, quę ſanguinis fluxum patiebatur xij annis acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Lectio octaua.

In euangelio ſecundum Lucam ſcribitur, quod filia principis xij annos haberet ętatis. Nota ergo, quod eo tempore hęc mulier, ideſt gentium populus, cępit ęgrotare, quo genus credidit Iudęorum. Niſi enim ex comparatione virtutum, vitium non oſtenditur. Hęc autem mulier ſanguine fluens, nō in domo, non in vrbe accedit ad dominum, quia iuxta legem ab vrbibus excludebatur: ſed in itinere ambulante domino: vt dum pergit ad aliam, alia curaretur: vnde dicunt & apoſtoli: vobis quidem prius oportebat pṙedicare verbum dei: ſed quoniam indignos vos iudicaſtis ſalute, tranſgredimur ad gentes. Dicebant enim intra ſe: Si tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius ſalua ero. Ad benedictus antiphona. Loquēte Ieſu ad turbas, ecce princeps vnus acceſſit ad eum, & adorauit eum, dicens, domine filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, & impone manum tuam ſuper ea, & viuet, haleluiah. Oratio.

Excita quęſumus domine potentiam tuam, & veni: & quod eccleſię tuę promiſiſti, vſque in finem ſeculi clementer operare. Qui viuis. Ad Magnificat antiphona. Dicebat enim intra ſe: ſi tetigero fimbriam veſtimenti eius tantum ſalua ero.

DO-

DOMINICA XXV.

cap. 6. Secundum Iohannem.

In illo tempore: Cum ſubleuaſſet Jeſus oculos, et vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad Philippum. Unde ememus panes, vt manducent hi? Et reliqua.

Hom. venerab. Bede presbyt.

Quod ſubleuaſſe oculos Jeſus, et venientez ad ſe multitudinem vidiſſe perhibetur: diuine pietatis indicium eſt: quia videlicet cunctis ad ſe venire querentibus gratia celeſtis miſericordie occurrere ↄſueuit. Et, ne querendo errare poſſint, lucē ſui ſpiritus aperire currētibus ſolitus eſt. Nam quod oculi Jeſu dona ſpiritus eius myſtice dēſignēt: teſtatur in Apocalypſi Johannes, qui figurate loquens de illo ait: Uidi agnuz ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, et oculos ſeptez: qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnem terram. Lectio octaua.

Quod autem Philippum tentat dominus: prouida vtiqȝ diſpenſatione facit: non, vt ipſe que non erat, diſcat: ſed, vt Philippus tarditatē fidei ſue, quam magiſtro ſcientie ipſe neſciebat, tentatus agnoſcat: et miraculo facto caſtiget. Necȝ eniz dubitare debuerat preſente rerū creatore: qui educit panez de terra, et vinū letificat cor hominis ſi paucorum denariorū panes ſufficere turbarum millibus non poſſe: vt vnuſquiſqȝ ſufficienter acciperet, et iaz ſaturatus abiret. Ad Bñs aña. Cum ſubleuaſſet oculos Jeſus, et vidiſſet maximā multitudinem venientem ad ſe: dixit ad Philippum, vnde ememus panes, vt manducent hi? hoc autem dicebat tentans euz: ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus. Oratio.

Excita, que ſumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructuz propenſius exequentes: pietatis tue remedia maiora pcipiant. Per. Ad Mag. aña. De quinqȝ panibus, et duobus piſcibus ſatiauit dñs quinqȝ millia hominum.

DOMINICA proxima ante aduentum domini fiat duplex feſtum de commemoratione reſurrectionis dominice ſecundum vſuz et conſuetudinem approbataz eccleſie ſepulchri Jeroſolymitani, ab antiquis patribus approbataz. Sabb. ad veſpe. aña Bñs. Ps. Ipſum 61. et ceł. ad ceteros, niſi ipſa die fuerit feſtuz duplex: quia tunc añe, et pſ. erūt de illo feſto. Cap. Chriſtus reſurgens ex mortuis. R. Dum tranſiſſet. Hym. Chorus noue Jeru. V. Surrexit dominꝰ de ſepulchro. Ad Mag. aña. Ueſpere autez ſabbati, que luceſcit

in prima ſabbati: venit Maria Magdalenę, & altera Maria videre ſepulchrum. hal. Oratio.

PReſta quęſumus omnipotés & miſericors de⁹: vt in reſurrectione domini noſtri Jeſu Chriſti percipiam⁹ veraciter portionem. Per eundem. Benedicam⁹ dño, cũ duplici Hal. Hic nulla fit memo. niſi ſolum de feſto, ſi aliquod occurrat: put in rubr. de in anno poſitum eſt. Ad comple. aña. Miſerere. ps. Cum inuoc. 2. Cap. Tu in nobis. Hym. Saluator. ℣. Cuſtodi. Ad nunc di. añ. Hal. Reſurrexit dominus. hal. ſicut dixit võbis halah, hal. Kyrie el. Chriſte el. &c. Ad mat. inuit. Hal. Surrexit. Dominus vere. hal. ps. Venite. Hym. Aurora. Require i Dominica j. poſt Paſcha. in fine non dicatur ℣. Quęſumus auctor. ſed tantum. Gloria tibi domine, qui ſurrexi. & idẽ fiat in alijs hym. In j. noct. añ. Ego ſum, qui ſum, & conſilium meuz non eſt cum impijs: ſed in lege domini voluntas mea eſt. hal. ps. Beatus vir. 2. Aña. Poſtulaui patrem meum. hal. dedit mihi gentes. hal. in hęreditatez ſibi. halah. ps. Quare fre. 1. Aña. Ego dormiui & ſomnum cepi: & reſurrexi, quia dominus ſuſcepit me. halah. halah. ps. Domine quid. 2. ℣. Reſurrexit dñs.

L. ec. vj. de ſermone beati Aug. Sermo beati Auguſt. epi. L. j.

HÆc feſtiuitas dei, fratres chariſſimi, ſacro myſterio cognita, ſacramenti virtutez dominicę reſurrectionis per angelos indicat: per populos manifeſtat: per corda credentium bona multiplicat: hęc igitur dies eſt, quam fecit dominus, excelſior cunctis: dulcior vniuerſis. R. Maria Magdalene, & altera Maria ibant diluculo ad monumentum, Jeſum, quem quęritis, non eſt hic: ſurrexit, ſicut locutus eſt. Pręcedet vos in Galilęam: ibi euz videbitis. hal. hal. ℣. Cito euntes dicite diſcipulis eius, & Petro, q͂a ſurrexit dñs. Pręcedet in vos. Lectio ij.

SIc ergo dies reſurrectionis Chriſti defunctis vita: peccatoribus venia: ſanctis gloria eſt. Sic quidem operatione virtutum eleuatur de imis: ſuſcitatur de terrenis: collocatur in excelſis. Conſummat iuſtos: firmat dubios: damnat incredulos. R. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis dominum: quia, quem quęrebam, apparuit mihi. Et dum flerem ad monumentuz, vidi dñm meuz. hal. ℣. Tulerunt dominum meum: & neſcio vbi poſuerunt euz: ſi tu ſuſtuliſti eũ, dicito mihi. Et. L. iij.

AD hoc enim dominus reſurrexit: vt imaginem nobis

bis futurę reſurrectionis oſtenderet. Et ideo, vt in tali lauacro reſurgens populus ad inſtar reſurrectionis eccleſiam noſtram ſplendore niuei candoris illuminat. ℟. Tulerunt dominũ meũ, ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum: ait illi angelus noli flere Maria, ſurrexit, ſicut dixit: Precedet vos in Galileam: ibi eum videbitis. halah, halah. ℣. Cito euntes dicite diſcipulis eius: ⁊ Petro, qa ſurrexit dominus. Precedet. Gloria. Hala. In ij. noc. Aña. Crucifixus ſurrexit a mortuis: redemit nos. halah, halah. ℣. Cum inuocar. 2. Añ. Crucem ſanctam ſubijt, qui infernum confregit: accinctus eſt potentia: ſurrexit die tertia. halah. ℣. Verba mea. 2. Aña. Surgens Jeſus mane prima ſabbati apparuit primo Marię Magdalenę: de qua eiecerat ſeptem dęmonia. haleluiah. ℣. Domine dominus noſter. 3. ℣. Surrexit dominus vere. Lectio iiij.

Gratias deo noſtro agere debemus: qui, dum ſanctę paſchę ſolennitatem colimus: ⁊ futurę reſurrectionis ſpeciem iam videmus. Reſurrectione enim eius humanum genus reſurget in ſeculi conſummatione poſt mortem: nunc autem reſurgit in baptiſmate. ℟. Expurgate vetus fermentum: vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azimi: etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaqꝫ epulemur in domino. haleluiah. ℣. Non in fermento malitię, ⁊ nequitię: ſed in azimis ſynceritatis ⁊ veritatis. Itaque. Lectio quinta.

Suſcitandus eſt tunc dei populus poſt ſoporem: nunc ſuſcitatur ab infidelitate. Liberandus eſt tunc a mortali conditione: nũc liberatur ab oĩ ignorantię cęcitate. Renaſciturus eſt ad ęternitatem: nunc naſcitur ad ſalutem. ℟. Surgens Jeſus dominus noſter, ⁊ ſtans in medio diſcipulorum ſuorum dixit eis, pax vobis halah. Gauiſi ſunt diſcipuli. hal. ℣. Surrexit dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. Gauiſi. Lectio ſexta.

Diem iſtum inter ceteros dies dominus ſpecialiter fecit: exultemus, ⁊ letemur in eo. Admoue diligenter Judeę crudelis ſepulchrum: adijce cuſtodias militum: manda vigiles: vt probes mortuum, quem noluiſti cognoſcere viuum. Jam ſurrexit: iam in cęlos aſcendit, iam glorificatus eſt propter nos: qui ſe ipſum humiliauerat propter nos. ℟. Dum tranſiſſet ſabbatum, Maria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi, ⁊ Salome emerunt aromata: Ut venientes vngerent Jeſum. haleluiah. ℣.

℣. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentũ orto iam Sole. Ut. Gloria. Hal'. In iij. noc. aña. Surrexit dominus de ſepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. hal'. ps. In domino confi. 4. Aña. Surrexit Chriſtus, ⁊ illuxit populo ſuo, quẽ redemit ſanguine ſuo. hal'. ps. Dñe quis. 4. Añ. Poſt paſſionem domine factus eſt conuentus, quia non eſt inuentum corpus eius in monumento: lapis ſuſtinuit perpetuam vitam: monumentum reddidit cęleſtẽ Margaritam. hal. ps. Dñe in vir. 7. ℣. Surrexit dñs de ſepul. Lect. tres de euangelio. Maria Magdalene. Require i die ſancto Paſche: ⁊ illa tria ℞ia. ſ. ℞. Angelus domini deſcendit. ℞. Angelus domini locut⁹ eſt. ℞. Et valde mane. ps Te deũ lau. Sacer. ℣. In reſurrectione tua Chriſte. In laud. aña Angelus autẽ domini. ps. Dominus reg. ec. ad ceteros. cap. Chriſtus reſurgens ex mortuis. Hym Sermone blando. ℣. Gauiſi ſunt diſcipul. Ad Bñs aña. Et valde mane. Oratio. Deus, qui per vnigenitum. Ad j. an. Angelus autem. ps Deus in nomine. ps Confitemini. ps. Beati imma. ps. Retribue. ps Quicũq;. Cap. Domine miſerere. ℞ Jeſu Chriſte. cum duplici Hal'ah. ℣. Qui ſurrexiſti. Et dicantur omnia reſponſoria cum Hal'ah. Similiter ⁊ reſponſiones verſiculorum quorumcunque, qui ſunt de reſurrectione, terminentur cum Haleluiah. Ad iij. aña. Et ecce terręmo. Capit. Chriſtus re. ex. ℞. Reſurrexit dominus. Oratio. Deus, qui per vnigenitum. Ad vj. an. Erat autem aſpectus eius. Cap. Chriſtus ſemel pro peccatis. ℞. Surrexit domin⁹ vere. Oratio. Preſta quęſumus omnipotens, ⁊ miſericors deus, vt in reſur. Ad ix. aña. Reſpondens autem. Cap. Mortui enim eſtis. ℞ Surrexit dominus de ſepulchro. Oro. Preſta quęſumus omnipotẽs, ⁊ miſericors deus: vt, qui gratiam. Ad veſpe. aña Angelus autem do. ps. Dixit dominus, ⁊ cęt. ad ceter. pſal. dominicę. Cap. Chriſtus reſur. ex mor. ℞. Et valde mane. Hym. Ad cęnam agni. ℣. Mane nobiſcum domine. Ad Mag. ana. Et reſpicientes vi. Oratio. Preſta quęſumus omnipotens deus, vt, qui feſta paſc. Complet. vt ſup. de reſur. Poſt hanc commemo. vſq; ad aduen. fiant memo. conſuetę ad veſper. ⁊ ad matut. per omnia, vt prius.

O F F I C I V M

dedicationis eccle. in primo anno inchoandum eſt in miſſa. In hora vero, quę ſequitur miſ. ⁊ deinceps in omnibus horis vſq;

ad

ad compl. ſequentis diei fiat offi
cium totum duplex ſic, quod pri
me veſp. dedica. ſint in ipſa die,
qua fit dedicatio: et i nocte ſeqnte
mat. cū ix. lec. et i craſtino veſp. ii.
Octaua vero ſi celebrāda fuerit
in hoc primo anno celebrabitur
reuoluta hebdo. eo die, quo dedi
catio facta fuerit: et oratio **Deus
qui inuiſibiliter.** tam in die, q̄ p
octauam, preterq̄ ad primam, et
ad complet. ad omnes horas di
catur; qn̄ de ipſa dedicatione fit
officium. Secundo autem anno
et deinceps ſingulis annis in an
niuer ario dedicationis fiat offi
cium, ſicut in toto duplici cum
oratione. **Deus, qui nobis.**
Et oct. celebrantur, preterquam
in aduentu. et deinceps vſque ad
oct. Epiph. et in ſeptuageſima, et
deinceps vſque ad oct. paſche: et
in diebus rogationū, et deinceps
vſq; ad dominicam. **Deus oiuz.**
Quando autē octaue non fiunt,
tunc infra octa. non fiat memo
ria de dedicatione. Quod, ſi hoc
feſtum infra oct. alicuius ſancti
euenerit durantibus oct. de ſan
cto, fiat memoria de oct. dedica
tio fratres de conuentu, in quo
feſtum huius celebratur tam in
tus, quam extra faciant officiuz
de dedicatione. Fratres etiam
hoſpites dum ſunt preſentes in
cōuentu aliquo faciant officiū,
ſicut fit in conuentu, taz de feſto
dedicationis, quaz de aliis, quā
uis per ordinem generaliter nō
fiat. Poſtq̄ vero receſſerunt de
cōuentu redeant ad offi. cōſue.

IN DEDICATIONE
eccleſie: et in anniuerſario eiuſdē
totum dē duplex. Ad veſpe. ſu
per pſ. aña. Sanctificauit domi
nus tabernaculuz ſuum: hec eſt
domus dei, in qua inuocetur no
men eius, de quo ſcriptum eſt:
erit nomen meuz ibi, dicit domi
nus. pſ. Letatus. 56. Aña. Do
mus hec ſancta Jeruſalez ciuitas
dei noſtri, et congregatio cele
ſtium angelorū eſt. pſ. Qui cō
fi 56. An. Glorioſum et terribi
le nomen tuum domine et edifi
candi domum in vniuerſa terra
magnus dominus, quia exalta
tum eſt nomen eius ſolius: bea
ti, qui habitant in domo tua do
mine, in ſeculum ſeculi lauda
bunt te. pſ. Niſi dominus. 57.
An. Benedictus es domine in
templo ſancto glorie tue: quod
edificatum eſt ad laudem et glo
riā nominis tui domine. pſ. Cō
fiteb. ii. 46. An. In dedicatione
huius templi laudate deum om
nis militia celorum: et omnis ter
ra laudet nomē domini, quia e
xaltatum eſt nomen eius ſolius.
pſ. Lauda Jeru. Capitulum.
Vidi ciuitatē ſanctā Jeru
ſalē nouā deſcēdētē de ce
lo a deo paratā, ſicut ſpōſā ornatā
viro ſuo. R. Terribil. Hy.
Vrbs beata Jeruſalem di
cta

eta pacis viſio: quę conſtruitur in cęlis viuis ex lapidibus: & angelis coronata, vt ſpōſata comite. Noua veniens de cęlo nuptiali thalamo pręparata, vt ſponſata, copulata domino: plateę & muri eius ex auro puriſſimo.

Portę nitent margaritis aditis patentibus: & virtute meritorum illuc introducitur: omnis, qui pro Chriſti nomine hic in mundo premitur.

Tunſionibus preſſuris expoliti lapides: ſuis coaptantur locis per manū artificis: diſponuntur permanſuri ſacris ędificijs.

Gloria, & honor deo vſquequo altiſſimo: vna patri, filioque, inclyto paraclito: cui laus eſt & poteſtas per ęterna ſecula. Amen.

℣. Domum tuam domine decet ſanctitudo. ℟. In longitudine dierum. Ad Mag. Antiphona.

O quam metuendus eſt locus iſte vere non eſt hic aliud, niſi domus dei, & porta cęli.

In primo anno. Oratio.

Deus, qui inuiſibiliter omnia contines: & tamen pro ſalute generis humani ſigna tuę potentię viſibiliter oſtē dis: templum hoc potentia tuę habitationis illuſtra: vt omnes, qui huc deprecaturi conueniūt: ex quacunque tribulatione ad te clamauerint conſolationis tuę beneficia conſequantur. Per.

In ſ anno & deinceps. Oratio.

Deus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem, & ſacris ſemper myſterijs repręſentas incolumes: exaudi preces populi tui, & pręſta, vt quis hoc templum beneficia petiturus ingreditur cuncta ſe impetraſſe lętetur. Per. Ad matutinum. Exultemus dn̄o ſummo regi: Qui ſuum ſanctificauit tabernaculum. ps. Venite. Hymnus.

Angularis fundamentum:
Lapis Chriſtus miſſus eſt:
Qui compage parietum
In vtroque nectitur:
Quem Sion ſancta ſuſcepit
In quo credens permanet.
Omnis illa deo grata:
Et dilecta ciuitas:
Plena modulis & laude:
Et canoro iubilo:
Trinum deum vnicumque
Cum fauore prędicat.
Hoc in templo ſumme deus
Exoratus adueni:
Et clementi bonitate:
Precum vota ſuſcipe:
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.
Hic promereantur
Omnes petita accipere
Et accepta poſſidere
Cum ſanctis perenniter
Paradiſum introire
Tranſlati in requiem.
Gloria & honor. In j. noct. aña.

Tollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę eternales. ℟. Domini eſt terra 9. Aña. Vidit Jacob ſcalam, ſummitas eius cęlos tangebat, ⁊ deſcendentes angelos, ⁊ dixit: vere locus iſte ſanctus eſt. ℟. Deus noſter refu. 18. Aña. Cum euigilaſſet Jacob de ſomno ait: vere locus iſte ſanctus eſt. ℟. Magnus domi. 18. ℣. Domum tuam. Lectio j.

Celebritas huius congregationis: dedicatio eſt domus orationis. Domus nanque orationis domus eſt dei. Nos ipſi ędificemur. Ædificatio habet laborem: dedicatio exultationem. Quod fiebat quando iſta ſurgebat: hoc fit modo quando congregamur credentes in Chriſtum. Credendo enim quaſi de ſyluis ⁊ montibus ligna, ⁊ lapides pręſcinduntur. Cum vero catechizantur, baptizantur, informantur, tanquam inter manus fabrorum ⁊ opificum dolantur, collimantur, complanantur. Tu autem. ℟. In dedicatione templi decantabat populus laudem. Et in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. ℣. Obtulerunt ſacrificium ſuper altare domino, ⁊ ceciderunt in facies ſuas, ⁊ adorauerunt deum. Et in ore. Lectio ſecunda.

Veruntamen domus dei non fit, niſi quando charitate compaginatur. Ligna iſta ⁊ lapides ſi non certo ordine ſibi cohęrerent: ſi non ſe pacifice innecterent: ſi non inuicem cohęrendo quodammodo amarent: perfectum opus non facerent. Deinde, quando vides in aliqua fabrica lapides ⁊ ligna ſibi bene cohęrere: ſecurus intrans ruinam non times. Volens ergo dominus intrare ⁊ in nobis habitare tanquam ędificando dicebat. Mandatum nouum do vobis: vt vos inuicem diligatis. ℟. Fundata eſt domus domini ſuper verticem montium, ⁊ exaltata eſt ſuper omnes colles: Et venient ad eam omnes gentes, ⁊ dicent, gloria tibi domine. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Et ve. Lectio tertia.

Veteres enim eratis, domum mihi nondum faciebatis: vt ergo eruamini de veſtrę ruinę vetuſtate vos inuicem amate. Conſideret charitas ędificare adhuc domum iſtam, ſicut promiſſum eſt orbi terrarum. Cum enim ędificaretur domus poſt captiuitatem pſalmiſta dixit: Cantate domino canticum nouum: Quod ibi dixit canticum nouum: hoc dominus dixit mandatum nouum. Cantare etenim amantis eſt. ℟. Mane ſurgens Jacob erigebat lapidem in titulum fundens oleum deſuper: votum vouit domino: Ve-

re locus iſte ſanctus eſt, ⁊ ego ne- ſciebam. ℣. Uidit Jacob ſcalā ſummitas eius cęlos tangebat, ⁊ deſcendētes angelos ⁊ ait. Ue. In iij noct. Aña. Non eſt hic a- liud niſi domus dei ⁊ porta cęli. Pſ. Quam dilecta. 33. Aña. E- rexit Jacob lapidem in titulū fundens oleum deſuper. Pſ. Be- nedixiſti. 33. Aña. Erexit mihi dominus in deum, ⁊ lapis iſte vocabitur domus dei. Pſ. Funda menta. 34. ℣. Hęc eſt domus do- mini. Lectio quarta.

REcte ergo feſta huius do- mus, ſcilicet eccleſię colūt: qui ſe eccleſię filios eſſe cogno- ſcunt. Hęc enim omnium cre- dentium mater eſt: quę natos ad mortem regenerat ad ſalu- tem. Hęc quidem poſt ſynago- gam vocata: ſed ante ſynagogā promiſſa. Hęc in primo homi- ne pręfigurata eſt. Nam ſicut ex latere Adę Eua fabricata eſt: ita ex corpore Chriſti, ⁊ vulnere redēpta creuit eccleſia. ℟. Be- nedic domine domum iſtā quā ędificaui nomini tuo: venien- tium in locum iſtum. Exau- di preces in excelſo ſolio glorię tuę. ℣. Domine, ſi conuerſus fuerit populus tuus, ⁊ orauerit ad ſanctuarium tuum. Exau. Lectio quinta.

HÆc intra arcam inundan- te diluuio ſeruata crucis be neficium ⁊ baptiſmatis myſte- rium pręfigurauit. Hanc Sa- ra ſterilis ⁊ deſperata in ſene- ctute vnico pignore fęcūda prę- cecinit. Eccleſia enim vnicum, id eſt dilectiſſimum deo popu- lum ſeculo iam ſeneſcente ge- nuit. Hęc eſt regina illa, de qua ad dominum dicitur: Aſtitit re- gina a dextris tuis in veſtitu de- aurato circundata varietate, id eſt diuerſarum circundata pre- tioſo decore virtutum. Hęc eſt illa regina, quę venit de parti- bus Ethiopię audire ſapien- tiam Salomonis. Sed hęc non tam ab vna regione, quam ex diuerſis mundi partibus reges paritura conuenit. ℟. O quam metuendus eſt locus iſte: Ue- re non eſt hic aliud, niſi do- mus dei, ⁊ porta cęli. ℣. Ma- ne ſurgens Jacob votum vouit domino, ⁊ dixit. Uere non eſt hic aliud niſi domus dei, ⁊ por- ta cęli. Lectio ſexta.

SIc enī Euangeliſta com- memorat: regina Auſtri venit a finibus terrę audire ſa- pientiam Salomonis. Uenit eccleſia ad redemptorem ⁊ eru- ditorem ſuum: vt de ſtulti- tia erroris doctrinam percipe- ret veritatis. De hoc ple- nius regnorum, ſcribit hiſto- ria, ita dicens. Et ingreſſa regina Jeruſalem cum mul- to comitatu ⁊ diuitijs, cum camelis portantibus aromata

Quidez nanq; turba noſtra conſuetudinis: que ſupra cecum clamantem, ne lumen peteret increpabat: etiaz ſuſcipientem publicanum, ne Jeſum videret, turbat. Sed ſicut cecus turbarum voces magis ac magis clamando vicit: ita puſillus neceſſe eſt vt turbe nocentis obſtaculum altiora petendo tranſcendat: terrena relinquat: arborez crucis aſcendat, Sycomorus nempe que eſt arbor folijs more ſimilis: ſed altitudine preſtans: vnde et a latinis nuncupatur ficus fatua. Et eadem dominica crux credentes alit, vt ficus: et ab incredulis irridetur, vt fatua. ℟. Terribilis eſt locus iſte: non eſt hic aliud niſi domus dei, et porta celi: Vere etenim dominus eſt in loco iſto. Et ego neſciebam. ℣. Cumque euigilaſſet Jacob a ſomno ait. Vere. ps. Te deum. ℣. Domine dilexi decorem domus tue. Et locum habitationis glorie tue haleluiah.

IN LAVDIBVS Aña. Domum tuam domine decet ſanctitudo in longitudine dierum. ps. Dominus regna. 62. Aña. Hec eſt domus domini, firmiter edificata: bene fundata eſt ſupra firmam petrã. Aña. Domus mea domus orationis vocabitur. Aña. Bene fundata eſt dom⁹ domini ſupra firmam petram. Aña. Lapides precioſi omnes muri tui: et turres Jeruſalem gemmis edificabuntur. Cap. Vidi ciuitatem. Hym. Urbs beata. ℣. Domus mea. Ad Bñs. Aña. Mane ſurgens Jacob erigebat lapidem in titulum fundens oleũ deſuper, votum vouit domino: vere locus iſte ſanctus eſt: et ego neſciebam. Oratio, vt ſupra. Ad hor. Aña de laudib. Ad iij. Capitulum.

Ecce tabernaculum dei cũ hominibus et habitabit cũ eis: et ipſi populus eius erunt: et ipſe deus cuz eis erit eorũ deus. ℟. Domum tuam domine decet ſanctitudo. Haleluiah, haleluiah. ℣. In longitudine dierũ. ℣. Hec eſt domus domini. Oratio vt ſupra. Ad vj. Capit.

Unuſquiſque, propriã mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem: dei enim adiutores ſumus: dei agricultura eſtis: dei edificatio eſtis. ℟. Hec eſt domus domini firmiter edificata. Halal, hal. ℣. Bene fundata eſt ſupra firmam petram. ℣. Beati, qui habitant. Oratio, vt ſup. Ad nonam Capitulum.

Fundamentuz enim aliud nemo poteſt ponere preter id, quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Jeſus. ℟. Beati qui habitant in domo tua domine. Haleluiah, haleluiah. ℣. In ſecula ſeculorũ laudabunt te. ℣. Domus mea. ℟. Domus ora-

cionis vocabitur. hal. Ad veſp. quoque añę lau. ſuper pſalmis. Credidi. 47. Lętatus ſum. 56. Niſi dominus ędi. 57. Laudate dominum, quoniam bonus. 62. Lauda Jeruſalem. 62. Cap. R. Hym. V. vt ſupra. in primis veſpe. Ad Mag. Aña. Zachęe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere: at ille feſtinans deſcēdit, et excepit illum gaudens in domum ſuā. Hodie huic domui ſalus a deo facta eſt. halah. Oratio, vt ſup. Sequuntur lectiones per octauā. Sermo S. Auguſtini epiſcopi.

PRIMO DIE. Lectio j.

Quotieſcunque, fratres chariſſimi, ſacri altaris vel tēpli feſtiuitatem colimus: ſi fideliter et diligenter attendimus et ſancte ac iuſte viuimus, quicquid in templis manufactis agitur: totū in nobis ſpirituali ędificatione completur. Lectio ij.

Non enim mentitus eſt ille qui dixit: Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Et iterū: Neſcitis quia corpora veſtra templū ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt? Lectio iij.

Et ideo, fratres chariſſimi, quia nullis pręcedentibus meritis, niſi per gratiam dei meruimus fieri templū dei: et ideo quantum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus, ne deus noſter in templo ſuo, hoc eſt in nobiſipſis inueniat quod oculos ſuę maieſtatis offendat.

SECVNDO DIE. Lectio j.

Sed habitaculum cordis noſtri euacuetur vitijs, et virtutibus repleatur: claudatur diabolo, et aperiatur Chriſto. Et ita laboremus, vt nobis bonorum operum clauibus ianuam regni cęleſtis aperire poſſimus. Lectio ſecunda.

Sicut enim malis operibus quaſi quibuſdam ſeris ac vectibus vitę nobis ianua clauditur: ita abſque dubio bonis operibus aperitur. Lectio tertia.

Et ideo, fratres chariſſimi, vnuſquiſque conſideret cōſcientiam ſuam: et quando ſe in aliquo crimine vulneratum eſſe cognouerit: prius orationibus, ieiunijs, vel eleemoſynis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam: et ſic euchariſtiam pręſumat accipere.

DIE TERTIO. Lectio j.

Si enim agnoſcens reatum ſuum: ipſe ſe a diuino altari ſubtraxerit: cito ad indulgentiā diuinę miſericordię perueniet: quia ſicut qui ſe exaltat humiliabitur: ita econtrario, qui ſe humiliat exaltabitur. Lectio ſecunda.

Qui enim, ſicut diximus, cognoſcens reatum ſuum ipſe ſe humiliter ab altari eccle-

ſię

fiç pro emendatione vitę remouere voluerit: ab ęterno illo, ⁊ cęleſti conuiuio excommunicari penitus nō timebit. Lectio iij.

Rogo vos fratres, diligenter attendite, ſi ad menſam cuiuſcunque potentis hominis nemo pręſumit cum veſtibus cōſciſſis ⁊ inquinatis accedere: quanto magis a conuiuio ęterni regis, id eſt ab altari domini debet ſe vnuſquiſque inuidię vel odij veneno percuſſus, iracundię furore repletus cum reuerentia ⁊ humilitate ſubtrahere?

DIE QVARTO. Lectio j.

Propter quod ſcriptū eſt, Uade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniens offeres munus tuum. Et iterum, Amice quomodo huc intraſti, nō habens veſtem nuptialem? Lcō ij.

Hoc enim habet textus euāgelicę lectionis, quod quidam fecit nuptias filio ſuo, ⁊ intrauit, vt videret ſimul diſcumbentes: ⁊ vidit ibi hominem non habentem veſtem nuptialem. Lectio tertia.

Dixit ad eū, Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? ⁊ illo obmuteſcente dixit miniſtris: Ligate illi manus ⁊ pedes, ⁊ proijcite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentium.

DIE QVINTO. Lectio j.

Ecce qualē ſententiā meretur audire: qui ad conuiuium nuptiale, id eſt ad altare dn̄i aut ebrioſus, aut adulter, aut odiū in corde retinens pręſumit accedere. Lectio ij.

Auertat hoc a nobis deus fratres chariſſimi, ⁊ concedat, vt mala iſta aut nunquam velimus admittere: aut ſi admiſſa fuerint ſine vlla mora penitentia vel pace ſtudeamus ſanare, ⁊ largioribus eleemoſynis feſtinemus abluere: ne forte, ſi cum peccatorum vulneribus ante tribunal ęterni iudicis venerimus: ab illa ęterna eccleſia, ⁊ ab illa cęleſti Jeruſalē perpetua excōmunicatione ſeparemur. L. iij.

Conſiderate rogo vos fratres, ſi hodie aliquis a conuentu eccleſię huius pro aliquo crimine foras proijcitur, in quanto dolore ⁊ tribulatione erit anima ſua.

DIE SEXTO. Lectio prima.

Et ſi intolerabilis eſt dolor de iſta eccleſia foras proijci: vbi ille, qui proijcitur ⁊ manducare ⁊ bibere ⁊ cum hominibus loqui poteſt: ⁊ habet ſpem, vt iterum mereatur ad eccleſiam reuocari: quid putamus, qualis dolor erit: ſi aliquis pro criminibus ſuis ab illa eccleſia, quę in cęlis eſt: id eſt a conuentu angelorum vel

ſanctorum omnium fuerit con-
gregatione ſeparatus: cum nec
hoc ſolum ſufficiet ad pęnam,
quod foras proijcitur: ſed inſu-
per in tenebras exteriores ęter-
no incendio concremandus ex-
cluditur? Lectio ſecunda.

QUi enim ab illa cęleſti Ie-
ruſalem eijci meruit: non
ſolum hoc pęnę habebit, quod
nec manducare nec bibere pote-
rit: ſed etiam flammas inferna-
les ſuſtinebit: vbi eſt fletus & ſtri-
dor dentium: vbi eſt vlulatus & la-
mentatio: & pęnitentia ſine vl-
lo remedio: vbi eſt vermis, qui
non moritur, & ignis, qui non ex-
tinguitur: vbi mors quęretur, &
non inuenietur. Lectio tertia.

QUare mors in inferno quę-
retur & non inuenietur?
Quia, quibus in hoc ſeculo vi-
ta offertur, & nolunt accipere:
in inferno quęrent mortem, &
non poterunt inuenire. Ubi erit
nox ſine die: amaritudo ſine dul-
cedine: obſcuritas ſine lumine:
vbi nec diuitię: nec parẽtes: nec
coniuges: nec filij: nec vicini po-
terunt ſubuenire.

D O M I N I C A
infra octauam.

Lectio viij. de Euang. domini-
cę. Lectio prima.

VBi peccator nihil in-
ueniet, niſi quod de
hoc ſeculo caſte, & in-
ſte viuendo per ele-
emoſynarũ largitatẽ tranſmi-
ſerit. Hęc ergo cogitantes fra-
tres chariſſimi tam caſti, & tam
ſobrij, & tam pacifici ad iſtud al-
tare Deo auxiliante ſtudeamus
accedere vt ab illo ęterno altari
non mereamur excludi. L cõ ij.

QUi enim ad iſtud altare ca-
ſto corpore, & mundo cor-
de, cum ſecura, & munda con-
ſcientia venerit: ad illud alta-
re, quod in cęlis eſt, fęlici tran-
ſmigratione perueniet. Ad ex-
tremum fratres chariſſimi non
eſt graue, nec laborioſum, quod
ſuggero. Hoc dico, quod vos
frequenter facere aſpicio.

Lectio tertia.

OMnes viri quando com-
municare deſiderant: la-
uant manus ſuas: & omnes mu-
lieres nitida exhibent linteami-
na, vbi corpus Chriſti acci-
piant. Non eſt graue, quod
dico fratres. Quo modo lauant
de aqua manus ſuas, ſic ele-
emoſynis lauent conſcientias
ſuas. Lectio quarta.

SImiliter mulieres quomo-
do nitidum exhibent lin-
teolum, vbi corpus Chriſti acci-
piant, ſic corpus caſtum & mun-
dũ exhibeant: vt cũ bona con-
ſcientia Chriſti ſacramenta ſu-
ſcipiant. Lectio quinta.

ROgo vos fratres, nunquid
eſt aliquis, qui in arca ſor-
dibus plena velit mittere veſtẽ
ſuam?

ſuam? Et ſi in arca ſordibus plena veſtis non mittitur precioſa: qua fronte in anima, que peccatorum ſordibus inquinatur: Chriſti euchariſtia ſuſcipitur. Lectio vj.

ET, quia iſtis veriſſimis exẽplis loqui cepimus: etiam hoc, quod bene noſtis, inſinuo. Non puto eſſe aliquẽ hominẽ, qui in arca ſua, vbi habet veſtes precioſas repoſitas: acquieſcat aut carbonẽ viuum: aut qualẽcũq; ſcintillam includere. Lectio vij.

Quare hoc fratres? Quia timet, ne comburantur veſtimenta, quibus in feſtiuitate induitur. Rogo vos fratres, qui in arca ſua non vult ſcintillam includere ignis: quare in anima flammam iracundie non timet accendere? Lectio octaua.

SEd quare hoc fiat manifeſte et euidẽter cognoſcimus. Ideo enim in arcam ignem nõ mittimus: quia diligimus veſtem noſtram: flammã vero iracundie ideo non extinguimus: quia non ſolum non diligimus, ſed etiam odio habemus animã noſtram: ſecundum illud, quod ſcriptum eſt. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

In octaua die. Lectio j.

FEſtiuitas hodierna fratres tanto nobis debet eſſe deuotior, quanto familiarior. Nam ceteras quidem ſanctorũ ſolennitates cum aliis eccleſiis communes habemus: hec vero nobis ſic propria eſt, vt neceſſe ſit, vel a nobis eam vel a nemine celebrari. Noſtra eſt quia de eccleſia noſtra: magis aũt nr̃a, quia de nobiſipſis. Lectio ij.

QUid enim lapides iſti poterunt ſanctitatis habere, vt eorum ſolennia celebremus? Habent vtique ſanctitatẽ: ſed propter corpora noſtra. At vero corpora ſancta eſſe quis dubitat: que templum ſunt Spiritus ſancti? Lectio tertia.

ITaque ſancte anime ꝓpter inhabitantem ſpiritus dei in nobis: ſancta ſunt corpora ꝓpter animas: ſancta eſt etiam domus propter corpora. Mirabilis plane deus in ſanctis ſuis: non tantummodo in celeſtibus, ſed etiam in terrenis. Vtrobiq; enim ſanctos habet: in vtriſque mirabilis, illos beatificans, et iſtos ſanctificans. Lectio iiij.

QUid mirabilius, quã qui prius vix per biduum cõtinere poterat a luxuria, a crapula, ab ebrietate: ceteriſque ſimilibus et diſſimilibus vitiis: nũc ab eis continet tota vita ſua? Quid maius miraculum, quã quod tot iuuenes, tot adoleſcentes, tot nobiles in carcere aperto teneantur ſine vinculis, ſolo timore dei confixi. Lectio v.

NOſtra igit̃ eſt, chariſſimi, hodierna

hodierna feſtiuitas. Quando enim domus iſta per manus pō tificum dedicata eſt domino: ꝓpter nos ſine dubio factum eſt. In nobis proinde implere neceſſe eſt ſpiritualiter, quę in parietibus viſibiliter pręceſſerūt. Et ſi vultis ſcire, hęc ſunt, aſperſio, inſcriptio, vnctio, illuminatio, & benedictio. Lectio ſexta.

Hec quidem in hac viſibili domo fecerunt pontifices: in hac Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum inuiſibiliter quotidie operatur in nobis. Primo quidem aſpergit hyſſopo, vt mūdemur, lauemur, & dealbemur: vt dicatur de nobis, q̄ eſt iſta quę aſcendit dealbata? Inſcribit Chriſtus digito dei, in quo eijciebat demonia haud dubium quin in ſpiritu ſancto. Inſcribit, inquam, legē ſuam, non iam in lapide, ſed in tabulis cordis carnalib⁹. Quia vero ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis: ſtatim neceſſe eſt, vt vnctio gratię ſpiritualis adiuuet infirmitatem noſtram: & multimodę pœnitentię cruce deuotionis ſuę gratiā liniat. Tu autem.

Explicit officium temporale, & dedicationis eccleſię.





PROPRIVM
SANCTORVM.

Quia ſupra in temporali actum eſt de feſtis quibuſdam, quę ſcilicet eueniunt a natiuitate dñi, vſq; ad craſtinum oct. epiph. ideo conſequenter illum ordinem continuando incipiendũ reſtat a feſto ſanctę Anaſtaſię: Deinde a feſto ſancti Baſilij: quod eſt in die kalen. Januarii: ſed propter ſolennitates ſanctorum natalis Dñi: neceſſe eſt illud tranſferri in primum diem vacantem: vt ſic ipſum ſanctorale ad feſtum natiuitat. domini terminetur, & incipiatur.





Notandum autem hic in principio: quod ea, que de ſanctis in locis propriis ſuis non ſignant, accipienda ſunt de communi ſanctorum, prout competit in ipſis feſtiuitatibus: ſic tñ, ꝙ oratio, q̃ interdum aliquibus ſanctis ſignatur ad miſſam, illa dicatur etiam ad veſper. & ad matut. & ad hor. vbi aliud non ſignatur.

Die 25. Decẽ. IN NATALI ſancte Anaſtaſie virginis, & martyris omnia de communi vnius virg. & marty. preter lec. & orationem. Oratio.

Da queſumus omnipotens deus: vt qui beate Anaſtaſie virginis, & martyris tue ſolennia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. L. i.

Anaſtaſia nobiliſſima Romanorum filia Pretextati illuſtris, ſed pagani: & a matre ſua Fauſta Chriſtiana, & a beato Chryſogono fidem Chriſti edocta eſt: tradita autem Publio in vxorem: languorem ſimulans, ſemper ſe ab eius conſortio abſtinebat. Lectio ſecunda.

Qui audiens eam cum vna tantum ancilla in vili habitu Chriſtianorum carceres circuire: & eis neceſſaria miniſtrare: fecit eam arctiſſime cuſtodiri: ita vt etiam alimoniam denegaret. Volebat enim ſic eã perimere: vt poſſet in eius latiſſimis poſſeſſionibus laſciuire. Putans ergo Anaſtaſia ſe mori, & doloroſas literas Chryſogono mittebat: & ille conſolatorias remittebat. Lectio tertia.

Interea vir eius moritur: & illa a carceribus liberatur. Hec habebat tres ancillas pulcherrimas, que ſorores erant: quarum vna vocabatur Agape, altera Chionia, & alia Irene: que cum Chriſtiane eſſent: & prefecti mandatis nullatenus obedirent: tandem martyrio coronant. L. iiii.

Anaſtaſia vero ab imperatoribus cuidã prefecto traditur, vt, ſi eam diis ſuis ſacrificare faceret, poſt modum in vxorem eam haberet. Cumq; eam in thalamo recluſiſſet: & amplexari vellet: ſtatim cecus effectus: deos adiit: querens ſi euadere poſſet: & reſponderunt, dicẽtes: quia ſanctam Anaſtaſiam turbaſti, nobis traditus es modo: & in inferno nobiſcum ſemper torqueberis. Lectio quinta.

Cumque domum prefectus reduceretur, inter manus puerorum vitam finiuit. Sed tunc Anaſtaſia alii prefecto tradit, vt eam in cuſtodiam retineret. Audiens vero, quod infinitas poſſeſſiones haberet, priuatim dixit Anaſtaſie: ſi vis eſſe Chriſtiana: fac, quod precipit, Deus tuus: ille enim precipit, Qui nõ renũtiauerit omnibus, que poſ-

ſidet

ſedet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Lectio ſexta.

Omnia igitur, quę habes, mihi da: ⁊ vade quo volueris, ⁊ vera Chriſtiana eris. Cui illa reſpondit, Deus meus pręcepit, vende omnia, quę habes, ⁊ da pauperibus, ⁊ non diuitibus. Cum ergo diues ſis, contra Dei pręceptum facerem, ſi aliquid tibi darem. Lectio vij. de euange. Simile eſt regnum cęlorũ theſauro abſcondito in agro. L. viij.

Tunc Anaſtaſia diro carceri fame cruciãda tradit: ſed a ſancta Theodora: quę iam per martyriũ coronata fuerat, per duos menſes eſca cęleſti paſcitur: tandem cum ducẽtis virginibus ad inſulas Palmarias ducta eſt: vbi multi propter nomẽ Chriſti fuerãt relegati. L. ix.

Poſt aliquot igitur dies pręfectus omnes ad ſe vocauit: ⁊ diuerſis ſupplicijs interemit Anaſtaſiam vero ad palos ligatam concremauit: alios vero diuerſis ſupplicijs interemit: ⁊ inter quos vnus erat, qui pluries ꝓpter Chriſtũ multis diuitijs ſpoliatus ſemper dicebat: Chriſtuꝫ ſaltem mihi nõ auferetis. Apollonia autẽ corpus ſanctę Anaſtaſię in viridario, facta ibidẽ eccleſia, honorifice ſepeliuit, paſſa eſt autẽ ſub Diocletiano: qui cępit circa annum dñi ducenteſimum octogeſimum ſeptimum.

IANVARII FESTA

In natali ſancti Baſilij epiſcopi ⁊ confeſſoris, ſit feſtum duplex poſt oct. Epipha. lect. viij. de eius vita. Cętera omnia de communi. Oratio. Die 1.

Omnipotens qs domine noſtros ſemper incurſus: ⁊ intercedẽte ꝓ nobis beato Baſilio cõfeſſore tuo, atqꝫ põtifice: ſalutarẽ noſtris tẽporibꝰ da quietem. Per dñm. Lect. j.

Baſilius epiſcopus ſanctiſſimus, ⁊ doctor ſupra extimationem humanam excellẽs: vt ſydus quoddam Dei eccleſiã illuſtrauit. Cuius miranda ſanctitas cuidam Anacoritę nomine Ephrem a Deo demõſtrata eſt: idem enim Ephrem in extaſi poſitus: vidit columnam ignis ingentem, cuius altitudo ipſum etiam cęlum attingebat: Audiuitqꝫ deſuper vocem dicentem. Talis eſt hic magnus Baſilius, qualis eſt hęc columna. Lect. ij.

Alter quidaꝫ deuotus Dei cultor videns Baſilium in pontificali habitu procedẽtem: ⁊ cum deſpexit, iudicans in corde ſuo, ꝙ in tali pompa Baſilius plurimum delectationis haberet: ⁊ ecce facta eſt ad eum vox de cęlo dicens: Tu amplius delectaris in palpando caudã catę tuę: quã delectatur Baſilius in ſuo ſolẽni apparatu: eiꝰ enim

mens

mens ſemper in Deum tendit.

Lectio tertia.

Adoleſcens quidam dũ cuiuſdam mulierculę amorib⁹ perdite teneretur: nec ad eius amplexus peruenire poſſet: ex amoris eius vehementia in amentiam verſus, ſe diabolo dedit, atque dicauit: ſeque eius ſeruum profeſſus eſt: dummodo eum diabolus ad ſui furoris, & inſanię effectum perduceret. Et, vt diabolum ſibi fauentem habere poſſet, eidem Chirographum ſuo ſanguine ſcriptum, in quo ſe eius ſeruituti ſubdebat, tradidit.

Lectio quarta.

Tandem ipſius diaboli auxilio ad pręfatę mulierculę nuptias, & concubitum peruenit: qui dum ſacra myſteria, & Dei templa non adiret, nec crucis ſignaculum ſibi faceret, nec Deo ſe commendaret: cępit proinde puella monita magna admiratione moueri: a quo tandem vix obtinuit, vt eidem ſuę infęlicitatis hiſtoriam retexeret: qui confeſſus eſt ſe diaboli retibus obligatione chirographi eſſe irretitum, & tam ſtricte teneri, vt nullo pacto ad Chriſtum poſſet redire.

Lectio quinta.

Ipſa igitur mulier hoc intelligens, & ad ſanctum Baſilium properans, lachrymabiliter exorauit vt per ei⁹ preces, & merita ſuum poſſet Deo reddere virum: quem beatus Baſilius aduocans, & crucis ſignũ in eius fronte imprimens, & aliquot diebus recludens, & pro eo orans ordinauit totius cleri proceſſionem, vt eum a diaboli manibus eriperet: cogeretque diabolum, vt chirographũ redderet, & ſanctę eccleſię, ac vnitati fideliũ immunẽ reſtitueret.

Lectio ſexta.

Cum enim beatus Baſilius iuuenem ſequens proceſſionem manu teneret: vt eum ad eccleſiam deduceret: diabolus in aere clamabat. Pręiudicas mihi Baſili. Ego ad eum non veni: ſed ipſe venit ad me. Idẽ diabolus, iuuenem, quem Baſilius manu tenebat, tam violenter traxit, vt & virum Dei Baſilium poſt eum traheret. Cui ſanctus vir. Increpet te dominus perdite: non ſufficit tibi perditio tua? Oranti tandem ſancto viro, cũ toto clero inſtantiſſime: victus diabolus chartam per aera volitante reddidit: & iuuenem ſuo reliquit arbitrio. Lec[illegible]ij. de homilia. Homo quidam peregre proficiſcens.

Lectio octaua.

Cum dies mortis eius inſtaret: aderat ei Iudęus quidam nomine Ioſeph, artis medicinę peritiſſimus, qui ex tactu pulſus mortem vicinam intelligens, ſuaſit, vt quę ad ſe-

pultu-

pulturam pertinerent pararentur: quod Baſilius intelligens, ait Hebręo: neſcis, quid dicis? hodie enim nõ moriar. Cui Iudęus. Si hodie non morieris, ego moriar. Cui Baſilius: morieris quidem peccato: viues autem Chriſto, cui Hebręus ⁊ ſi cras vſque vixeris, faciam vtique quod hortaris.

Lectio nona.

Tunc ſanctus Baſilius, quamuis ſecundum naturę ordinem ſtatim moriturus eſſet: a Deo tamen impetrauit mortis inducias, vſque in diem craſtinum: quod Iudęus videns, ⁊ ſtupés, in Chriſtum credidit. Sanctus autem Baſilius Dei virtute imbecillitatem corporis ſuperauit: ⁊ de cubiculo ſuo exiens, ad eccleſiam pedibus ſuis acceſſit: ⁊ Iudęum manibus proprijs baptizans, ad lectulum redijt: ⁊ Deo ſpiritum reddidit: anno Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo, tempore Valentis imperatoris Arriani. Hic vir ſanctiſſimus monachorũ regulã edidit, ab eccleſia, ⁊ multis ſanctis põtificibus poſtea approbatam: quam fratres ſacri ordinis beatę Marię de monte Carmelo profeſſi ſunt.

e 2. Macharij Abb. memoria.

e 3. Genouefę virg. mem.

e 4. Titi Epiſcopi, ⁊ confeſſoris, memoria.

SANCTI PETRI THOMÆ Epiſcopi, ⁊ marty. ordinis Carmelitarum duplex: omnia de communi, pręter orationem, ⁊ lectio. ſex. Die 6.

Oratio.

Sancti Petri Thomę martyris tui, atque Pontificis, quęſumus domine, Ieſu Chriſte meritis ⁊ interceſſione placatus veniam delictorum nobis tribue, ⁊ ab omni peſtilentię morbo nos liberos eſſe concede. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio prima.

Beatus Petrus thomas ortum habuit ex Aquitania prouincia nobili, in Gallijs qui cum ab infantia totus deditus eſſet literarum ſtudijs, ac eximia pietate erga Deum, ⁊ Beatiſſimam virginem Mariã fulgeret, in conuentu Cadomenſi: tandem habitum ſacrę, ⁊ antiquę religionis Carmelitanę deuote ſumpſit.

Lectio ſecunda.

Totum eius ſtudium fuit ſeſe affectuoſiſſime deo ⁊ beatiſſimę virgini, cuius habitũ ſumpſiſſet, dicare: ac propterea actiones ſuas omnes in Deum, ⁊ virginem dirigere: ac quacunque corporali premeretur neceſſitate ſemper ad ipſam glorioſam

ſam virginem recurrere. Unde ab eadem plures habuit reuelationes. Nam cum ſemel anxia corporali neceſſitate grauatus illam ſupplex exoraſſet, ipſa virgo ei i viſu apparuit, eiq̃ dixit. Ne timeas Petre, omnia tibi adijcientur neceſſaria. Lec iij.

IGitur ſequenti die gratias agens Deo, ſueq; matri, vbi miſſarum ſolennia compleuiſſet, vidit ad ſe venire quendam mercatorem, qui ſtatim elargit⁹ eſt ei ex eleemoſyna aureos decem, ⁊ exinde ſemper, que ſibi ad corporis ſuſtentationem neceſſaria fuerunt, ſenſit ſibi diuinitus fuiſſe ſuppeditata. Poſtmodum Lutetiam Pariſiorũ ſe cõtulit, ⁊ breui tempore in illo toti⁹ Europe percelebri gymnaſio, doctoratus inſignibus eſt decoratus, magno omnium applauſu, ⁊ ſue religionis non mediocri honore. Lectio quarta.

FRequentes ad Deum, beatiſſimamq; virginem Mariam, orationes fundebat, intimaq; inter orandum edebat ſuſpiria: petens ſacrum Carmeli ordinem perpetuo conſeruari, ⁊ augeri: cuius piis tandem votis beatiſſima virgo aſſentiens in nocte Pentecoſtes, cum id inſtantius poſtularet, illi apparuit: ⁊ eiuſmodi reſponſum, dedit: confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vſque ſeculi eſt perſeueratura. Elias nanq; eius inſtitutor iam olim etiam pro ea id rogauit, ⁊ a filio meo impetrauit. Lectio v.

DEinde creatus Pattẽſis Epiſcopus, nõ multo poſt Cõſtantinopolitanus Patriarcha eſt effectus. Itaq; gregem ſibi creditum tum exemplo, tũ verbo paſcere curauit. Multa conſcripſit volumina frequẽter habendo ad populum in cõcione orationes: quamplurima etiã prelatorum opera exercuit. Legat⁹ ſancte ſedis apoſtolice miſſus fuit pro tranſitu ad Terraz ſanctã anno domini 1370. qua in fũctione ita ſtrenue ſe geſſit, vt ſancto illi negocio nõ mediocriter ſit cooperatus, multaſq; tanquam ſignifer Chriſti bellicoſus vna cũ rege victorias obtinuerit. Lectio ſexta.

TAndem plenus dierum ac bonorum operum telis infidelium, vulneribus multis affectus, octauo Idus Januarij, die ac hora a ſe preſignatis obdormiuit in domino, anno Dominice icarnationis. 1366. quo die Epiphania dñi a fidelibus celebratur. Sepultus eſt autez in conuentu Carmelitarũ Famaguſtano multis claruit miraculis, quemadmodum ⁊ in vita. ſingulariter autem a loci illius incolis contra morbum epidemie, ⁊ peſtilentie inuocatur, qui

qui ſuorum deſideriorum effe-ctum conſequuntur, vbi maximo honore colitur. Et Deũ laudant q eum tanta gratia donauerit. Euangelium. Videte vigilate. ꝛc.

Die 6. IN B. ANDREÆ Carmelite Epiſcopi.

ſ confeſſ. dup. An j. veſp. Aña. Hic eſt Andreas Carmelita, qui Agnus ex lupo factus ad ſacrum Marię virginis penetrauit ouile. ℟. Dixit dñs do. cum reliquis de vno cõ feſſore pontifice. Aña. Hic eſt confeſſor egregius, qui matris intactę religioni dicatꝰ eſt priuſquã in vtero conciperetur. Añ. Cęco lumẽ reddidit, languidis ſanitatem ſine intermiſſione vlla, caritate mirabili miſeros ſolabatur. Aña. Puer dilecte, noli timere pontificatus accipere dignitatem; quia ego tecum ſum, dicit dñs. haleluiah. Aña. Oranti Beato Andreę Maria virgo apparuit dicens, ſeruus meus es tu Andrea, quia in te glorificabor. Cap. Vnius pontificis confeſſoris. ℟. Glorioſus cõ feſſor Andreas. Hymnus.

Gaudeat magnę genitricis ordo
Turba Carmeli veneráda magnis
Laudibus nunquam reſonare ceſſet
Omne per æuum.
Ecce confeſſor celebrandus orbi
Seculo nobis genitricis almę
Veſtibus ſacris humeros amictus
Ordinis auctor. (les.
Ecce Carmeli micat alta pro-
Patriam multis titulis honeſtans,
Et tuis augens meritis honorem
Religionis.
Hic fuit fortis, patiens, ꝛ omni
Integer vita, pietate feruens
Pauperum cuſtos, miſeris benignus,
Iuris amator.
Doctꝰ Antiſtes dñi monebat
Legibꝰ ſacris pplm, nec vnq̃
Vlla pars vitę ſibi pręteribat
Inſcia curę.
Sit patri ſummo, genitoque virtus
Flammini ſancto, deus vnus auctor
Cuncta, qui nutu regis, ꝛ gubernas
Tempora vincens. Amen.

ſ Amauit eum. Ad Mag. aña. Nobilis genere fide nobilior fuit beatus Andreas: cuius meritis patria Florentia gaudet, domus Corſina lętat, quẽ mortales in terris, ꝛ in ſummis cęlorũ Angeli venerantur. Oratio. Beati Andreę confeſſoris tui omnipotens Deus, cuius nos hodie ſolennitate lętificas,

ficas pia non deſit oratio, que ⁊ ab omni nos aduerſitate cuſtodiat, ⁊ tuis ſemper faciat obedire mandatis. Per dñm no. ⁊c. Ad matutinum. Inuitatoriū. Regem confeſſorum. Hymnus. Gaudeat magne ⁊c. In primo nocturno. Aña. Carmeli ſylua gaudeat, que hoc tale produxit arbuſtum, cuius altitudo ſydera penetrauit. ps. Beatus vir. 1. Cum reliq. vnius confeſſ. Pōt. Aña. Hic Feſulani epiſcopat⁹ fugiens dignitatē apud Cartuſienſes latitat: bimo loquente puero diuinitus demōſtratur. Aña. Speciosus inter filios Carmeli, ideo elegit eum dominus miniſtrum ſibi, ⁊ ornauit caput eius diademate pretioſo. ℣. Amauit eum dñs. Lectio j.

Andreas Florentie ex Corſinorum nobili familia natus fuit, Patre Nicolao, Matre vero Peregrina. his poſtq̄ in vnum conuenerunt, nihil fuit antiquius, quam, vt religionis precepta in omnibus ſeruarent. Cum vero audirent primitias Deo offerēdas eſſe: vt Deo, eiusq̄ genitrici gratam oblationem facerent, cupiebant ex ſe filios procreare: vouentes primogenitum ſuum Marie virginis religioni tradere. Quorū precibus beata virgo annuit: ⁊ poſt paucos dies Peregrina concepit. Tu autem. ℟. Dum beatus Andreas ab hac vita diſcederet, virgo quedā extrema patiēs vidit ſcalam, cuius altitudo ad ſydera ferebatur. Per q̄ beatus Andreas fulgētibus radiis aſcendebat in celum. ℣. Surrexit, ⁊ genibus flexis orauit Antiſtitem, vt eadem ſcala ſe comitem non recuſaret. Per quem beatus. Lectio ſecunda.

Cumq̄ iam pariendi tēpus immineret ſibi in ſōnis viſa eſt Lupum pro homine peperiſſe, qui cū eccleſiam intraſſet paulatim immutatus in agnū verteretur. Proxima vero nocte pridie videlicet cal. Decembris puer naſcitur, qui cum luſtraretur baptiſmatis ſacramēto Andreas nomen accepit, cū eo die natus ſit, quo Chriſtiana religio Andree ſolēnia celebraret. Puer educatus ingenue, creſcit. Studiis literarum traditur. Cum autem ſcitus, ⁊ pulcher eſſet ab vtroq̄ parēte plurimum amabatur. Poſtremo factus adoleſcens canes alere: equos mercari tractare arma. Ad hec omnia humana atque diuina pmiſcue habere. Tu autem. ℟. Gloria Carmeli beat⁹ Andreas, Chriſti confeſſor: Cuius vite ſanctitas per vniuerſū orbem mirabiliter predicatur. ℣. Gaudeat mater eccleſia tanti confeſſoris ornata ſuffragio. Cuius vite. Lectio tertia.

PArentes vero, vbi intellexerunt quantum periculū adoleſcenti immineret, a tā peſſimis moribus illum, iam quintū decimū annū agentē, reuocare ſtatuerunt. Sed ille iuſſa parentum in omnibus negligebat. Quem Mater animo concitato alloquitur. Tu profecto, inquit, lupus es, quē in ſomnis viſa ſum peperiſſe. Quibus verbis perterritus adoleſcens matrem orauit: vt, quid ſibi vellēt ea verba ſignificaret. Mater vero ei, & votum, & ſomnium narrauit, atque eum hortata eſt materno affectu, vt iam ex lupo agnus fieret. Quib9 verbis percuſſus Andreas, & vitā ſuā tacitus conſiderans, poſtridie ad Carmelitarū eccleſiā profectus eſt, ibiq; orando, & lachrymis faciem irrigans virginē rogitabat, vt ſe lupum in agnum verteret. Tandem ab oratione ſurgens, priorem loci adijt, & proſtratus orauit, vt eū intra religionē acciperet. Qui parentū cognita voluntate ad religionis obſeruantiam eū admiſit. Tu autem dñe, miſerere nobis. ℟. Beatus Andreas apud Cartuſienſes dū latitaret Pontificatus fugiens dignitatē, biennis puer prodidit illum, dicens. Quem quęritis, ecce apud Cartuſienſes inuenietis orantem. ℣. Spiritus ſanctus per os pueri locutus eſt dicēs. Quem quęritis. ℣. Gloria pa. Quem quęritis, ecce apud Cartuſi. In ij. noctur. Aña. Dum Florentini iniuſto bello premerentur, & non ęquis viribus cū hoſte pugnarent, hic vates futuram hoſtium cladem diuinitus pręnuntiauit. Aña. Viduas, & pupillos beatus Andreas ſuis facultatibus educabat, & illos ad ſectandam domini fortitudinem miſericorditer hortabatur. Aña. Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitę. ℣. Juſtum deduxit.

Lectio quarta.

SAcris igit̄ virginis Marię indutus veſtibus Andreas in dies magis ac magis in amore diuino flagrabat. Jeiunijs & abſtinētia terrenas cupiditates ſuperabat, tantiq; ſilentij factus eſt, vt non niſi vbi opus eſſet loqueretur. Diebus tribus in hebdomada ieiunabat, in quibus nihil cibi pręter panem & aquam ſumere cōſueuit. Obedientiam obſeruabat, orationibus ac ſanctis literis incumbebat. Corpus ſuum aſſiduis flagellis macerans in ſeruitutem redigebat. Domabat cilicio, & ieiunio caſtigabat ad appetens ſolitudinem, delicias fugiebat. Obturabat aures ſuas, ne audiret verba detrahentiū ſibi. Tu autem. ℟. Nobili genere natus vilia tamen religionis

officia nõ recuſabat. Cuius humilitati diabolus inuidens a tã vtili labore detrahere nitebat. ℣. Diuitias magiſtratus atque alias ſeculi dignitates illi ſępe reducebat in mẽtẽ, quę omnia pro luto reputans in religionis propoſito perſeuerabat. Cuius humilitati diabolus. Lectio v.

Itur Andreas virtutibus ardens, ⁊ in dies magis ſanctitate pullulans, ad ſacros ordines admittit. Sacerdotij autem ſui primitias offerenti beata virgo apparuit dicens. Seruus meus es tu, quia ego elegi te, ⁊ in te gloriabor. Et hęc dicens euanuit. Ea tempeſtate filiam cuiuſdã nobilis a morbo ethicę febris ſanauit, porrigens ei cibum, ſicut pater puellę petierat. Johannem e Coſirnorũ familia morbum lupę patientẽ ad ſolitam valetudinem orationibus, ⁊ ieiunijs reduxit. Tu autem. ℟. Glorioſus confeſſor Andreas virginis Marię veſtigia ſequens, carnis corruptionẽ nõ nouit: Et albis indutus veſtib⁹ candidiori chlamydę intus in animo tegebatur. ℣. Virgo religionis clauſtra ingrediẽs e corporis ergaſtulo ab omni immũditia carnis intactus exiuit. Et albis indutus. Lectio ſexta.

Moritur interea epiſcopus Feſulanę ciuitatis, ⁊ canonici, cęteriq́ apud quos ius erat de eligendo epiſcopo vnõ diuini ore Andream Carmelitam in epiſcopum deſignant. Quod cũ Andreę nuntiaretur, timẽs ne ſub pondere tanto deficeret, tertio milliario ab vrbe apud Cartuſienſes latitauit. Quęritur autem per omnem prouinciam, ⁊ cum a nullo inuenitur de reuocãda electione decernitur ⁊ dũ eligentium corda in ambiguo verſarentur, Spiritus ſanctus per os infantis locutus eſt, dicens. Elegit Deus Andream in ſacerdotẽ ſibi, ecce enĩ apud Cartuſienſes orat, ibiq́ illũ inuenietis. Mittuntur legati ad Cartuſienſes, ⁊ Andreas cognita Dei voluntate onus conſtãti mẽte ſuſcepit. Tu. ℟. Quoſcũque ſciebat egentes beatus Andreas confeſſor Chriſti ſuis facultatibus educabat. Et illos ad imitandam domini paſſionẽ miſericorditer hortabat. ℣. Paſcebat pauperes, ⁊ miſeros ſolabatur viduarum, ⁊ pupillorum cauſam ſuſcipiens, nunquam a caritatis officio diſcedebat. Et illos. ℣. Gloria patri. Et illos.

In tertio nocturno. Antipho.

Gloria Carmeli beat⁹ Andreas confeſſor, cuius vitę ſanctitas per vniuerſum mundum mirabiliter prędicat. Aña. Tu morbos pellis, peſtem fugas, demones vincis, ſuperas hoſtes, bella propulſas pacem, reducis,

virtutis amator. Aña. Surrexit puella, et flexis genibus orauit beatum Andream, vt ſe comitem non recuſaret. ℣. Iuſtus vt palma. Euangeliũ. Homo quidam peregre proficiſcẽs. etc. vt in communi vnius epiſcopi et confeſſoris. ℟. Ordo Carmeli gaudeat ornatus tanto preſule: Cuius dominus humilitatẽ reſpiciens illum ad pontificatus gradum aſſumere dignatus eſt, vt qui ſe preſtabat humilem humilitatis ſue premia reportaret. ℣. In ſummis celorum beatus Andreas confeſſor in cõſpectu agni meruit locum accipere. Ut qui ſe preſtabat. Lectio viii.

Hactus igitur epiſcopus, anno etatis ſue quinquageſimo octauo, incredibile memoratu eſt, quanta vite ſanctimonia floruerit. Terrenas cupiditates ſubiecit pedibus, tãte fortitudinis factus, vt cunctas animi perturbationes ſuperare. Mulierum colloquia tanquaꝫ ſemina vitiorum magno ſtudio fugiebat. Macerabat corpus deducendo cibum: ſubtus tunicã ſuper nudo corpore catena ferrea cingebatur: Sarmenta vitium membris ſuis requieꝫ nocturnam preſtabant. Nõ modo affectuꝫ egeſtate videre, ſed nec audire quidem ſine lachrymis poterat. Pauperes omnes, qui tunc Feſulis erant, literis demãdabat: quibus clanculum prebebat alimoniam. Nemo vnquã miſer ab eo ſine eleemoſyna diſcedebat. Quin etiam cũ annone, magna penuria eſſet, quot panes domi erant, pauperibus erogauit. Cũ autẽ tante multitudini non ſufficerent pauperũ, iuſſit vltra panes afferri. Miniſtri vero panes defeciſſe narrauerunt: qui iuſſit, vt in arca attentius quererentur. Illi autem, et ſi nec paneꝫ in arca dimiſiſſent, tamen, ne viderentur iuſſa epiſcopi negligere, ad eam reuertẽtes panes in multo numero inuenerunt: Quos epiſcopus accipiens pauperibus erogauit, Tu autem. ℟. Hic eſt cõfeſſor egregius, q beate virginis Marie religioni dicatus eſt. Priuſquã in vtero conciperetur. ℣. Ut vẽtris ſui primitias Deo ſoluerẽt parentes beati Andree, illum virginis Marie religioni tradiderunt. Priuſquaꝫ. Lectio ix.

In oĩbus ſaluatoris veſtigia imitari cõſueuerat vir Dei: et ſic qualibet quinta feria in memoriam Chriſti humilitatis pauperibus pedes lauabat. Accidit autem, vt quidam ex mendicis crura putrida habẽs epiſcopo reſiſteret. Cui ait epiſcopus: cõfide fili in dominũ Jeſum Chriſtum. Et infuſa aqua in peluim pauperem lauare cepit: qui ſtatim a morbo liberatus eſt. Dis

virtutibus, & aliis miraculis beatus Andreas ad maturam peruenerat ętatem. Anno igitur ętatis ſuę ſeptuageſimo primo, dum in nocte natiuitatis Chriſti ſacra perageret, beata virgo ei apparuit annuntians, quod in proximo epiphanię feſto diē ſuum vltimū clauderet. Quod factum eſt. Ea nocte, qua hic vir dei e vita diſceſſit, multę virgines viſiones viderunt, inter quas virgo nobilis, (cui Andreas dum adhuc viueret diez mortis prędixerat) moriens alta voce clamauit. Eia, Chriſti pręſul expecta me, vt vna cęleſtem patriaz ingrediamur. His dictis ſupplices manus ad cęlum tendēs hac luce migrauit. Mortuus eſt igitur Diuus Andreas anno ętatis ſuę ſeptuageſimo primo: pontificatus vero ſui anno duodecimo: ab incarnatione autem anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: octauo Idus Januarij, & ſepultus eſt Florentię apud ſuos Carmelitas in vita & in morte miraculis glorioſus. Tu autem. ℟. Nobilis genere fide nobilior fuit beatus Andreas: Meritis cuius patria Florētia gaudet: Carmelitę lętantur. Quem mortales in terris, & in ſummis cęlorum Angeli venerantur. ℣. Beati Andreę cōfeſſoris ſolennitatem hodie pia mente colimus. Quem mortales. ℣. Juſtū deduxit. Ad laudes, & per horas Antipho. Hic eſt Marię virginis imitator idoneus: qui virgo electus virginitatis dignitatem perpetua integritate ſeruauit. Ps. Dominus regnauit. Antiphona. Te nouit Anglia: tuum in Gallia patrocinium prędicatur: te omnis fidelis in neceſſitatibus inuocat. Antiphona. Integer viuens moribus fuit beatus Andreas: cuius corpus exangue membrorum diſſolutionem nō nouit. Antiphona. Hymnum Deo alacriter perſonemus, qui nos hodie tanti confeſſoris ſolennitate lętificat: Beate Andrea intercede pro nobis. An. Jeiunijs, & abſtinentia macerabat corpus: Diebus atq; noctibus orationi vacabat. Cap. Ecce ſacerdos magnus. Hymnus.

Chriſte Carmeli decus, atque norma,
Gaudium mentis pietatis auctor
Porta qua cęlos gradimur ſuperne
Accipe vota.
Hęc erunt nobis celebranda ſemper:
Hic dies nobis memorandus, atque
Feſtus, Andreę referēs beati
Annua ſacra.
Ille mortales fugiens honores,

virtutis amator. Aña. Surrexit puella, & flexis genibus orauit beatum Andream, vt ſe comitem nō recuſaret. ℣ Iuſtus vt palma. Euāgelium. Homo quidam peregre proficiſcēs. &c. vt in communi vnius epiſcopi & confeſſoris. ℟. Ordo Carmeli gaudeat ornatus tanto pręſule: Cuius dominus humilitatē reſpiciens illū ad pontificatus gradum aſſumere dignatus eſt, vt qui ſe pręſtabat humilem humilitatis ſuę pręmia reportaret. ℣. In ſummis cęlorum beatus Andreas confeſſor in cōſpectu agni meruit locum accipere. Et qui ſe pręſtabat. Lectio viij.

Factus igit epiſcopus, anno ętatis ſuę quinquageſimo octauo, incredibile memoratu eſt, quanta vitę ſanctimonia floruerit. Terrenas cupiditates ſubiecit pedibus, tātę fortitudinis factus, vt cunctas animi perturbationes ſuperaret. Mulierum colloquia tanquā ſemina vitiorum magno ſtudio fugiebat. Macerabat corp⁹ deducendo cibum: ſubtus tunicā ſuper nudo corpore catena ferrea cingebatur: Sarmenta vitium mēbris ſuis requiem nocturnam pręſtabant. Nō modo affectū egeſtate videre, ſed nec audire quidem ſine lachrymis poterat. Pauperes omnes, qui tunc Feſulis erant, literis cōmādabat: quibus clanculum pręBebat alimoniam. Nemo vnquā miſer ab eo ſine eleemoſyna diſcedebat. Quin etiā cum anno nę magna penuria eſſet, quot panes domi erāt, pauperibus erogauit. Cū autē tantę multitudini non ſufficerēt pauperū, iuſſit vltra panes afferri. Miniſtri vero panes defeciſſe narrauerunt: qui iuſſit, vt in arca attentius quęrerentur. Illi autem, & ſi nec panē in arca dimiſiſſent, tamen, ne viderentur iuſſa epiſcopi negligere, ad eā reuertentes panes in multo numero inuenerunt: Quos epiſcopus accipiens pauperibus erogauit, Tu autē. ℟ Hic eſt confeſſor egregius, qui beatę virginis Marię religioni dicatus eſt. Priuſquā in vtero cōciperetur. ℣. Et ventris ſui primitias Deo ſoluerent parentes beati Andreę, illum virginis Marię religioni tradiderunt. Priuſquā. Lectio ix.

In oībus ſaluatoris veſtigia imitari conſueuerat vir Dei & ſic qualibet quinta feria ī memoriā Chriſti humilitatis pauperibus pedes lauabat. Accidit autem, vt quidam ex mendicis crura putrida habens epiſcopo reſiſteret. Cui ait epiſcopus: cōfide fili in dominū Ieſum Chriſtum. Et infuſa aqua in peluim pauperem lauare cępit: qui ſtatim a morbo liberatus eſt. Ita

virtutib⁹, ⁊ aliis miraculis beatus Andreas ad maturam peruenerat ętatem. Anno igitur ętatis suę ſeptuageſimo primo, dum in nocte natiuitatis Chriſti ſacra perageret, beata virgo ei apparuit annuncians, quod in proximo Epiphanię feſto diē ſuum vltimū clauderet. Quod factum eſt. Ea nocte, quia hic vir dei e vita diſceſſit, multę virgines viſiones viderunt, inter quas virgo nobilis, (cui Andreas dum adhuc viueret diem mortis prędixerat) moriens alta voce clamauit. Eia, Chriſti pręſul expecta me, vt vna cęleſtem patriā ingrediamur. His dictis ſupplices manus ad cęlū tendēs ex hac luce migrauit. Mortu⁹ eſt igitur Diuus Andreas anno ętatis suę ſeptuageſimo primo: pontificatus vero ſui anno duodecimo: ab incarnatione autem anno milleſimo treceteſimo ſeptuageſimo ſecundo: octauo Idus Ianuarii, ⁊ ſepultus eſt Florentię apud ſuos Carmelitas in vita ⁊ in morte miraculis glorioſus. Tu autem. ℟. Nobilis genere fide nobilior fuit beatus Andreas: Meritis cuius patria Florētia gaudet: Carmelitę lętantur. Quem mortales in terris, ⁊ in ſummis cęlorum Angeli venerantur. ℣. Beati Andreę confeſſoris ſolennitatem hodie pia mente colimus. Quem mortales. ℣. Iuſtū deduxit. Ad laudes, ⁊ per horas Antipho. Hic eſt Marię virginis imitator idoneus: qui virgo electus virginitatis dignitatem perpetua integritate ſeruauit. ℣. Dominus regnauit. Antiphona. Te nouit Anglia: tuum in Gallia patrocinium prędicatur: te omnis fidelis in neceſſitatibus inuocat. Antiphona. Integer viuens moribus fuit beatus Andreas: cuius corpus exangue membrorum diſſolutionem nō nouit. Antiphona. Hymnum Deo alacriter perſonemus, qui nos hodie tanti confeſſoris ſolennitate lętificat: Beate Andrea intercede pro nobis. Añ. Ieiuniis, ⁊ abſtinentia macerabat corpus: Diebus atq; noctibus orationi vacabat. Lau. Ecce ſacerdos magnus. Hymnus.

O Chriſte Carmeli decus, atque norma,
Gaudium mentis pietatis auctor
Porta qua cęlos gradimur superne
Accipe vota.

Hęc erunt nobis celebranda ſemper:
Hic dies nobis memorandus, atque
Feſtus, Andreę referens beati
Annua ſacra.

Ille mortales fugiens honores,

Seculi ſpernens fragilis triū-
phos
Matris intactę iuuenis pu-
dicus
Clauſtra ſubiuit.
Candido ſplendet ſcapulas ſa-
mictu,
Et caput gemmis diadema
fulgens
Ornat, ęternos referens ho-
nores
Poſte ſepulto.
Sit patri ſummo, genito virt⁹,
Flammini ſancto, deus vnus
auctor
Cuncta qui nutu regis ꝛ gu-
bernas
Tempora vincens. Amen.
℣. Juſtus germinauit.
Ad Bñs. Añ. Glorioſi cōfeſ-
ſoris Andreę hodie ſolennita-
tē recolimus, qui virginis Ma-
rię veſtigia ſequens carnis cor-
ruptionem non nouit: ꝛ albis
indutus veſtib⁹ candidiori chla-
myde intus in anima tegebat.
Ps. Benedictus. Oratio, vt ſup.
Ad horas, vt in cōmuni vnius
confeſſ. Pontifi. Ad veſperas
Añ. Laudum ℟. Nobilis gene
re, Hymnus Gaudeat magnę.
℣. Amauit eū dñs. Ad Mag. an.
Quis eſt iſte, qui aſcendit iuga
Carmeli ornat⁹ liliis, ab ore cu-
ius ſpirat odor roſis ſuauior, ꝛ
in capite ei⁹ ſole ſplendidior co-
rona refulget. Oro vt ſu. Cętera
oia de cōi vnius epi, ꝛ confeſſ.

Nicanoris marty. ex ſeptem Die
Diaconis mēno. 10.
S. Hilarij epiſcopi facimus Die
ix. lect. prout ſtatutū fuit. Oro. 13.
Preſta queſumus omṗs deus:
vt excellentiam verbi tui,
quam beatus Hilarius cōfeſſor
tuus, atque pontifex glorioſus
aſſeuerat: ꝛ conuenienter intel-
ligere valeamus, ꝛ veraciter cō-
fiteri. Per dominum.
Remigij epiſcopi. ꝛ cōmem.
Dionyſij pont. ꝛ mar. ord. no
ſtri. dup. omnia de cōmu. Oro.
Miſericordię tuę remediis
quęſumus domine vitia
noſtra curentur: ꝛ beati Diony
ſii martyris tui, atque pontificis
precibus, ꝛ pia interceſſione, ꝗ
tua ſunt, fide, ꝛ opere exequen-
tes, ad cęleſtia deſideria tran-
ſeamus. Per dominum.
S. Felicis in Pincis pſ. ꝛ cō Die 14
feſ. iij. lect. omnia fiant de cōi.
S. Mauri abb. lect. ix. cęte. Die 15
de communi vnius confeſ. non
epiſcopi. Lectio prima.
Beatus Maurus de gñe ſe
natorū duodenis traditus
eſt ſancto Benedicto ſub regu-
lari inſtitutione imbuēdus, ſub
quo mirum in modū proficiēs
ſpecialiter ab eo diligi meruit.
Hic in quadrageſima tm̄ ſacco
ruſtico vtebatur, ꝛ bis in hebdo
mada comedebat. Lectio ij.
Hic cum de mādato btī Bene
dicti ſuccurreret Placido pue

ro periclitanti in aqua: ſuper vndas quaſi ſuper terram vadens liberauit ipſum: Quod factum beatus Benedictus obedientię ſuę aſcripſit. Lect. iij.

Factum eſt autem vt beatus Berticanus Cenomanēſis epiſcopus, audita fama ſanctitatis, beati Benedicti: mitteret nuncios ſolennes ad eum, vt dirigeret ad ſe monachos perfectos: qui ędificarēt monaſterium in fundo eccleſię ſuę. Lectio iiij.

Miſſus eſt autez B. Maurus cum quatuor ſocijs. Tranſiens autem Vercellis, vnū de ſocijs ſuis principatum ſanauit. Apud eccleſiam vero Sācti Mauritij vnum de ſocijs ſuis cęcum ſanauit. Lectio quinta.

Tandem ad Aurelianos perueniens audiuit ſanctum Berticanum epiſcopum predictum ad dominum migraſſe, et alium loco eius ſubſtitutum. Qui cū eum recipere noluiſſet: nobili viro Floro dante locum ad monaſterium cōſtruendum coadiuuante Theodoberto rege Frācorum: iuxta Ligerim in honore Beati Martini conſecrari fecit eccleſiam. Lectio ſexta.

In qua poſt miraculorum inſignia: et ſanctę vitę conuerſationem: et diſcipulorum multorum informationem migrauit ad dominuz. Poſt cuius obitum ad dominum, Poſt cuius obitum ad eius tumulum tanta, et tam crebra miracula fiunt, vt omnis lingua mortalis inferior ſit laudibus eius. Lectiones tres de hom. Nemo accendit lucernā.

Pauli primi eremitę. memoria.

S. Marcelli papę et marty. ſemiduplex. Oratio. Die 16.

Preces populi tui, q̄s dn̄e, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atq; Pōtificis meritis adiuuemur, cui⁹ paſſione lętamur. Per. L.i.

Marcellus Roman⁹ a Conſtantio et Galerio vſq; ad Maxētiū pōtificatū geſſit. Cui⁹ hortatu duę matronę Romanę Priſcilla cęmeterium ſuis ſumptibus via Salaria ędificanduz curauit, Lucina bonorum ſuorū Dei eccleſiam fecit hęredē. L.ij.

Viginti quinq; titulos in vrbe inſtituit quaſi diœceſes quaſdam, et ad baptiſmū pęnitentiamq; eorum, qui ex infidelibus Chriſtianam religionē ſuſciperent, et ad martyrū ſepulturam. Quibus rebus ira incēſus Maxentius. Lucina relegata, Marcello grauia ſupplicia minatur, niſi depoſito pontificatu, idolis immolaret.

Lectio tertia.

Qui cum inſanas hominis voces negligeret, miſit eū in catabulum, vt beſtiaruz, quę publice alebantur, curam ſuſtineret

neret. Ubi Marcell⁹ aſſiduis ieiuniis ⁊ precibus, nouem mēſes vitam duxit: parochias, quas præſens non poterat, viſitans per epiſtolas. Lectio quarta.

Inde ereptus, a clericis, hoſpitio recipitur a beata Lucina: in cuius ędibus Eccleſiam dedicauit, q̄ hodie titulo ſancti Marcelli nominatur, in qua ⁊ Chriſtiani orabāt, ⁊ ipſe beat⁹ Marcellus prędicabat. Lectio v.

Quibus cognitis Maxentius, in eam eccleſiã catabuli beſtias transferri, ⁊ a Marcello cuſtodiri iubet, vbi propter loci fęditatem pedore confectus, obdormiuit in domino. Cuius corpus i Cęmeterio Priſcillę via Salaria a beata Lucina ſepultum eſt decimo ſeptimo Calēdas Februarij. Lectio ſexta.

Sedit annos quinque, menſes ſex, dies vigintiunum: ſcripſit epiſtolã ad epiſcopos Antiochenę, prouincię de primatu Romanę Eccleſię, quam caput Eccleſiarū appellandam demonſtrat. Ubi etiam illud ſcriptũ eſt, nullum concilium iure celebrari niſi ex auctoritate Romani Pontificis. Ordinauit menſe Decembri Romę presbyteros vigintiquinque, diaconos duos, epiſcopos p diuerſa loca vigintiunũ. ⁊ cę.

De communi vnius cõf. ⁊ mart.

S. Antonij Abbatis, duplex.

Oratio. Interceſſio. Lectio j.



Antoni⁹ Ægypti⁹ nobilibus, ⁊ Chriſtianis parētibus natus, quibus adoleſcēs orbatus eſt, cũ ingreſſus eccleſiam ex euangelio audiuiſſet: Si vis perfectus eſſe, vade ⁊ vende omnia quę habes, ⁊ da pauperibus: tanquam ea ſibi dicta eſſent, ſic Chriſto domino, optemperandum exiſtimauit. Itaque vendita re familiari, pecuniam omnem pauperibus diſtribuit. Quibus ſolutus impedimētis, cęleſtis vitę genus in terris colere inſtituit. Lectio ſecunda.

Sed cum in periculoſũ illud certamē deſcenderet, ad fidei pręſidium, quo erat armatus, adhibendum ſibi putauit ſubſidium reliquarum virtutum: quarũ tanto ſtudio incenſus fuit, vt quemcunq; videret aliqua virtutis laude excellentē, illum imitari ſtuderet. Lectio iij.

Nihil igitur eo continentius, nihil vigilātius erat. Patientia, manſuetudine, miſericordia, humilitate, labore, ac ſtudio diuinarum ſcripturarũ ſuperabat omnes. Ab hæreticorum, ⁊ ſchiſmatorum hominũ, maxime Arianorum congreſſu, ⁊ colloquio ſic abhorrebat, vt ne

prope

prope quidem ad eos accedendū diceret. Humi iacebat, cū enim neceſſarius ſomnus occupaſſet: Ieiunium autem adeo coluit, vt ſalē tantummodo ad panem adhiberet: ſitim aqua extingueret: neque ſe ante ſolis occaſum cibo, aut potu recreabat: ſępe etiam biduum cibo abſtinebat, ſępiſſime in oratione pernoctabat. Lectio quarta.

Cum talis tátusq; Dei miles euaſiſſet Antonius, ſantiſſimum iuuenem hoſtis humani generis varijs tentationibus aggreditur, quas ille ieiunio, & oratione vincebat. Nec vero frequens de Sathana triumphus ſecurum reddebat Antonium, qui diaboli innumerabiles artes nocendi nouerat. Lectio v.

Itaq; contulit ſe in vaſtiſſimam Ægypti ſolitudinem vbi quotidie ad Chriſtianā perſecutionem proficiens dęmones (quorum tanto erant acriores impetus, quanto Antonius ad reſiſtendū fortior euadebat) ita contempſit, vt illis exprobraret imbecillitatem: ac ſępe diſcipulos ſuos excitans ad pugnandū contra diabolum, docensq; quibus armis vinceretur, Mihi credite dicebat, fratres, pertimeſcit Sathanas piorum, vigilias, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, miſericordiam, & humilitatem maxime vero ardentem amorem in Chriſtum dominū, cuius vnico ſanctiſſimę Crucis ſigno debilitatus aufugit. Lectio ſexta.

Sic autem dęmonibus erat formidoloſus, vt multi per Ægyptum ab illis agitati inuocato nomine Antonii liberarentur: tantaq; erat eius fama ſanctitatis, vt per literas ſe eius orationibus Cōſtātinus Magnus, & filij commendarent. Qui aliquando quintum & centeſimū annum agens, cum innumerabiles ſui inſtituti imitatores haberet conuocatis monachis, & ad perfectā Chriſtianę vitę regulā inſtructis ſanctitate, & miraculis clarus, migrauit in cęlū decimo ſexto Calēdas Februarij.

Cetera omnia de communi. Qualiter feſta ix. lec. in dominicis venientia transferri, vel non transferri debeant: Require in xxv. rubrica. Similiter, ſi veniant ante dominicā immediatę, vel poſt; quomodocunq; veſpe. habere, vel diuidere debeāt: Require in xxv. rubr. Quomodo etiam de feſtis aliqui[illegible]s huius temporis interdum propter eius breuitatem aliter agendum ſit, quam hic ſignetur: habes in xxv. rubr.

CATHEDRA S. PETRI, qua Romę primū ſedit. dup. Die 18. D

Cap. Ecce ſacerdos. ¶ cęt. vt in alio feſto ſanct. Hymnus.

Quod-



Quodcũque vinclis ſup terram ſtrinxeris.
Erit in aſtris religatũ fortiter,
Et quod reſolutis in terris arbitrio,
Erit ſolutũ ſuper cęli radiũ:
In fine mũdi iudex eris ſęculi.
Gloria Deo p immenſa ſęcula,
Sit tibi nate decus, ⁊ imperiũ
Honor poteſtas, ſanctoq; ſpũi
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſclorũ ſęcula. Amẽ.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſuper hanc petram ędificabo eccleſiã meam. Ad Magn. Aña. Tu es paſtor ouium princeps apoſtolorum, tibi traditę ſunt claues regni cęlorum. Oratio.

Deus, qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis, animas ligandi atq; ſoluendi Pontificium tradidiſti: cõcede, vt interceſſionis eius auxilio a peccatorũ noſtrorũ nexibus liberemur. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo.

¶ S. Priſcę virg. ⁊ mart. de comuni virginũ memoria. Oro.

Da quęſumus omnipotẽs Deus: vt qui beatę Priſcę virginis, ⁊ martyris tuę natalitia colimus: ⁊ annua ſolennitate lętemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per domi.

Ad Matu. Inuit. Tu es paſtor ouium, princeps Apoſtolorũ: Tibi tradidit Deus claues regni cęlorum. Venite. Hym. Quodcunq;. vt ſup. ⁊ cęt. vt in alio feſto cathedrę.

¶ Incipit Epiſtola prima Beati Petri Apoſtoli. Lectio j.

Petrus Apoſtol⁹ Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſione Põti, Galatię, Cappadocię, Aſię, ⁊ Bythynię, ſecundum pręſcientiam Dei patris in ſanctificationem Spiritus, in obedientiam, ⁊ aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. Gratia vobis, ⁊ pax multiplicetur. Benedictus Deus, ⁊ pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem ⁊ incontaminatam, ⁊ immarceſcibilem, conſeruatam in cęlis in nobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidẽ, in ſalutem paratã reuelari in tẽpore nouiſſimo. Lectio ij.

In quo exultabitis, modicũ nunc ſi oportet contriſtari in variis tẽtationibus, vt probatio fidei veſtrę multo pretioſior auro quod per ignem probatur inueniatur in laudem, ⁊ gloriã ⁊ honorem, in reuelationem Ieſu

ſu Chriſti: quem cu͂ non vide-ritis, diligitis, in quē nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis letitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei veſtrę ſalutem animarum veſtrarum. L.cō iii.

De qua ſalute exquiſierūt atq; ſcrutati ſunt prophetę qui de futura in vobis gratia propheteuerunt: ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prenūciās eas, quę in Chriſto ſunt, paſſiones, & poſteriores glorias: quibus reuelatum eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quę nunc nunciata ſunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis ſpiritu ſancto miſſo de cęlo, in quem deſiderant angeli proſpicere.

Sermo i. Leonis Papę. L. iiii.

Cum duodecim apoſtoli, accepta per ſpiritum ſanctū omnium locutione linguarum, imbuendū euangelio mundū, diſtributis ſibi terrarū partibus ſuſcepiſſent, beatiſſim⁹ Petrus princeps apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur imperij: vt lux veritatis, quę in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tunc vrbe non eſſent? aut quę vſquam gentes ignorarent quod Roma didiciſſet? Lectio quinta.

Hic conculcandę philoſophię opiniones, hic diſſoluē dę erant terrenę ſapiētię vanitates, hic confutandi dęmonum cultus, hic omniū ſacrilegiorum impietas deſtruenda, vbi diligētiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quicquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo vrbem, tu beatiſſime Apoſtole Petre, venire nō metuis, & conſorte glorię tuę Paulo apoſtolo aliarum adhuc eccleſiarum ordinationibus occupato, ſyluam iſtam fremencium beſtiarum & turbulentiſſimę profunditatis oceanū conſtantior, quam cum ſupra mare graderetis, ingrederis. Lectio ſexta.

Iam populos, qui ex circumciſione crediderunt, erudieras. Iam Antiochenam eccleſiam, vbi primum Chriſtiani nominis dignitas eſt orta fundaueras. Iam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, atq; Bithyniam legibus euangelicę prędicationis impleueras, ſic vt dubius de prouectu operis, aut de ſpatio tuę ignarus ętatis, trophęū crucis Chri Romanis arcib⁹ inferebas, quo te diuinis pordinationib⁹ anteibāt, & honor poteſtatis, & glia paſſionis. Re°.

Iam bone paſtor Petre clemens accipe



Quodcũ que vin clis ſup terram ſtrinxeris.
Erit in aſtris religatũ fortiter,
Et quod reſolueris in terris arbitrio,
Erit ſolutũ ſuper cęli radiũ:
In fine mũdi iudex eris ſęculi.
Gloria Deo p immenſa ſęcula,
Sit tibi nate decus, ⁊ imperiũ
Honor poteſtas, ſanctoq; ſpũi
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per iñnita ſclo℞ ſęcula. Amẽ.
℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſuper hanc petram ędificabo eccleſiã meam. Ad Mag. Añа. Tu es paſtor ouium princeps apoſtolorum, tibi traditę ſunt claues regni cęlorum. Oratio.

Deus, qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis animas ligandi atq; ſoluendi Pontificium tradidiſti: concede, vt interceſſionis eius auxilio a peccatorũ noſtrorũ nexibus liberemur. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo.

S. Priſcę virg. ⁊ mart. de cõmuni virginũ memoria. Orõ.

Da quęſumus omnipotẽs Deus: vt qui beatę Priſcę virginis, ⁊ martyris tuę natalitia colimus: ⁊ annua ſolennitate lętemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per domi. Ad Matut. Inui. Tu es paſtor ouium, princeps Apoſtolorum: Tibi tradidit Deus claues regni cęlorum. ps. Venite. Hym. Quodcũq;. vt ſup. nu. 30. Beatus. fol. 518. ⁊ cęt. vt in alio feſto cathedrę.

Incipit Epiſtola prima Beati Petri Apoſtoli. Lectio j.

Petrus Apoſtol⁹ Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſione Põti, Galatię, Cappadocię, Aſię, ⁊ Bythynię, ſm pręſciẽtiam Dei patris in ſanctificationẽ Spiritus, in obedientiã, ⁊ aſperſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti. Gratia vobis, ⁊ pax multiplicetur. Benedictus De⁹, ⁊ pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpẽ viuam, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem ⁊ incontaminatam, ⁊ immarceſcibilem, conſeruatam in cęlis in nobis, q in virtute Dei cuſtodimini per fidẽ, in ſalutẽ paratam reuelari in tẽpore nouiſſimo. Lectio ij.

In quo exultabitis, modicũ nunc ſi oportet contriſtari in varijs tẽtationibus vt probatio fidei veſtrę multo precioſior auro quod per ignem probatur inueniatur in laudem, ⁊ gloriã ⁊ honorem, in reuelationẽ Ieſu

ſu Chriſti: quem cum non videritis, diligitis, in quē nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis letitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei veſtrę ſalutē animarum veſtrarum. Lectio iij.

DE qua ſalute exquiſierūt atq; ſcrutati ſunt prophetę qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, pręnūciās eas, quę in Chriſto ſunt, paſſiones, & poſteriores glorias: quibus reuelatum eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quę nunc nunciata ſunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis ſpiritu ſancto miſſo, de cęlo, in quē deſiderant angeli proſpicere.

Sermo .x. Leonis Papę. L. iiij.

CUm duodecim apoſtoli, accepta per ſpiritum ſanctū omnium locutione linguarum, imbuendum euangelio mundū, diſtributis ſibi terrarū partibus ſuſcepiſſent, beatiſſim⁹ Petrus princeps apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur imperij: vt lux veritatis, quę in omnium gentium reuelebatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tunc vrbe non eſſent? aut quę vſquam gentes ignorarent quod Roma didiciſſet? Lectio quinta.

HIc conculcandę philoſophię opiniones, hic diſſoluēdę erant terrenę ſapientię vanitates, hic confutandi demonum cultus, hic omnium ſacrilegiorū impietas deſtruenda, vbi diligētiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quicquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo vrbem, tu beatiſſime Apoſtole Petre, venire nō metuis, & conſorte glorię tuę Paulo apoſtolo aliarum adhuc eccleſiarum ordinationibus occupato, ſyluam iſtam frementium beſtiarum & turbulentiſſimę profunditatis oceanū conſtantior, quam cum ſupra mare gradieris, ingrederis. Lectio ſexta.

IAm populos, qui ex circumciſione crediderunt, erudieras. Jam Antiochenam eccleſiam, vbi primum Chriſtiani nominis dignitas eſt orta fundaueras. Jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, atq; Bithyniam legibus euangelicę prędicationis impleueras, nec vt dubius de prouectu operis, aut de ſpatio tuę ignarus ętatis, trophęū crucis Chriſti Romanis arcib⁹ inferebas, quo te diuinis pordinationib⁹ antcibāt, & honor poteſtatis, & glīa paſſionis. Reſp.

IAm bone paſtor Petre clemens accipe

Uota

Vota precantium, ⁊ peccati vin
cula
Reſolue tibi poteſtate tradita
Qua cunctis cęluʒ verbo clau
dis, aperis.
Sit Trinitati ſempiterna glĩa:
Honor, poteſtas, atq; iubilatio
In vnitate cui manet imperiũ
Ex tunc, ⁊ modo per ęterna ſę
cula. Amen.
℣. Exaltent eum in eccleſia ple
bis. ℟ Et in cathedra ſenioruʒ
laudent eum.

Die 20 SANCTORVM FABIA
ni, ⁊ Sebaſtiani martyrum
duplex propter indulgentias.
Ad veſp. Capit. Sancti per fi
deʒ. ℟ Sebaſtianus vir. Hym.
Sanctoruʒ me. ℣ Lętami. Ad
Mag. Aña. Elegit dominus vi
rum de plebe: ⁊ claritatem viſio
nis ęternę dedit illi: celebremus
ſolẽnitatẽ Sebaſtiani martyris:
gaudium ſit in cęlo: ⁊ in terra
pax, hominibus bonę volunta
tis. haleluiah. Oratio.



Infirmita
teʒ noſtrã
reſpice omni
potens deus:
⁊, quia põdus
proprię actio
nis grauat,
ſanctoꝝ mar
tyrum tuorũ
Fabiani, ⁊ Sebaſtiani interceſſio
glorioſa nos protegat. Per do.
Ad matu. Inuit. Regẽ regũ do
minuʒ, venite, adoremus. Quia
ipſe eſt corona ſanctorum marty
rum. Hym. Æterna Chriſti mu
nera. In i. noc. aña. Sebaſtianus
Mediolanenſiũ partium ciuis,
queʒ perfuderat Deus gratia,
ab omnibus amabatur. pſal. vt
plurimorum martyrum. Aña.
Erat eniʒ in ſermone verax: ⁊ iu
dicio iuſtus. Añ. Chriſto quoti
die ſeduluʒ exhibebat officium:
erat enim verus Dei cultor. ℣.
Lętamini. Lectio prima.

Beatus Fabianus Papa,
natione Romanus, ex pa
tre Fabio, quatuordecim annis
ſedet, menſibus xj. diebus vero
xj. Qui diaconis regiones diui
ſit, fecitq; ſeptem diaconos: qui
ſeptem notarijs imminerent, vt
geſta martyrum ex integro fide
liter colligerẽt: vt ait Euſebius
in hiſtoria eccleſiaſtica lib. xj. hic
ſub perſecutione Decij Romę
martyrij coronam accepit: ⁊ in
cęmeterio Calliſti ſepultus eſt.
Sebaſtianus vir chriſtianiſſim⁹
Mediolanenſium ciuis: ⁊ in il
lis partibus eruditus, ciuitate
Narbonenſi oriundus: Diocle
tiano ⁊ Maximiano ita carus
fuit, vt ei principatuʒ primę co
hortis traderent: ⁊ ſuo aſpectui
eum inherent ſemper aſſiſtere.
Tu autem. ℟ Sebaſtianus Dei
cultor ſtudioſe curabat ſub ab
ſconſa chlamyde: ſanctoruʒ ani
mas confortare. Spem promit
tens,

tens, ⁊ gloriam conſequi ſempiternam. ℣. Chriſto quotidie ſedulum exhibebat officiū, ⁊ Chriſtianorum animas confortabat. Spem. Lectio ſecunda.

Erat enim vir totius prudētie: in ſermone verax: in cōſilio prouidus: in iudicio iuſtus: ⁊ vniuerſi q̄ preerant in palatio charitatiuo hūc venerabanť affectu. Erat.n. verus Dei cultor: ⁊ neceſſe erat, vt quē Deus tāta perfuderat gratia: ab omnibus amaretur. Et Chriſtianorum animas, quas in tormentis videbat deficere, confortabat, vt Deo redderet aīas, quas diabolus conabatur auferre. Clariſſimis igitur viris Marcelliano, ⁊ Marco geminis fratribus, pro Chriſti nomine in tormentis cōſtitutis: quotidie ſolatiū exhibebat. Qui dū ad ſupplicia ducerentur: ⁊ vxorū, ⁊ filiorū, ac parentum lachrymas cernerēt: ceperunt aīos flectere ad dolorē, ⁊ corda eorū molleſcere. ℟. Sebaſtianus vir chriſtianiſſimus: Quem occultabat militaris habitus: ⁊ chlamydis ſue obumbrabat aſpectus. ℣. Quem perfuderat deus gratia: ab omnibus amabatur. Quē occultabat. Lectio tertia.

Sebaſtianus autē videns eos immenſo certaminis pondere fatigari: ⁊ a fide Chriſti deficere: in medio ſe eorum obijciens dixit. O fortiſſimi milites Chriſti: o inſtructiſſimi diuini prelij bellatores: p nimiā virtutē animi fortes veniſtis ad palmā: ⁊ nunc per miſera blandimenta coronā deponitis ſempiternā? Dicat ergo nunc militū fortitudo, nos fide potius armari, q̄ ferro. ℟. Erat nanq̄ in ſermone verax, in iudicio iuſtus, in cōſilio prouidus, in bonitate cōſpicuus: In vniuerſa morū honeſtate preclarus. ℣. In cōmiſſo quoq̄ fidelis, in interuentu ſtrenuus. In iij. noc. Aña. Ad hoc tantū ſub chlamyde Chriſti militē tegebat abſconditū: vt Deo redderet animas, quas diabolus conabatur auferre. Aña. Clariſſimis quotidie viris Marcelliano, ⁊ Marco ſuadebat blandimēta mundi reſpuere, ⁊ momentanea tormentorum genera non formidare. Aña. Sebaſtianus vir chriſtianiſſimus: quem occultabat militaris habitus: ⁊ chlamydis ſue obumbrat aſpectus. ℣. Exultent. Lectio quarta.

Dicitur cū Sebaſtianus hec, ⁊ his ſimilia de breui tranſitu: ⁊ contemptu mundi ex ore ſuo proferret: ſubito fere per vnam horam, ſplendore nimio illuminatus eſt: ⁊ ſub ipſo ſplēdore circundatus ab angelis ſeptem clariſſimis fuit: ⁊ quidam iuuenis mox iuxta eum ſtabat, dans ei pacē, ⁊ dicens: Tu ſemper mecū eris. Hec autem gerebantur intra

trā domum primicerij, nomine Nicoſtrati: apud quem cuſtodie bantur Marcellianus & Marcus. ℟. Chriſto quotidie ſeduló exhibebat officium, Et animas chriſtianorū, quas in tormentis videbat deficere, confortabat. ℣. Erat nanq; in ſermone verax: in iudicio iuſtus: in vniuerſa morum honeſtate preclarus. Lec. v.

Zoe vero vxor Nicoſtrati, que ſeptem annos muta extiterat: per merita Sebaſtiani loquelam recepit. Quapropter tam ipſa, quam vir ſuus ad fidez Chriſti conuerſi ſunt: & tandem martyrio coronati. Tarquinius etiam pater Marcelliani, & Marci, cum vxore, & ſex amicis: & Caſtorius, & Claudius cuz pluribus a Polycarpo presbytero baptizati ad Chriſtum peruenire meruerunt. ℟. Zoe vxor Nicoſtrati dixit Sebaſtiano: beatus es tu: & benedictus ſermo oris tui: Per Jeſuz Chriſtum dominuz noſtrum. ℣. Benedicti, qui in omnibus, que locutus es, credūt. Per. Lec. vj.

Poſt hec prefectus ſuggeſſit diocletiano: vt euz ad ſe vocaret. Cui dixit. Ego te inter primos in palatio ſemper habui: & tu contra ſalutem meam: & deorum racorum iniuriam latuiſti? Cui Sebaſtianus: Pro ſalute tua ſemper deum colui: & pro ſtatu Romani imperij deuz, qui in celis eſt, ſemper adoraui. Tunc Diocletianus iuſſit eum in campum duci, & in palo ligari, & a militib⁹ ſagittari. Quē ita ſagittis impleuerūt: vt quaſi ericius videretur. ℟. Egregie dei martyr Sebaſtiane princeps, ac propagator ſanctiſſimorū preceptorum: ecce nomen tuum in libro vite celeſtis aſcriptum eſt. Et memoriale tuuz non derelinquetur in ſecula. ℣. Soci⁹ enīz factus es ſupernarum virtutuz, que & in celis ſpirituz tuū ſuſceperunt. In iij. noc aña. Ut vidit Sebaſtianus athletas dei imminēſo certaminis pondere fatigari, dixit: o fortiſſimi milites Chriſti, nolite per miſera blandimenta coronas deponere ſempiternas. Aña. Sebaſtianus dixit Marcelliano, & Marco: nō vos ſeducant blandimenta mulierū. Aña. Nolite timere, nō ſeparabuntur a vobis: ſed vadunt in celum parare vobis ſydereas manſiones. ℣. Juſti autem. Euangelium. Deſcendens Jeſus de mōte. ℟. Elegit dominus virum de plebe, & claritatē viſionis eterne dedit illi: celebremus ſolennitatem Sebaſtiani martyris: Gaudium ſit in celo: & in terra pax hominibus bone voluntatis. ℣. Beatus es tu, & bene tibi erit, egregie martyr Sebaſtiane. L. viij.

Eſtimantes autem milites eum eſſe mortuum, abierunt

runt. Qui infra paucos dies libe
ratus, ſtans ſupra gradus palatij
imperatoris, perſequentes chri-
ſtianos dure redarguit. Dixitq;
imperator, Nonne iſte eſt Seba
ſtianus, quem ſagittis interfici
iuſſeramus? Cui dixit Sebaſtia
nus. Ad hoc me dominus reſu
ſcitare dignatus eſt, vt redarguā
vos de malis, quę Chriſti famu-
lis irrogatis. ℟ In iſto loco p-
miſſio verax eſt, & peccatorum re-
miſſio: Splēdor, & lux perpetua,
& ſine fine lętitia, quam meruit
Chriſti martyr Sebaſtianus. ℣.
Nolite timere, non ſeparabūtur
a vobis: ſed vadunt in cęlum pa
rare vobis ſydereas manſiones.
Splendor, & lux. Lectio nona

Tunc iratus imperator iuſ-
ſit eum fuſtigari, donec ſpi-
ritum exhalaret: & corpus eius
in cloacam proijci: ne a chriſtia-
nis pro martyre coleretur. San
ctus Sebaſtianus ſequenti no-
cte ſanctę Lucinę apparuit: quę
media nocte cum ſeruis ſuis in
ſilentio eius corpus extrahens,
in loco iuxta veſtigia apoſtolorū,
vbi ei imperauerat, cum omni
diligentia ſepeliuit. Paſſus eſt
autē circa annos dñi. cclxxxvij.
℟. Beat⁹ es tu, & bene tibi erit,
egregie Chriſti martyr Sebaſtia
ne. Quia cum ſanctis gaudebis,
& cum angelis exultabis in ęter
num. ℣. Beatus es Chriſti mar
tyr Sebaſtiane, & benedictus ſer
mo oris tui. Quia cum. ℟. Te
deum. ℣. Exultent iuſti. In
lau. Aña. Sebaſtianus dei cul-
tor ſtudioſe curabat: ſub abſcon
ſa chlamyde ſanctorum animas
confortabare: ſpem promittens,
& gloriam con equi ſempiternā.
Ps. Dominus regna. &c. 62. Añ.
Si ego verus Chriſti ſeruus ſum:
& ſi vera ſunt omnia, quę hęc
mulier ex ore meo audiuit, & cre
didit: aperiat os ei⁹, qui aperuit
os zacharię prophetę domini.
Aña. Ad hanc vocem Chriſti
martyris Sebaſtiani illico aper
tum eſt os vxoris Nicoſtrati. Añ.
Zoe vxor Nicoſtrati dixit beato
Sebaſtiano: beat⁹ es tu, & bene-
dictus ſermo oris tui. Añ. San
ctus Sebaſtian⁹ dixit Nicoſtra-
to, Saluator noſter pro peccato-
ribus exhibere dignatus eſt ſuā
pręſentiam. Cap hym. ℣. de cō
muni plurimorum marty. Ad
Bñs aña. Beatus es tu, & bene
tibi erit, egregie Chriſti martyr
Sebaſtiane: quia cum ſanctis
gaudebis, & cum angelis exulta-
bis in ęternū. Oratio vt ſup: quę
dicatur ad ho. cum añ. de pſalmu. &c.
vt plurimorum martyrum. Ad
veſpe. aña. Sebaſtianus. ps. Di
xit. 45. &c. ad ceter. Cap. Sancti
ludibria. ℟ Beat⁹ es tu. Hym.
Sanctorum meritis. ℣. Lęta-
mini. Ad magni. aña. Egregie
Chriſti mrrtyr Sebaſtiane, prin
ceps, ac propagator ſanctiſſimo-
rum

rum preceptorum: ecce nomen tuum aſcriptum eſt in libro celeſtis vite: τ memoriale tuum non derelinquetur in ſecula. Oratio, vt ſup. Memo. de ſancta Agnete aña. Beata Agnes in medio flammarum expanſis manibus orabat: te deprecor venerande, colende, pater metuende: quia per ſanctum filium tuū minas euaſi ſacrilegi tyranni: τ carnis ſpurcitias immaculatis calle tranſiui: τ ecce venio ad te, quem amaui, quem credidi, quē ſemp optaui. ℣. Diffuſa eſt gratia. Oratio. Omnipotens ſemp. τ cete. vt in communi.

Die. 21. S. Agnetis virg. τ mart. ix. lec. Ad mat. Inuitatorium. Agnus ſponſum. Hymnus.

Pange lingua glorioſe:
Virginis martyrium:
Agnes virgo martyr roſe:
Maritauit lilium:
Dum decertans animoſe:
Non expauit gladium.
Vidit ſcholis reuertentem
Mars prefecti filius:
Vulnerauit amor mentem:
Dona fudit largius:
Dum contemnit largientem:
Ille furit acrius.
Puer languet, de languore:
Conſuluntur medici:
Pulſum tangunt, τ amore:
Dicunt ipſum affici:
Hec tentatur a pretore:
Sed non poteſt allici.
Mandāt eam denudari:
Trahunt ad proſtibulum:
Lux diuina lupanari:
Infudit carbunculum:
Locum vetat ſubintrari:
Lux perſtringens oculum.
Crines eius ampliati:
Fiunt ei tunica:
Subuenitur nuditati:
Miſſa veſte celica:
Noui cultus preſentati
De manu angelica.
Gloria τ honor Deo:
Agno ſine macula:
Hoc Agnetis in trophęo:
Culpę ſoluat vincula:
Triumphemus vt cum eo:
Per eterna ſecula. Amen.

In j. noc. aña. Diſcede a me pabulum mortis: quia iam ab alio amatore preuenta ſum. Ps. Beatus vir. ℟. iii. Annulo ſuo ſubarrauit me dominus meus Ieſus Chriſtus: τ tanquam ſponſam decorauit me corona. ℣. Quare fre. Aña. Dexteram meam, τ collum meum cinxit lapidibus precioſis: tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. Ps. Domine. i. ℣. Diffuſa. Lec. j.

Ambroſi⁹ ſeru⁹ Ieſu Chriſti virginibus ſacris. Diem feſtum celebrantes ſacratiſſime virginis: hinc pſalmi reſonantes inde concrepent lectiones: hinc populorum turbe letentur: in

de ſubleuentur pauperes Chri-ſti. Omnes ergo gratulemur in domino: & ad ędificationem vir-ginum, qualiter paſſa ſit Agnes beatiſſima, ad memoriam reuo-cemus. Beata igitur Agnes vir go prudentiſſima, tertiodecimo ętatis ſuę anno mortem perdi-dit: & vitam inuenit: quia ſo-lu͂ virę dilexit auctorem. Quę dum a ſcholis reuertitur, a prę-fecti vrbis filio adamatur. Cum autem pretioſiſſima ornamenta ſibi ab eo oblata eſſent: quaſi ſtercora refutauit. Et cum ip-ſe multo maiora ornamenta la-pidum, & gemmarum promitte-ret: vt conſenſum ſuum coniu-gio eius non negaret: tunc tale fertur ei dediſſe reſponſum. Di-ſcede a me pabulu͂ mortis: quia iam ab alio amatore pręuenta ſum. Quem cum amauero, ca-ſta ſum: cum tetigero, munda ſum: cum accepero, virgo ſum. ℟. Diem feſtu͂ ſacratiſſimę vir-ginis celebremus: qualiter paſſa ſit beata Agnes, ad memoriam reuocemus: tertiodecimo ętatis ſuę anno mortem perdidit, & vi-tam inuenit. Quia ſolum virę dilexit auctore͂. ℣. Ingreſſa A-gnes turpitudinis locum, ange-lum domini pręparatu͂m inue-nit. Quia. Lectio ſecunda.

Cepit ſuum ſponſum, & a-matorem a quinque commen-daret, ſcilicet a nobilitate gene-ris: a decore pulchritudinis: a di-uitiarum abundantia: a fortitu-dine: & potentię efficacia, ſic di-cens. Qui longe te nobilior eſt: & genere, & dignitate. Cuius ma ter virgo eſt: cuius pater fęmina͂ neſcit: Cui angeli ſeruiunt: cu-ius pulchritudinem ſol, & luna mirantur: cuius opes nunqua͂ deficiunt: cuius diuitię nunqua͂ decreſcu͂t: cuius odore reuiuiſcu͂t mortui: cuius tactu confortan-tur infirmi. Cuius amor caſti-tas: cuius vita virginitas. ℟. Dex-teram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretioſis: tradi-dit auribus meis ineſtimabiles margaritas. Et circundedit me vernantibus, atque coruſcantibus gemmis. ℣. Poſuit ſignu͂ in fa ciem meam, vt nullu͂ pręter eu͂ amatorem admittam. Lectio iij.

Audiens hęc inſanus iuue-nis, cęco amore, & anxio do-lore, lecto proſternitur: & per al-ta ſuſpiria amor a medicis ape-ritur. Fiunt hęc nota patri, quę fuerant inuenta a medicis: cę-pitque inquirere, quis eſſet ille ſpon ſus: de cuius ſe poteſtate Agnes iactaret: Dictum eſt ei hanc eſſe Chriſtianam: & ita magicis arti-bus occupatam, vt dicat Chri-ſtum ſponſum ſuum eſſe: nec ab eius amore poſſe amoueri. ℟. Amo Chriſtum, in cuius thala-mum introibo: cuius mater vir go eſt: cuius pater fęminam ne-

ſcit: cuius mihi organa modulatis vocibus cantant: Quem cum amauero caſta ſum: cuz tetigero munda ſum: cum accepero virgo ſum. ℣. Mel, et lac ex eius ore ſuſcepi: et ſanguis eius ornauit genas meas. Quem.

In ij. noct. an. Induit me dominus cyclade auro texta, et immenſis monilibus ornauit me. ps. Cum inuocar. 2. an. Mel, et lac ex eius ore ſuſcepi: et ſanguis eius ornauit genas meas. ps. Verba mea. 2. an. Chriſtus circundedit me vernantibus, atque coruſcantibus gemmis pretioſis. ps. Domine dominus. 3. ℣. Specie. Lectio quarta.

Audiés prefectus, quia chriſtiana eſſet: eam ſibi preſentatam primo ſermonibus blandis: deinde terroribus pulſat. Sed ipſa terrentem ſicut blandientem deridet. Quod videns prefectus titulum Chriſtianitatis impoſuit: et nudam duci ad lupanar precepit. Sed ſtatiz crine reſoluto, tantam denſitatem capillis eius diuina gratia conceſſit, ut melius capillis, quam veſtibus tegeretur. Tu. ℟. Omnipotens adorande, colende, tremende, benedico te, quia per filium tuum vnigenituz euaſi minas hominuz impiorus. Et ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſiui. ℣. Te confiteor labijs: te corde, et totis viſceribus concupiſco. Et. Lectio quinta.

Quę ingreſſa turpitudinis locum, angelum domini preparatum inuenit, circundantem eam tanto lumine, vt nullus pre ſplendore eá videre, aut contingere poſſet. Interea prefecti filius venit ad locum cum ſodalib⁹ ſuis: et audacter ingreſſus eſt ad eam. Videns autez tantum lumen circa virginem, irruens in eam in ipſo lumine: priuſquam eaz tangeret, cecidit in faciem ſuá, et ſuffocatus a diabolo expirauit. ℟. Ipſi ſum deſponſata, cui angeli ſeruiunt: cuius pulchritudinem Sol, et Luna mirantur: Ipſi ſoli ſeruo fidem: ipſi me tota deuotione cómitto. ℣. Dexteram meaz, et collum meum cinxit lapidibus pretioſis: tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. Ipſi ſoli ſeruo fidem. Lectio ſexta.

Audiens hoc prefectus venit ad locum, et dixit: Crudeliſſima feminarum: quare in filio meo artem tuam magicam voluiſti demonſtrare? Cui ipſa reſpondit. Ille, cuius volebat perficere voluntatem: in eum accepit poteſtatem. Tunc ait prefectus: In hoc apparebit, quia iſta non magice feciſti, ſi deprecata fueris angelum tuum: vt reſtituat mihi filium meum viuum. Dis auditis beata Agnes orauit: et an

gelus domini ei apparuit: ꝛ iuuenẽ ſuſcitauit. Tu. ℟. Induit me dominus veſtimẽto ſalutis, ꝛ indumento letitie circundedit me: Et tanquam ſponſam decorauit me corona. ℣. Tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas, ꝛ circũdedit me vernantibus, atq; coruſcantibus gemmis. Et tanquã. In iij. noc. Aña. Ipſi ſum deſponſata, cui angeli ſeruiunt: cuius pulchritudinem ſol, ꝛ luna mirantur. ps. Dominequis. 5. Aña. Cuius pulchritudinem ſol, ꝛ luna mirantur, ipſi ſoli ſeruo fidem. ps. Domine in virtute. 7. Aña. Ipſi ſoli ſeruo fidem: ipſi me tota deuotione cõmitto. ps. Eructauit. 17. ℣. Adiuuabit. Euãg. Simile eſt regnum celorum decem virginibus. ℟. Iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt: ꝛ ſanguis eiꝰ ornauit genas meas. Cuius mater virgo eſt: cuius pater feminam neſcit. ℣. Ipſi ſum deſponſata: cui angeli ſeruiunt: cuius pulchritudinem Sol, ꝛ Luna mirantur. Cuius mater.

Lectio ſeptima.

Nunc egreſſus iuuenis cepit clamare. Unus eſt deus in celo, ꝛ in terra, ꝛ in mari: qui Chriſtianorum eſt Deus. Ad clamorem autem eius templorum pontifices turbabantur, ꝛ prefectus hec audiẽs obſtupuit. Sed ne videretur contra templorum pontifices agere: vicariũ derelinquẽs triſtis abijt: quod eam liberare non poſſet. Uicarius nomine Aſpaſius igne copioſo accenſo iuſſit eam iactari in medio. ℟. Pulchra facie, ſed pulchrior fide beata es virgo reſpuens mundum, letaberis cum angelis. Intercede pro omnibus nobis. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intẽde, proſpere ꝓcede, ꝛ regna. Intercede. L. viij

Quod cum factum fuiſſet, flamma in duas partes diuiſa eſt: ꝛ ipſam in nullo contingebat incendium: ſed miniſtros hinc atq; illinc exurebat. Tunc Aſpaſius gladium in eius gutture mergi precepit. Et ſic martyrium conſummauit. Sponſus vero rubicundus, ꝛ candidus ipſam ſibi ſponſam, ꝛ martyrem conſecrauit. Paſſa eſt autem, vt creditur, tempore Cõſtãtini magni: anno domini trecenteſimonono. Cũ igitur Chriſtiani, ꝛ parentes eius corpus cũ magno ſepelirent gaudio: vix a paganis in eos lapides mittentibus euaſerunt. Tu autem. ℟. Mel, ꝛ lac ex eius ore ſuſcepi: Et ſanguis eius ornauit genas meas. ℣. Cuius pulchritudinẽ Sol, ꝛ Luna mirantur: ipſi ſoli ſeruo fidem. Et. ps. Te deũ. ℣. Spem. In laud. aña. Ingreſſa Agnes turpitudinis locum, angelum domini preparatũ inuenit.

venit, ℟. Dominus reg. Añ. ℣. Mecum enim habeo custodẽ corporis mei angelum Domini. Añ. Poſuit ſignum in faciẽ meam, vt nullum preter eum amatorem admittam. Añ. Benedico te, pater domini mei Jeſu Chriſti: quia per filium tuũ ignis extinctus eſt a latere meo. Añ. Congaudete mecũ: ⁊ congratulamini: quia cum his omnib⁹ lucidas ſedes accepi. Cap. Domine Deus. Hymnus.

PAter intrans ſuffocatur:
Prę fulgore luminis:
Turba fremit, accuſatur:
Tanquam rea criminis:
Plangit pater, ſuſcitatur:
Puer prece virginis.
Pater nato ſuſcitato:
Reliquit Aſpaſium:
Alimento miniſtrato
Paratur incendium:
Quod de cęlo rore dato:
Fit pęna nocentium.
O res mira, ⁊ tam mira:
Non credit Aſpaſius:
Temperatur ignis ſpira:
Nec ſedatur impius:
Quod concepit mens delira:
Hoc conſummat gladius:
Gloria, ⁊ honor Deo. ⁊ cęte. vt ſup. ad matutinum. ℣. Elegit.

Ad Ben. añ. Stans beata Agnes in medio flammarum, expanſis manibus orabat ad dominum, omnipotens, adorande, colende, tremende: benedico te, ⁊ glorifico nomen tuum in ęternum. Oratio, vt ſup. Ad horas añę de lau. ⁊ cęt. vt in communi cũ oratione, vt ſu. Ad ij veſp. añ. Ingreſſa Agnes. ℟. Dixit dominus. ⁊ ce. cũ hac ſola ca. Beatus vir, qui ſuffert. ℟. Sanctus Vincentius. Hym. Deus tuorũ militũ. ℣. Gloria, ⁊ honore. Ad Mag. añ. Sacram huius diei ſolennitatẽ humili celebremus deuotione: qua inuictus Chriſti martyr Vincẽtius, tyrãno deuicto, inſignẽ victorię palmã cęlo gaudẽs intulit. Oratio. Adeſto dñe ſupplicationib⁹ ⁊c. vt in comuni. Memorię de ſancta Agnete. Añ. Ecce quod cõcupiui iã video: quod ſperaui iam teneo: illi ſum iuncta in cęlis, quem in terris poſita tota deuotione dilexi. ⁊ cęte. vt ſupra.

SANCTI VINCENTII martyris duplex.

Ad matutinũ. Inuitatorium.



VIncentẽ mundum adoremus dominũ: In quo preſſuraz mundi martyr vicit Vincentius. Hym. Deus tuorum. In j. noct. añ. Sanctus Vincentius a pueritia ſtudiis literarum traditus, ſuperna ſibi prouidente clemẽtia, ge-

clanuſque eos pre fame peni- tus defeciſſe crederet: eos ſuo aſpectui aſtare iuſſit. Tunc pa- tefactus Dacianus in conſpe- ctu eorum, quod integri corpo- re vbique eſſent, & inter ſup- plicia fortiores: ait ſuis: Ut quid iſtis largiori paſtu induliſtis, & potu? ℟. Leuita Uincentius dixit beato Ualerio: ſi iubes, pater ſancte, reſponſis iudicem aggrediar: iam tibi, fili cha- riſſime, diuini verbi curam com miſeram. Nunc quoque pro fide, qua aſtamus, reſponſa committo. ℣. Tibi enim ge- mina ſcientia pollenti, ac ſu- perni ignis amore feruenti, ce- leſtis olim doctrine miniſte- rium delegaui. Nunc.

In ſecundo nocturno Antiph.

Tanto nanque feliciores ſe eſ- ſe credebant: quanto acriora ty- ranni ſupplicia pia longanimi- tate certaſſent euincere. Anti- phona. Leuita Uincentius di- xit beato Ualerio: ſi iubes pa- ter ſancte, reſponſis iudicem aggrediar. Antiphona. Jam ti- bi fili chariſſime diuini verbi cu- ram commiſeram: nunc quo- que pro fide, qua aſtamus, re- ſponſa committo. ℣. Poſuiſti.

Lectio quarta.

Confuſus itaque Dacia- nus ad epiſcopum ait. Quid agis tu Ualeri: qui ſub nomine religionis contra prin- cipes facis? Neſcis, quia, qui regalia ſpernunt decreta, peri- clitantur de vita. Sed & tu Uin- centi verbis meis ſalubriter ob- audi, quem & nobilitas gene- ris: & decor commendat gra- tiſſime iuuentutis. Reſpondit Uincentius, & conuerſus ad Da- cianum dixit. Scito nefarium eſſe apud Chriſtianos cultum abnegare deitatis. Et ne te e- tiam diutius protraham: con- fitemur nos Chriſtiane fidei cul tores: ac vnius veri dei famu- los, & eſſe teſtes. ℟. Ecce iam in ſublime agor: & omnes prin- cipes tuos ſeculo altior tyran- ne deſpicio: nolo gloriam meam minuas, nec damna inferas lau di: Paratus ſum enim ad om- nia tormenta pro ſalutaris no- mine ſuſtinenda. ℣. Inſurge ergo, & toto malignitatis ſpiri- tu debacchare: videbis me Dei virtute plus poſſe, dum tor- queor: quam poſſis ipſe, qui torques. Paratus ſum enim.

Lectio quinta.

Cumque hec, & his ſimi- lia diceret, iratus Dacia- nus dixit. Ipſum epiſcopum mittite in exilium, quia con- tempſit iuſſa principum: & i- ſtum Uincentium perimete tor- mentis, quia in contumeliam prorupit. Tunc beatus Uin- centius alacri vultu reſpon- dit: Hoc eſt, quod ſemper

optaui. Inſurge ergo tu, & toto malignitatis ſpiritu debacchare. Videbis me Dei virtute plus poſſe, dum torqueor: quam poſſis ipſe, qui torques. Tunc adhuc additur tormentorum diuerſitas. Equuleus, vngula, patibulum, queſtiones, lectus ferreus ſuper carbonum congeriem: lamine ferree ignite: & liquor ferri ardentius decurrens. R. Aſſumptus ex equuleo leuita Vincentius atque ad patibulum raptus, tortores ſuos pene preueniens: Moras carnificum arguendo ad penam alacriter properabat. V. Intrepidus ita ꝑ Dei athleta candentis ferri machinam vltro conſcendit. Moras carnificum. Lectio vj.

Unicuique Vincentius ſic torquere. ut viſcerum interiora nudantur: & ſanguis vndique fluit. Sed in his omnibus immotus permanens erectis in celum oculis ſic patienter orabat: vt diceret Dacianus: victi ſumus. Deinde recluditur in carcere tenebroſo, pedibus trunco conſtrictis: & ſternuntur fragmenta teſtarum acutiſſima: vt vbicunque ſe verteret, vulnera ipſe inueniret. Priuatur omni conſortio humano: ſed aſſunt angeli, per quos ab omni plaga curatur. Dantur ergo laudes Deo: & angelice vocis ſuauitas procul diffunditur. R. Beatus Dei athleta Vincentius, horrendo clauſus ergaſtulo carceris: pſalmum Deo, & hymnum, angelorum frequentia releuatus, letus dicebat. Quorum vallatus caterua venerando fouebatur obſequio, & mulcebatur alloquio. V. Dant ergo laudes deo altiſſimo, & reſonante organo vocis angelice, modulata ſuauitas procul diffundit. Quorum. In iij. noc. aña. Beatus Vincentius, cuius mens tam conſcia corone dixit Daciano: hactenus a te habitus ſermo de neganda fide perorauit. Aña. Nefarium tamen apud Chriſtianorum prudentiam eſſe cognoſce, deitatis cultum abnegando blaſphemare. Aña. Profitemur enim Chriſtiane religionis nos eſſe cultores: ac vnius veri Dei permanentis in ſecula famulos, & teſtes. V. Juſtus vt palma. Euange. Si quis vult venire. R. Agnoſce o Vincenti inuictiſſime pro cuius nomine fideliter decertaſti. Ipſe tibi coronam preparatam ſeruat in celis: qui te fecit victorem in penis. V. Eſto igitur iam ſecurus de premio, quia mox depoſito onere carnis: noſtro eris addendus collegio. Ipſe tibi. Lectio vij.

Uigilantes itaque cuſtodes, & hec videntes cum pluribus ad Chriſtum conuertuntur. Referuntur hec Daciano: & inſaniens ait: Reponatur in lectu mollicie, & poſtea ipſi recreato:

creato: ⁊ quaſi ſano renouentur iterum tormentis. Quod cum fieret, erectis in cęlum oculis, ac manibus ſpiritum Deo reddidit. Quo audito: fecit Dacianus corpus eius proijci in campum: a feris, ⁊ auibus conſumendum. Sed affuit coruus, qui feras, ⁊ aues abigebat. ℟. Glorioſus Dei amicus Vincentius, Jeſu dñi confeſſione fundatus, inter tormentorum ſupplicia ſtetit imperterritus: Ac demum triumphali morte inſignis, cęlos petiuit, ſãguine laureatus. ℣. Felici commercio, pro terrenis cęleſtia, pro perituris ęterna commutans. Ac. Lectio nona.

Post hęc Dacian⁹ fecit corpus Beati Vincentij martyris in mare proijci, mola cum funibus ad collũ ligata. Quod Dei virtute ad quoddam litus delatum eſt: ⁊ cuidam viro, ac mulieri, ⁊ quibuſdam alijs fidelibus reuelatum eſt: ⁊ ab eis honorifice ſepultum. Ceſſante autem rabie perſecutionis, deuotio fidelium extra muros Valentię ciuitatis honorabilius eum ſepelierunt. ℣. Chriſti miles p̃tioſus leuita Vincentius, vt tribunal ſponte rogum conſcẽdit intrepidus. Cuius ſalis crepitãtis per corpus minutię ſparſim ibant, atque prunę vernabãtur ſanguine. ℣ Inter hęc manet immotus ille Dei famulus: orãs Chriſtum in ſublime erectis luminibus. Cuius. ℣. Te de. 28. ℣. Ora pro nobis. In laud. aña.

Aſſumptus ex equuleo leuita Vincentius, atque ad patibulũ raptus: moras carnificũ arguẽdo: ad pęnam alacriter properabat. ℣. Dominus reg. 62. Aña. Intrepidus itaq; candentis ferri machinam vltro conſcendit: ⁊ ac manens immotus, erectis in cęlum luminibus, dñm precabatur. Aña. Agnoſce, o Vincenti inuictiſſime, quia, pro cuius nomine fideliter decertaſti: ipſe tibi coronam pręparatam ſeruat in cęleſtibus. Aña. Hinc horrẽdo carceris clauſus ergaſtulo Dei athleta: angelorum venerando fouebatur obſequio, ⁊ mulcebat alloquio. Aña. Dant ergo laudes Deo altiſſimo: ⁊ reſonante organo vocis angelicę modulata ſuauitas procul diffunditur. Cap. Iſte ſan. Hym.

Chriſti miles pretioſus:
Leuita Vincentius:
Ut tribunal ſponte rogum:
Conſcendit intrepidus:
Cuius ſalis crepitantis,
Per corpus minutię.
S parſim ibant, atq; prunę
Vernabantur ſanguine:
Inter hęc manet immotus:
Ille dei famulus:
Orans Chriſtum in ſublime:
Erectis luminibus.
Gloria, ⁊ honor deo:

Uſquequo altiſſimo:
Una patri, filioque:
Inclyto paracleto:
Cui laus eſt, ⁊ poteſtas:
Per eterna ſecula. Amen.
℣ Magna eſt. Ad Bñd. Añ.
Egregius dei martyr Uincētiꝰ, diris tormētorum ſupplicijs ꝓ Chriſto alacriter ſuperatis, ac fęlicis pugnę agone conſtanter expleto: tandem pręttioſam reſolutus in mortē cęlo triumphās ſpiritū reddidit. Oro, vt ſupra. Ad horas añę de lau. Capit. R̸. ℣. vt vnius marty. cū oratione, vt ſup. Ad ij. veſp. Añ. Aſſumptus. ⁊ cęt. ad cęt. Cap. Sancti per fidem. R̸. Tradiderunt. Hymn. Sanctorum meritis. ℣. Lętamini. Ad Mag. Añ. Iſti ſūt. ſancti. Oratio. Deus in te ſperantium. mem. de S. Uincētio. Ecce iam in ſublime agor, ⁊ omnes principes tuos ſeculo altior tyrāne deſpicio paratus ad omnia pro ſaluatoris nomine ſuſtinenda. Oratio, vt ſupra.

Die 23 S. Anaſtaſij ord. noſtri, ⁊ ſocijs eius duplex. omnia de commu. martyr. Oratio.

Deus in te ſperantiū fortitudo, qui Sācto Anaſtaſio monacho inſtituta Helię ꝓfitēnti auxilium gratię tuę ad vincula, ⁊ verbera cum ſeptuaginta alijs pro Chriſto religione conſtanter ſuſtinenda pręſtitiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, vt in exequendis mandatis tuis eorum precibus ⁊ voluntate tibi, ⁊ actionē placeamus. Per dominum.

Die 24. S. Timothei, vt vnius epiſco. li. dup. ex c. Pauli Burgēſi. ora.

Preces populi tui, quęſumus dn̄e, clementer exaudi: vt beati Timothei martyris tui, atque pontificis meritis adiuuemur: cuius paſſione lętamur. Per dominum. cęt. vt in cōmuni cū oratione pręducta.

Die 25. IN CONVERSIONE S. Pauli apoſtoli dup.

Ad primas veſperas. Capitu.



Saulus aūt multo magis conualeſcebat, ⁊ confundebat Iudęos, qui habitabāt Damaſci: affirmans, quia hic eſt Chriſtus. R̸. Sancte pater. Hymnus.

Doctor egregie Paule mores inſtrue: ⁊ mēte polū nos trāſferre ſatage: donec perfectū largiatur plenius: euacuato, quod ex parte gerimus. ℣ Annue Chriſte. ℣ In omnem. Ad Mag. Añ. Celebremus conuerſionem Sācti Pauli, quia hodie ex perſecutore effectus eſt vas electionis: ideo gaudent angeli, ⁊ collaudant in cęlis filiū Dei. Oro. Deus

DEus, qui vniuerſum mũdum Beati Pauli Apoſtoli pdicatione docuiſti, da nobis queſumus, vt qui ei⁹ hodie conuerſioné colimus: per eius ad te exépla gradiamur. Per. Mem. S. Ananię epi, ꝛ cōfeſſ. Qui Paulum baptizauit. Ad Matu. Inuit. Laudemus dñz Jeſum Chřm. In conuerſione Apoſtoli Pauli. Hym. Æterna Chriſti. In j. noct. Añ. Saulus adhuc ſpirans minarum, ꝛ cędis in diſcipulos dñi, abijt ad principem ſacerdotum: ꝛ petijt ab eo epiſtolas in Damaſcũ, ad ſynagogas: vt vbicunque inueniret huius vię viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jeruſalem. ℣. Et cuz iter faceret contigit vt appropinquaret Damaſco. pſ. de apo. Poſt pſalmos primo dicatur ℣. ꝛ deinde Aña. ꝛ hoc in conſimilibus obſeruet. Añ. Ibat igitur Saulus furia inuictus, dirũ toto pectore virus afflabat: ꝛ ſanctorum ſanguiné ſine intermiſſione ſitiebat. ℣. Per totam Judęam inſania ferebatur: Chriſti mébra dilaniaret in terris. Aña. Saule, Saule, quid me perſequeris? quis es dñe? ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris: durũ eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. ℣. Circũfulſit eũ lux de cęlo, ꝛ cadés in terrã audiuit vocé dicentem ſibi. ℣. In omné terrã exiuit ſonus,

De actibus apoſtolorum. Lec. j.

SAulus adhuc ſpirans minarum ꝛ cędis in diſcipulos dñi, acceſſit ad principem ſacerdotum, ꝛ petijt ab eo epiſtolas in Damaſcuz ad ſynagogas, vt ſi quos inueniret huius vię viros, ac mulieres: vinctos perduceret in Jeruſalé. Et cũ iter faceret, cõtigit vt appropinquaret Damaſco. ℟. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatũ, operatus eſt ꝛ mihi inter gétes, ꝛ cognouerunt gratiã: Quę data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed gratia eius ſemper in me manet. Quę data. Lectio ij.

ET ſubito circunfulſit euz lux de cęlo: ꝛ cadés in terrã audiuit vocé dicété ſibi: Saule, Saule, qd me pſequeris? Qui dixit: Quis es dñe? Et ille, Ego ſũ Jeſus Nazarenus, qué tu perſequeris: durũ eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare. ℟. Bonũ certamé certaui: curſũ cõſummaui: fidé ſeruaui: Ideoqz repoſita eſt mihi corona iuſtitię. ℣. Scio cui credidi, ꝛ certus ſum, qa potés eſt depoſitũ meũ ſeruare in illũ dié. Ideo repoſita. Lect. iij.

ET tremés, ac ſtupés dixit: Dñe qd me vis facere? Et dñs ad eum: ſurge, ꝛ ingredere ciuitatem: ꝛ dicetur tibi, quid te oporteat facere. Uiri autez illi, qui comitabantur cum illo, ſtabant ſtupefacti, audienteſqꝫ

qui

quidem vocem: neminem autē videntes. ℟. Repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quā reddet mihi dominus in illum diem. Iuſtus iudex. ℣. Scio cui credidi. vt ſup. Iuſtus. In ij. noct. aña. Saulus autem tremens, ac ſtupens dixit ad Jeſum: domine quid me vis facere? ait autē dominus ad eum: ſurge, et ingredere ciuitatem, et dicetur tibi quid te oporteat facere. ℣. Viri autē illi, qui comitabātur cum eo, ſtabant ſtupefacti. Aña. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum, et erat ibi tribus diebus, et tribus noctibus nō videns, et nō manducauit, neque bibit. ℣. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſq; oculis nihil videbat. Aña. Vade Anania, et quęre Saulū: ecce enim orat: quia vas electionis eſt mihi: vt portet nomen meum coram regibus, et gentibus, et filiis Iſrael. ℣. Dixit autem dominus in viſu Ananię. ℣. Conſtitues. Lectio quarta.

Surrexit autem Saulus de terra: apertiſq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damaſcū: et erat ibi tribus diebus non videns: et non manducauit, neq; bibit. ℟. Damaſci prępoſitus gentis Aretę regis voluit me comprehendere: a fratribus per murum tranſmiſſus ſum in ſporta. Et ſic euaſi manus eius in noīe dñi. ℣. Deus, et pater domini mei Jeſu Chri ſcit, quia non mentior. Lectio v.

Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias. Et dixit ad illum in viſu dominus: Anania. At ille reſpōdit. Ecce ego domine. Et dominus ad illum: Surge, et vade in vicum, qui vocatur rectus: et quęre in domo Judę Saulū nomine Tharſenſem: ecce enim orat. ℟. Mihi viuere Chrs eſt, et mori lucrū. Gloriari me oportet in cruce dñi mei Jeſu Chriſti. ℣. Per quem mihi mundus crucifixus eſt, et ego mūdo. Gloriari. Lectio ſexta.

Et vidit virum Ananiam nomine introeuntē, et imponentē ſibi manum, vt viſum recipiat. Reſpōdit autem Ananias: Domine audiui a multis de viro hoc quanta mala ſāctis tuis fecit in Jeruſalem: et hic habet poteſtatem a principibus ſacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. ℟. Tu es vas electionis, ſancte Paule apoſtole prędicator veritatis in vniuerſo mundo. Per quē oēs gētes cognouerūt gratiā dei. ℣. Intercede pro nobis ad dominum, qui te elegit. Per quem. In iij. noct. aña. Saule frater, dñs miſit me Jeſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas: vt

videas,

uideas, et impiearis Spiritu ſan‑
cto. ℣. Abijt Ananias, et introi‑
uit in domum Jude et imponens
ei manum dixit. An. Sub ma‑
nu Ananie continuo ceciderunt
ſquamme ab oculis eius, et ſur‑
gens baptizatus eſt, et cum acce‑
piſſet cibum confortatus eſt. ℣. Fuit
autem cum diſcipulis, qui erant
Damaſci per dies aliquot. An.
Saulus, qui et Paulus, magnus
predicator, a deo confortatus,
conualeſcebat, et confundebat
Judeos. ℣. Oſtendens, quia hic
eſt Chriſtus filius dei uiui. ℣. Ni
mi honorati ſunt.

Secundum Mattheum.

19. In illo tempore: Dixit Simon
Petrus ad Jeſum. Ecce
nos reliquimus oia, et ſecuti ſumus
te, Quid ergo erit nobis? et rel.
Omi. b. Hiero. presb. Lect. vii.

Grandis fiducia: Petrus
piſcator erat: diues non
erat: cibum manu, et arte quere‑
bat: et tamen loquitur confiden‑
ter: reliquimus oia Omnia enim
relinquit: qui uoluntatem habendi
di deſerit. Et quia non ſufficit
tantum relinquere ſua, adiungit,
quod perfectum eſt: et ſecuti ſu‑
mus te. Fecimus, quod iuſſiſti:
quid ergo dabis nobis premij?
℟. Scio cui credidi, et certus ſum,
quia potens eſt depoſitum meum ſerua
re. In illum diem iuſtus iudex. ℣. Re
poſita eſt mihi corona iuſtitie,
quam reddet mihi dns. In. Lect. viij.

Dixit illi Jeſus, Amen amen
dico uobis, quod uos, qui ſecu
ti eſtis me in regeneratione cum
ſederit filius hominis in ſede ma
ieſtatis ſue, ſedebitis et uos ſuper
ſedes duodecim iudicantes duo‑
decim tribus Jſrael. Non dixit,
Qui reliquiſtis oia: hoc enim
Socrates philoſophus fecit, et
multi alij diuitias contempſerunt:
ſed, qui ſecuti eſtis me. Quod pro
prium eſt apoſtolorum, atque cre
dentium. Tu autem. ℟. Sancte
Paule apoſtole predicator veri
tatis, et doctor gentium. Interce
de pro nobis ad Deum, qui te
elegit. ℣. Ut digni efficiamur
gratia Dei. Intercede. Lect. ix.

Amen dico uobis, quod uos,
qui ſecuti eſtis me, in rege
neratione cum ſederit filius ho‑
minis in ſede maieſtatis ſue: quan‑
do ex mortuis de corruptione
reſurgent incorrupti: ſedebitis
et uos in ſolijs, ſuper ſedes duo‑
decim iudicantes duodecim tri
bus Jſrael: quia uobis credenti
bus, illi credere noluerunt. Tu
autem. ℟. Magnus ſanctus
Paulus, vas electionis, vere di
gnus eſt glorificandus. Qui et me
ruit thronum duodecimum poſſi‑
dere. ℣. A Chriſto de celo voca
tus: et in terram proſtratus: ex
perſecutore effectus eſt vas ele‑
ctionis. Qui. Ps. Te Deum.
℣. Dediſti. In lau. an. A Chriſto
de celo vocatus: et in terram pro‑
ſtratus,

ſtratus, ex perſecutore effectus eſt vas electionis. ℣. Proſtratus eſt ſęuiſſimus perſecutor: ⁊ erectus eſt fideliſſimus prędicator. ℟. Dominus reg. 62. Añ. Ingreſſus Paulus ſynagogas, prędicabat Iudęis Ieſum: affirmans, quia hic eſt Chriſtus. ℣. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant. Añ. Saulus autem multo magis conualeſcebat in Chriſto, ⁊ confundebat Iudęos. ℣. Affirmans, quia hic eſt Chriſtus. Aña. Tu es vas electionis, ſancte Paule apoſtole, prędicator veritatis i vniuerſo mundo. ℣. Per quem omnes gentes cognouerunt gratiā Dei. Aña. Magnus Sanctus Paulus, vas electionis, vere digne eſt glorificandus: qui ⁊ meruit thronū duodecimum poſſidere. ℣. In regeneratione, cū ſederit filiꝰ hominis in ſede maieſtatis ſuę. Cap. Nō vos me. Hymn. Exultet. ℣. Annunciauerunt. Ad Bñs. Añ. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael, dicit dominus. ℣. In regeneratione. ⁊c. vt ſup. O[illegible] vt ſup. Ad hor. añę de lau. fine ℣. cap ℟. ⁊ ℣. de apoſtolis. Orō. vt ſup. Ad veſpe. Aña. Iurauit. ℟. Dixit, ⁊c. ad cętera. Cap. Iam non eſtis. Hymnus. Exultet. ℣. In omnem terrā. [illegible] Cum autē cō-

placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meę: ⁊ vocauit per gratiam ſuam, vt in me reuelaret filium ſuum in gentibus: cōtinuo non acquieui carni, ⁊ ſanguini: ſed abij ad anteceſſores meos apoſtolos. Oratio, vt ſup.

Policarpi epi, ⁊ mar. mem. Die 26

Sancti Iuliani epiſcopi, ⁊ cōfeſſoris memo. Oratio. Die 27

Deus, qui eccleſię tuę beatum Iulianum mirabilē tribuiſti doctorem: concede propitius: vt hunc apud te pium ſemper mereamur habere interceſſorem. Per dominum.

S. Iohānis Chryſoſtomi epi, ⁊ confeſſ. dup. Oratio.

Eccleſiam tuā quęſumus dñe gratia cęleſtis amplificet, quā beati Iohānis Chryſoſtomi, ɔfeſſoris tui atq; pōtificis illuſtrare voluiſti glorioſis meritis ⁊ doctrinis. Per. L. i.

Iohannes Antiochenus, ꝓpter aureum eloquentię flumen cognomēto Chryſoſtomꝰ a forenſibus, ⁊ ſęcularibus ſtudijs, ad diuinas literas ſumma cū ingenij ⁊ induſtrię laude ſe contulit. Itaque ſacris initiatꝰ, ac pꝛbyter Antiochenę eccleſię factus, mortuo Nectario, Archadij Imperatoris opera inuitus Conſtantinopolitanę eccleſię pręficitur. Lect. ij.

Quo ſuſcepto paſtorali munere

nere, depꝛauatos mores, ⁊ nobi-
liorũ hominũ viuendi licentiã
vehementius obiurgare cepit. Qua ex libertate, magnam mul
torũ ſubijt inuidiã. Apud Eu-
doxiã etiam, quod eã ꝓpter adẽ
ptũ Callitropę viduę agrũ rep̃-
hẽdiſſet grauiter offendit. Lec. iij.

Quare aliquot epiſcoporũ facto Chalcedone cõuen-
tu, quo ipſe vocatus ire noluit, ꝙ nec legitimũ conciliũ, nec pu
blicũ eſſe diceret, nitente in pri-
mis ipſa contra Chryſoſtomum Eudoxia, eijcitur in exiliũ: ſed paulo poſt propter eius deſide-
rium ſeditione populi facta, ad-
mirabili ciuitatis plauſu, ab exi
lio reuocatur. Lectio quarta.

Verum cum perditos mo-
res increpare non deſiſte-
ret, ⁊ ad argẽteam Eudoxię ſta-
tuam in foro Sãctę Sophię lu-
dos fieri prohiberet conſpiratio
ne inimicorum epiſcoporum ite
rum exulare cogitur, viduis, ⁊ egentibus omnibus communis parẽtis eiectionẽ lugẽtibus. In exilio Chryſoſtomus, incredibi
le eſt, quę, ⁊ quanta mala ꝑpeſ-
ſus ſit, ⁊ quam multos ad Ieſu Chriſti fidẽ cõuerterit. Lectio v.

Verum dũ, concilio Romę habito decreto Innocen-
tij primi Põtificis reſtituitur, a militibus, qui eũ cuſtodiebãt, miris in itinere malis, ⁊ calami-
tatibus afficit. Cũq; per Arme-
niã duceret, ſanctus Baſiliſcus martyr, in cuius templo antea orauerat, noctu ſic eũ affat⁹ eſt, Iohãnes, frater, craſtinus dies nos loco cõiũget. Quare poſtri-
die ſumpto euchariſtię ſacramẽ
to, ſeq; crucis ſigno muniẽs, ani
mã Deo reddidit decimo octa-
uo Calẽdas Octobris: quo mor
tuo, horribilis grãdo Cõſtanti-
nopoli cecidit, ⁊ quatriduo Au
guſta ceſſit e vita. Lectio vi.

Eius corpus inſigni põpa, ⁊ hoĩu multitudine cele-
bratũ Theodoſius Archadij fi-
lius, Cõſtãtinopolim portandũ ⁊ honorifice ſepeliẽdũ curauit, ſexto Calẽdas Februarij, cuius etiã reliquias veneratus, parẽ-
tũ ſuorũ veniã petijt: q̃d deinde Romã tranſlatũ, in baſilica Va-
ticana cõditũ eſt. Multitudinẽ, pietatẽ, ac ſplẽdorẽ concionũ cę
terorũ ei⁹ ſcriptoꝝ, interpretãdi etiã rationẽ, ⁊ inhęrentẽ ſenten
tię ſacroꝝ librorũ explanationẽ oẽs admirantur: dignumq; exi-
ſtimant, cui Paulus apoſtolus, quẽ ille mirifice coluit, ſcribẽti, ⁊ ꝑdicãti multa dictaſſe videat.

Secundum Mattheũ. L. vij.

In illo tempore: Dixit Ieſus cap. 5.
diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę: quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Et reliqua.

Hom. d. Iohannis Chryſo.

Attende quid dixerit. Vos eſtis ſal terrę: per quod oſten-

lis imminẽtibus eius interceſſionibus liberemur. Per do.

Ex libro ſ. Hieronymi presby. de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

Et cum ſacramenta cõpleueris, has ſcripturas tranſcribe in membrana. Poſt hoc conflans tabellas formabis eas in calicẽ, et thuribulum ad libãda, et adolenda in arca ſacrificij matutini. Manſit autem angelus in altari vſque ad gratias poſt miſſam, et in ictu diſparuit. L. ix.

Vir ſanctus Cyrillus, atq; deo carus, cum gratiarum actione nimirum reuerẽtia nõ modica fratribus cõuocatis, tabellas cęlitus trãſmiſſas apprehẽdit: et iuxta edictũ Angeli cõflauit.

SS. Perp. et Fel. m. ix. lec. oro. Die 7.

Da nobis, quęſ dñe, deus noſter Sãctarum martyrũ tuarũ Perpetuę, et Felicitatis palmas inceſſabili deuotione venerari, vt, quas digna mẽte nõ poſſumus celebrare, humilibus ſaltẽ frequentemus obſequijs.

Oĩa alia fiũt de cõi plur. L. i.

Beata Felicitas fuit mr ſanctorũ ſeptẽ fratrũ, q oẽs ab Antonio pfecto p Chřo occiſi ſũt: hic Antonius ad ſe vocãs beatã Felicitatẽ ei dixit, vt ſui, et filiorum ſuorum miſereri deberet. Que ait, nec blanditijs tuis po-

vero auelli, nec terroꝛib⁹ eo frangi: ſecura enim ſum de Spiritu ſancto, ꝙ ſuperabo. Lectio ij.

Et conuerſa ad filios ait, Videte filij mei ſurſum, ⁊ celū aſpicite, vbi Chꝛiſtus vos expectat: fortiter pro Chꝛiſto pugnate, ⁊ pro amoꝛe eius coꝛpoꝛa veſtra ad oīa ſuſtinēda tradite. Quod pfect⁹ audiēs, eā alapis cędi iuſſit: filios vero diuerſis ſupplicijs interemit, mře vidēte, ⁊ confoꝛtāte. L. iij.

Hanc beatā Felicitatē vocat Gregoꝛi⁹ pluſquā martyrē, quia ſepties paſſa eſt in ſeptē filijs, ⁊ octauo in coꝛpoꝛe pꝛopꝛio. Hęc cū beata Perpetua genere nobili, ⁊ beato Saturnino, ac Satyro, ⁊ Reuocato fratrib⁹ ſuis in carcerē miſſa eſt. Quod audiēs pr̄ Perpetuę, ad carcerē cucurrit flēs, ⁊ dicēs: Filia qd feciſti? dehonoꝛaſti gen⁹ tuum, nunquā aliqs de genere tuo in carcerem miſſus eſt. Lect. iiij.

Cum autē audiſſet, ꝙ Chꝛiſtiana eſſet, ad eā cū ipetu cucurrit, ⁊ cū digitis ſuis ei oculos eruere voluit. Et exclamās egreſſus eſt. Poſt hęc iudici pſentata, ⁊ cū ſacrificare nollet, fecit viros a mulieribus ſeparari. Et dixit beatę Perpetuę. Habes virū? Quę ait, Habeo, ſed cōtēno. Cui iudex, Miſerere tui puella Perpetua, maxime cū infantem in vtero habeas. Quę ait, Fac de me, quod vis, quia nunquam me mutabis. Lectio v.

Parētes autē beatę Perpetuę ad carcerē currētes cū viro ſuo, ⁊ paruulū, q adhuc lactabat, poꝛtātes: ⁊ vidēs eam pr̄ ſu⁹ ait. Miſerere mei filia mea, ⁊ huius meſtiſſime mřis tuę: ⁊ huius miſerrimi viri tui, qui poſt te viuere non valebit. Lect. vj.

Beata vero Perpetua imobilis ſtabat. Tūc pr̄ ei⁹ paruulū ad collū ei⁹ iactabat: ⁊ ipſe, ⁊ mř, ⁊ marit⁹ ſu⁹ man⁹ ei⁹ tenētes, eā deoſculabant dicentes. Miſerere nři filia, ⁊ viue nobiſcū. At illa pꝛijciēs paruulū, ⁊ illos repellēs ait. Diſcedite a me inimici dei, quia nō noui vos. L. vij. de Euan. quadrageſimę. L. viij.

Videns autē pfect⁹ eoꝝ cōſtātiā, eos in carcerē poſuit: Sācti vero cū plurimū męſti eſſēt de btā Perpetua, q̄ iā octo mēſib⁹ pgnās erat, pro ea oꝛabāt, ⁊ ſubito doloꝛes part⁹ i eā irruerūt, peperitq; filiū viuum. L. ix.

Quidā vero de cuſtodib⁹ dixit ad eā: Quid facies cū ante pfectū veneris, cū nūc ita grauiter cruciaris? Rñdit Perpetua: Hic pro me patioꝛ, ibi deus pro me patiet. Extracti igit̃ de carcere: ⁊ poſt tergū ligatis manib⁹ ⁊ nudatis natib⁹, ⁊ dimiſſis beſtiis, Satyr⁹, ⁊ Perpetua a leonib⁹ deuoꝛant: Reuocat⁹ ⁊ Felicitas a leopardis comedūt: Saturnin⁹ vero gladio truncatur. Tu.

Nullum fuit ſcriptorũ genus, in quibus non eſſet diligentiſſime verſatus. Collationes patrum aſſidue peruolutabat: nec tamen a prędicatione diuini verbi deſiſtebat: quod cum faceret, per Octauam Paſchę, in baſilica ſancti Petri, mulierem quę eius fimbriam tetigerat, a fluxu ſanguinis liberauit. Scripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles, adeo excellunt: vt ob eam cauſam etiam, nomen Doctoris Angelici iure ſit adeptus. Ab Vrbano quarto Romam vocatus, adduci non potuit, vt honores acciperet. Archiepiſcopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente quarto Pontifice recuſauit. Lectio ſexta.

Miſſus a Gregorio decimo ad concilium Lugdunenſe in monaſterio Foſſę nouę in morbum incidit, vbi ęgrotus Cantica canticorum explanauit. Ibidem obiit, quinquagenarius, anno ſalutis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto Non. Martii. Miraculis & viuus & mortuus floruit. A Ioanne vigeſimoſecundo in ſanctorũ numerum relatus eſt, anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo tertio, cuius corpus poſtea Vrbano quinto Summo Pontifice Tholoſam tranſlatum eſt.

¶ Sãctorũ quadraginta martyr. ix. lectio. Ad veſpe. vt in plurimorum martyrum. Oratio. Die 9.

Propitiare quęſumus domine fidelibus tuis per ſanctorum quadraginta martyrum tuorum merita glorioſa, vt eorũ pia interceſſione ab omnibus protegamur aduerſis. Per. Lectio i.

Apud Sebaſtẽ Armenię minoris, paſſio ſanctorum quadraginta martyrum, tempore Licinii regis, ſub pſide Agricolao, & Lyſia duce. Qui poſt vincula, & carceres creberrimos, poſt cęſas lapidibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum aquarum gelidarum: vt diſtricta gelu corpora eorum diſrumperentur. Lectio ſecunda.

Vnus autem ex eis, ex nimio dolore amiſſo igne charitatis effectus puſillanimis, refugit in balneum: & mox vt attigit calorem, reſolutus emiſit ſpiritum. Quod videntes cęteri trigintanouem, in orationẽ, & in laudem omnipotentis dei Spiritus ſancti gratia confortati eruperunt. Circa horam vero noctis tertiam, reſplendet velut ſol lumen feruens ſuper eos, & glacies diſſoluta eſt. Lectio iii.

Porro, qui cuſtodiebant eos, ſomno grauabantur; clauicularius tantum ſolus vigilabat. Qui audiens eos oran-

tes, videnſq; tantã lucẽ, ꝛ glaciẽ reſolutã: reſpiciẽs vnde eorũ ipſa lux haberetur, videt ſup eos coronas deſcendentes numero triginta nouem. Lec. iiij.

Et cogitans ſecũ quadraginta, inquit ſunt: vnꝰ corona vbi eſt? Experge faciẽs itaque clauicularíꝰ reliquos cuſtodes: proiecit veſtimenta ſua in facies eorum: ꝛ exiliuit in ſtagnum clamans, ꝛ dicens, Chriſtianus ſum. Lectio quinta.

Hunc autẽ facto ſatellites impijſſimi tyranni iuuenerunt clauicularíũ ipſis martyribus annumeratũ: vnde vnus ceciderat. Cumq; eum vere cõperiſſent fidelẽ, eoſdẽ oẽs traben tes ad litus baculis eorũ crura fregerunt, atque ita crurifragio martyriũ cõſummauerũt. lc. vj.

Quorum vnus, Meliton nomine, cum eſſet omniũ etate iunior, ꝛ cruribus fractis adhuc ſuperuiueret: timens mr̃ eius, que aſtabat martyribus, ne in cruciatibus deficeret: animo virili hortabat̃ eum dicens: Fili modicũ ſuſtine, ecce Chr̃s ad ianuam ſtat adiuuans te.

Lc. vij. de euãg. xj. Lectio. viij.

Cumq; ſanctoꝝ corpora Birotis ſuperpoſitis ducerent ad incendiũ, a miniſtris diaboli: videns pia mater ſoluꝫ filium eius relictum, quem illi ad hoc reliquerant, quia ſperabant, quod poſſent eius animũ culturis demonum, ſi ſuperuiueret, inclinare. Lectio nona.

Tollens itaq; mr̃ eũ ſuper humeros ſuos, greſſu virili ſubſequebat̃ vehicula. Cũq; ferretur iuuenis, inter amplexꝰ maternos, animam celo moriẽs tradidit. Perueniens igit̃ mulier ad locũ, vbi ſanctoꝝ corpora cremabantur, proiecit filiũ iã mortuum ad incendium, vt etiam morte ꝛ ſepultura martyribus ſociaretur. Combuſta ſũt igitur ſanctorum corpora, ꝛ in fluuium proiecta, ſed diuina diſpenſatione reliquie eoꝝ ſunt integre reperte, ꝛ digno honore condite. ꝛc. de communi.

¶ S. Gregorij Pape feſtũ du. Die oĩa de cõi vnius Doct. Oratio. 12.

Deus, qui anime famuli tui Gregorij eterne beatitudinis premia contuliſti, concede propitius: vt, qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per do. Lectio j.

Gregorius in vrbe Roma, patre Gordiano, matre vero Syluia editus, non ſolũ ſpectabilẽ ſenatoꝝ proſapiaꝫ: verũ etiam religioſam originẽ duxit. Nam Felix ipſius apoſtolice ſedis antiſtes, vir magne virtutis, in eccleſia Chriſti eius atauus fuit. Lectio ſecunda.

Sed

SEd Gregorius hanc tantę nobilitatis lineā moribus extulit: et pbis actib⁹ decorauit. Deniq;, vt poſt ppatulo claruit, nō ſine magno quodā pręſagio tale ſortitus eſt nomen. Lec. iij.

GRegorius nanq; ex Gręco eloquio, in noſtrā linguaʒ vigilator, ſeu vigilans ſonat. Re vera etenim vigilauit ſibi, dum diuinis inhęrēdo pręceptis laudabiliter vixit. Lectio quarta.

VIgilauit et fidelibus populis, dum doctrinis affluentis ingenii eis, quo tramite cęleſtia ſcāderent, pate fecit. Diſciplinis vero liberalibus, hoc eſt grammatica, dialectica, et rhetorica ita a pueritia eſt eruditus, vt quamuis eo tempore hic potiſſimum florerent ſtudia literarum: nulli tñ in vrbe Romana putaretur eſſe ſecundus. Lec. v.

IMerat adhuc paruo ętate maturus ſenſu: iam cępit ſtudio adhęrere; et dictis maiorum, et ſi quid dignuʒ potuiſſet auditū percipere, non ſegniter obliuioni tradebat, ſed tenaci potius memoria retinebat. L. vj.

HAuriebatq; iā tunc ſitibūdo doctrinę fluēta pectore, q̄ poſt ōgruo tpe mellito gutture eructaret. Hic ī annis adoleſcentię: in quibus ſolet huiuſmodi ętas ſeculi vias ingredi: deo cępit deuotus exiſtere, et ad ſupernam vitę patriam totis deſiderijs anhelare. Lectio viij.

SEd cum diu longeq; conuerſationis gratiā differret et poſt cęleſti afflatus deſiderio ſeculari habitu cōtegi meli⁹ putaret: velletq; pſenti mūdo quaſi ſpecietenus deſeruire: cęperunt multum contra eū eiuſdē mūdi curę ſuccreſcere, vt in eo nimia ſpe, et vt ipſe de ſe aſſeruit, retineretur, et mente. Lectio ix.

VNdē cū et parentū iandudū obitu liberā diſponendarū ſuarū rerū haberet facultatē: quod prius mēte geſtabat, apparuit: quodq; iā erat in diuinis obtutibus humanis etiā viſibus oſtēdit. Hoc etenim cūcta, quę habere potuit, ad pietatis opus diſtribuit: vt Chriſtū pro nobis factū egenū egens ipſe ſe quereretur. Lectio de Euange. Vos eſtis ſal terrę. vt in communi vnius docto. et cęte.

¶ Innocentii Papę, et mart. dup. in conuentu S. Martini. Die 12.

¶ Sanctę Euphraſię virginis ordinis noſtri, dup. Oratio. Die 13.

OMnipotens ſempiterne deus, q ecclesiā tuā nouā ple ſemper fęcūdas, et auges, nobis ſupplicibus ita iugiter adſit tua ppitiatio, ſicut beatę Euphraſię virgini virtutibus, et miraculis adfuiſti: eius ſuo interceſſione ab oībus vitiorum tenebris eruamur, et de ei⁹ feſtiuitate lętemur. Per. Lect. de communi vnius virginis.

¶ Dein

Die 15. ¶ Sancti Lõgini martyris cu
ius corpus eſt Mantue. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus, qui pretioſiſſimo tui ſanguinis liquore oculos ſancti martyris tui Longini illuminaſti, queſumus, vt, dono tue gratie mentes noſtras illuſtrare digneris: quatenus poſt hanc vitam in eterna beatitudine te perfrui mereamur. Per dominũ.

De communi cum homilia. xl.

Die 17. ¶ Gertrudis virginis. ix. lect.
Et Patritij, cum ix lect.

Die 18. ¶ Jeruſalem S. Alexãdri epi.
& mar. ix. lect. Oratio.

Adeſto dñe populo tuo, vt beati Alexandri martyris tui atque pontificis merita preclara ſuſcipiens, ad impetrandã miſericordiam tuã ſemper eius patrocinijs adiuuemur. Per d.

Cetera omnia de communi cũ oratione predicta.

Die 19. ¶ In feſtiuitate beatiſſimi Joſeph nutritii Chriſti.
Ad Veſperas. Capitulum.

Benedictio illius, qui apparuit in rubro, venit ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem Nazaret inter fratres ſuos. Deo gratias. ℟. Ex Egypto dñi vocauit deus pater filium, adoptiuus hunc portauit pater poſt exilium Nazareth. Hic habitauit flos campi & lilium. ℣. Dum Archelaus regnaret in Judea: venit Joſeph i Nazareth. Hic habitauit flos cãpi, & lilium. Hym.

Ollaudemus toto corde:
Dei ſapientiam:
Virgini qui iunxit ſorte:
Joſeph diligentiam:
Qui naſcentis ſine ſorde:
Aleret infantiam.
Quem inuiolate matris
Peperit integritas:
Ipſum putatiui patris:
Aluit virginitas:
Hoſtibus celatur atris:
Hac arte diuinitas.
Joſeph portat Joſeph tractat
Joſeph mulcet oſculis:
Dũ Herodes paruos mactat
Artubus minuſculis:
Joſeph hũc quez virgo lactat
Subtrahit periculis.
Puer in Egyptum ductus:
Joſeph miniſterio:
Ab eodem poſt reductus:
Patris eſt imperio:
Matureſcit celi fructus:
Fit crucis myſterio.
Gloria ſummo parenti:
Laus equalis genito:
Ab vtroque procedenti:
Par decus paraclito:
Qui nos ſaluet prepotentis
Sancti Joſeph meritis. Amẽ.

℣. Amauit. Ad [illegible] Aña.

Felix matrimonium, fide ſacrũ, neque prole vacuum, ſed flore retento, vice pate & virgo parẽs: hic & illa labe carens, cum honore virginali: cura ſibi coniugali mutuo ſubſeruiunt, & dulcem

enutriunt pari voto filium: quorum miniſterio latens in myſterio: decepturus inimicum: verū decus ⁊ antiquum: perficit conſilium. Oratio.

Omnipotens ⁊ mitiſſime Deus, qui Beatum Joſeph iuſtum filium David Beatę Marię virgini tuę matri ſponſum prouidiſti, ⁊ tuum nutricium elegiſti: da quęſumus, vt eius precibus ⁊ meritis eccleſia tua tranquilla pace lętetur, ⁊ ad perpetuę viſionis tuę conſolationem perducatur, Qui te. Ad Matut. Inuitat. Virgo vir intactę genitricis cęlitus actę Regna tenet vitę: iubilantes ergo venite. ps. Venite. Hym. Collaudemus. In i. nocturn. Añ. Joſeph in conſilio impiorum non abijt, virginem cum filio ipſe virgo dum nutrijt. ps. Beatus vir. 1. Añ. Dum Herodes meditatur aduerſum Chriſtum domini, tum Joſeph peregrinatur, Deo cedente homini, ps. Quare fremuę. Antiphona: Puer Aegypto ſuſceptus per Joſeph reducitur in Judęam: cum correptus hoſtis morte tollitur. ps. Domine quid, 2. Antiphona. Emanit. Lectio prima.

SI colligimus in vnum quę ſparſim de ſancto Joſeph euangelica ſcriptura commemorat: inuenimus eum profecto magnis laudum pręconijs commendatum, propter quę ſancta mater eccleſia feſtiuis gaudijs merito duodecim eius honores recitat. Nanque primo ex nobiliſſima, ⁊ regia ſtirpe propagatur, teſtante Euangeliſta, qui librum Jeſu Chriſti filij David, ab Abraham inchoans terminat: quod Jacob genuit Joſeph virum Marię: de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus. Secundo. Marię Virginis matris, ⁊ Jeſu eius filii verus conſanguineus appellatur, quia ipſe ex ſemine David naſci teſtimonio ſcripturę comprobatur. Nam miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David. Quod non tantum ad Joſeph refertur: ſed etiam ad virginem ei deſponſatam. ℟. Nouus nouo generatur fructus paradiſo, qui cuſtodi deputatur cęlitus prouiſo. Quo ſerpentis elidatur dolus, ⁊ eliſo protoplauſto ſuccurratur hinc recte gauiſo. ℣. Nimis profunde factę ſunt cogitationes tuę Domine. Quo.

Lectio ſecunda.

AD honorem cedit Sancti Joſeph tertium, quod ſacratiſſimę Virgini Marię Dei matrimonialiter deſponſatur,

ſatur, prout ſancti euangeliſtę frequenter commemorant deſponſatam virginē viro cui nomē erat Joſeph: & Joſeph virū Marię. Non virili more carnaliter copulat⁹: ſed virtuoſo amore ſacramentaliter iunctus. Sed quartus honor ei datur, dum virginitatis decoratur titulo. Sane deſponſata erat Maria Joſeph: quando miſſus eſt ad eam Gabriel. Cui cum dixiſſet, ecce concipies, & paries filiū. reſpondiſſe legitur, quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco, ideſt nunquam cognoſcere propono. Sponſa igitur erat, & virgo, & conſentiente ſponſo perpetuę virginitatis propoſitum obſeruabat. ℟. Ex Ægypto dum veni, vt in primis Veſperis.

Lectio tertia.

Honoratur quinto beatus Joſeph, dum non ſolum ad virginis matris, ſed etiam ad eius filij obſequia ſingulariter deputatur. Nam vltra generales cauſas eius deſponſationis quędam ſpeciales a ſanctis dicuntur, videlicet, vt diabolo virginis partus celaretur, vt Joſeph eius teſtis caſtitatis eſſet, defendens eam ab infamia ſuſpicionis, ne vt adultera iuxta legem damnaretur. Poſtremo, vt ab ipſo mater cum filio ſuſtentaretur, & eius foueretur obſequio. ℟. Ecce fabrum patriarcham: Qui cęleſtem rexit arcam: ſecum omnes ſaluantem a culpę diluuio gratię cū fluuio. ℣. Quia iuſtus atque perfectus in generatione ſua fuit. Qui. In ſecundo noct. Añ. Vere ſingulariter in ſpe conſtituitur, cui coniugaliter virgo viro traditur. Pſ. Cum inuo. 2. Antiphona. Regi vero deo ſuo mane Joſeph aſtitit, dum alumnus nato tuo virgo mater extitit. Pſ. Verba mea. 2. Antipho. Nomē admirabile Joſeph promulgauit: quod prius amabile Gabriel vocauit. Pſ. Domine dominus noſter. ℣. ℣. Juſtum.

Lectio quarta.

Honor ſextus eſt, quod ei tanquam ſecretario cęleſti ſecretum incarnationis myſterium a deo per angelum reuelatur apparentem in ſomnis, ac dicentem trepidanti: Joſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuā: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſcō eſt: non humano, ſed diuino opere: non virili ſemine, ſed myſtico ſancti Spiritus ſpiramine incarnatum eſt. Nec ei ſolum incarnationis myſterium, ſed etiam per eum humanę ſalutis myſterium angelus intimauit. Et pariet, inquit, filium, & vocabis nomen eius Jeſum. Cauſam nominis ſubiungens. Ipſe enim ſaluum faciet populum

ſum ſaluti a peccatis eorum. ℟. Hic eſt, cui nupſit virgo, q̄ mundi fabrum peperit, princeps ſeculi Deus homo in qua locum reperit. Per quam nec pudor deperit. ℣. Omnis homo quicunque audierit congaudebit ei. Per quam. Lectio quinta.

Septimus S. Joſeph honor eſt, quod iuſtus euangelico teſtimonio cōprobat. Joſeph, inquit, vir eius cum eſſet iuſtus: hoc eſt, cum eſſet fide, ſpe, & charitate, ac omnium bonorum morum, & cunctarum virtutū honeſtate probatus: nā in ſcripturis ſub iuſtitię nomine virtuoſę vitę ſanctitas generaliter accipitur quare Joſeph etiā iuſtus dicitur, quia fide iuſtificatus, ſicut pater eius Abraham. De quo apoſtolus. Credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Credidit & Joſeph, quod Meſſias naſceretur non de virili ſemine, ſed ex myſtico ſpiramine, & de fęmina virgine, ex ſemine Dauid: qua fide iuſtificatus, vere iuſtus eſt vocatus. ℟. Jacob amat ille Liam: Joſeph diligit Mariā, dei filio fęcūdā, Sed ab omni tactu mundā. ℣. Hanc amauit, & exquiſiuit ſibi ſponſam. Sed. Lec. vj.

Octauum honorē, teſtatur euangelium, quod hoc nomen Jeſu a Deo ęternaliter impoſitum, ab angelo temporaliter reuelātum, ab ipſo ſancto Joſeph hominibus ſolenniter publicatur. Ab angelo namque ante Chriſtiani natiuitatē dictū eſt de futuro iuſto Joſeph: Vocabis nomen eius Jeſum. Quod factum non ambigimus. Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circunciderētur puer, vocatum eſt nomen eius Jeſus, quod vocatum eſt ab angelo antequam in vtero conciperetur. ℟. Primus Joſeph alienę turpe ſtuprum renuit & hic cum ſua florem plenē caſtitatis tenuit. Ille tunc Aegyptum pauit. fame duꝫ occubuit, mundo granum, hic ſeruauit, quod virgo progenuit. ℣. Deſcendit Joſeph in Aegyptum: fuitque dominus cum illo. Ille.

In tertio nocturno. Antipho. In immaculata via pſallens intelligit: qui naſcentē de Maria regem regum rexit. Ps. Domine quis. 5. Antiphona. Magna huius gloria eſt in ſalutari, omnique memoria digna celebrari. Ps. Domine in virtute tua. 7. Antiphona. Innocens hic manibus vir & mundo corde: ſanctum celat canibus partum ſine ſorde. Ps. Domini eſt ter. 9. ℣. Juſtus, vt. Euangel. de Quadrageſima. Si vero hoc feſtum extra Quadrageſimam fuerit celebrandum pronuncietur euangelium Cum eſſet deſponſata

ponſata mater Jeſu. vt in vigi-
lis Natiuitatis Domini. ℟ Hic
in rubo Deum cernit, quem nō
leſit ignis, dum diſcalciatus ſter
nit carnem vir inſignis: Uirgo
ſeruans virginem: Deum videt
hominem, ⁊ Mariam ſine viro
parientem modo miro. ℣. Ui-
dit quod arderet rubus, ⁊ non
combureretur. Uirgo ſeruans
virginem. Lectio octaua.

Nonus honor iuſti Joſe-
ph atteditur ex hoc, quod
illo pręſente multa magna no-
ſtrę fidei myſteria declarantur.
Pręſens erat, dum Chriſtus
naſceretur, dum a paſtoribus
mira de ipſo dicebantur. Naz,
vt euangeliſta Lucas refert: In-
uenerunt Mariam, ⁊ Joſeph,
⁊ infantem poſitum in pręſepio.
Et mirati ſunt de his, quę di-
cta ſunt a paſtoribus ad illos.
Pręſens erat, dum Chriſtus
circuncidebatur, ⁊ ſanguinis
innocentis primitię fundeban-
tur. Et tunc propter nos Chri-
ſti paſſio, ⁊ propter Chriſtum
Joſeph compaſſio incohaba-
tur. Pręſens erat, quando a
Magis adorabatur. Pręſens
erat, dum Chriſtus confereba-
tur in templo, quando ipſe cuz
Maria tulerunt Jeſum in Je-
ruſalem: vt ſiſterent eum domi-
no. Sed ⁊ honor Joſeph deci-
mus fuit, quod non ſolum ve-
terum, ſed nouorum propheta-
rum oraculis de his edoctus eſt,
quę in Chriſto erant ventura.
Nam Simeon ſenex benedixit
eis, ⁊ prophetans de Chriſti
paſſione dixit ad Mariam ma-
trem eius: Tuam ipſius ani-
mam pertranſibit gladius, id
eſt paſſio illius. ℟. Adeſt
Aaron, ſecundus eius frater
ſicut ſecundus prius arens. Dū
fit parens virgo viro carens. ℣.
Aſcendit ſicut virgula coram
eo, ⁊ ſicut radix de terra ſitien-
ti. Dum fit. Lectio nona.

Sancti Joſeph honor vn-
decimus eſt quod non ſo-
lum prophetica allocutione, ſed
etiam angelica ſępe ⁊ familiari-
ter conſolatur. Quater ex rela-
tione euangelica audiuimus,
verba conſolationis angelicę
ſuis inſonuiſſe auribus. Pri-
mo cum de impregnatione vte-
ri virginalis hęſitaret, ait ei An-
gelus, Joſeph noli timere acci-
pere Mariam coniugem tuaz.
Demum cum Herodis perſe-
cutio immineret, apparuit ei
Angelus in ſomnis dicens: Jo-
ſeph accipe puerum, ⁊ matrem
eius: ⁊ fuge in Aegyptum: fu-
turum eſt enim, vt Herodes
quęrat puerum ad perdendum
eum. Et poſt ſeptennium mor-
tuo Herode rurſum apparuit
ei angelus, ⁊ dixit. Exurge,
⁊ accipe puerum, ⁊ matrem
eius, ⁊ vade in terram Iſrael.
Poſt-

Poſtmodum cum veniſſet in Iſrael timuit Archelaum regnantem pro patre: & tunc admonitus ab Angelo ceſſit in partes Galileę. Duodecimus honor Beati Ioſeph eſt, quod non ſolum Dei mater, cęlorum Regina, ac Domina Angelorum, ſed & Dei filius, rex regũ, cui omne genu flectitur, cęleſtium, terreſtrium, & infernorum ei fuiſſe ſubditus, Sacra Scriptura, & euangelica hiſtoria teſtatur. Nam de matre Dei quis dubitat, cum vir ſit caput mulieris; ſponſaque ſubdita ſponſo, & ſub poteſtate eius exiſtat? De filio quoque aſtruit euangeliſta, quod erat ſubditus illis. Quibus illis? Vtrique Marię & Ioſeph. O mira & ſtupenda nouitas. O mira & miranda humilitas. Subditur ſeruo dominus, humiliatur homini Deus. ℟. Saliunt in montibus Ioſeph, & Maria, nuptijs inſontibus regit arte pia ſeſe dulcis puſio, quam ſuauis alluſio cordi Ioſeph fuit illa, verbum caro dum puſilla. Nunc ad eum vice patrem, nũc ad ſanctam repſit matrem. per virgineas ceruices, gratas alternando vices. ℣. Cor, & caro eius exultauerunt in Deũ viuum. Ioſeph. Gloria. Nunc. ℟. Te Deum. ℣. Ora pro nobis & beate & iuſte Ioſeph.

In laud. Antipho. Ioſeph in cubiculo Dominus regnauit, vbi mundo ſpeculo lectum pręparauit. Antiphona. Cęli domino ſeruiunt Ioſeph in lętitia, cuius prolem Deum ſciuit integra fiducia. Antipho. Iſte Dei gloriam vidit, & virtutem cuius ipſe floridam pauit iuuentutem. Antiphona. Sancti benedicite domino & humiles, quem parentes cęlibes, vita ſonent pariles. Antiphona. Laudet iam Chriſtiferum Ioſeph plebs fidelis, qui nutriuit puerum dominum de cęlis. Capit. Iſte cognouit, vt in communi vnius confeſſoris non Epiſcopi. Hymnus.

Feſta nutritoris Ieſu:
Colant fideles ſeruuli:
Qui humano pauit eſu:
Nutritorem ſeculi.
Sic pariturę virgini:
Digne virgo coniugatur:
Et ſic cęleſtis dęmoni:
Partus occultatur.
Ibi tus habitauit:
Deſponſatus, cum virgine:
Quam diuina fęcundauit:
Gratia ſine ſemine.
Ab ęterno pręparatur:
Inſignis Ioſeph nomine:
Venerari quem dignatur:
Chriſtus natus ex virgine.
Natum virginis intactę:
Virgo vir Ioſeph aluit:
Grandiuſculus a lacte

Quando cibari voluit.
Gloria ſummo parenti:
Laus eius vnigenito:
Et ab illis procedenti:
Pax, honor ſit paraclito.
Amen. ℣. Iuſtus germin. Ad Bñs. Aña. Nobis cornu dum ſalutis dñs erexit de domo Dauid: vir virtutis Ieſſeus ſurrexit, ſeruans Ieſſe virgulã floris noui gerulam, cui ſic in ſanctitate ſeruitum & iuſtitia, quod diuine proli natę integra virginitate, illa matris, iſte patris pręeſt diligentia. Oratio, vt ſu. Ad horas añę de laud. Cap. ℟. ℣. vt in cõi. vnius confeſſ. non epiſcopi cum oratione, vt ſup. Ad veſp. Aña. Ioſeph in ℟. Dixit. &c. ad cęt. Capit. vt in primis veſper. ℟. Saluum. hym. vt ſup. in laud. ℣. Amauit. Ad Mag. Aña. Magnificat dominũ ſancti Ioſeph anima, qui ſalutem hominũ cura fouit maxima: nam in ventre matris iſte Nazareus tibi Chriſte conſecratur, & notatur, quem nec mater virginalis horreat, nec puer talis. Oratio, vt ſupra.

Die 21. ¶ Sancti Benedicti Abba. ſ. dup. Ad veſp. cap. Iuſtus cor. ℟. Scte Benedicte. Hym. Hic pius. Ad Mag. Aña. Similabo. Oratio. Interceſſio. L. j.

Benedictus Nurſię nobili genere ortus Romę liberalib⁹ diſciplinis eruditus, vt totũ ſe Ieſu Chro daret, ad eũ locũ q Sublacus dr in altiſſimã ſpeluncã penetrauit. In qua ſic p triennium delituit, vt vnus id ſciret Romanus monach⁹, quo ad vitę neceſſitatẽ miniſtro vtebatur. Lectio ij.

Cum igit ei quodã die ardentes ad libidinẽ faces a diabolo ſubijcerent, ſe in vepribus tandiu volutauit, dũ, lacerato corpore, voluptatis ſenſus dolore opprimeret. Sed iã erumpente ex illis latebris fama eius ſanctitatis, quidã monachi ſe illi inſtituendos tradiderũt: quorũ viuendi licentia, cũ ei⁹ obiurgatiões ferre nõ poſſent, venenũ in potione dare cõſtituunt. Verum poculũ ei pbentib⁹, crucis ſigno vas cõfregit, ac relicto monaſterio, in ſolitudinẽ ſe recepit. L. iij.

Sed cũ multi ad eũ quotidie diſcipuli cõuenirẽt, duodeci monaſteria ędificauit, eaq ſctiſſimis legib⁹ cõmuniuit. Poſtea Caſinũ migrauit, vbi ſimulacrũ apollinis, q adhuc ibi colebat, cõminuit, arã euertit, & lucos ſuccẽdit, ibiq ſcti Martini ſacellũ, & ſci Iohãnis ędiculã extruxit, oppidanos aũt, & incolas Chriſtianis pceptis imbuit. L. iiij.

Augebat in dies magis diuina gra Bñdictus, vt etiã pphetico ſpiritu ventura pdiceret. Quod vbi accepit Totila Gothorũ rex, exploraturus an

gere ita eſſet, ſpathariũ ſuũ regio ornatu ⁊ comitatu pręmiſit: qui ſe regem ſimularet. R. v.

QVē vt ille vidit, Depone, inquit, fili, depone quod geris: nam tuũ non eſt. Totilę vero prędixit aduentum eius in Urbem, maris tranſmiſſionem, ⁊ poſt decem annos mortē. L. vj.

QVi aliquod mēſibus anteꝗ̄ e vita migraret, pręmonuit diſcipulos quo die eſſet moriturus: ac ſepulchrũ, in quo ſuum corpus condi vellet, ſex diebus anteꝗ̄ eo inferretur aperiri iuſſit, ſextoque die deferri voluit in Eccleſiam, vbi ſumpta euchariſtia, ſublatis in cęlũ oculis, orans inter manus diſcipulorum efflauit animam: quam duo monachi euntem in cęlum viderunt, pallio ornatam precioſiſſimo circũ eam fulgentibus lampadibus, ⁊ clariſſima ⁊ grauiſſima ſpecie virum ſtantem ſupra caput ipſius ⁊ dicentē, audierũt. Hęc eſt via qua dilectus domini Benedictus in cęlũ aſcēdit. Euangelium. Ego ſum vitis. Cętera oia vt in com cũ oratione prędicta. Ad ij. Veſper. Aña. Iuſtum. ⁊c. ad cęte. cap. Iſte cognouit. R. Vir Iſraelita. Hy. ⁊ V. de communi. Ad Mag. Antiphona. Iſte eſt, qui ante Deum. ⁊c. Oratio, vt ſupra.

Die. 5. ¶ Sophię virgi. ⁊ Martyris. ſup. in com. Sācti Martini,

IN ANNVNCIATIONE Die 25

Glorioſę Virg. Marię, totum dupl. Ad veſperas Aña.



HEc eſt Regina virginum, quę genuit regem, velut roſa decora. Virgo Dei genitrix, per quā reperimus deũ, ⁊ hominem: alma virgo intercede pro nobis omnib⁹. Halelu. Ps. Laudate pueri. 46. Si hoc feſtum poſt paſcha euenerit dicatur. Halelu. In fine omnium añarum. R. ⁊ V. aliter non. Aña. Te decus virgineum virgo dei genitrix Maria: te ſolaz inter omnes virgines caſtiſſimam exoramus, vt pro ſalute noſtra apud dominum interuenire digneris. hal. Ps. Laudate do. oēs gen. 47. Aña. Sub tuũ pręſidiũ confugimus ſancta dei genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris: ſed a periculis cunctis libera nos ſemper virgo benedicta. hal. Ps. Lauda aia mea do. 62. Aña. Sancta Maria ſuccurre

miſeris; iuua puſillanimes, refoue flebiles: ora pro populo: interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu. ℣. Laudate d.q.b.62. Aña. Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua, templum domini ſacrarium Spiritus ſancti tu ſola ſine exemplo placuiſti domino Jeſu Chriſto: ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu. ha lah ℣. Lauda Jer. 62. Cap. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet ℟. Chriſti virgo Hym. Aue Maris ſtel. ℣. Rorate celi deſuper, ⁊ nubes pluant iuſtum ℟. Aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorem. Ad Mag. Añ. Ingreſſus Angelus ad Mariam, dixit: Aue Maria gratia plena, dñs tecuз. Oro. Deus, qui de beate. Comemoriade quadrageſima ñ ſit. Ad compl. Añ. Miſerere. ps. Cum inuoc. ⁊. ℟. Si dedero. Hymn. Chriſte, qui lux ſine dicamr. ℣. Gloria tibi dñe, qui natus. Ad nunc dimit. dicatur Aña. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ky rie el. ⁊c. Ad Matut. Inuita. Aue Maria gratia plena: dominus tecum. ℣. Venite. Poſt vnumquodq; verſum. Aue Maria gratia. incipiatur cum genuflexione ad primas quatuor dictiones. Hym. Quem terra. In j noct. Aña. Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam virginem deſponſatam Joſeph. ps. Domine domin⁹ noſter. 3. ℣. Aue Maria gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. ps. Celi enar. 7. Aña. Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. ps. Domini eſt terra. 9. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius. ℟. Deus noſter manifeſte veniet. Lectio prima.

Ingreſſus Angelus ad Mariam dixit: Aue gratia plena, dominus tecum. Hec enim ſalutatio inquantum humane conſuetudini inaudita: tantum beate Marie eſt congrua. Vero enim gratia plena erat, cui diuino munere collatum, eſt vt primum inter feminas glorioſiſſimum Deo virginitatis munus offerret. ℟. Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam virginem deſponſatam Joſeph, nuncians ei verbuз: ⁊ expaueſcit virgo de lumine, ne timeas Maria, inueniſti gratiaз apud dominũ. Ecce concipies, ⁊ paries, ⁊ vocabitur altiſſimi filius. ℣. Dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum. Ecce. Lec. ij.

Qui etiam ipſum, per quem gratia, ⁊ veritas facta eſt, Jeſum Chriſtum generare donatum eſt. Unde vere angelico aſpectu ſimul ⁊ affa

tu meruit perfrui, quæ Angelicam vitam ſtuduit imitari. ℟. Aue Maria: gratia plena dominus tecum. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, quod enim ex te naſcetur ſanctum: vocabitur fili⁹ dei. ℣. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? & reſpondens Angelus dixit ei, Spiritus. Lectio tertia.

Vere benedicta tu in mulieribus: quæ ſine exemplo muliebris conditionis cum decore virginitatis gauiſa: & fulta es honore parentis. Ne timeas, inquit Maria, inueniſti gratiam apud dominum: ecce concipies: & paries filium: & vocabis nomē eius Jeſum. ℟. Suſcipe verbū virgo Maria, quod tibi a domino per Angelum tranſmiſſum eſt: concipies per aurem deum pariter, & hominem: Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida, & eris mater ſemper intacta. Ut bene.

In ß noct. añ. Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud dominum: ecce concipies in vtero, & paries filium. ps. Eructauit. 17. Aña. Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas, habebis in vtero filium dei. ps. Deus noſter refugium. 18. Añ. Dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Jacob in æternum. ps. Fundamenta. 34. ℣. Egredietur virga de radice Jeſſe. ℟. Et flos de radice eius aſcendet.

Lectio quarta.

Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Notandus ſolerter ordo verborum: & tanto ardentius eſt cordi inferēdus, quanto manifeſtius patet: quia in his tota redemptionis noſtræ ſumma conſiſtit. ℟. Ecce virgo concipiet: & pariet filiū, dicit dominus. Et vocabitur nomen eius admirabilis, deus fortis. ℣. Super ſolium Dauid: & ſuper regnum eius ſedebit in æternum. Et. Lectio quinta.

Iam manifeſtiſſime Angelus domini dominum Jeſum Saluatorem noſtrum: & verum dei patris, & verum hominis matris filium, prædicauit. Ecce inquit, concipies in vtero, & paries filium: Agnoſce hunc verum hominem veram in carne virginis aſſumpſiſſe ſubſtantiam carnis. ℟. Deſcendet dominus, ſicut pluuia in vellus: Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis. ℣. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei. Orietur. Lectio vij.

Hic, inquit, erit magnus: & filius altiſſimi vocabitur: Confitere etiam eundem deum verum de deo vero, & æterno

patri

patri filiū eſſe coęternū. Quod autem in futuro tempore dicitur. Hic erit magnus, ⁊ filius altiſſimi vocabitur: nemo hoc ita intelligendum putet, quod dominus Jeſus ante partum virginis non fuerit. Tu autem. ℟. Ecce radix Jeſſe aſcendet in ſalutem populorum ipſum gentes deprecabuntur. Et erit nomen eius glorioſum. ℣. Dabit ei dominus deus ſedē Dauid patris eius, ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternum. Et. Gloria. Et.

In iij. noc. aā. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. ps. Cantate. j. 36. Aā. Beata es Maria, quę credidiſti: perficientur in te, quę dicta ſunt tibi a domino. ps. Dominus reg cx. 37. Aā. Beatam me dicent omnes generationes: quia ancillam humilē reſpexit dominus. ps. Cantate. q. 38. ℣. Egredietur domin⁹ de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet, vt ſaluum faciat populū ſuū a peccatis eorū.

cap. I. Secundum Lucam.

In illo tpe: Miſſus eſt angelus Gabriel a deo, in ciuitatē Galileę, cui nomen Nazareth, ad virginē deſpōſatā viro: cui nomē erat Joſeph de domo Dauid: ⁊ nomē virginis Maria. Et rel. Homilia venerabilis Bedę preſbyteri. Lectio ſeptima.

Exordium noſtrę redemptionis, fratres chariſſimi, hodierna die nobis ſancti Euāgelij lectio cōmendat: quę Angelum de cęlis a deo miſſum narrat ad virginem, vt nouā in carne natiuitatem filij dei prędicaret: per quam nos abiecta vetuſtate noxia renouari, atq; inter filios dei computari poſſimus. ℟. Radix Jeſſe, qui exurget imperare gentes: in eū gentes ſperabunt. Et erit nomen eius benedictum in ſęcula. ℣. Super ipſū continebunt reges os ſuū: ipſum gentes deprecabuntur. Et. Lectio octaua.

Raro autem legimus, quia apparentes Angeli hominibus deſignentur ex nomine. Verū quotieſcunq; fit, ideo vtique fit: vt etiā nomine ipſo, qd adminiſtraturi veniāt, inſinuetur. Gabriel nanq; dei fortitudo dicitur. Et merito tali nomine pręfulget, qui naſcituro domino in carne teſtimonium perhiberet. ℟. Naſcetur nobis paruulus, ⁊ vocabitur deus fortis: ipſe ſedebit ſuper thronum Dauid patris ſui, ⁊ imperabit: Cuius poteſtas ſuper humerum eius. ℣. Multiplicabitur eius imperium, ⁊ pacis non erit finis. Cuius. Lectio nona.

Oportebat beatā Mariā habere virum, qui teſtis integritatis eius certiſſimus eſſet: ⁊ nati ex ea domini, ac ſaluatoris noſtri eſſet nutritius fideliſſimus:

imus: qui pro eo paruulo ſecun-
dum legem Hoſtias ad templū
deferret: τ euz, inſtante perſecu-
tionis articulo, in Ægyptum cuz
matre ferret, ac referret. ℟.
Chriſti virgo dilectiſſima, virtu-
tum operatrix opem fer miſeris.
Subueni domina clamantibus
ad te iugiter. ℣. Quoniam pec-
catorum mole premimur, τ non
eſt, qui adiuuet. Sub. Gloria.
Subueni. Te deum. Sacer. ℣.
Emitte agnum domine domi-
natorem terrę: ℟. De petra de-
ſerti ad montem filię Sion.
In laud. Aña. Prophetę prę-
dicauerunt naſci Saluatorez de
virgine Maria. Ps. Dominus
reg. τc. pſal ex lau. Aña. Ange-
lus domini nunciauit Marię,
τ concepit de Spiritu ſancto.
Añ. Orietur ſicut ſol Saluator
mundi: τ deſcendet in vterum
virginis, ſicut imber ſuper gra-
men. Añ. Ex quo facta eſt vox
ſalutationis tuę, auribus meis
exultauit in gaudio infans in v-
tero meo. Aña. Maria autem
conſeruabat omnia verba hęc:
confe[illegible]s in corde ſuo. Cap. E-
gredietur. Hym. O glorioſa do.
℣. Vox clamantis in deſerto. ℟.
Parate viam domini, rectas fa-
cite ſemitas dei noſtri. Ad bñs
aña. Super ſolium Dauid: τ ſu-
per regnum eius ſedebit in ęter
nū. Oratio. Deus, qui de beatę.
Mem. ex quadrageſima. Ad j.
Aña. Prophetę prędi. τc. Ad
iij. Aña Angelus dñi. Cap.

Qui venturus eſt, veniet, τ
non tardabit: iaz non erit
timor in finibus noſtris: quoniā
ipſe eſt Saluator noſter. ℟. Ve-
ni ad liberandum nos, domine
deus virtutuz. ℣. Et oſtende fa-
ciem tuam: τ ſalui erimus. Do-
mine. Gloria. Veni. ℣. Timebūt
gentes nomen tuuz domine. ℟.
Et omnes reges terrę gloriam
tuā. Oratio. Protege domine.
Ad vj. añ. Orietur. Capitulū.

Dominus legifer noſter, de-
us rex noſter: ipſe veniet,
τ ſaluabit nos. ℟. Oſtende no-
bis domine miſericordiam tuaz.
℣. Et ſalutare tuum da nobis.
Miſericordiam. Gloria Oſten-
de. ℣. Memento noſtri domine
i beneplacito populi tui. ℟. Vi-
ſita nos in ſalutari tuo. Oratio.
Beatę, τ glorio. Ad ix. añ. Ma
ria autez. Cap. Egredietur. ℣.
Super te Jeruſalem. Orietur
dominus. ℣. Et gloria eius in
te videbitur. Orietur. Gloria.
Super. ℣. Domine deus virtu-
tum conuerte nos. ℟. Et oſten-
de faciē tuā: τ ſalui erim⁹. Oro.

Concede quęſumus omni-
potens τ miſericors deus
fragilitati noſtrę pręſidium: vt,
qui ſanctę dei genitricis, τ Vir-
ginis Marię annunciationem
colimus: interceſſionis eius auxi
lio a noſtris iniquitatibus reſur
gamus.

gamus. Per eundem. Ad ij. veſp. Añа. Prophetę prędi. ps. Dixit. 45. Añа. Angelus. ps. Lauda. 46. Añа. Orietur. ps. Lętatus. 56. Añа. Ex quo. ps. Niſi dñs. 57. Añа. Maria autem. ps. Lauda. 62. Cap. Ecce virgo. R. Chriſti vir. Hym. Aue Maris ſtella. V. Rorate. Ad Mag. Añа. O virgo virginum. quomodo fiet iſtud, quia nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem? filię Jeruſalem quid me admiramini, diuinum eſt myſterium hoc, quod cernitis. Oratio. Deus, q̃ de beatę. Ad compl. vt ſup. Quando hęc feſtiuitas poſt Paſcha celebratur, omnia de feſto fiãt, ſicut prenotata ſunt: niſi quod ad comple. ſuper ps. Cum inuoca. &c. dicatur Añа. Alleluia. Hym. Jeſu ſaluator. quod omnes angelorum. Ex. V. introitus, & offer. & commu. finiatur cum Alleluia h. Et quod in fine hymnorum metri cocordantis dicatur V. Aue vnum aue or omnium. & cet. V. Gloria tibi domine, qui natus. Per oct. annunciationis omnia fiant, vt dicitur in rubr. xxx. ita tamen, quod lect. j. ſit de Euange. xl. ſi in ipſa celebrat. L. j.

Miſſus eſt Gabriel Angelus a deo in ciuitatem Galileę: cui nomẽ Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph de domo David: & nomen virginis Marià.

Lectio ſecunda.

Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Nunquam talia verba, tam lęta conſilia, tam profunda myſteria huic mundo vel propterea nunciata ſunt. Tu autem.

Lectio tertia.

In hac legatione tractatum eſt de incarnatione filij dei: de mũdi innouatione: de humani generis reſtauratione: de diaboli expulſione: de inferni ſpoliatione: de ſanctorum liberatione: & de cęleſtis patrię recuperatione. Tu autem.

Secundo die. Lectio prima.

Hodie reuelatum eſt conſilium, quo mors occideretur: quo originale peccatum tolleretur: quo vita redderetur: & homo de diaboli ſeruitute liberaretur: & a deo in filium adoptatus in antiquam patriam reduceretur.

Lectio ſecunda.

Si intelligeret mũdus, quã tam ſibi gloriam hic dies peperiſſet: ſupra omnes dies feſtiuum, & celebrem hunc diẽ habuiſſet. Hodie verbum dei caro factum eſt.

Lectio tertia.

Hodie dei filius incarnatus eſt, quod quidem niſi factum fuiſſet, nunquam naſceretur: nunquam pateretur: nunquam reſurgeret: nunquam infernum

fernum expoliaret: nunquam cę-
los aſcenderet: nunquam Spiri
tum ſanctum Apoſtolis mitte-
ret, in quo baptizati ſumus: in
quo, & per quem fit remiſſio pec
catorum. Tu autem.

Tertio die. Lectio prima.

Hęc igitur prima feſtiui-
tas. Hęc eſt principium,
& cauſa aliarum feſtiuitatum.
Hanc ergo feſtiuitatem ſimul
omnes celebremus: & cum bea-
ta virgine Maria de tam lęto
nuncio gratulemur. Lectio ij.

Quid eſt feſta celebrare, ni-
ſi ab iniquitate ceſſare: &
in bono opere perſeuerare? Au-
diamus quid rex & propheta Da
uid huic reginę noſtrę, filię ve-
ro ſuę, de hac legatione loqua-
tur. Lectio tertia.

Audi filia, & vide, & incli-
na aurem tuam, & obliui-
ſcere populum tuum, & domum
patris tui: quia concupiuit rex
ſpeciem tuam, quoniam ipſe
eſt dominus deus tuus: & obli-
uiſcere populum tuum, & do-
mum patris tui.

Quarto die. Lectio prima.

Omnia relinque: ſatis ſit
tibi filius tuus: ipſe tibi
ſufficiat: non amor patrię: & non
propinquorum affectus te renue-
re faciat: ſi illum habeas ſolum,
diues es: & in illo omnia poſſi-
debis. Lectio ſecunda.

Et adorabunt eum filię Ty-
ri in muneribus: omnes pulchrę,
& nobiles virgines ei ſe coniun-
gere deſiderabunt: quantęcun-
que ſunt, quibus mundi hu-
ius voluptas non placet, & ſe
in anguſtijs, & in carcere eſſe co-
gnoſcunt? Lectio tertia.

Tyrus enim anguſtia in-
terpretatur: illę vero au-
tem, quę vagę ſunt, quibus vo-
luptas, & concupiſcentia pla-
cet: quę non per anguſtam ſe-
mitam, ſed per amplam gra-
diuntur: non Chriſto, ſed dia-
bolo nubere concupiſcunt. Tu
autem domine.

Quinto die. Lectio prima.

Egredietur virga de radice
Ieſſe: & flos de radice eius
aſcendet. Hodie dilectiſſimi an
nunciationē genitricis dei Ma
rię celebremus: gaudeamus, &
exultemus in eius ſacra annun
ciatione. Lectio ſecunda.

Sicut enim aſcenſio domi-
ni, ſiue aduentus ſancti ſpi
ritus conſummatio eſt omnium
ſolennitatum: ita natiuitas ge-
nitricis dei virginis Marię ori-
go, & fundamentum eſt omnium
ſolennitatum. Lectio tertia.

Iſaias propheta longe an-
te poſitus hanc legationem
prçuidens futuram ait: Egre-
dietur virga de radice Ieſſe, &
flos, &c. Videamus, fratres di-
lectiſſimi, quid in hoc intelli-
gi deſiderat propheta, quod to-
tius

tius humani generis dominam, celi, terreq; reginam, dominimatrem: virge voluit comparari.

¶ Dñica infra oct. Lectio j.

Si vero virge myſterium diligenter inquirere curam⁹: talem comparationem indignā eſſe non iudicabimus. Recta vtiq;, et digna comparatio eſt: quia ſicut virga ſine corruptione, ſine libidinis ardore, ſine alterius commiſtione ex ſeipſa deo inſpirante florem producit: ita beata virgo Maria ex ſeipſa deo inſpirante ſine corruptione ſine libidinis ardore, ſine alterius cōmiſtione Chriſtum generauit.

Lectio ſecunda.

Hec eſt enim illa virga videlicet Maria: de qua flos ille aſcēdit, qui de ſe ipſo ait: Ego flos campi, et lilium conuallium. Diſſimilis eſt flos iſte ceteris floribus: nec valet aliquis florum huic flori comparari. Lectio iij.

Flos ille ſuauiſſimus ſpargens odorem: ex odore ſuo mundum repleuit vniuerſum. Huius floris odorem ſiquis vſq; ad conſummationem fuerit conſecutus: abſq; dubio perueniet ad fructum: quo guſtato eſurire: aut ſitire: aut aliud aduerſum ſuſtinere vltra non poterit: quia ſapor hui⁹ fructus oia mala expellit: et oia bona ſubminiſtrat. L. iiij.

Nec enim, quia de tanto myſterio, quod dignum eſt, fari non poſſumus, ceſſare a laude debemus: et vbi lingua deficit ad laudandum: pia deuotione cor tuum ſe extendat ad intelligendum. Lectio quinta.

Tuam igitur pijſſima domina inexpugnabilem potentiam deprecamur: tuam ineſtimabilem gloriam poſtulamus: tuam inenarrabilem charitatem humili deuotione exoramus. Tu autem do. Lectio ſexta.

Tibi, inquam, ſupplicamus, quatenus Solē iuſtitie Jeſum deum noſtrum: quem in tuo ſancto vtero ſuſcipere meruiſti: nobis reddas placabilem: vt in die iudicij cum omnibus ſanctis in gloria ſua tranquillum, et benignum eum videre mereamur: Qui viuit, et regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ S. Bartholdi confeſſ. ordinis noſtri, dup. Oratio. Die 29.

Protegat nos domine ſancti Bartholdi confeſſoris tui veneranda ſolennitas: qui ſicut Carmelitarum ordinē omni ſanctitate rexit, auxit, ita, cuius feſtum ſine intermiſſione recolimus, perpetuam eius defēnſionem ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſum. etc.

Omnia de cōi vnius confeſſ.

¶ Gerbert, Pauline, et Ma-ne virg. et mart. dup. in conuen. ſancti Martini. Die 30.

APRI

APRILIS FESTA.

¶ In die octauo. Sermo ſancti Ambroſij epiſcopi. Lectio j.

Latent quidem diuina myſteria: nec facile, iuxta propheticum dictum, quiſquam hominum poteſt ſcire conſiliũ dei. Sed tamẽ ex ceteris factis, atq; preceptis domini ſaluatoris poſſumus intelligere: & hoc propenſioris fuiſſe conſilij, quod ea potiſſimum electa eſt, vt dominum pareret, que deſponſata erat viro. Lectio ſecunda.

Cur autem non antequam deſponſaretur impleta eſt? Fortaſſe, ne diceretur, quod conceperat ex adulterio. Et bene vtrunq; poſuit ſcriptura, vt deſponſata eſſet: & virgo, virgo vt expers virilis conſortij videretur: deſponſata, ne temerate virginitatis adureret infamia: cui grauis aluus corruptele videretur inſigne preferre. Lectio iij.

Maluit autem dominus aliquos de ſuo ortu: quam de matris pudore dubitare: nec putauit ortus ſui fidem matris iniurie aſtruendam. Sciebat enim teneram eſſe virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris. Lectio quarta.

Seruat itaq; ſancte Marie, ſicut pudore integra, ita inuiolabilis opinione virginitas. Oportet enim ſanctos & ab his teſtimonium habere, qui foris ſunt. Lectio quinta.

Nec decuit virginibus ſiniſtra opinione viuentibus velamen excuſationis relinqui, quod infamata mater domini videretur. Quid autem Judeis: quid Herodi poſſet aſcribi: ſi, quod natum videretur ex adulterio, perſequuntur. Lectio vj.

Quemadmodum autem ipſe diceret? Non veni ſoluere legem, ſed adimplere: ſi videretur cepiſſe a legis iniuria: cum partus innupte lege damnaretur? Quin etiaz & locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur: qui potuiſſet & dolere iniurie, & vindicare opprobrium: ſi non agnoſceret ſacramentũ: per quod etiam fides Marie verbis magis aſcribitur: & mendacij cauſa remouetur. Cetera omnia de cõi vnius epiſcopi, & confeſſoris.

¶ Dum feſta ſanctorum Alexãdri, & Benedicti, poſt paſcha celebrantur: fiat de eis, ſicut infra de feſt. ix. lec. paſcha. tẽporis ſignatur. Sed tunc ad mat. ſancti Alexan. dicatur euang. Homo quidam peregre. Et de ſancto Benedicto dicatur vij. lec. de Euange. Ego ſum vitis.

¶ Marie Ægyptiace matrone. ix. lect. Die 2.

¶ Pancratij mart. mem. Die 3.

¶ Sixti Pape, & mart. ſemid. Die 6.

¶ Procoꝛi mart. ex ſeptẽ Diacon. Apoſtoloꝛum. ix. lect. Die 9.

Leonis

Die ¶ Leonis Pape, ⁊ mart. dup.
01 in conuen. ſancti Martini.
Die ¶ Zeni Veronenſis epiſcopi, ⁊
12. conf. ix. lect.
Die ¶ Iuſtini mart. ix. lect.
13. COMMVNE SANCTO-
rum tempore paſchali, habetur
cum commune vnius martyris.
Die ¶ Sanctorum Tyburtij, ⁊ Va-
14. leriani mart. ix. lec. omnia de cō-
muni, vt ſup. eſt notatum. Oro.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt, qui ſanctorū martyrum tuorum Tyburtij, ⁊ Valeriani, ⁊ Maximi, ſolennia colimus: eorum etiam virtutes imitemur. Per dominum.

Die ¶ Aniceti, Pape, ⁊ mar. ſemi.
17. ¶ Apollonij mar. ix. lect.
Die ¶ Timonis mart. ex ſept. Ap.
18. Diacon. ix. lect.
Die ¶ Victoris pape ⁊ mart. ſemid.
19. ¶ Sotheris Pape ⁊ mar. dup.
Die in conuentu ſancti Martini.
20. ¶ S. Georg. mar. ix. lec. Ad ve-
Die ſpe añ. ⁊ pſ. de die cā.
21. R. vt ſup. de feſto ix. lec. paſcha-
lis temporis. Oratio.

Deus qui nos beati Georgij martyris tui meritis, ⁊ intercesſione letificas: concede propitius: vt, qui eius beneficia poſcimus, dono tue gratie conſequamur. Per.

Lectio prima.

In illo tempore, quo imperabant Diocletianus, ⁊ Maximianus: ſub preſide Daciano: tāta perſecutio Chriſtianorū fuit: vt infra vnum menſem, decem ⁊ ſeptem millia hominum martyrio coronati ſint, quia crudeliſſima cogitatione regez Perſarū arripuit diabolus Dacianuz preſidem.

Lectio ſecunda.

Qui miſit edictum, vt omnes reges conuenirent ad eum. Congregatis ergo ſeptuaginta regibus, ſenatoribus, ac militibus multis: fecit apportare laminas eneas: gladios acutiſſimos: ⁊ ſerras: ſartagines: cacabos: ⁊ alia tormenta innumerabilia.

Lectio tertia.

Videntes ergo multi i Chriſtum credentes tormenta apposita, timore auertebantur: ⁊ nullus ſe Chriſtianū fatebatur. Vnde dum illic ineſtimabiles populi fuiſſent congregati: ecce ſanctus Georgius, quaſi ſtella preclara inter mediuz celi, ⁊ terre: genere Cappadox, ⁊ comes ſuper multos milites, accipiēs aurum multum, venit ad Dacianū Imperatorem: vt quaſi proconſul honorifice accederet ad euz.

Lectio quarta.

Videns autem multos reges cum exercitibus ſuis ⁊ Chriſtum blaſphemantes, ⁊ demones adorātes: tulit omne aurum, quod ſecuz apportauerat, ⁊ dedit pauperibus: ⁊ expoliauit ſe chlamyde qua erat indutus, ⁊ clamauit, dicens. O reges nobiliſſimi

liſſimi minas veſtras proijcite: quia nõ ſunt veri dij, quos adoratis, ſed opera hominũ. Lectio v.

Perierant dij, qui non fecerunt cęlum, nec terrã. Audiens hęc Imperator ſilentium fieri iuſſit, & reſpiciens Georgiũ dixit. Tu homo non ſolum nobis iniuriaz feciſti, ſed & dijs noſtris, qui gratiam dant hominibus. Et ideo ingredere, & ſacrifica Apollini, qui terram continet, & oẽ ſeculũ gubernat. L. vi.

Sed primo dic mihi vnde ſis: & quod eſt tibi nomen: & quare huc veniſti: Qui reſpondit, Dei famulus ſuz: & Georgi⁹ vocor: & ex nobili Cappadocum proſapia ortus: ſed rogo te quibus dijs me immolare ſuades: Qui reſpondit, Apollini, qui cęlum creauit, & Neptuno: quem dicimus terram feciſſe. Euang. Ponite. Lectio octaua.

Nunc Georgius reſpondit: erubeſce Imperator: quia non ſunt dij: ſed idola ſurda, & muta: opera manuum hominũ. Tunc Imperator furore repletus, iuſſit eum in equuleum ſuſpendi: & vngulis radi: & inteſtina eius ſpargi: ita vt totum corpus eius vulneraretur. Tunc iuſſit eum deponi: & extra ciuitatem duci: & per quatuor carnifices in altum ſuſpendi: & carnez, quę in eius corpore ſuperfuerat, extermĩnari: & deſuper ſal per illa vulnera ſpargi: ac etiam fricari: & cum cilicio aſpero extergi. Lectio nona.

Poſt hęc fecit apportari caſſidem ignitam: & ſuper caput eius poni, & caligas ferreas ignitas indui: ita vt ſanguis efflueret quaſi aqua de fonte. Et mox, cum hoc factum eſſet, nullus liuor in eo apparuit. Videns hęc Dacianus, quod nulla tormenta ei nocerent: iuſſit caligas ferreas clauis acutiſſimis perfodi, & configi: & vncino ferreo neruos eius euelli, & malleo caput eius contundi, & in carcerez recludi: & lapidem grandem ſuper eius ventrem poni. Qui orauit ad dominum, vt diabolum vincere poſſet: & corpus, & animam confortaret.

¶ Honorij epiſcopi, & conf. ix. lect. Bxixe. Die 24.

¶ In Natali ſancti Marci euangeli. dupl. omnia de communi Apoſt. tempore Paſchali preter ea, que hic aſſignantur. Die 25. Cap. In medio eccl. Oratio.

Deus, qui beatum Marcũ Euangeliſtam tuum Euangelicę predicationis gratia ſublimaſti: tribue q̃s eius nos ſemper & eruditione proficere: & oratione defendi. Per. Ad mat. Inuit. Exultent in dño ſancti. bal. ps. Venite. Hymnus.

Triſtes erant apo. &c. L. i.

Per idẽ tẽpus, quo diſperſi

erát apoſtoli, venerabilis Mar/cus Euangeliſta ingreſſus eſt in terram Ægypti, vbi infirmos ſa/nauit: leproſos mundauit: ſpi/ritus multos nequiſſimos, per gratiam Chriſti, ſolo ſermone expellebat. Lectio ſecunda.

Plurimi in dominum Je/ſum Chriſtum per euꝫ cre/diderunt: deſtruentes idola ſua: lucoſq; ſuccidentes, baptizati ſunt in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti. Deinde reuela/tur ei per Spiritum ſanctum Alexandriam debere pergere: ⁊ ſerere bonum ſemen boni ſer/monis. Lectio tertia.

Venerabilis ergo Marc⁹ Alexandriam die ſecun/da peruenit. Et ibi cum pluri/mi per eum facti eſſent Chriſtia/ni: audiẽtes viri ciuitatis, quod Galileus quidam aduenerát, qui deorum ſacrificia deſtrue/ret: moti liuore dentibus fremie/bant: ⁊ plurimas ei inſidias po/nentes, quęrebant eum interfi/cere. Lectio quarta.

Beatus Marc⁹ cógnoſcẽs eorum conſilia, ordinauit ibidem Anianum epiſcopum: ⁊ tres presbyteros, Mellitum, Sa/binum, Tridonem: ⁊ ſeptem dia/conos: ⁊ alios quinq; ad officiuꝫ eccleſiaſticum pertinentes: ⁊ po/ſtea Pentapoliꝫ perrexit. L. v.

Cum Pentapolim perue/niſſet: commoratus eſt ibi/dem per duos annos: confortans fratres, q illic ante crediderũt: ⁊ ordinans epiſcopos, ⁊ clericos per regiones illas: ⁊ iteruꝫ Ale/xandriam redijt. Lectio ſexta.

Cum igitur Chriſtiani mul/tiplicarentur: ⁊ feſtiuitas paſchalis appropinquaret: illuc ei inſidiatores diriguntur. Qui eum repererunt miſſaꝫ celebran/tem: ⁊ mox funem ſibi in colluꝫ miſerunt, dicentes. Trahamus bubalum ad loca Bucculi. In iij. noc. Euangelium. Con/uocatis Jeſus. Lectio octaua.

Cum vero beatus Marc⁹ traheretur, ait. Gratias ti/bi ago domine Jeſu Chriſte: q dignus habitus ſuꝫ hęc pro no/mine tuo pati. Et defluebát car/nes eius in terram per vulnera ſaxorum: ⁊ lapides ſanguine ri/gabátur. Cumq; veſpera facta eſſet, miſerunt eum in carcereꝫ, vſque dum tractarent qualitèr eum perderent. Lectio nona.

Circa mediam nocté, clau/ſis oſtijs terręmotus fact⁹ eſt. Et ecce angelus domini có/fortauit euꝫ, dicens. Marce ſer/ue dei, princeps, ac propagator ſanctiſſimorum per Ægyptuꝫ de/cretorum: ecce nomen tuum in libro cęleſtis vitę aſcriptum eſt: ⁊ memoriale tuum non relin/quetur in ſecula. Deinde do/minus Jeſus Chriſtus eum vi/ſitauit: ⁊ ad regna cęleſtia vo/cauit.

cauit. ℣. Annunciauerunt. In laudib. ana. In cęleſtibus. ℣. Dominus regna. ceterę ad ceteros. Capitulum. Per manus autem. Hymnus.

Claro Paſchali. ⁊c. ℟. Gauiſi ſunt. Ad Bñs Aña. Lux perpetua. Oratio, vt ſup. Ad hor. ang de laud. Cap. ℟. ⁊ ℣. vt domus apoſtoli. ⁊ Euange. tempore Paſch. Oratio. Deus, qui beatum. Poſt vj. celebretur miſſa de ieiunio officiū. Exaudiuit, ⁊c. vt in ij. feria rogationum: deinde litanię cantentur ante altare, niſi in aliqua dominica celebretur. Ad veſper. Antiphona. In cęleſtibus. ℣. Dixit. ceterę ad ceteros. Cap. Non vos me. ℟. Candidi facti. Hym. Triſtes erant. ℣. In omnem terram. Ad Mag. Aña. Si diligeretis me, gauderetis vtique: quia ad patrem vado: quia pater maior me eſt. halleluiah. Oratio. vt ſupra.

¶ Ex cap. generali Venetijs celebrato facimus oct. ſolennes de ſancto Marco. Ad mat. Inui. hym. pſal. vt in die ℣. ⁊ ℟. de noct. per turbas ad Mag. ⁊ ad Benedictus Aña. vt in die. Lec. per oct. Die j. Lectio j.

His itaq; dictis beat⁹ Marcus manus ſuas in cęlum extendens dixit: Gratias tibi ago domine Jeſu Chriſte: qui me non dereliquiſti, ſed cōnumeraſti cum ſanctis tuis. Lectio ij.

Obſecro te domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe in pace animam meam: ⁊ ne patiaris me a gratia tua ſeparari. Et cum hoc dixiſſet: venit iterum ad eū Jeſus Chriſtus in habitu, ⁊ in forma, qua erat cum diſcipulis ſuis antequam pateretur. Lectio tertia.

Tunc ait Chriſtus. Pax tibi Marce euangeliſta meus. Et ille reſpondit: O domine mi Jeſu Chriſte. Et ſtatim dominus abijt. Mane autem facto conuenit multitudo ciuitatis: ⁊ educētes eum de cuſtodia, miſerunt iterum funem in collum eius: ⁊ traxerunt eum.

¶ Die ſecundo. Lectio prima.

Sanctus autem Marcus, cum ſic traheretur gratias egit deo dicens. In manus tuas domine cōmendo ſpiritū meū. Et cum hęc dixiſſet tradidit ſpiritum. Lectio ſecunda.

Mortuus eſt autem beatus Marcus circa annū Domini lviij. ſub Nerone. Cum autem pagani vellent eum comburere: ſubito aer ita turbatur: grādo exoritur: tonitrua intonant: ⁊ fulgura coruſcant: vt quilibet euadere niteretur: ⁊ ſanctū corpus ibidem intactum reliquerunt. Lectio tertia.

Chriſtiani vero corpus ei⁹ rapuerunt: ⁊ in eccleſia cū

omni reuerētia ſepelierūt. Fuit autem forma eius, longo naſo: pulchris oculis: recaluaſter: prolixa barba: etatis medie: canis aſperſus: affectione continens, τ gratia Dei plenus.

¶ Die tertio. Lectio prima.

Beatus Ambroſius de eo ſic ait. Contigit, vt ſutor quidam, cui beatus Marcus calciamentum corrigendum tradiderat, ſiniſtram manum ſibi perforaret. Lectio ſecunda.

Hic cū inflicto vulnere clamaret, vnus deus: ſtatus dei famulus audiens affuit: τ lutum ex ſputo faciens, eius manum iniunxit: τ illico ſanatam reddidit: τ labori econtra dedit. Lectio tertia.

Illius enim ceci a natiuitate a domino illuminati predicabat euangelium, τ comitatur miraculum.

¶ Die quarto. Lectio prima.

Anno autem ab incarnatione domini quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, tempore Leonis imperatoris, Veneti corpus ſancti Marci de Alexandria Venetias tranſtulerūt, vbi eccleſia in eius honore, mire pulchritudinis fabricata eſt. Lectio ſecunda.

Quidam nanq mercatores Veneti: qui Alexandriam peruenerant: duos preſbyteros cuſtodes corporis ſancti Marci precibus, τ promiſſionibus induxerūt, vt occulte corpus illud tolli permitterent: τ Venetias tranſportarent. Lectio tertia.

Verum cum corpus de tumulo leuaretur, tantus odor totam Alexandriā ſic perfudit: vt omnes vnde tanta prodiret odoris ſuauitas mirarent.

DOMINICA infra octauas.

Cum autem nauigarent: τ qualiter corpus ſancti Marci deferrent, alijs nauibus reuelaſſent: vnus illorum ait. forſitan alicuius Aegyptij corp⁹ vobis datū defertis: τ S. Marci corpus deferre putatis.

Continuo igitur nauis, in qua erat corpus ſcī Marci, per ſeipſam mira celeritate ſe vertit: τ in nauem, in qua ille reſidebat, inſurgens lateris partē fregit: non prius illam dimittēs, donec omnes ſe ibidem corpus eſſe beati Marci credere acclamarent. Lectio tertia.

Cum quadam nocte naues curſu velociſſimo ducerentur, τ naute tempeſtate conquaſſati, τ tenebris obuoluti quo pergerent ignorarent: ſanctus Marcus monacho cuſtodi corporis ſui apparuit, dicens: Dic omnibus iſtis, vt velociter vela deponant: quia non longe a terra diſtant. Lectio quarta.

Q uibus depoſitis: mare ſacro: ſe iuxta quandam inſulam inuenerunt. Uerum cum per littoꝛa diuerſa tranſirent: ⁊ ſanctum theſaurum omnibus occultarent: venientes incolę cō clamabant. O quam beati eſtis, qui ſancti Marci coꝛpus poꝛtatis. Lectio quinta.

Q uidam nauta adhuc omnino incredulus a dęmone arripitur, ⁊ tandiu vexatur, donec ad coꝛpꝰ ſancti adductus ſe credere cōfitetur. Qui liberatus, gloꝛiam deo dedit: ⁊ beatū Marcum in deuotione magna deinceps habuit. Tu aūt. L. vj.

F uit autem beatus Euāgeliſta Marcꝰ Leuiticus genere, ⁊ ſacerdos: Petri apoſtoli in baptiſmate filius: atq; in diuino ſermone diſcipulus: cū ipſo beato Petro Romā pfectꝰ eſt.

¶ Die octaua. Lectio pꝛima.

D um quidam mercatoꝛes Ueneti ſuper quandam nauem Saracenoꝛum Alexandriam pergerent, ⁊ imminēs periculū euidenter viderēt: mox ſuper ſcapham aſcendunt, ⁊ funem pꝛeſcidunt: ſtatimq; nauis vi fluctuū reſoluta perijt, ⁊ vniuerſos Saracenos vnda voꝛax inuoluit. Tu autem. Lectio ij.

V nus autem ex eis beatū Marcum inuocans voto quo potuit ſe aſtrinxit, quod ſi ſuum, ſibi conferret auxilium: ⁊ ſacrum baptiſma ſuſciperet, ⁊ ipſius limina viſitaret. L. cō iij.

M ox ſibi vir ſplēdidus quidam apparuit: qui erepta de fluctibus in ſcapha cum ceteris collocauit. Ille autem Alexandriam veniens: ſed liberatoꝛi ſuo ingratus exiſtens: nec ſancti Marci feſtinat ad limina: nec noſtrę fidei ſuſcipit ſacramenta. Lectio quarta.

C ui denuo Marcus apparuit: ⁊ ipſum de ſua ingratitudine increpauit. Rediēs igitur ad ſe Uenetias venit, ⁊ ibidē ſacro baptiſmatis fonte renatꝰ, ⁊ Marcus appellatꝰ: ⁊ in Chriſtū perfecte credidit: ⁊ in bonis operibus vitam finiuit. L. cō v.

C um quidā dum in ſummitate cāpanilis ſancti Marci de Uenetijs quiddam operis exerceret: ſubito cadit impꝛouide membꝛatim toto coꝛpoꝛe lanians. Tu autem. Lectio vj.

I n ipſo tamen caſu ſuo ſancti Marci non immemoꝛ: eius patrocinium implorauit: qui cadens ex inſperato cuidā ligno pꝛominēti ſubſtitit: ⁊ dato fune illęſus euaſit, ⁊ ad opus pꝛiſtinum conſummandū deuotius aſſurrexit. Cętera oīa, vt in die.

¶ Sancti Cleti Papę, ⁊ mar. ſemiduplex. omnia de communi paſch. tempoꝛe. Oꝛatio.

B eatoꝛum martyrum pariterque pontificum Cleti ⁊ marcel

marcellini nos domine foueat pretioſa confeſſio, τ pia iugiter interceſſio tueatur. Per do.

Die 27. ℭ Anaſtaſij papę, τ mar. dup. in conuentu ſancti Martini.

Die 28. ℭ S. Vital. mart. ix. lec. ꝛc. vt ſu. i feſto ix. lect. paſch. tēp. Orō.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt intercedente beato Vitali martyre tuo: a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore: τ a prauis cogitationibus mūdemur in mēte. Per.

MAII FESTA.

Die 1. ℭ In natali ſancti Philippi, τ Jacobi dupl. Ad veſpe. aña, τ pſal. de oct. Cap. Non vos. ℟. Filię Jeruſa. Hymnus.

Proni rogamus Philippe, os lampadis, pias cęleſtis aures pulſa iudicis: vt, quę meremur, repellat ſupplicia: τ, quę precamur, det ſuperna gaudia. Hymnus.

Iacobe iuſte, Jeſu frater dominuſit tibi pia ſup nos cōpaſſio quos reos fecit ſuperba iactantia atq; fędauit mundi petulantia. ℣ Annue. ℣ In omnem. Ad Mag. aña Tanto tēpore vobiſcum ſum, τ non me cognouiſtis? Philippe, qui videt me, videt τ patrem meum. haleluiah, haleluiah. Oratio.

Deus, qui nos annua apoſtolorum tuorū Philippi, τ Jacobi ſolennitate lętificas: preſta quęſumus: vt, quorū gaudemus meritis: inſtruamur exēplis. Per. Ad mat. inuit. hym. aña, pſal. ℣. ℟. vt in cōmu. Apoſto. temp. Paſch. pręter ix. ℟. q erit. Lectio j.

Poſt paſſionem domini noſtri Jeſu Chriſti annos viginti. Philippus prędicauit gētilibus per Scythiam. Ubi dū tentus eſſet a paganis: τ ductus ad ſtatuam Martis ad ſacrificandum, de ſubtus baſi ſtatuę exijt ingens draco, qui percuſſit filium pontificis: qui miniſtrabat ſacrificiō ignem. Percuſſit etiam duos tribunos, qui pręerant prouincię: quorum officiales tenebant ſanctum Philippum in vinculis. Lectio ij.

De flatu etiā draconis omnes morbidi redditi: vehementer ęgrotare cęperunt. Tūc ſanctus Philippus ait: audite conſilium meum, τ recuperabitis ſanitatē: τ qui mortui ſunt ſuſcitabuntur: draco quoq;, qui vobis eſt nociuus, in nomine Dei mei effugabitur. Dixerunt omnes. Dic nobis quid faciemus? Reſpondit Philippus. Confringite Martē: τ in loco Martis crucem domini noſtri Jeſu Chriſti figite: τ ipſam adorate. Lectio tertia.

Tunc qui cruciabantur dicebāt. Recuperetur in nobis virtus: τ hunc Martem deijcie-

deijciemus. Tunc facto ſilentio Apoſtolus draconem in nomine Jeſu Chriſti in deſertu3, vbi nulli hominum noceret, ire precepit: Mox ille ſeuiſſimus draco exijt feſtinanter, & vltra nuſquam comparuit. Apoſtolus vero filium pontificis, & duos tribunos, qui mortui fuerant, in nomine Jeſu Chriſti ſuſcitauit: & omnem turbam flatu draconis infectam ſanauit.

Lectio quarta.

Vnde factum eſt, vt vniuerſi, qui Apoſtolum perſequebantur, penitentiam agentes: Deu3 hunc eſtimantes adorarent. Poſt hec infideles eum tenuerunt: & cruci ad inſtar magiſtri ſui, quem predicabat, affixerunt, & ſic migrauit ad dominum. Tempore illo ſuſcepit Eccleſia Jeroſolymorum frater domini Jacobus, qui cognominatus eſt iuſtus, ab ipſis domini temporibus perdurans vſq3 ad nos. Hic ex vtero matris ſue ſanctus fuit: vinum, & ſiceram non bibit, nec carnes comedit, nec ferrum in caput eius aſcendit. Oleo non eſt vnctus, nec balneis vſus: & ſoli ei licebat introire in ſancta ſanctorum: Neq3 laneo indutus eſt, ſed ſyndone. Super genibus ſemper orans erat: vnde callos in genibus habebat in tantum, vt in camelorum duritiem tranſiſſe eius genua crederentur.

Lectio quinta.

Statuerunt ergo eum ſcribe & Phariſei ſupra pinna3 templi, & clamauerunt. Virorum iuſtiſſime, cui nos omnes obtemperare debemus, quia omnis populus errat poſt Jeſum, qui crucifixus eſt: enuncia nobis, quid tibi de eo videtur. Ait Jacobus. Viri Jſraelite audite. Jdeo ſubleuatus ſum in ſublime, vt teſtimonium perferam de Jeſu Nazareno. Hic carnē ſumpſit de Virgine: natus ſub Herode: & paſſus eſt ſub Pontio Pilato: tertia die reſurrexit a mortuis: & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Tu.

Lectio vi.

Audientes Phariſei & ceteri, quod populus conuerteretur ad eius predicationem, precipitauerunt eum ex alto: & poſt hec lapidauerunt eū. Qui deiectus, & lapidatus, orauit dicens. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Tūc filius vnius ſacerdotis Rechab nomine exclamauit. Parcite queſo, quid facitis? Pro nobis orat hic iuſtus, quem lapidatis. Tunc vnus ex Phariſeis iratus, cum pertica fullonis excerebrauit eū circa annum domini lvij. ſub Nerone: & ſepultus eſt ibidem iuxta templum. Sm Johannes. ca. 14.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrū, neq3 formidet:

Creditis in Deum? et in me credite. In domo patris mei manſiones multę ſunt. Et reliqua.
Hom. Beati Aug. Lib. vi. L. vii.

Erigenda eſt nobis, fratres chariſſimi, ad Deum maior intẽtio: vt verba ſancti Euangelij, quę modo in auribus noſtris inſonuerunt, etiam mente capere poſſimus. Ait enim Dominus Ieſus Chriſtus. Nõ turbetur cor veſtrum, neque formidet. Creditis in Deum? et in me credite. Lectio octaua.

Ne mortem tanquam homines timerẽt, et ideo turbarentur: conſolatur eos etiam deum ſe eſſę conteſtans. Creditis, inquit, in deum, et in me credite. Conſequens enim eſt: vt, ſi in Deum creditis, et in me credere debeatis. Quod non eſſet conſequẽs, ſi Chriſtus nõ eſſet deus. Tu autem. Lectio nona.

Creditis, inquit, in Deum? et in eum credite: cui natura eſt non rapina eſſe ęqualem deo. Semetipſum enim exinaniuit, non tamen formam dei amittens, ſed formam ſerui accipiens. Mortem metuitis huic formę ſerui? Non turbetur cor veſtrum: ſuſcitabit illam formam Deus. ℟. Tanto tempore vobiſcum ſum, et non cognouiſtis me? Philippe qui videt me, videt et patrem. hal. Non credis, quia ego in patre, et pater in me eſt? halah, halah. ℣. Domine oſtende nobis patrem, et ſufficit nobis. Non. ℟. Te deum. ℣. Dediſti. In lau. añ. Domine oſtende nobis patrem, et ſufficit nobis. halah. ps. Dominus reg. Añа. Philippe, qui videt me, videt et patrem meum. halah. Añа. Si cognouiſſetis me, et patrem meũ vtiq; cognouiſſetis: et a modo cognoſcetis eum, et vidiſtis eum. halah. Añа. Spiritus, et animę iuſtorum hymnum dicite Deo noſtro. halah, halah. Añ. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia ad patrem vado, quia pater maior me eſt. hal. Cap. Ibãt apoſtoli. Hym. Claro paſch. ℣. Gauiſi. Ad Benedictus Añа. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet: creditis in deum, et in me credite: in domo patris mei manſiones multę ſunt. halleluiah, halleluiah. Oratio, vt ſupra. Ad horas añę de laud. Cap. ℟. ℣. de communi apoſtolorum tempore Paſch. cum oratione, vt ſup. Ad veſpe. Añę de laud. ſuper pſ. Dixit do. Confitebor. Beatus. Laudate. Lauda Ieruſalem. vel In exitu. Si dominica fuerit. etc. Cap. Nõ vos me. ℟. Tanto tempore. Hym. Claro pa. ℣. In omnem. Ad Magnificat Añа. Si manſeritis in me, et verba mea in vobis manſerint quodcunque petieritis, fiet vobis, halleluiah.

Octaua

Octaua Sancti Marci ſemiduplex. Oratio vt ſupra.

Die 2. ¶ S. Athanaſij epiſcopi & confeſſ. duplex omnia de communi vnius Doct. prpter. lec. Lectio i.

Athanaſius Alexandrinus catholicę religionis propugnator acerrimus, ab Alexandro epiſcopo Alexandrino presbyter factus eſt: in cuius locum ſucceſſit, quem etiam antea diacon⁹ ſecutus fuerat ad Nicęnum concilium: vbi cum Arij impietatē repreſſiſſet, tantum odium Arianorum ſuſcepit, vt ex eo tempore ei inſidias moliri nunquam deſtiterint. Nam coacto ad Tyrum cōcilio magna ex parte Arianorū epiſcoporum ſubornarunt mulierculā, quę accuſaret Athanaſiū, quod hoſpitio acceptus ſibi ſtuprum per vim intuliſſet. Lec. ii.

Introductus igitur eſt Athanaſius, & vna cum eo Timotheus presbyter: qui ſimulās ſe eſſe Athanaſium, Ego ne, inquit, mulier apud te ſum diuerſatus? ego te violaui? Cui illa pertinanter: Tu mihi vim attuliſti: idq; iureiurando affirmans iudicum fidem obteſtabatur, vt tantum flagitium vindicarēt. Qua cognita fraude, reiecta eſt mulieris īpudētia. Lec. iii.

Verum cū Arſenius Athanaſij lector, metu domini apud Arianum quendā latitaret, ecce aduerſarij, manū mortui deferunt in iudiciū ab Athanaſio ad vſum magicę artis Arſenio amputatam criminantes. At Arſenius nocte aufugiens, cum ſe in conſpectu totius concilij ſtatuiſſet, Athanaſij inimicorum impudentiſſimum ſcelus aperuit. Quod illi nihilominus magicis artibus Athanaſij tribuentes, vitę eius inſidiari non deſiſtebāt. Lec. iiii.

Quamobrem illorū & Imperatoris Conſtātij Arianorum fautoris irę cedens, cum magnam partē orbis terrę peragraſſet, in ſicca ciſterna ſex annos ſe abdidit, eius rei tantum conſcio quodā Athanaſij amico, qui eum clam ſuſtentabat. Sed aliquando Jeroſolymitani concilij, & Julij, primi pontificis maximi decreto, Conſtantiſque ad Conſtantinum fratrē literis Eccleſię ſuę reſtituitur. Lec. v.

Conſtante mortuo, ſibi pertinaciter infeſtos Arianos fugiens in Gallia apud Treuiros exulauit. Jnde reuerſus Alexandriam, cum a Juliani apoſtatę ſatellitibus ad necem conquireretur: qua fugiebat nauicula conuerſa in contrariam fluminis partem, ijs, qui ſe inſequerentur, ex induſtria occurrit: & quęrentibus, Nunquid de Athanaſio ſcirent? Reſpondit, ſe non

ſe non longe illum naui euntem vidiſſe: itaque illos contrarium tenentes curſum effugit.

Lectio ſexta.

Qui paulopoſt Alexandriæ alia exorta tempeſtate, quatuor menſes in paterno ſepulchro delituit. Ac denique ex tot tantiſque periculis diuinitus ereptus, Alexandriæ mortu⁹ eſt in ſuo lectulo ſub Valēte cuius vita τ mors eſt magnis nobilitata miraculis. Multa pie, τ ad illuſtrandam catholicam fidē præclare ſcripſit, ſexq; τ quadraginta annos in ſumma tēporum varietate Alexandrinā eccleſiam ſanctiſſime gubernauit.

Ca. 10. Lectio ſ. euā. ſm Matthæū. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Et reliqua.

Homilia S. Athanaſij epiſcopi.

In lege, ciuitates refugiorū erant pro ijs, qui ad cędem quęrebātur, vt aliquo modo ſe cuſtodię euaderēt. In ꝯſummatione porro ſeculoꝝ cū aduenisset illud ipſum verbum patris, quod Moyſi antea locutū fuerat, rurſus pceptū fugiēdi condidit: Cū vos inquiēs, pſecuti fuerint in ciuitate iſta fugite in aliā. Pauloque poſt ſubijcit, Cum videritis illā abominationē ꝺſolationis q̄ dicta eſt per Danielē prophetā ꝯſiſtētē in loco ſancto, qui legit itelligat, tūc q in Judea ſunt fugiāt ad mōtes: τ q i tecto eſt, nē deſcēdat tollere, aliqd de domo ſua: τ q in agro eſt, non reuertat tollere tunicā ſuam. Lectio viij.

Hoc cū ſcirent ſci ad eā normā vitā ſuā tēperauerunt. Quę aūt in pſentia pcepit dn̄s, ea quoq; ante ſuā in carne ꝯuerſationē locut⁹ eſt in ſcis: τ hoc genus formę inſtitutiq; hoībus pfectionē ꝯciliat. Nā qđ Deus iniunxerit, faciēdū eſt, ideoq; τ ipſu; Verbū pp nos homo factū voluit quemadmodū τ nos, cu; quęreretur, τ cum perſecutionē pateretur fugere, τ inſidias declinare. Cum autem tempus a ſe definitum ipſe ſibi adduxiſſet, in quo corporaliter pro hominibus pati volebat, vltro ſeſe ipſum pro omnibus, ſicuti ſcriptū eſt, obtulit. Lectio nona.

Sancti vero pformula accepta, vtpote a dn̄o erudíti, τ priſcis olim, τ ſequentibus temporibus in certamine, quod illis erat cum perſecutoribus, τ fuga ſe inſtantibus eripiebant, τ quęrētib⁹, ſeſe per latebras ſubducebant: quippe qui, vt hoīes, ignari erāt tēporis ſibi a diuina pudētia ꝯſtituti ac proinde minime ſeſe inſidiatoribus ingerebāt, cū nō ignorarēt id, quod ſcriptū eſt: In manib⁹ Dei eſſe ſortes hoium: τ dn̄m occidere, τ viuificare. Atq; ideo vſq; ad decurſum

curſuz ſui tpis expectare malue-
rūt, errātes interim per ſolitudi
nes vt Apls dixit, in melotis ꝛ
pellib⁹ caprinis, egētes: anguſtia-
ti, afflicti, in ſpeluncis, ꝛ in forami
nibus terrę latitātes, donec aut
mortis definitiuz tempus ſuper-
ueniret, aut, quoadusqꝫ definitor
temporis Deus ipſis hoc ipſum
iudicaret: vel perſecutores inhi-
bēs vel pſecutorib⁹ eos tradens,
prout illi opportunius videbat.

Die 3. ¶ In inuent. ſanctę Crucis duplex. Ad veſpe. Cap.

Chriſtus factus eſt pro no
bis obediens vſqꝫ ad mor
tem, mortem autem crucis. ℟.
Per tuam crucem. Hymnus.

Signum crucis mirabile:
Olim per orbez renitens:
In qua pependit innocens:
Chriſtus redemptor oīum,
Hęc arbor eſt ſublimior:
Cedris, habet quas Libanus:
Quę poma neſcit noxia:
Sed ferre vitę pręmia.
Tu rex Chriſte piiſſime:
Huius crucis ſignaculo:
Horis, momentis omnibus:
Munire nos non abnuas.
Vt ore tibi conſono:
Et corde deuotiſſimo:
Poſſimus omni tempore:
Laudes referre debitas.
Queſumus autor. ꝛc. vel ſi fue
rit intra octauam Aſcenſionis
dicatur. ℣. Gloria tibi domine: qui nos ſaluaſti in
cruce: cum patre, ꝛ ſancto ſpiri-
tu: in ſempiterna ſecula. Amē.
Qui ordo ℣. ſeruetur ad com-
pletorium, ꝛ ad horas. verſus.
Hoc ſignum crucis erit in cęlo.
℟. Cum dominus ad iudican-
dum venerit. hal. Ad Mag. Aña.
O crux benedicta, quia in te pe
pendit ſaluator mundi, ꝛ in te
triumphauit rex Angelorum.
haleluiah. Oratio.

Deus, qui in pręcla-
ra ſalutiferę crucis
inuentione paſſionis
tuę miracula ſuſcita
ſti: concede propitius: vt vitalis
ligni pretio ęternę vitę ſuffra-
gia conſequamur. Qui viuis.
mem. de ſanctis. Añ. Filię Je-
ruſalem. ℣. Letamini. Oratio.

Pręſta quęſumus omnipo-
tens Deus, vt qui ſancto-
rum martyrum tuorum Ale-
xandri. Euentii, Theodoli, at-
que Juuenalis natalitia colim⁹:
a cunctis malis imminentibus
eorum intercesſionibus libere-
mur. Per dominum noſtrum
Jeſum. Ad complet. Aña.
Hal. quater. Hym. Jeſu ſal ſe.
vel Jeſu noſtra re. ſi et infra Aſcē
ſionē domini. Ad Nunc dimit.
Añ Hal. Hoc ſignum crucis.
erit in cęlo. hal. cū dominus ad
iudicandum venerit. hal. halel.
Ad Matut. inu Hal. Hoc ſignū
crucis erit in cęlo. Venite, adore.
Halel. ℣. Venite. Hymnus.

Salue

Salue crux sanctā: ſalue mundi gloria:
Vera ſpes noſtra: vera ferens gaudia.
Signum ſalutis: ſalus in periculis:
Vitale lignum: vitam portans omnium.
Te adorandam: te crucem viuificam.
Per te redempti: dulce decus ſeculi.
Semper laudamus: ſemper tibi canimus:
Per lignum ſerui: per te ſumus liberi.
Originale crimen: necans in cruce:
Nos a priuatis: Chriſte munda maculis:
Humanitatem: miſeratus fragilem:
Per crucem ſanctam: lapſis dona veniam:
Protege, ſalua: benedic, ſanctifica:
Populum cunctum: crucis per ſignaculum:
Morbos auerte: corporis, et anime:
Hoc contra ſignum: nullum ſtet periculum.
Sit deo pr̄i: laus in cruce filij:
Sit coequalis: laus ſacro ſpūi:
Ciuibus ſummis: gaudium ſit Angelis:
Honor in mundo: crucis ſit inuentio. Amen.

In j. noct. Ant. Crucifixus ſurrexit a mortuis, et redemit nos. Al. al. Et dicantur tres ps. cum hac ſola ant. In domino. 4. ps. Domine quis 5. ps. Domini eſt terra. 9. ℣. Hoc ſignum.

Lectio prima.

Perrexit beata Helena mater Conſtantini Jeroſolymam inueſtigans crucē abſconditam: in qua affixum pependit corpus ſaluatoris. Quę fuerat abſcondita ab antiquo per Adrianum Chriſtianorum perſecutorem: et in loco Caluarię ſimulacrum Veneris infixū, vt, ſi quis fidelium adorare ibi vellet Chriſtum: potius Venerē adorare videretur: ob quaȝ cauſam locus crucis obliuioni traditus erat. ℟. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinuit. Quę ſola digna fuit portare precium huius ſeculi. Alla. ℣. Hoc ſignum crucis erit in cęlo, cum dominus ad iudicandum venerit. Quę ſola digna.

Lectio ſecunda.

Tunc Regina congregauit multitudinem Judeorum in lege peritiſſimorum, et ait ad illos Vos ne legis doctores patrū eſtis ad interrogata reſpondere? Audientes hęc, attoniti facti ſunt, fluctuantes quid reſpondere poſſent Qui inducias reſpondendi poſtulauerūt. Quibus conceſſis conferebant pariter

ter dicentes: Ob quam cauſam hunc laborem facit nobis regina? Quibus quidam ex eis nomine Judas dixit: exiſtimo fore ob cauſaʒ ligni dominici: in quo patres noſtri Chriſtum crucifixerunt. ℟. Hoc ſignum crucis erit in celo, cum dominus ad iudicandum venerit: Tunc manifeſta erunt abſcondita cordis veſtri. Alla. haſa. ℣. Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: et ceperit iudicare ſeculũ per ignem. Tunc manifeſta. L. iij.

Zaccheus enim auus meus in extremis poſitus nũciauit Simoni patri meo, et pater meus mihi, dicens. Vide fili, cuʒ queſtio facta fuerit de ligno crucifixi: antequam penas patiaris illud manifeſta. Tuo enim tempore nõ regnabit vltra Hebreorum populus: ſed illi, qui adorant crucifixum. Qui dixerunt ad Judam. Nos talia nunquaʒ audiuimus: veruntamen ſi regina de hoc queſierit: vide ne hoc aliquatenus ſibi confitearis. ℟. Crucem tuam adoramus domine: et tuam glorioſam recolimus paſſionem. Miſerere nobis, qui paſſus es clementer pro nobis, halel. ℣. Adoramus te Chriſte, et benedicimus tibi: quia per crucem tuaʒ redemiſti mundum. Miſe. In ij. noctur. An. Crucem ſanctam ſubijt, qui infernum confregit: accinctus eſt potentia, ſurrexit die tertia, hal. Ps. Omnes gentes. 18. Ps. Jubilate. j. 23. Ps. Notus in Judea. 28. ℣. Adoramus te Chriſte.

Lectio quarta.

POſtea venerunt ad reginã, que arctius, his verbis inſtitit dicens. Vos nouiſtis ex libris prophetarum, quia filius Dei incarnatus eſt: quem in ligno ſuſpendiſtis: hoc volo: vt mihi manifeſtetis Caluarie locũ: vbi abſconditum eſt pretioſum lignum dominicum: alioquin incendio vos conſumam. Illi vt obſtinati dicebant ſibi nihil de hoc conſtare. Tunc precepit regina omnes incendio tradi. Qui timentes tradiderunt ei Judam dicẽtes. O domina hic iuſti prophete filius eſt: de hoc quod queris tibi manifeſtabit. ℟. O crux benedicta, Que ſola fuiſti digna portare regem celorum, et dominũ. hal. ℣. O crux admirabilis, euacuatio vulnerum, reſtitutio ſanitatis. Que. L. v.

Iditur regina omnes dimittens, Judam tantum tenuit: cui ait: Mors: et vita proponuntur tibi: quod malueris elige: quia per crucifixum te perimam, niſi mihi veritatem dicas. Qui renuit. Tunc regina per ſeptem dies in puteo cum fame precepit cruciari: qui ibi vita pene extinctus petiit extrahi: promittens obedire regine.

Qui extractus, abiit ad locum
Caluarię: ibique orauit, dicens.
Deus creator omnium oſtende
mihi lignum ſanctę Crucis: vt
in te credat cor meum. ℟. Ado
ramus te Chriſte, & benedici-
mus tibi: Quia per ſanctam
Crucem tuam redemiſti mun-
dum. hal. halel. ℣. Tuam Cru-
cem adoramus domine: tuam
glorioſam recolimus paſſionẽ.
Quia. Lectio ſexta.

Mox vt Judas orauit, com-
motus eſt locus: & aſcen-
dit fumus aromatum ſuauiſſi-
mus. Qui ibidem fodiens, tres
Cruces inuenit: quas reginę
pręſentauit. Uerum eum om-
nes dubitarent: que eſſet crux
Dominica: duę ſeparatim poſi-
tę ſunt ſuper quendam defun-
ctum: quę nullum operatę ſunt
miraculum: Sed per impoſitio-
nem ligni crucis dominicę: mor-
tuus viuus ſurrexit. ℟. Per
tuam Crucem ſalua nos Chri-
ſte redemptor: qui mortem no-
ſtram moriendo deſtruxiſti: Et
vitam reſurgendo reparaſti. hal.
hal. ℣. Miſerere nři Jeſu Chri
ſte benigne, qui paſſus es clemẽ-
ter pro nobis Et. [illegible] an.
Ecce crucem dñi, fugite partes
aduerſę: vicit leo de tribu Juda,
radix Dauid. hal. ps. Cantate.
36. ps. Dñs reg. 37. ps. Canta.
38. ℣. Tuã crucẽ adoramus dñe.
Lectiones tres de euang. Erat
homo ex Phariſeis. Require
in die Trinitatis. ℟. O crux glo
rioſa: o crux adoranda: o lignũ
pretioſum, & admirabile ſignũ:
Per qđ & diabolus eſt victus: &
mundus Chriſti ſanguine redẽ
ptus. hal. hal. ℣. Hoc ſignũ cru-
cis erit in cęlo, cum dñs ad iudi
candum venerit. Per. ℟. Nos
aũt gloriari oportet in crũce dñi
nři Jeſu Chriſti: in quo eſt ſal⁹,
vita, & reſurrectio noſtra: Per
quem ſaluati, & liberati ſumus.
hal. ℣. Mihi aũt abſit gloriari,
niſi in cruce dñi nři Jeſu Chři.
Per. ℟. O crux, viride lignũ,
qa ſuper te pependit rex Jſraelẽ
o quam dulce lignum, quã dul-
ces clauos, quam dulcia ferens
pondera: quam pretioſũ lignũ,
quã pretioſa gemma. Quę Chri
ſtum meruit ſuſtinere. halel. ℣.
Cuſtodi domine gregem iſtum:
quem redemiſti per lignum ſan
ctę crucis. Quę. ℟. Te deũ. ℣.
Omnis terra adoret [illegible]
Helena Conſtantini mater Je-
roſolymam petiit hal. ps. Dñs
reg. [illegible]. Tunc, pręcepit omnes
igne cremari: at illi [illegible]entes
tradiderunt Judam. hal. [illegible]
Helena ſancta dixit ad Judaz:
comple deſiderium meum, & vi-
ue ſuper terram: vt oſtendas mi
hi, qui dicitur Caluarię locus,
vbi abſconditum eſt pretioſum
lignum dominicum. hal. [illegible]
Orabat Judas, Deus; Deus

meus oſtende mihi lignum ſan cte Crucis. hal. An. Cum oraſ ſet Judas, commotus eſt locus ille, in quo ſancta crux iacebat. haleluiah. Capitulum.

Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce dñi noſtri Je ſu Chriſti, per quem mihi mun dus crucifixus eſt, ꝛ ego mũdo. Hym. Signũ crucis. Ꝟ. Ois ter ra. Ad B. An. O crux bñdicta, q̃ ſola fuiſti digna portare regẽ celorũ, ꝛ dñm. hal. Oro vt ſup. Mem. de ſanctis. Aña. Lux ꝑ petua. Ꝟ. Mirabilis deus. Oro, vt ſu. Ad hor. hym. in tono hym. ſignum crucis. añe de laud. Ad j. R. Jeſu Chriſte, ꝛc. Hale luiah. Ꝟ. Qui nos ſaluaſti in Cruce. miſerere nobis.

Ad tertiam. Capitulum.

Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſal⁹ vita, ꝛ reſur rectio nr̃a: ꝑ quẽ ſaluati, ꝛ libe rati ſum⁹. R. Hoc ſignũ crucis erit in celo hal. hal. Cũ dñs ad iudicandum venerit. Ꝟ. Ado ramus te Chriſte. Oratio.

Deus, qui vnigeniti filij tui Dñi noſtri Jeſu Chriſti ꝓ cioſo ſanguine viuifice crucis vexillum ſanctificare voluiſti: cõ cede queſumus: eos: qui eiuſdẽ ſancte crucis gaudent honore: eius quoque vbiq; protectione gaudere. per. Ad vj. cap. Chris factus eſt. R. Adoram⁹ te Chri ſte, ꝛ benedicimus tibi. Halel. hal. Ꝟ. Quia per crucem tuam redemiſti mundum. Ꝟ. Tuam crucem adoramus. Oratio.

Perpetua nos dñe queſu mus pace cuſtodi: quos ꝑ lignũ ſcẽ Crucis redimere di gnatus es. Qui vi. Ad ix. cap. Mihi aũt abſit gl'iari. R. Tuã crucẽ adoram⁹ dñe. Hal. hal. Ꝟ. Tuã gl'ioſaꝫ recolimus paſſionẽ. Ꝟ. Ois terra adoret te deus, ꝛ pſallat tibi. R. Pſalmum dicat nomini tuo. halel. Oratio.

Adeſto nobis domine deus noſter: ꝛ, quos ſancte cru cis letari facis honore: ei⁹ quoq; perpetuis defende ſubſidijs. per. Ad veſp. Aña. Helena Con ſtantini. Ꝟ. Dixit. a cap. Si dñi. ca fuerit. pſal. In exitu. Cap. Mihi autem abſit. R. O crux, viride. Hym. Signum crucis. Ꝟ. Hoc ſignum crucis. Ad Mag. Anipho. O crux ſplendidior cunctis aſtris: mundo celebris, hominibus multum amabilis: ſanctior vniuerſis: que ſola fui ſti digna portare talentum mundi, dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens ponde ra: ſalua preſentem cateruam, in tuis hodie laudibus congre gatam. haleluiah, haleluiah. Oratio, vt ſup. in primis veſper. Memoria de S. Quiriaco. aña. Filie Jeruſalem. Ꝟ. Gloria, ꝛ honore. Oratio.

O A quæſumus omnipotẽs Deus: vt, qui Beati Quiriaci mart. tui, atque pontificis ſolennia colimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum. Complet. viii.

Die 4. ¶ Sancti Quiriaci epiſcopi & martyris ix lect. Lectio j.

Julianus Imperator audiẽs famam venerabilis Quiriaci Jeroſolymę ciuitatis epiſcopi, fecit eum capi, & ſibi pręſentari. Quem ſic alloquitur. Quis, inquit, tu diceris? Reſpondit Quiriacus, A parentibus Judas nomen accepi: ſed poſtquã pretioſum lignum dominicum Helenę demonſtraui: tunc miſertus eſt mei dominus meus Jeſus Chriſtus, vt lauacrum regenerationis acciperem: & venerabilis Helena Quiriacum me appellari pręcepit. Lectio ij.

Audiens autem Julianus ipſum eſſe Chriſtianum ait: De duobus tibi mox vnum elige: aut honorem, vt magno Deo Joni ſacrifices, aut dira tormenta ſubibis. Tunc Quiriacus ait illi: Quare tu canis auare, cum diuina miſeratione prius fueris Chriſtianus, nunc vero apoſtata factus: tanta ſacramenta conculcaſti indignus: & te ęternę mortis filium deputaſti. Le. iij.

Reſtat quidem tibi, vt quomodo cultores Dei perſequeris: & ad pręſentem mortem pertrahis: ita perpetua te expectent ſupplicia: vt ſias in inferno dęmonum pręda. Julianus hęc audiens, dentibus in illum frendens: iuſſit eius manum dexteram abſcindi dicens: Tu garrule, tu mihi ęterna tormenta promittis! qui ſectam tuam a pueritia cognoui, & excolui, & nihil mihi profuit: & iure non immerito tali nunc cruciaberis tormento. Lectio quarta.

Hęc eſt autem manus, cũ qua eras frequentius epiſtolas ſcribens, per quas multos a ſacrificio Deorũ reuocaſti. Cui Quiriacus, O totius boni ignare: quantum bonum nunc operatus es in me? Non enim ignoro, quã priuſquam agnoſcerem Deum viuum, & verum in cęlis Creatorem: eram etiam ſcribens ad ſynagogas Judęorum, ut nemo crederet in Crucifixum. Lec. v.

Et nunc, quia ſcandalum corporis mei abſcindis: vitã ęternam mihi pręparas, ſicut ſcriptum eſt. Melius eſt, vt pereat vnum ex membris: quam totũ corpus mittatur in Gehennam ignis. Julianus hęc audiẽs iuſſit eum in terram deorſum extendi: oreque forcipe ferrea diſtracto, feruenti plumbo potari, vſque dum omnia interiora eius viderentur incendio ſuffragari. Lectio ſexta.

Cum vero iam pertranſiſſent

duę

due hore: & Christi martyr ab omnibus eſtimaretur extinctus: erexit ſe cunctis ſtupentibus: & expanſis in Celum manibus laudauit Creatorem: & liberatorem ſuum. Quo viſo ille infelix carnifex Julianus fremebat in eum vehementius: & iuſſit eum extendi ſuper crates ferream ignitam: de ſubtus iniecto ſtridenti ſale, & adipe: poſt hec creſcente pena corpus eius cardinabatur deſuper: ita vt videret ventrem eius ab igne tabeſcere, & dorſum vngulis ruptum penitus deficere. Euangelium. Homo quidam peregre. L. viij.

Quid plura? martyr Christi interea in medio ignis laudes vſquequaque inuictas perſoluit Deo: nec athleta Dei vſtionem aliquam ſentiebat: quem diuina clementia quaſi intactum conſeruabat. Judex vero in omnibus his confuſus eſt: & quid amplius facere poſſit ignorat. Lectio nona.

At Diecit tamen mittere ſeruum Dei in cacabum igne, oleo, & ſulfure repletum: vt vel ſic eius felicem effunderet vitam. Adhuc autem vir Dei per Christi gratiam omnia tormenta illeſus exiuit. Tunc ſpiculator aſſiſtens letale vulnus martyri de macroconto in pectus dedit: quo glorioſa anima ad Christum tranſmigrauit. Lectio

ra, vt ſup. vnius mart. ix lec. paſchalis tpis cum oratione vi in. Die 5.

¶ Sancti Angeli martyris ordinis Carmelitarum dup. Oia de cõi vnius mart. non tpis. Oratio.

Deus, fidelium remunerator animarum: qui hunc diem beati Angeli Jeroſolymitani ſacerdotis tui martyrio conſecraſti: tribue queſumus nobis famulis tuis: vt, cuius venerandam celebramus feſtiuitatẽ, eius precibus indulgentiam cõſequamur. Per. Lectio vj. de eius vita iij. de Euangelio. Qui vult venire poſt me. Lectio j.

Angelus Carmelita: ex nobilibus parentibus Jeroſolymitanis ciuib⁹ ortus: ab infantia deo die nocteque ſeruire ſtuduit: ieiunijs, & orationibus vacans: illud euangelicum dictum quotidie memorans. Lectio ij.

Si vis perfectus eſſe: vade, & vende omnia, que habes, & da pauperibus. Unde decreuit omnia relinquere: & Deo in ſancta religione ſeruire. Unde, poſtpoſitis omnibus benedictione accepta a parentibus, habitum ſancte religionis accepit. Cu autem. Lectio tertia.

Itaque tam ſancte vixit: & cum tanta auſteritate, vt nõ homo terrenus, ſed angelus putaretur. Reſplenduit enim maxime in officio predicationis: &

propter ſanctitatem eius ſtatim poſt prędicationem ſanctus Dominicus, & ſanctus Franciſcus, in conſpectu populi proſtrati in terra eum venerabantur. L. iiij.

Concurſus maximus erat virorum, & mulierum qui imitabantur virum: propter eius ſanctitatem, & miracula quę faciebat: nam ab eo multi oppreſſi variis languoribus ſanabantur.

Lectio quinta.

Cum fidelibus fidem prędicaſſet a paganis detentus carceri mancipatur: & maximis afflictus pęnis: tandem cum gladio in fronte percutitur: & vitam ſuam finiuit: vbi in honorem ſancti martyris conſtructa, & dedicata fuit eccleſia: vbi eius glorioſum corpus ſuper altare magnum in tumba requieſcit honeſta: in qua ſuis glorioſis meritis innumerabilia fiunt miracula: & pręſertim vij. die Maii: quem proprio ſanguine dedicauit: quam ſanguinis effuſionem eidem propter nomen Chriſti paſſuro poſt mutuum pacis oſculum Beatus Franciſcus prędixerat: cui, & Beatus quoque Angelus Chriſti ſtigmata viciſſim prenunciauit. Tu autem.

Lectio ſexta.

Fons quidem in eodem loco ſcaturiens, in quo iſte martyr glorioſus ſanguinem pro Chriſto impendit, ſingulis annis, a primis veſperis vſque ad ſecundas incluſiue oleum cunctis miniſtrat: quo qui ipſo die vncti fuerint, meritis ſancti martyris a diuerſis grauati languoribus ſanantur: ad laudem omnipotentis Dei. Ad ij. veſp.

Sancti Johannis ante portam latinam dupl. Omnia de communi apoſtolorum tempore Paſchali, preter illa quę hic aſſignant ppria. Ad 1 Pa. Alia. Dies

In feruentis olei dolium miſſus Beatus Johannes apoſtolus, diuina ſe protegente gratia, illęſus exiuit, haleluiah. & dicitur in vtriſque Veſperis ad Magnificat. Oratio.



Deus, qui conſpicis: quia nos vndique mala noſtra perturbant: pręſta quęſumus, vt Beati Johannis apoſtoli tui & euangeliſtę, interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum.

Ex libro S. Hieronymi presbyt. contra Jouinianum. Lectio j.

Johannes apoſtolus, vnus ex diſcipulis dñi, qui minimus traditur fuiſſe inter apoſtolos, & quem fides Chriſti virginem repererat, virgo permanſit, & ideo plus amatur a dño, & recumbit ſuper pectus Jeſu: quod Petrus

trus interrogare non audet illum rogans, vt interroget: ⁊ poſt reſurrectionem, nunciante Maria Magdalene, ꝙ dñs reſurrexiſſet, vterque cucurrit ad ſepulchrũ ſed ille peruenit. Lectio ij.

Umque eſſent in naui, ⁊ piſcarentur in lacu Genezareth Jeſus ſtabat in litore, nec ſciebant apoſtoli quem viderẽt, ſolus virgo virginem agnoſcit, ⁊ dicit Petro, Dñs eſt. Lectio iij.

Uit autem Johannes apoſtolus, ⁊ euangeliſta, ⁊ propheta: apoſtolus, quia ſcripſit ad eccleſias, vt magiſter: euãgeliſta, ꝙ librũ euãgelij cõdidit, quod excepto Mattheo, alij ex duodecim apoſtolis nõ fecerũt. L. iiij.

Ropheta, vidit enim in Pathmos inſula, in qua fuerat a Domitiano principe ob dñi martyriũ relegatus, Apocalypſim, infinita futurorũ myſteria continẽtem. Refert autẽ Tertullianus, ꝙ Romę miſſus in feruentis olei dolium, purior, ⁊ vegetior exiuerit ꝙ intrauerit. R. Uirtute. Lectio v.

Ed ⁊ ipſum eius euangelium multum diſtat a ceteris. Mattheus quaſi de homine incipit ſcribere, Liber generationis Jeſu Chriſti filii Dauid, filii Abraham. Lucas a ſacerdotio Zacharię: Marcus a prophetia Malachię prophetę, ⁊ Iſaię. Lectio ſexta.

Rimus habet faciem hominis pp genealogiam ſecundus faciem vituli propter ſacerdotium: tertius faciem leonis, propter vocem clamantis in deſerto: Parate viam dñi, rectas facite ſemitas ei᷒. Johãnes vero nr̃ quaſi aqla ad ſuperna volat, ⁊ ad ipſũ patrẽ peruenit dicẽs: In principio erat verbũ, ⁊ verbũ erat apud Deũ: ⁊ De᷒ erat vbũ.

Lectio ſcti euãg. ſm Mattheũ. c. xx.

In illo tempore: Acceſſit ad Jeſum mater filiorum Zebedęi cum filiis ſuis, adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Et reliq. cap. 20.

Homilia S. Hieronymi presb.

Uide opinionẽ hẽt regni mr̃ filioꝝ Zebedęi? vt cum dño dixerit, Filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ, ⁊ ſcribis, ⁊ cõdemnabũt eũ morte, ⁊ tradẽt gentibus ad illudendũ, ⁊ flagellãdum, ⁊ crucifigendũ ⁊ ignominiã paſſionis timẽtibus diſcipulis nũciaret, illa gloriam poſtulet triumphantis? Hac vt reor ex cauſa: quia poſt omnia dixerat dñs: Et tertia die reſurget. Putauit eũ mulier poſt reſurrectionem illico regnaturũ, ⁊ hoc, quod in ſecundo aduẽtu promittitur, in primo eſſe cõpletũ: ⁊ auiditate fęminea, pſentia cupit immemor futurorum. R. Ego ſum vitis. Lectio viij.

Ater poſtulat, ſed dñs diſcipulis loquitur intelli-

 gens

gens preces eius ex filiorum de/
ſcendere voluntate. Poteſtis bi
bere calicem, quem ego bibitu/
rus ſum? Calicem in ſcripturis
diuinis intelligimus paſſionem,
iuxta illud: Pater ſi poſſibile
eſt, tranſeat a me calix iſte. Et in
pſalmo: Quid retribuam domi/
no pro omnibus que retribuit
mihi? Calicem ſalutaris accipiã,
& nomen domini inuocabo. Sta
timque infert, quis ſit iſte calix.
Precioſa in cõſpectu dñi mors
ſanctorum eius. R. Cãdidi. 504. lx.

Queritur, quomodo calicẽ
martyrij zebedei filii Ia
cobus videlicet & Johannes, bi/
berint: cum ſcriptura narret Ia
cobũ tantũ apoſtolũ ab Herode
capite truncatũ Johannes autẽ
propria morte vitã finierit? Sed
ſi legamus eccleſiaſticas hiſto/
rias, in quibus fertur, quod & ipſe
propter martyrium ſit miſſus in
feruentis olei dolium, & inde ad
ſuſcipiendam coronam Chriſti
athleta proceſſerit ſtatimque rele/
gatus in Pathmos inſulam ſit,
videbimus martyrio animũ nõ
defuiſſe, & bibiſſe Johannẽ cali/
cem cõfeſſionis, quẽ & tres pueri
in camino ignis biberunt, licet
perſecutor nõ fuderit ſanguinẽ.

Die 7. ¶ In Apparitio. ſci Michae/
lis archangeli. dupl. Officium
ſicut in alio feſto menſis Sep/
tembris preter lec. Matutin. R/
& A. & P. ... additur. Psalm.

Lectio prima.

Beatum Michaelẽ
archangelum ſepius
hominib⁹ apparuiſ/
ſe, & ſanctorum libro
rum auctoritate, & veteri ſancto
rum traditione comprobatur.
Quamobrem multis in locis ſa
cri memoria celebratur. Lec. ij.

Eum vt olim ſynagoga Iu/
deorum, ſic nunc cuſtodẽ,
& patronum Dei veneratur Ec/
cleſia. Gelaſio autẽ primo Pon
tifice Maximo, in cacumine
Gargani Apulie montis ad cu
ius radices incole ſunt Sipon/
tini, archangeli Michaelis fuit
illuſtris apparitio. Lectio iij.

Actũ eſt enim vt ex gregi/
bus armẽtorum Gargani cu/
iuſdam taurus lõge diſcederet,
quẽ diu cõquiſitũ, in aditu ſpelũ/
ce hereẽtẽ inuenerũt. Cũ vero q/
dam ex illis, vt taurũ configeret
ſagittã emiſiſſet, retorta ſagitta
in ipſum recidit ſagittariũ. Lec. iiij.

Qua res cum preſentes, ac
deinceps ceteros tanto ti/
more affeciſſet, vt ad eam ſpelun/
cam propius accedere nemo au
deret, Sipontini epm cõſulũt:
qui indicto trium dierum ieiu/
nio, & oratione, rem a Deo reſpõ
dit queri oportere. Lectio v.

Poſt triduum Michael ar
changelus epiſcopum mo/
net in ſua tutela eſſe eum locum,
coque indicio demonſtraſſe, velle
ibi

ibi cultũ Deo in ſui & angelorũ memoriã adhiberi. Quare epũs vna cum ciuibus ad eã ſpeluncam ire pergit. Quam cũ in templi cuiuſdam ſimilitudinẽ conformatam vidiſſent, locum illũ diuinis officiis celebrare ceperunt, qui multis poſtea miraculis illuſtratus eſt. Lectio vj.

NEc ita multo poſt Bonifacius Papa Romę in ſummo circo ſci Michaelis eccleſiã dedicauit tertio Cal. Octobris, quo die etiã oium angelorũ memoriã Eccleſia celebrat. Hodiernus aũt dies archangeli Michaelis apparitione ↄſecratus eſt. In iij noc. Hom. in euãgeliũ. Acceſſerũt diſcipuli ad Ie. vt in alio feſto menſis Septẽbr. Ad Veſ. oia de ſcto Michaele.

S. Gregorij Nazianzeni epi, & confeſſ. pont. Ad Mag. Aña. Oia de cõi vni⁹ doct. põt. Oro.

DEus q populo tuo ęternę ſalutis Beatum Gregorium miniſtrũ tribuiſti pſta qs: vt quẽ doctorẽ vitę habuim⁹ in terris, interceſſorem habere mereamur in cęlis. Per. Le. j.

GRegorius nobilis Cappadox, qui ex ſingulari diuinarũ literarũ ſcientia, Theologi cognomẽ ↄſecutus eſt, Naziãzi Cappadocię natus Athenis in omni diſciplinarum genere, vna cũ Baſilio eruditus ad ſtudia ſacrarum literarũ ſe conuertit: in quibus ſe in cęnobio tredecim annos exercuerunt, illarum ſententiam nõ ex proprio ingenio, ſed ex maiorum ratione & auctoritate interpretantes. Qui cum doctrina, & vitę ſcitate florerent, vocati ad munus pędicandę euangelicę veritatis, plurimos Ieſu Chriſto filios pepererunt. Gregorius igitur aliquando domum reuerſus, primũ Saſimorum, deinde Nazianzi epiſcop⁹ creatus eſt. Tunc Conſtantinopolim ad eam regendam eccleſiam accerſitus, eam ciuitatẽ cũ hereſum purgatam erroribus ad catholicam fidem reduxiſſet, quod ei ſummum omniũ amorem cõciliare debebat, multorũ parauit inuidiã. Itaqȝ cũ inter epos magna propterea eſſet facta ſeditio, ſponte cedens epiſcopatũ, illud prophetę dictũ vſurpauit: Si propter me commota eſt iſta tẽpeſtas, deijcite me ĩ mare, vt vos iactari deſinatis. Quare Nazianzũ rediit, quã eccleſiã cũ aliquot annos ſanctiſſime gubernaſſet, ad extremum delecto ſucceſſore, totũ ſe ad contemplationem & ſcriptionem diuinarũ rerum contulit. Scripſit autem multa & ſoluta oratione, & verſibus, mirabili pietate, & eloquentia: quibus doctorum hominũ, ſanctorumque iudicio id aſſecutus eſt, vt nihil ĩ illis niſi ex ve-

rę pietatis, & catholicę religionis regula reperiatur, nemo quicquã iure vocare poſſit in dubiũ. Cõſubſtãtialitatis filii fuit acerrimus propugnator, Ut autẽ vitę laude nemo ei prepoſitus eſt, ſic orationis grauitate oẽs facile ſuperauit. In ijs, ſcribendi ac legẽdi ſtudijs, ruri vitaꝫ monachi exercẽs Imp. Theodoſio, ad cęleſtẽ vitã ſenio ꝯfect⁹, migrauit. In iij. noct. Home. in Euange. Vos eſtis Sal terrę, de cõi doct.

¶ SS. Gordiani, & Epimachi. iij. lect. Oratio.

Die. 10. Preſta quęſumus opš De⁹: vt, qui beatorũ mart. tuorũ Gordiani, & Epimachi ſolennia colimus: eorũ apud te interceſſionibus adiuuemur. Per do.

Die 12. ¶ SS. mart. Nerei, Archilei, & Pancratij mem. Oratio.

Preſta q̃s opš deus: vt, qui beatorũ mart. tuorum. Nerei, Archilei, atq; Pãcratij natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum apud te interceſſionibus liberemur. per.

Die 13. ¶ Seruaſii epi & conf. ix. lect. Et Theodore virg. mem.

¶ S. Urbani Papę, & martyr. ſemidupl. Antiphona.

Oratio.

Da q̃s opš Deus: vt, q beati Urbani martyris tui, atq; põtificis ſolennia colim⁹: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

Die 16. ¶ De S. Simone Carme. ꝯfe. non epo dup. oia de cõi pter or.

Deus, qui nobis ſanctum dediſti Simonem rectorem & patrem, quemq; dum viueret, filio tuo, & eius glorioſę virgini matri puro corde, & ſincera dilectione ſeruire voluiſti: tuã imploramus clementiam, vt, cuius gaudemus meritis: tranquilla proſperitate in tua iugiter laude lętemur: eiuſq; inſtruamur exemplis. Per eundem domi.

Die 20. ¶ Potentianę virg. & m. ix. lec

¶ Baudelii m. dup. ex c. Romę

Die 21. ¶ Helenę Reginę matronę matris Conſtantini ix. lect.

Die 25. ¶ De ſororib. btẽ virg. Marię, ſcꝫ Cleophę, & Salome fiat off. dupl. Ad Veſpe. Aña & pſa prout occurrerit. Capit.

Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum: aſcenſum purpureum, media charitate cõſtrauit: propter filias Jeruſalẽ. ℟. Hodie Marię Jacobi, & Marię Salomę ſolennitas celebratur: quarum ſocietate cęlum gloriatur: Quarum patrocinijs terra lętatur: quarũ glorioſis meritis eccleſia coronatur haleluiha. ℣. Ad earum igitur memoriam totis viribus recurramus: vt ipſarum conſortes effici valeamus. Quarum patrocinia. Hymnus.

Hodierna

H Odierna feſtiuitas:
Per mundi claret orbitas
Que ſunt ſorores Marię:
Juncte cęleſti curię.
H ę cum ſorore Lazari:
Uoto fruentes hilari:
Ad ſepulcrum conueniunt:
Jeſum videre cupiunt.
U nguentis Chriſtum optimis:
Querunt profuſis lachrymis:
Sed, quem credebāt mortuū:
Jam regnat in perpetuum.
O ſorores egregię:
Nobis ſitis propitię
Ueſtris beatis precibus
Nos ferte in cęleſtibus.
U ni Deo ſit gloria:
Pro ſororum memoria:
Qui nos earum pręcibus:
Jungat ſanctor cętibus. Amē.
℣. Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata. ℟. Ut venientes vngerēt Jeſuz. hal. Ad M. Añ. Ecce dies glorioſa: dies mū do gratioſa: qua ſorores matris Dei meruerunt ſurſum vehi: vt Deum orent propitiuz: pro ſalute fidelium. hal. hal. Oratio.

D Eus, qui beatas Mariam Jacobi, et Mariam Salome glorioſiſſimas genitricis tuę virginis Marię ſorores, ad denunciationem tuę glorioſę reſurrectionis elegiſti et tecum in gloria hodierna die glorioſius collocaſti: tribue quęſumus: vt a peccatorum morte reſuſcitati, et earum interceſſione ſuffulti, in cęlo perenniter viuere valeamus. Qui viuis, et regnas in vni.

Eadem. de Sancto Urbano pro. Ad cōplet. ſicut in tpe paſchali. Ad Mat. inuit. Jubilemus in hac die dignis Deo laudibus, Qui claris virtutibus regnum dat ſororibus matris virginis Marię. Uenite. Hymnus.

U Ærabundus fidelium et
Cętus colat ſolennia:
Sororum, quę cum virgine:
Cęli fruuntur lumine.
H ęc quidem luminaria:
Quod nomen ſonat Maria:
Pęnitentes irradiant:
Ut ad Chriſtum perueniant.
A d ſepulchrum dominicum.
Unguentum ferunt myſticuz:
Orto iam Sole ſeculi:
Has ſequuntur diſcipuli.
E rgo nunc veſtris precibus:
Annuite ſupplicantibus:
Ut poſt caduca funera:
Feſtinemus ad ſupera.
U ni deo. In j. noc. añ. Gratuletur ciuiū cętus ſupnor: in feſtiuis ſolēnis ſanctaruz ſoror. Pſ. Dñe dño. 3. Añ. Hodie celebritas dat toti mūdo: exultem⁹ igit pectore iucūdo. Pſ. Cęli enar. 7. Añ. Almę mřis noie vocatę ſorores: ſanctitate nois pollēt gratiores. Pſ. Dñi eſt ter. 9. ℣. Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata. ℟. Ut venientes vngerent Jeſum. hal. Lectio prima.

QUam ſumma humilitate, ⁊ charitate celebritatem pręcelſam, ⁊ ſalutiferam beatiſſimarum ſororum glorioſę genitricis Dei Marię, eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti matertertarum annua reuolutione recenſentes: aliquas laudes, ⁊ pręconia ad earum memoriā recolendam ſub breui loquio tranſcurramus. Nam ſi in aliorum ſanctorum feſtiuitatibus pręconiorum modulos altiſſimo decantamus: multo magis in ſanctarum ſororum ſacratiſſimę matris Dei feſtiuitate: ad diuinam magnificentiā collaudandam, ⁊ gloriam pręferendā nos oportet excellentiori myſterio feſtiuitatis hodiernę gaudia celebrare. ℟. Solēnitas beatarum matris Chriſti germanarū celebratur hodie: Quas inuitat ad ſuperna Chriſtus luce ſempiterna fruituras glorię: halalu. ℣. Ob fęlicium par ſororum: chorus gaudet ſupernorū. Quas.

Lectio ſecunda.

FUit igitur Beata Anna mater ſacratiſſimę Dei genitricis Marię: primo marito ſuo Ioachim deſponſata: quę concepit, ⁊ peperit primam filiam nomine Mariam: matrē domini noſtri Ieſu Chriſti. Quę cum eſſet deſponſata Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. ℟. Ante regis ſolium aſtat purpurata: Per duarum puellarum fulta miniſteriū Meſter delicata. halā. ℣. Hę puellę duo flores: matris Dei ſunt ſorores. Per dua.

Lectio tertia.

MOrtuo autem Ioachim, Cleophas frater Ioſeph eandem Annam accepit in vxorem: qui ex ea genuit ſecundam Mariam, quę nupſit Alphęo. Iſte ſiquidem Alphęus genuit ex ea filios Iacobum minorem, ⁊ Ioſeph iuſtum. Simonē, ⁊ Iudam. ℟. Hodie Marię Iacobi. Require in primis veſpe. In ii. noc. Ant. Maria de Ioachim fuit primogenita: quę Dei poſtea mater fuit inclyta. Ps. Eructauit. 17. Ant. Maria Iacobi minoris eſt mater: cui fuit Cleophas homo iuſtus pater. Ps. Deus noſter. 18. Ant. Marię Salomę proles erudita: paterno ſic nomine fuit inſignita. Ps. Fundamenta. 34. ℣. Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. ℟. Erat quippe magnus valde haleluiah. Lectio iiij.

MOrtuo vero Cleopha, quidam nomine Salomas, eandem Annā accepit in vxorem: ⁊ genuit ex ea tertiā Mariā. quę nupſit Zebedęo, qui genuit ex ea alterum Iacobum, qui dicitur maior: ⁊ Iohannem Euangeliſtā. Sic ergo btā Anna tres maritos habuiſſe phibetur: ⁊

tur: ⁊ ex eis tres ſupradictas fi-
lias legitur genuiſſe. ℟. Maria
Magdalene, dueq̃ ſorores eme
runt aromatum myſticos odo-
res: Cupientes ſtigmatū vnge-
re liuores. haleluiah. ℣. Et di-
cunt adinuicē: quis reuoluet ſi-
licem: ad ſepulchri fores? Cu-
pientes. Lectio quinta.

Nunc autē videamus qua-
re Jacob⁹ Alphei minor
dictus ſit: ⁊ frater domini nun-
cupetur. Minor ad differentiā
Jacobi Zebedei: qui maior dict⁹
eſt: non ſecundum tempus: ſed,
quia prius ſecutus eſt dominū.
Itaq̃ Jacobus Alphei minor
eſt dictus, quia poſterior Chriſto
adheſit. Frater etiam domini di
ctus eſt: ſicut quibuſdā placet:
quia filius fuit matertere Chri-
ſti: vel ſimillimus Chriſto fuiſſe
dicitur. ℟. Mirande propagi-
nes, tres ex vna vite: Generātur
palmites, tres, ex quibus ſex ho-
mines: ⁊ creator vite. hal. ℣. Sic
ex Anna tres puelle oēs dicte
maris ſtelle. Generantur. L. vj.

Frater etiam domini Jaco
bus Alphei dictus eſt: pro-
pter ſimilitudinem ſanctitatis:
vel potius quia nepos Cleophe
patrui Chriſti fuit. Hebrei nan-
que cōſanguinitate germana ex
parte patrum coniunctos vo-
cant fratres. Unde Hierony-
mus intelligi voluit hunc Jaco
bum eſſe fratrem domini, id eſt,
eius conſanguineum. ℟. Su-
per Thronum Salomonis ſedi-
le cōponitur: ſub quo firme ſta-
tionis duplex manus ſculpitur,
brachiis formatis: Quod in ho-
ra paſſionis Chriſti tactum no-
ſcitur. hal. ℣. Uirgo mater pie-
tatis ſororibus amplexatis dua-
bus innititur. Quod. Gloria.
Quod. In iij. noc. aña. Maria
primogenita Joſeph deſponſa-
ta: ſine viri ſemine fuit fecunda-
ta. ps. Cantate j. 36. Aña. Ma-
ria mater Jacobi minoris Al-
pheo: ſed Maria Salome da-
tur Zebedeo. ps. Dominus re.
ex. 37. Aña. Ex hac ergo Jaco
bus maior fuit natus: ⁊ alter di
ſcipulus a deo plus amatus. ps.
Cantate. ij. 38. ℣. He cū aroma
tibus intrant monumentū. ℟.
Ubi corpus Dominicum non
fuit inuentum. Hom. de euang.
Maria Magd. ⁊c. et in reſur-
rectione domini. ℟. O Jeſu ol-
fere lucis inſtrumentum oliue
fructifere dulce condimentum:
Quē due matertere mane que-
runt vngere: portantes vnguen
tum. hal. ℣. He ſuper candela-
brum due ſunt oliue: poſt crū-
cis vmbraculum teſtes carnis ol
ue. Quē due matertere mane.
℟. Orto Solis radio mulieres
viſu claro cōſolatur Angel⁹ ter
ribilis: veſte delectabilis: Amo-
to ſignaculo: reſerato tumulo ſ
eas ſic affatur, haleluiah. ℣. Nā

eſt hic, quem queritis: ſed, prout
videbitis, ſurgens, gloriatur. A
mortuo ſignaculo. ℟. Gaudea-
mus hodie immenſe letitie lau-
des extollantur, dum Regie
glorioſe ſorores egregie: Anne
due filie celo coronantur. haláh.
℣. Felices matertere ſorores
Chriſtifere cum virtutum mu-
nere ad nos applicantur. Anne
due. Gloria. Anne. Te deum.
Sacer. ℣. Orate pro nobis bea-
te matertere Chriſti domini. ℟.
Ut digni efficiamur promiſſioni-
bus Chriſti. In laud. an. Cum
Maria Magdalene ſorores ve-
nerunt, et vnguentum fide plene
mane portauerūt. haláh. ℣. Do-
minus reg. etc. Aña. Ad ſepul-
chrum domini ſocie beate: corru-
ſcante veniunt Solis claritate.
Aña. He cum aromatibus in-
trant monumentum: vbi corpus
domini non fuit inuentum. Añ.
Et intrantes ſplendidum inue-
nere ſedere vident ſtola candida,
et obſtupuere. Añ. Quis reuol-
uet lapidem ab oſtio, querunt et
reuolutumque lapidem tam cito
viderunt. Cap. Ferculū. Hym.
Sermone blādo. ℣. Jeſum que-
ritis Nazarenum crucifixum. ℟.
Surrexit, non eſt hic. haleluiah.
Ad Benedictus aña. Mulie-
res Angelus leniter affatur: et
vltra ne paueant blande conſo-
latur, dicens: Jeſum queritis cre-
dentes hunc mortuum: iam ſur-
rexit: non eſt hic: ecce locum va-
cuum. haleluiah. Oratio, vt ſup.
memo. de ſancto Urbano. Ad
hor. añe, de lau. Ad iij. Cap. Fer
culum. ℟. Maria Jacobi, et Sa-
lome emerunt aromata. haláh,
haláh. ℣. Ut venientes vngerēt
Jeſum. Haleluiah. Gloria. Ma-
ria. ℣. Et reſpicientes. Oratio,
vt ſup. Ad ſextam Capitulum.

Egredimini filie Sion: et vi-
dete regem Salomonem
cum corona: qua coronauit eum
mater ſua: in die deſponſationis
illius: et in die letitie cordis eius.
℟. Et reſpicientes viderunt re-
uolutum lapidem haláh, haláh.
℣. Erat quippe magnus valde.
Haláh. Gloria. Et reſpicien. ℣.
He cum aromatibus. Oratio,
vt ſup. Ad nonam Capitulum.

Aque multe non potuerūt
extinguere charitatem fi-
liarū Sion: nec flumina obruēt
illam. ℟. He cum aromatibus
intrant monumentum. Haláh,
hal. ℣. Ubi corpus dominicum
non fuit inuentum. haláh, hal.
Gloria. He. ℣. Jeſum queritis
Nazarenum crucifixū. ℟. Sur-
rexit: non eſt hic. hal. Oratio, vt
ſup. Ad ſecundas veſp. añe, de
laud. ſuper ps. Dixit dominus.
Cōfitebor. Beatus vir. Lauda-
te pueri. Lauda Jeruſalē. Et ſi
dñica fuerit ps. In exitu. Cap.
Ferculū. ℟. Gaudeamꝰ hodie.
Hym. et ℣. vt in pmis veſpe.
Ad

Ad Mag. aña. O lux luce clarior gemina lucerna: cęteris ſplendidior dies hodierna: quę ſorores ſtrenuę ſcandunt ad ſuperna: gaudentes aſſidue luce ſempiterna. halal. Oratio, vt ſupra.

Die 26. ℂ Eleutherij papę, ⁊ mart. ſemiduplex.

Die 27. ℂ Iohannis papę, ⁊ mart. ſemiduplex.

Die 29. ℂ Siſinij papę, ⁊ ſociorum eius mar. i cõu. ſancti Martini dup.

Die 30. ℂ Felicis papę, ⁊ m̃. ſemidup.

Die 31. ℂ Petronillę virg. mem.

IVNII FESTA.

Die 1. ℂ Sancti Nicomedis mart. ix lect. ſecundum tempus. Oratio

Deus, qui nos beati Nicomedis martyris tui meritis, ⁊ interceſſione lętificas: concede propitius: vt, qui eius beneficia poſcimus: dono tuę gratię conſequamur. Per dominum.

Die 2. ℂ Sanctorum Marcellini, ⁊ Petri martyr. lect. ix. quia ſunt in canone, prout tempus dictauerit. Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Marcellini, ⁊ Petri ſolennitate lętificas: pręſta quęſumus: vt, quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per domi.

Die 4. ℂ Quirini epiſcopi, ⁊ mar. dup. in conuentu ſancti Martini.

Die 6. ℂ Arthemij ⁊ Paulinę mart. dup. in conuentu ſancti Martini. Et Philippi, ex vij. Diaconis ix. lect.

ℂ Sanctorũ Medardi, ⁊ Gildardi epiſcoporum lect. ix. ⁊c. vi plurimorum confeſſorum. Orõ Die 8.

Deus, qui nos ſanctorum confeſſorum tuorum Medardi, ⁊ Gildardi cõfeſſionibus glorioſis circũdas, ⁊ protegis: da nobis eorum imitatione proficere: ⁊ interceſſione gaudere. Per.

ℂ Sanctorum Primi, ⁊ Feliciani mart. memoria. Oratio. Die 9.

Fac nos quęſumus domine ſanctorum martyrũ tuorum Primi, ⁊ Feliciani ſemper feſta ſectari quorum ſuffragijs protectionis tuę dona ſẽtiam⁹. Per.

ℂ Getulij, ⁊ ſociorum mar. ix. lec. Et Primi ⁊ Feliciani martyr. memo. Die 9.

ℂ Baſilidi, Tripodij, ⁊ Magdalij mart. dup. Romę in conuentu Tranſpontinę. Die 10.

ℂ S. Barnabę Apoſtoli, dup Omnia vt in cõi Apoſt. Oratio Die 11.

Deus qui nos beati Barnabę Apoſtoli tui meritis, ⁊ interceſſione lętificas: concede propiti⁹: vt q̃ tua p̃ eũ beneficia poſcimus, dono tuę gratię conſequamur. Per. Lectio j.

Barnabas Leuites, Cypri⁹ genere, qui ⁊ Ioſeph, cum Paulo in numerum apoſtolorum adſcriptus eſt ad prędicandum Ieſu Chriſti euangelium. Is agro, vendito, quem habebat

reda etiam

redactam ex eo pecuniam attu-
lit apoſtolis. Lectio ſecunda.

Miſſus autem Antiochiam prędicationis cauſa, cum ibi multos ad Chriſti domini fidem conuerſos eſſe comperiſſet, incredibiliter lętatus, eos hortabatur, vt in Chriſti fide permanerent. Qua cohortatione multum proficiebat, quod ab omnibus vir bonus & ſpiritu ſancto plenus habebatur. Lectio iij.

Profectus inde Tharſum, vt quęreret Paulum, cum eo Antiochiam venit: in eius vrbis eccleſia annum commorati, Chriſtianę fidei & vitę illis hominibus pręcepta dederunt: vbi etiam Jeſu Chriſti cultores primum Chriſtiani ſunt appellati.

Lectio quarta.

Diſcipuli autem Pauli & Barnabę, ſuis facultatibus Chriſtianos qui in Judęa erant, ſuſtentabant, eo mittẽtes pecuniam per Paulum, & Barnabam, Qui perfuncti illo charitatis officio, adhibito Johanne, cui cognomẽ erat Marcus, redierunt Antiochiam. Lectio v.

Cum autem Antiochię in eccleſia cum cęteris prophetis, & doctoribus Paulus & Barnabas, in ieiunio, & oratione domino deſeruirent: dixit ſpiritus ſanctus. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponenteſq; eis manus, dimiſerunt illos. Itaq; Seleuciam venerunt, inde in Cyprum: ac multas pręterea vrbes regioneſq; prędicantes euangelium ſumma cum audientium vtilitate, pagrarũt. L. vj.

Poſtremo Barnabas digreſſus a Paulo vna cum Johanne qui cognominatus eſt Marcus, nauigauit in Cyprum: ibiq; circiter ſeptimum Neronis annum tertio idus Junij ad apoſtolici muneris laudem martyrij coronam adiunxit. Eius corpus Zenone Imperatore repertum eſt in inſula Cypro, ad cuius pectus, erat euãgeliũ Matthei, Barnabę manu ꝯſcriptũ.

In iij. noc. Dom. in euangelium. Hoc eſt pręcep. ex cõi apoſtolorum.

¶ SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij mar. ix. lec. Orõ. Die 12.

Sanctorum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij quęſumus domine, natalitia nobis votiua reſplẽdeant: & quod illis contulit excellentia ſempiterna, fructibus noſtrę deuotionis accreſcat. Per dominum. Lectio ſecunda.

Baſilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius, Romani milites, nobiles genere, & virtute illuſtres, Chriſtiana religione ſuſcepta, cum Chriſtum dei filium Diocletiano Imperatore prędicarent,

carent, ab Aurelio præfecto Vrbis comprehenſi, & vt dijs ſacra facerent admoniti, eius iuſſa cōtemnētes, miſſi ſunt in carcerē. Quibus orantibus, cum ſubito clariſſima lux oborta omnium oculis, qui ibidem eſſent carcērem colluſtraſſet, illo cęleſti ſplēdore commotus Marcellus cuſtodię prępoſitus, multiq; alij, Chriſto dño crediderunt. L. iij.

Verū poſtea e carcere emiſſi, ab Imperatore Maximiano, cum eius etiam neglecto imperio, vnum Chriſtum Deū & dominū in ore haberent, ſcorpionibus cruciati, iterum conijciūtur in vincula: vnde ſeptimo die educti, & ante pedes Imperatoris conſtituti, perſtiterunt in irriſione inanium deorum, Ieſum Chriſtum Deū conſtantiſſime confitentes. Quamobrē damnati, ſecuri feriuntur. Quorum corpora feris obiecta, nec ab illis tacta a Chriſtianis honorifice ſepulta ſunt.

Die 14. ¶ S. Baſilij Magni epiſcopi, & conf. dup. ~~Omnia de cōi Doc.~~ Omnia de communi vnius cōf. pont. Transferatur. Lectio j.

Baſil⁹, nobilis Cappadox, Athenis, vna cum Gregorio Nazianzeno, eius amiciſſimo ſęcularibus literis, deinde in monaſterio ſacris mirabiliter eruditus, cum breui curſū fecit, ad omnem doctrinę, & morum excellentiam, vt inde Magni cognomen inuenerit. Ita digreſſus a Gregorio, cum ad prędicandum Ieſu Chriſti euangelium in Pontum accerſitus eſſet, eam prouinciam, a chriſtianis inſtitutis aberrantē, ad viā ſalutis reuocauit: mox ab Euſebio Cęſareę epiſcopo, ad eruditē dam eam ciuitatem adiutor adhibetur: in cuius locum poſtea ſucceſſit. Lectio ſecunda.

IS filium patri conſubſtantialem eſſe in primis defendit, ac Valentem Imperatorē, ſibi iratum miraculis adeo flexit, vt incumbentem ad voluntatem eijciendi ipſum in exilium a ſententia diſcedere coegerit. Lectio tertia.

Nam & Valentis ſella in qua facturus decretum de eijciendo e ciuitate Baſilio, ſedere volebat, confracta eſt: & tribus eo calamis adhibitis ad ſcribendam exilij legem, nullus eorum reddidit atramentū: & cū nihilominus in propoſito ſcribēdi impium decretū perſiſteret: ipſius dextera, diſſolutis neruis tota contremuit. His commotus Valens, chartam vtraq; manu conſcidit. Lectio quarta.

Ea autē nocte, quę ad deliberandum Baſilio data eſt, Valentis vxor intimis eſt cruciata doloribus, & vnicus filius

in

in grauem morbũ incidit. Quibus ille perterritus, iniquitatem ſuam recognoſcens, Baſilium accerſit: quo præſente puer cœpit conualeſcere: verũ, vocatus a Valente, ad viſendum puerũ hæreticu, paulo poſt moritur. Lec v.

Abſtinentia, & continentia fuit admirabili: vna tunica contentus erat, in ieiunio ſeruando diligentiſſimus, in oratione aſſiduus, in qua ſæpe totã noctem conſumebat. Virginitatem perpetuo coluit. Primus duriorem illum antiquorũ monachorum ritum, ad meliorem formã redegit, magisq; religioni congruentem. Lectio vj.

Multa præclare ſcripſit: ac nemo teſte Gregorio Nazianzeno, ſacræ Scripturæ libros perius aut vberius explicauit. Obijt Calendis Januarij, cum tantum ſpiritu viuens, præter oſſa, & pellem nulla præterea corporis parte conſtare videretur.

Lec ſ. euã. ſm Lucã. Lec vij.

ca. 12. In illo tempore: Dixit Jeſus turbis: Siquis venit ad me, & non odit patrẽ ſuum, & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc aũt, & aiam ſuã, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Et rel.

Homilia Sci Baſilij epiſcopi.

Perfecta renunciatio in eo conſiſtit, ſi quis id affectutus fuerit, vt de vita ſua ne minimum quidẽ affectus ſit, quãuis habeat mortis reſponſum. Porro huiuſmodi renunciatio initium ſumit, ab alienatione rerum externarum, veluti poſſeſſionum, inanis gloriæ, conſuetudinis vitæ ſuperioris, ad res inutiles affectionis: quemadmodũ ſuo exemplo oſtenderunt nobis ſancti domini diſcipuli Jacobus, & Johannes relicto patre Zebedæo, ipſoq; nauigio, de quo tota illorum victus ratio pendebat: Mathæus vero, quando e thelonio ipſo ſurrexit, & dominum ſecutus. Lectio octaua.

Quanquam, quod dico, quid aut rationibus a nobis inuentis, aut ſanctorum virorum exemplis attinet confirmare: cũ ipſa domini verba in medium liceat afferre, iiſq; ipſis, religioſã ac Deum timentem animã magnopere commouere, quibus ille palam, ac citra controuerſiã teſtificans dicit: Sic igitur quicunq; ex vobis, non renunciat omnibus, quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus: Et alio in loco, cũ poſt oblatã conditionẽ illam: Si vis perfectus eſſe, verba illa ſubiecisset, Vade, vẽde q̃ habes, & da pauperibus: poſt illud adiecit, Veni, ſequere me. L. ix.

Si igitur, quemadmodũ docuimus, renunciatio nihil aliud quam vinculorum terrenæ huius ac temporalis cõuerſationis ſolutio: quæ dũ nox an-

xijs, ⁊ humanã vitam comitan tibus negocijs ſubducit, promptiores ⁊ magis idoneos reddit ineundę vię ad Dei contemplationem. Eiuſmodi renunciatio citra vllius impedimenti morã, ſubſidio eſt nobis non mediocri ad parandam poſſeſſionem, vſumq; rerum pretioſiſſimarum, nempe ſuper aurum ⁊ lapidem pretioſum multum.

Die 13. Antonij de Padua dup.

Die 14. In feſto ſancti Eliſei prophetę ordinis Carmelitarum dupl. Ad j veſp. Capitulum.

Hic eſt rector fratrũ: ſtabilimentũ populi: ⁊ oſſa illius viſitata ſunt: ⁊ poſt mortẽ prophetauerunt. ℟. Terrã ſterilẽ fęcundauit: amaras aquas dulcorauit, Immiſſo ſale nutu dei Eliſeus propheta ſanctus. ℣. Mortem tunc ab aquis abſtulit: ne potantes morte lederentur. Immiſſo. Gloria. Immiſſo.

Hymnus.

Ut lingua carnis digne poſſit promere.
Et viri dei mores plene dicere:
Mẽtes obſcuras tuo tange lumine.
Chriſte redemptor, ⁊ ſaluator optime.
Prophetę dies celebrat̃ hodie.
Quo Eliſeus diuino plenus munere:
Et in ſublime collocatus culmine:
Noſtrę ſupplici traditur memorię.
Porro Eliſeus virgo plene permanens:
Beatis cęli coęquatur Angelis:
Qui prauos carnis motus ſciuit premere:
Et mentem puram Chriſto voluit gerere.
Hic vir exemplum dedit mendicantibus:
Prophetam magnum dum Eliam ſequitur:
Relicto patre, atque mundi rebus:
Aſſociari optans cęli ciuibus.
Regulã hic vir dedit pręſidentibus:
Ne dei dona venderent muneribus:
Naaman Syrum dum mundauit plenius:
A lepra eius recuſatis opibus.
Uni, trinoq; domino ſit gloria:
Honor, poteſtas, atque iubilatio:
Qui Eliſei viri ſancti merita
Late declarat oĩa p̃ ſecula. Amẽ.

℣. Ora pro nobis beate pater Eliſee. Ad Mag. aña. Eliſei anima dominũ magnificat: cui Elię ſpiritus duplicatus traditur: ipſe pro clero deum orat, atque pro populo.

Oratio.

Deus, qui beatum Eliſeum prophetam montis Carmeli incolam aliis mirifica-

ſti

ſti prodigiis, ⁊ illuſtraſti doctri-
nis: tribue queſumus nobis: ut
eius exempla ſequentes, ad te
peruenire mereamur. Ad ma-
tut. inui. Regem prophetarum
dnm, venite, adoremus. Cū quo
Propheta magnus regnat Eli
ſeus. ps. Venite. Hymnus.

Congratuletur curia:
Celeſtium ſpirituum:
Et omnis terra iubilet:
De Eliſei gloria.

Carmelitarum principis:
Prophete, quem inſtituit:
Magnus Elias Thesbites:
Nutu diuini numinis.

Hic in infernum potuit:
In hac vita dum viueret:
Cum inde tulit animam:
Et corpori reſtituit.

Naaman Syri nobilis:
Sanauit lepre vulnera:
Oblata cuius diuitiis:
Spreuit omnino munera.

Hic mulieris vidue:
Compatiens inopie:
Multiplicauit oleum:
Ut debita perſolueret.

Initum cuius corpu ſculum:
Et ſepulture traditum:
Solo tactu veraciter:
Mox ſuſcitauit mortuum:

Uni, trinoq; domino:
Sit ſempiterna gloria:
Qui Eliſei precibus:
Perducat nos ad ſupera.

In i. noc. aña. Iuſtorum vias no
uit dominus, cum Eliſeum de
mundo vocauit Elias. ps. Bea
tus vir. i. Aña. Poſtula a me,
⁊ dabo tibi ſpiritū meum, Eli-
ſeo predixit Elias. ps. Quare
fre. i. Aña. Eliſeus ad Eliam
dixit: obſecro pater tuum in me
duplicari ſpiritum. ps. Domine
qd mul. 3. ℣. Amauit ℟. Sto-
lam glorie. Lectio prima.

Factum eſt, cum leuare vel
let dominus Eliaz per tur
binem in celum: ibant Elias, ⁊
Eliſeus de Galgalis: dixitq; E-
lias ad Eliſeum: ſede hic, quia
dominus me miſit in Bethel:
cui ait Eliſeus: viuit dominus,
⁊ viuit anima tua: quia non di-
mittam te. ℟. Inopis vidue o-
leum multiplicauit Eliſeus: Ut
creditori redderet: ⁊ haberet vn-
de viueret. ℣. Cumq; plena fuiſ
ſent vaſa, verbo vatis ſtetit oleū.
Ut creditori. Lectio ſecunda.

Cumq; deſcendiſſet in Be
thel, egreſſi ſunt filii pro-
phetarum, qui erant in Bethel,
ad Eliſeum, ⁊ dixerunt ei: Nun
quid noſti, quia dominus ho-
die tollet dominum tuum a te?
Qui reſpondit, ego noui, ſilete.
Dixit autem Elias ad Eliſeū:
Sede hic, quia dominus me mi-
ſit in Iericho. ℟. Terram ſteri-
lem. ℣. Morte. Require ſup pri-
mis veſper. Lectio tertia.

Et ille ait, viuit dominus, ⁊
viuit anima tua: quia non
derelinquam te. Cumq; veniſ-
ſet

ſet Jericho, acceſſerunt filij prophetarum, qui erant in Jericho ad Eliſeum: ꝛ dixerunt ei, Nunquid noſti, quia dominus hodie tollet dominum tuum a te? ꝛ ait: ego noui, ſilete. Dixit autem ei Elias. Sede hic, quia dominus me miſit vſq; ad Jordanem. ℟. Sunamitem ventre ſterilem Eliſe⁹ fecit parere: Extinctum ſuſcitauit vates, orando corde vir Dei ſanctus. ℣. Defuncti mater venit plorans ad vatem in montem Carmeli. Extinctum. Gloria. In ij. noct. aña. Mirificauit ſanctum ſuum dominus: dum Eliſeo ſancto duplum Eliȩ ſpiritum contulit propheticum. ps. Cum inuo. 2. Añ. Linguis ſuis doloſe agebant Eliſeo mali inſultantes: quos verbo vatis occidit vrſus. ps. Uerba mea. 2. Aña. Paulominus ſuis angelis dominus Eliſeum minuit: dum tres reges futura docuit. ps. Domine dominus noſter. 3. ℣. Juſtum deduxit. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei. Lectio iiij.

Qui ait: viuit dominus, ꝛ viuit anima tua: quia non dereli[n]quam te. Fuerunt ergo ambo pariter, ꝛ quinquaginta viri de filijs prophetarum ſecuti ſunt: qui ſteterunt a longe: illi autem ſtabant ſupra Jordanem. Tulitque Elias pallium ſuum, ꝛ inuoluit illud, ꝛ percuſſit aquas: quȩ diuiſȩ ſunt in vtranq; partem: ꝛ tranſierunt ambo per ſiccum. ℟. In olla miſſa colloquintida amarum cibum mortis fecit: quem guſtantes Eliſeo clamant, mors in olla. Quem vates occidit. ℣. Eliſeus farinam miſcuit: ꝛ a cibo mortem abſtulit. Quem vates. Lectio quinta.

Cum tranſiſſet Elias dixit ad Eliſeū. Poſtula quid vis, ꝛ faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitq; Eliſeus. Obſecro, vt fiat ſpiritus tuus duplex in me: Cui Elias ait: Rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar a te: erit quod petiſti: ſi autem non videris, non erit. ℟. Ex modico cibo Eliſeus turbam magnam ſatiauit. Et ſaturatis remanſit panis, iuxta verbum Eliſei vatis. ℣. Chriſtum prȩſignans vir dei, ſanctos apponi panes prȩcepit turbis. Et ſatura. Lectio ſexta.

Mulier quędam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliſeum dicens: ſeruus tuus vir meus mortuus eſt: ꝛ tu noſti, quia ſeruus tuus fuit timens deum: ꝛ ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit Eliſeus, Quid vis, vt faciam tibi? dic mihi, quid habes i domo tua? ℟. Naaman Syrum leproſum virum lauari iuſſit: quem ſanauit, ꝛ eius dona ſic recuſauit: Ne gratum dei

domu3 venderet. ℣. Miniſtro adheſit lepra Syri: quia pretiu3 recepit doni. ℟. Gloria. ℟. In iii. noc añā. Eliſeus in aquā miſit lignum, & ſecuris ſubmerſum natauit ferrum. ℣. Domine, quis habitabit. 5. Añā. Vatem ab hoſte protexit dominus: ignitos prebens equos, atq3 currus. ℣. Domine in virtute. 9. Añ. Famem repulit vir dei ſanctus: cibos prebens fugatis hoſtibus. ℣. Domini eſt terr. 9. ℣. Juſt⁹, vt palma. ℟. Sicut cedr⁹

Cap. 4. Libani. L. vij Secundū Lucā.

In illo tēpore: Dixerūt Phariſei ad Jeſu3: Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua. Et reliq. Homilia beati Ambroſij epiſcopi. Lectio ſeptima.

Prophetā dicit in ſcripturis dominum Chriſtum: & Moyſes oſtendit, qui ait prophetam, ſuſcitabit vobis dominus de fratribus veſtris: tanquam meipſum audietis: qui dominus & caput erat omniū prophetarum. ℟. In Eliſeo completus eſt ſpiritus Elie: quem in diebus ſuis potentia nemo vicit: Et ſepultum eius corpus ſuſcitauit mortuu3. ℣. Eliſeus in vita ſua multa fecit monſtra: & in morte ſua magna fecit miracula. Et. Lectio octaua.

At illa reſpondit: non habeo quicquam, niſi paruu3 olei, quo vngar. Qui ait. Vade, & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca: & ingredere: & claude oſtium: & cum intrinſecus fueris tu, & filij tui: mitte inde in omnia vaſa hec: & cum plena fuerint, tolles. ℟. Achab regis peccata horrens: atq3 Jezabelis Eliſeus: Jehu Iſrael nouum fecit regem: Ut iuſtorum ſparſum iuſte vindicaret ſanguinem. ℣. Naboth mortem morte Jezabelis rex vindicauit: quādo regine mortem morti ſociauit. Ut iuſtorum. Lectio ix.

Iuit itaque mulier, & clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos. Illi offerebant vaſa: & illa infundebat: cumque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filiu3 ſuu3: affer mihi adhuc vas: & ille reſpondit: non habeo: ſtetitque oleum. ℟. Adeſt nobis dies celebris: quo vir Eliſeus ſtabilis & corporis exuto pōdere: thronu3 tenet digne glorie. Glorioſis fuit meritis. ℣. Quem ſparſis rogemus lachrymis: vt poſt huius leuam temporis: nos beatis iungat Angelis. Glorioſis. ℣. Te deum lauda. ℣. Elias in turbine tectus eſt. ℟. Et in Eliſeo completus eſt ſpiritus eius. Halleluiah. In laudib. antiphona. Mirabilis in altis ſedet dominus, cum quo vates magnus regnat Eliſeus. ℣. Dominus regna. Añā. Omnis terra ſeruiat

deo in letitia: dum prophete feſtum celebrat eccleſia. Aña. Ut terris oſtendatur dei filius: vates magnus premiſſus eſt Eliſeus. Antiphona. Benedicendum eſſe deum docebat Eliſeus: quando ſepultum eius corpus ſuſcitauit mortuũ. Antiphona. Juuenes ⁊ virgines laudent deum: qui in celis coronauit Eliſeum. Capitulum.

Eliſeus in vita fecit monſtra: ⁊ in morte mirabilia operatus eſt. Hym. Ut lingua carnis. ℣. Juſtus germinabit. Ad benedictus aña. Benedictus dominus deus Iſrael: qui ſic plebem ſuam viſitauit donis, vt ſepultum vatis propheraret corpus: ⁊ tactu ſuo ſuſcitaret mortuum. Oratio, vt ſupra. Ad tertiam Capitulum.

Eliſeus filius Saphat fundebat aquam ſuper manus Elie. ℟. ⁊ ℣. de communi vnius confeſſ. Ad vi. Capitulum.

Jam non eſtis hoſpites, ⁊ aduene: ſed eſtis ciues ſanctorum, ⁊ domeſtici dei, ſuperedificati ſupra fundamentum apoſtolorum, ⁊ prophetarum: ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. Ad nonam Capitulum.

Percuſſit Eliſe⁹ aquas Jordanis pallio Elie: ⁊ diuiſe ſunt huc, atq; illac: ⁊ tranſit Eliſeus. Uidentes autem filij prophetarum, qui erant in Jericho de contra, dixerunt: requieuit ſpiritus Elie ſuper eum: ⁊ venientes in occurſum proni in terram adorauerunt Eliſeum. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui in electis prophetis mirabilis predicaris: preſta quſumus: vt, ſicut ſpiritum Elie in ſancto propheta Eliſeo Carmelitarum duce ſecundo ad miracula facienda duplicaſti: ita gratiam ſancti ſpiritus ad virtuoſa opera exercẽda in nobis multiplicare digneris. Per domi. Ad ij. veſpe. quinque añe, de laudib. pſ. Dixit domi. ⁊ cetere ad terc. Capit. Percuſſit. ℟. Adeſt nobis. Hym. Congratuletur. ℣. Ora pro. Ad Magnificat Antiphona. Hodie magnus pater Eliſeus, depoſito morte carnis onere: cum beatis gloriatur angelis: cum quibus fruitur dei facie: quem pro noſtro interpellet ordine. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus, qui in. Memoria de ſanctis Uito, Modeſto, ⁊ Creſcentia martyribus.

¶ Sanctorum Uiti, Modeſti, atque Creſcentie omnia de communi martyrum. Oratio. die 15

Da Eccleſie tue, quſ dñe, ſanctis tuis, Uito, Modeſto, atque Creſcẽtia intercedẽtibus, ſuperbe nõ ſapere, ſed tibi placita humilitate, pficere: vt p

terna deſpiciens q̃cũq; matura ſunt, libera exerceat charitate. Per dominum. Lectio.

Vitus admodum puer, inſcio patre baptizatus eſt: quod cum ille reſciuiſſet, nihil prętermiſit quo filium a Chriſtiana religione remoueret. Qua in voluntate permanentem Valeriano iudici verberibus caſtigandũ tradidit. Sed nihilominus in ſententia perſiſtens, patri redditus eſt. Sed dum eũ pater grauius punire cogitat, Vitus angeli monitu, comitibus Modeſto & Creſcentia eius educatoribus, migrat in alienas terras, ibique eam ſanctitatis laudẽ adeptus eſt, vt eius fama ad Diocletianũ perlata, ipſum Imperator accerſeret, vt filiam ſuam a dęmone vexatam liberaret: qua liberata cum ei ampliſſimis pręmijs ingratus Imperator, vt deos coleret perſuadere non potuiſſet, vna cum Modeſto, & Creſcentia vinculis conſtrictũ mittit in carcerem. Quos vbi conſtantiores eſſe comperit, demitti iubet in ingens vas liquato plumbo feruenti, reſina, ac pice plenum: in quo, cum trium Hebręorum puerorum more diuinos hymnos canerent, inde erepti, leoni obijciuntur: qui proſternens ſe, eorum pedes lambebat. Quare inflammatus ira Imperator, quod multitudinẽ videbat miraculo commoueri, eos in cataſta ſterni iubet: & ita cędi eorum membra, atq; oſſa diuelli. Quo tempore, tonitrua, fulgura magniq; terręmotus fuere, quibus templa deorũ corruerunt, & multi oppreſſi ſunt. Eorũ reliquias Florentia nobilis fęmina vnguentis conditas, honorifice ſepeliuit.

¶ Sanctorũ Marci, & Mar- Die
celliani mart. ix. lec. Oratio. 18.

Præſta quęſumus omnipotens deus: vt, qui ſanctorũ mart. tuorum Marci, & Marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eorũ intercessionib' liberemur. Per.

¶ Sanctorũ Geruaſij, & Pro- Die
thaſij mart. ix. lect. Oratio. 19.

Deus, qui nos annua ſanctorum mart. tuorũ Geruaſij, & Prothaſij ſolennitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis: accendamur exemplis. Per do.

¶ Vrciſſini marty. dup. in con- Die
uentu Rauennę. 19.

¶ Siluerij papę, & marty. ſe- Die
miduplex. 20.

¶ Sanctorum decem millium Die
mart. dup. omnia de communi 22.
plurimorum marty. Oratio.

Deus, in cuius filij domini nr̃i Jeſu Chriſti glorioſę paſſionis confeſſione decẽ millia martyrũ, Marcus, Alexander, & ſocij eorum martyrio crucis

cis triumpharunt: pręſta quęſumus: vt, quorum venerandam recolimus paſſionem: eis pro nobis patrocinantibus, apud miſericordiam tuam vniuerſa nobis aduerſantia corporum, & animarum, te adiuuante, vincamus. Per eundem dominum &c.

Memo. de ſancto Paulino epiſcopo, & confeſſore. Oratio.

Deus, qui nos beati Paulini confeſſoris tui atque Pontificis annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum. Lectio prima.

Paſſio, & memoria ſanctorum decem millium mar. veneratur, & colitur x. Kal. Iulij. Qui vno die omnes interempti ſunt ab Adriano Imperatore, & alijs ſex regibus, qui illi venerant in adiutorium. Lectio ij.

Hi martyres, cum ab Imperatore ad ſacrificandū idolis compellerentur, reſponderunt. Idolis ſurdis, & mutis, Imperator, thura non offerimus: ſed ſacrificium viuum, & immaculatū noſmetipſos offerimus, & ſacrificauimus domino noſtro Jeſu Chriſto regi immortali, in odorem ſuauitatis: qui pro humano genere dignatus eſt deſcēdere de cęlis: & de virgine naſci: & multis malis affligi: quem tu Cęſar ignoras. Lectio tertia.

Tunc Imperator iuſſit eos torqueri diu, & poſtea crucifigi. Et omnia tormenta, quę paſſus eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus, illata ſunt eis: quę illi animo forti, & fide firmiſſima pro Chriſto ſuſtinuerunt. Locus igitur, vbi paſſi ſunt, mons eſt maximus, & vocatur Ararath: diſtans a ciuitate Alexandria, quę eſt ſita in maritimis, quaſi ſtadijs quingentis. Lectio quarta.

Quibus autem paſſi ſunt ſancti martyres, regum exercitus fuerunt triginta millia. Hora vero ſexta terrę motus factus eſt magnus: & petrę ſciſſę ſunt: ſolque obſcuratus eſt: & omnia ſigna, quę in paſſione domini apparuerunt, etiam ibidem viſa ſunt. Tunc ſancti martyres fundentes orationem ſuam ad dominum dixerunt.

Lectio quinta.

Domine deus memēto quęſumus noſtri in hoc patibulo crucis: & ſuſcipe petitionem noſtram: & ea, quę a te depoſcimus, nobis concedere digneris: vt, qui memoriam noſtrę paſſionis corde, & ore, cum ieiunio, & deuotione, celebrauerint: mereantur a te conſequi fructuoſam mercedem: tribuendo eis ſanitatem corporum, & medicamentum animarum: & in domibus eorum intus, & fo-

tis bonorum omnium vberta-
tem concede: ⁊, ſi in prelio fue-
rint: non eis preualeant hoſtes
viſibiles: ⁊ inuiſibiles: te pro eis
pugnante: ⁊, ſicut tibi domi-
ne placet armis tuis protege
eos. Lectio ſexta.

Et hoc a te petimus domi-
nator domine, vt dies v-
nus Jeiunũ noſtre paſſionis: v-
num penitentialem annum re-
laxet obſeruantibus cum deuo-
te. Aufer ab eis ſpiritum im-
mundum: omnemque infirmita
tem: ⁊ omnia mala longe repel-
le ⁊ in hora exitus ſui rectuȝ ſen
ſum, ⁊ puram confeſſioneȝ, ⁊ ve-
ram cordis contritionem, ⁊ ſan-
cti corporis, ⁊ ſanguinis tui per-
ceptionem tribue: quia glorio-
ſuȝ, ⁊ laudabile eſt nomen tuuȝ
in ſecula. Euang. Cum audie-
ritis. Lectio octaua.

Et omnibus dicentibus,
amen, facta eſt vox de ce-
lo, dicens: Quod petiſtis dile-
ctiſſimi, ſcito te vos impetraſſe.
Gaudete, ⁊ letamini: quia ora-
tiones veſtre coram immortali
rege veraciter ſunt exaudite. Et
his dictis, in confeſſione domi-
ni emiſerunt ſpiritum, ſine du-
bio percepturi regna celorum.

Lectio nona.

Nunc ergo fratres chariſſi-
mi apud noſmetipſos mẽ
te fideli debemus ſcire illos in
ſuis corporibus immania pro
Chriſto tormẽta, pertuliſſet: ſicq;
expleto ſui agonis certamine: di-
uina ſuffragante clementia: ad
eternam gloriaȝ tranſmigraſſe.
Memo. de ſancto Paulo.

¶ In vigilia ſancti Johannis Die
Baptiſte. Ad mat. Inui. hym. 23.
añe, dicta ſecundum feriam lec.
iij. de hom. infraſcripta, Ria de
hiſtoria Deus omniuȝ. Initiuȝ
ſancti euang. ſecunduȝ Lucam.

Fuit in diebus Hero-
dis regis Judee ſa-
cerdos nomine za-
charias, de vice A-
bia: ⁊ vxor ei[us] de filiab[us] Aaron:
⁊ nomẽ eius Eliſabeth. Et rel.

Homil. vene. Bede preſbyteri.

Ex iuſtis parentibus Johã-
nes eſt genitus: vt confi-
dentius iuſtitie precepta popu-
lis daret: quo hic ipſe non quaſi
nouitia didiciſſet, ſed velut he-
reditario iure a progenitoribus
accepta ſeruaret. De ſacerdo-
tali proſapia ortus eſt: vt eo po-
tentius imitationem ſacerdo-
tij preconizaret: quo ipſum ad
ſacerdotale genus pertinere cla-
reſceret. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Redemptor enim noſter in
carne apparens: ſicut rex
noſter fieri dignatus eſt, regnuȝ
celeſte nobis tribuendo: ita e-
tiam pontifex factus eſt ſemetip
ſum offerendo Hoſtiam deo: in
odorem ſuauitatis. Unde ſcri-
ptum

prium eſt: Tu es ſacerdos in eter-
num ſecundum ordinez Mel-
chiſedech. Tu autem. Lectio iij.

Melchiſedech quippe ſacer-
dos dei ſummi longe le-
galis ſacerdotij tempora preceſ-
ſit: offerens panem, ⁊ vinum. Et
ideo ſacerdos dicitur ſecunduz
ordinem Melchiſedech: quia
oblatis victimis legalibus idem
ſacrificij genus in miniſterium
ſui corporis, ⁊ ſanguinis nouo
teſtamento offerendum conſti-
tuit. Tu autem domine.

Laudes ſecunduz feriam. Oro.

Preſta queſumus omnipo-
tens deus: vt familia tua per
viaz ſalutis incedat, ⁊ beati Jo-
hannis precurſoris hortamenta
ſectando ad eum, quem predi-
xit, ſecura perueniat: dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Vox ſecundum feriam, cuz
oratione dominicali. Cum hec
vigilia infra oct. Trinitatis eue-
nerit, omnia fiant de trinitate. ⁊
lect. iij. de euang. predicto legan-
tur Te deum. non dicitur.

die 24 IN DIE NATIVITATIS



Sancti Joha-
nis Baptiſte
totum dup.
Ad veſp. aii.
⁊ pſal. ſm fe-
riam, vel de
feſto. Capit.

Priuſq̄
te forma-
rem in vtero noui te, ⁊ ante-
quam exires de vulua ſanctifi-
caui te: ⁊ Prophetam in genti-
bus dedi te. ℟. Eliſabeth.

Hym. tot⁹ dicitur ad j. veſ. ini.

Ut queant laxis reſonare
fibris:
Mira geſtorum famuli tuo-
rum:
Solue polluti labij reatum:
Sancte Johannes.
Nuncius celſo veniens O-
lympo:
Te patri magnum fore naſci-
turum:
Nomen, ⁊ vite ſeriem ge-
rende:
Ordine promit.
Ille promiſſi dubius ſuperni:
Perdidit prompte modulos
loquele:
Sed reformaſti genitus pe-
rempte:
Organa vocis.
Uentris obſtruſo poſitus cu-
bili:
Senſeras regem thalamo ma-
nentem:
Hinc parens nati meritis v-
terque:
Abdita pandit. Diuiſio.
Antra deſerti teneris ſub
annis:
Ciuium turmas fugiens pe-
tiſti:
Ne leui ſaltem maculare vi-
tam:
Famine poſſes.

Si vix Pe-

Prębuit hirtum tegumen camelus:
Artubus ſacris, ſtrophium bidentes:
Cui latex hauſtum, ſociata paſtum:
Mella locuſtis.
Ceteri tantuz cecinere vatum:
Corde preſago iubar affuturũ:
Tu quidem mundi ſcelus auferentem:
Indice prodis.
Non fuit vaſti ſpatiũ per orbis:
Sanctior quiſquam genitus Johanne:
Qui nefas ſecli meruit lauantem:
Tyngere lymphis. Diuiſio.
O Nimis fęlix, meritique celſi:
Neſciens labez niuei pudoris:
Prępotens martyr, eremique cultor:
Maxime vatum.
Serta ter denis alios coronant:
Aucta crementis, duplicata quoſdam:
Trina cẽteno, cumulata fructu:
Te ſacer ornant.
Nunc potens noſtri meritis opimis:
Pectoris duros lapides repelle:
Aſperum planans iter, ⁊ reflexos:
Dirige calles.
Ut pius mundi ſator, ⁊ redemptor:
Mentibus pulſa liuione puris:
Rite dignetur veniẽs ſacratos
Ponere greſſus.
Laudibus ciues celebrant ſuperni:
Te Deus ſimplex, pariterque trine:
Supplices ⁊ nos veniam precamur:
Parce redemptis. ℣. Fuit homo miſſus a deo. ℟. Cui nomẽ erat Johannes. Ad Magn. aña. Ingreſſo Zacharia templum domini: apparuit ei Gabriel Angelus ſtans a dextris altaris incenſi. Oratio. Pręſta quęſumus omnipotens Deus: vt familia tua. Ad completoriũ aña. Miſerere. ps. Cuz inuocarem. ⁊ cęte. hym. Saluator. Ad nũc dimittis aña. Salua nos. Ad matu. Inuita. Regem pręcurſoris dominum, Venite, adoremus. ps. Venite. Hym. Antra deſerti. vigs O nimis. Require in primis veſpe. In primo noct. aña. Priuſquam te formarem in vtero noui te: ⁊ antequaz exires de ventre ſanctificaui te. ps. Beatus vir. i. aña. Ad omnia, quę mittam te, dicit dominus, ibis ne timeas: ⁊, quę mãdauero tibi, loqueris ad eos. ps. Quare fremuerunt. i. aña. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum ſum, dicit dominus. ps. Domine quid. ℣. Gloria, ⁊ honore.

Sermo

Ser. ſcti Auguſtini epi. Lec. j.

Natiuitatem ſancti Johānis Baptiſtę fratres chariſſimi hodie celebramus: quod nulli vnquā ſanctorum legimus eſſe conceſſum. Solius enī Dei, τ beati Johannis dies Natiuitatis in vniuerſo mundo celebratur, τ colitur: τ merito, qa vtraque Natiuitas plena eſt myſterio. Iſtum enim ſterilis peperit: illum virgo, concepit. In Eliſabeth ſterilitas vincitur: in beā Maria conceptionis conſuetudo mutatur. ℟. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Johannes. Hic venit teſtimonium perhibere de lumine: τ parare domino plebem perfectam. ℣. Erat Johannes in deſerto: prędicans baptiſmum penitentię. Hic venit teſtimonium. Lec. ij.

Eliſabeth virum cognoſcendo filiū genuit: Maria Angelo nunciante credidit: τ hoiem τ Deū cōcepit. Cōcepit Eliſabeth hoiē, ſed ſolū hoiē: Maria concepit Deum, τ hominem. Quid tibi ergo vult Johannes: Unde interpoſitus? An de pręſ...ſus? Magnus igitur Johannes, cuius magnitudini etiam ſaluator teſtimoniū perhibet, dicens. Non ſurrexit maior inter natos mulierum Johāne Baptiſta. ℟. Deſcendit Angelus domini ad zachariam prophetam: dicens: Accipe puerū in ſenectute tua. Et habebit nomē Johanes Baptiſta. ℣. Ne timeas zacharia: quoniam exaudita eſt oratio tua: τ Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium. Et ha. Lectio tertia.

Pręcellit cunctis: ſuperemi net vniuerſis. Antecedit patriarchas: ſupergr. ditur prophetas. Et quiſque de muliere natus, inferior eſt Johanne. Qui autem de virgine natus eſt: maior de illo. Unde idem Johānes ait. Qui poſt me venit: ante me factus eſt: cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti: τ de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. ℟. Gabriel Archangelus apparuit zacharię, dicēs: naſcetur tibi filius: τ nomen eius vocabitur Johannes. Et in natiuitate eius multi gaudebunt. ℣. Erit enim magnus coram domino: vinum, τ ſiceram non bibet. Et in. Glia. Et in. In ij. noc. Aña. Miſit dominus manum ſuam, τ tetigit os meum: τ prophetam in gentibus dedit me dominus. Ps. Cum inuoca. 1. Aña. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ſuper gentes, τ regna. Ps. Uerba mea. 2. Aña. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meę recordatus eſt nominis mei. Ps. Dn̄e dominus noſter. 3. ℣. Poſuiſti domine. Lectio iiij.

O mnia

Quia ſe quoque, ⁊ omnes homines ſecū egere eius gratia conſpexit: ideo nullum quaſi non egentem ab hoc numero excluſit, ac ſi diceret: nos omnes prophete: patriarche: ⁊ apoſtoli: quoquot ſcti: ⁊ ante incarnationē pmiſſi: ⁊ ab incarnatio miſſi oēs nos de plenitudine eiꝰ accepimꝰ. Nos vaſa ſumꝰ: ille fons eſt. Ille creator: nos creature. Ille Deus: nos homines. R. Eliſabeth zacharie magnū virum genuit Johannem Baptiſtam precurſorem dñi. Qui viam dño preparauit in eremo. V. Fuit homo miſſus a Deo cui nomen Johannes erat. Qui viā domino.

Lectio quinta.

Hoc ergo fratres myſteriū eſt in natiuitate precurſoris domini: ⁊ in natiuitate redēptoris noſtri, quod in prophete natiuitate humiliatio noſtra deſignatur: in natiuitate quoq; dñi exaltatio noſtra. Johannes decreſcente die natus eſt: quia fuit dignū, vt hominis fama minueret, ⁊ gloria Dei exaltaret. Hoc idem ⁊ Johannes ſentiens, ait. Me oportet minui: illum autē creſcere, quod etiam in paſſionibus amborum impletum eſt. Ut minuatur homo, caput Johannis abſcinditur: vt exaltetur Deus, Chriſtus in ligno ſuſpenditur. R. Innuebant patri eius quem vellet vocari eum: ⁊ poſtulans pugillarem ſcripſit, dicens. Johannes eſt nomen eiꝰ. V. Apertum eſt os zacharie: ⁊ prophetauit, dicens Johannes.

Lectio ſexta.

Quare autem beatum Johannē dominus ac redēptor noſter lucernam eſſe dixerit: ⁊ quare eum ante ſe mittere voluerit: breuiter charitati veſtre intimabo. Premiſſus eſt enim Johannes velut vox ante verbum: lucerna ante Solem: preco ante iudicem: ſeruus ante dominum: amicus ante ſponſum: quia vniuerſum mundū peccatorum tenebre, ⁊ nox infidelitatis oppreſſerat: ⁊ Solem iuſtitie aſpicere non valebat: beatus Johannes quaſi lucerna premittitur. R. Priuſquam te formarem in vtero noui te: ⁊ antequam exires de vulua ſanctificaui te. Et prophetam in gentibus dedi te. V. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ſuper gentes, ⁊ regna. Et prophetam. Gloria.

In tertio noc. Antiphona.

Poſuit os meum dominus quaſi gladium acutum: ſub vmbra manus ſue protexit me. Ps. In domino. 4. Aña. Formans me ex vtero ſeruum ſibi dominus in luce gentium, vt ſit ſalus eius ab extremis terre: Ps. Domine in vir. 7. Aña. Reges videbunt, ⁊ conſurgent principes:

pes : & adorabunt dominum Deum tuũ, qui elegit te. ℟. Bonũ eſt cõſ. 44. ℣. Juſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus:
Secundum Lucam.

IN illo tempore: Eliſabeth impletum eſt tẽpus pariendi: & peperit filium. Et reliq.
Homilia venerabilis Bedę presbyteri. Lectio ſeptima.

PRęcurſoris domini natiuitas, ſicut ſacratiſſima lectionis euangelicę hiſtoria prodit: multa miraculorum ſublimitate refulget: quia nimirum decebat, vt ille, quo inter natos mulierũ maior nemo ſurrexit: maiore prę cęteris ſanctis in ipſo mox ortu virtutuȝ iubare clareſceret. Senes ac diu infęcundi parentes dono nobiliſſimę prolis exultant: ipſi patri, quem incredulitas mutum reddiderat: ad ſalutandũ nouę pconem gratię, os, & lingua reſerat. ℟. Pręcurſor dñi venit, de quo ipſe teſtatur: Nullus maior inter natos mulierum Johanne Baptiſta. ℣. Hic eſt enim propheta, & pluſquam propheta, de quo idẽ ait. Nullus. Lectio octaua.

NEc ſolum facultas benedicendi Deum patri reſtituitur: ſed de eo etiam prophetandi virtus augetur. Excitati fama facti oẽs vicini in eum admiratione, ac metu replentur: oiumq, gaudiere, circũquaq ad aduentũ noui prophetę corda pparantur. Unde merito per orbem Eccleſia: q tot beatorum martyrũ victorias: qbus ingreſſum regni cęleſtis meruere, frequentat: huius tantũmodo poſt dñm etiã natiuitatis diem celebrare conſueuit. ℟. Hic precurſor directus, & lucerna lucens ante Deum: ipſe eſt enim Johãnes, qui viam domino pręparauit in eremo. Sed & agnuȝ Dei demonſtrauit, & illuminauit mentes hominum. ℣. Ipſe pręibit ante illum in ſpiritu, & virtute Elię Sed. Lectio ix.

QUod nullatenus ſine auctoritate Euangelica in conſuetudinem veniſſe credendũ eſt: ſed aio attentius recondendũ: quia, ſicut nato dño paſtoribus apparẽs Angelus ait, ecce Euangelizo vobis gaudiuȝ magnum, qđ erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi: ita etiã Angelus naſciturum zacharię filiũ pręducens Johannẽ: & erit inquit gaudium tibi, & exultatio: & multi in Natiuitate eius gaudebunt. ℟. Inter natos mulierum non ſurrexit maior. Johanne Baptiſta. Qui viaȝ dño pręparauit in eremo. ℣. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen Johãnes erat. Qui. ps. Te Deum. ℣. Fuit homo. In laud. Aña. Eliſabeth zacharię magnum viruȝ genuit Johan-

Johannem Baptiſtam, præcurſorem domini. ℟. Domin' re. Ana. Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum: ⁊ ſcripſit dicens: Johannes eſt nomē eius. Ana. Johannes vocabitur nomen eius: ⁊ multi in Natiuitate eius gaudebunt. Ana. Johannes eſt nomen eius: vinum, ⁊ ſiceram non bibet: ⁊ multi in Natiuitate eius gaudebunt. Ana. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Johanne Baptiſta. Capitulum.

Audite inſulę, ⁊ attendite populi de longe: dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus eſt nominis mei. ℟. O nimis fęlix. ℣. Magna eſt. Ad Bnd. Ana. Apertum eſt os Zacharię, ⁊ prophetauit dicens: benedictus dñs Deus Iſrael. Oro.

Deus, qui præſentem diem honorabilē nobis in beati Johannis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualiū gratiam gaudiorum: ⁊ omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis ęternę. Per dominum. Ad hor. Antiphonę de laudi. Ad tertiam. Capitulum.

Reges videbunt, ⁊ conſurgent principes: ⁊ adorabūt dominum Deum tuum: ⁊ ſanctum Iſrael, qui elegit te. ℟. ⁊ ℣. de communi vnius mar. cum oratione. Præſta quęſum' oīps.

Si feſtum Sancti Johannis dominica fuerit, fer. iiij. ſubſequenti pronuncietur Euangeliū dominicę ad Mat. ⁊ celebretur miſſa de ipſa cum Kyrie. ⁊ Gloria in ex. ſicut p oct. Ad vj. Ca. Priuſquam te formarē. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus: da cordibus noſtris illam tuarum rectitudinem ſemitarum: quam beatus Johannes Baptiſta in deſerto vox clamantis edocuit: dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium. Ad nonam. Capitulum.

Dominus ab vtero vocauit me: ⁊ de vētre matris meę recordatus eſt nominis mei. Oratio. Deus qui præſentē diē. Ad veſpe. Ana. Eliſabeth. ps. Dixit d. ⁊ ce. ad cęteros. Capitm. Audite inſulę. ℟. Inter natos. Hymnus. Ut queant laxis. vſq; ad Antra deſer. ℣. Fuit homo. Ad Mag. An. Perpetuis nos domine Sancti Johannis Baptiſtę tuere præſidijs: ⁊ quanto fragiliores ſumus, tanto magis neceſſarijs attolle ſuffragijs. Oratio. Deus qui præſentē diē. De Ana. dicatur p [illegible] hebdomadam ad benedictus. ⁊ ad magnificat. Ana. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis enī ante faciem domini parare vias eius. Ana. Iſte puer magnus erit coram domino: nam ⁊ manus eius cum eo eſt. Ant. Pro

eo,

eo, quod non credidiſti verbis meis: eris tacens, & non poteris loqui uſque in diem natiuitatis ſuę. Añа. Ipſe pręibit ante illum in ſpiritu, & virtute Elię, parare domino plebem perfectam. Añа. Puer, qui natus eſt nobis, pluſquam propheta eſt: hic eſt enim, de quo ſaluator ait: inter natos mulierum non ſurrexit maior Johanne Baptiſta. Añа. Ex vtero ſeneſcentis, & ſterilis Johannes natus eſt pręcurſor domini. Et ſi neceſſe fuerit reiterentur per oct. dieb. vacantibus: ſimiliter añica infra oct. ſi in die vacante euenerit, fiat offi. de ipſo, ſicut i rub. de oct. eſt notatum lect. per oct.

Die primo.

Sermo ſ. Maximi epiſco. L. j.

Solennitates nobis diuerſorum martyrum, fratres chariſſimi, vitę pręſentis occaſus: & ſuſcepta ab eis pro Chriſti nomine paſſio conſecrauit. L. ij.

Multimoda nanque veterũ relatione didicimus: non nullos martyrũ proſtratos gladio: igne alios crematos: cõplures beluarum dilaceratos dentibus: innumeros etiam tormentorum variis cruciatibus affectos: ſpreta ſui corporis morte, Chriſtianę fidei teſtimoniũ reddidiſſe. Lectio tertia.

Beatus vero Johãnes Baptiſta: cuius nunc feſtiuitate lętamur: cęleſtia mundo gaudia ſterili ab vtero hodie natus inuexit: hodieque mundus ſubintrauit. Tu autem domin.

¶ Die ſecundo. Lectio j.

Illi quidem indubitata iaz gloria regnantem confeſſi ſunt Dei filium: hic autem naſciturum dominum prophetalis ſpiritus illuſtratione pręuidit: & natum priuilegio gratię ſingularis oſtendit. Lectio ij.

In tantum autem ſpecialis in eo pręfulſit electio: vt ante mereretur annunciare dominum: quam naſcendi initium, vel linguam, qua nunciare poſſet, accipere. Lectio tertia.

Denique illa Eliſabeth, vetus mulier, & noua mater quę ante partum ſuum de futuri filii lętabatur officio: venienti ad ſe beatę Marię in ipſo ſalutationis occurſu ait: Ecce ex quo facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.

¶ Dominica infra octa. L. j.

Quid hoc eſt miraculi fratres: quę tantorum nouitas gaudiorum: vt habere ſe in vtero Eliſabeth teſtetur infantem: qui necdum ſemetipſum ſentiens dominicum iam ſentiret aduentum? Lectio ij.

Vere hinc omnium beatiſſimus paruulorum: qui intra viſcera adhuc materna

con-

cõcluſus: adeſſe ſaluatorẽ mundi: quod necdum ſermone poterat: prophetico gaudio reuelauit. Tu autem. Lectio iij.

Sancti Johannis Baptiſte natalitia hodie celebramus: ſi tacere velim, ⁊ laborem atque imperitiam meam ſilentio coercere: eius vis nominis ipſa minime ſilere permittit. Tu autem. Lectio quarta.

Nam nuncupatio vocabuli ipſius pectoris noſtri vrget ſecreta: ſilentij noſtri reſoluit arcana: ⁊, quod ſimulatione ſernetur, admiratione compellitur. Lectio quinta.

Si eni pater zacharias, cũ eũ nominauit, vocem recepit: quanto magis, cum eũ laudamus, ora noſtra fecũdet. L. vj.

Cum enim zacharias pater eius propter incredulitatem natiuitatis illius ab Angelo Gabriele ſilentij eſſet taciturnitate mulctatus: ⁊ iãdiu mutus ſecreta mẽtis verbo proferri non valeret: ſubito nato filio Johanne: cum apud proximos eſſet ↄtentio, quo noĩe vocaret: offerunt ei tabulę, vt vocabulũ eius ꝓ ſui ordinis arbitrio ipſe deſcriberet: vt, quod ſermone non poterat, literis loqueretur. Tu aũt. Tres lect. de euãge. dominicę. Cętera, vt in die.

Die 26. Sanctorũ Johannis, ⁊ Pauli martyrum ix. lec. quia ſunt in canone. Ad veſp. añe. ⁊ pſal. de. oct. Cap. Sancti per fidem. ℟. Beati martyres. Hym. Sanctorũ meritis. ℣. Lętamini. Ad Mag. Añã. Iſti ſunt duę oliuę, ⁊ duo candelabra lucentia ante dñm: habent poteſtatem claudere cęlum nubibus: ⁊ aperire portas eius: quia linguę eorum claues cęli factę ſunt. Oratio.



Quęſumus omĩs Deus; vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat, quę de beatorũ martyrum tuorum Johannis, ⁊ Pauli glorificatiõe ꝓcedit: quos eadem fides, ⁊ paſſio vere fecit eſſe germanos. Per dominum. Memor. de S. Johanne. an. Ad oia quę. vel ſi fuerit Sabbathum añ. Ingreſſo. ℣. Fuit hõ [illegible]. Orõ. Deus, qui pręſen. Ad mat. inuit. hym. añę, pſal. ⁊ ℣. de communi plurimorum mart. L. cõ j.

Martuo Conſtantino, ⁊ Cõſtantio Auguſtis; nec nõ ⁊ Conſtantia ſorore eorũ Chriſtianiſſima: a Cõſtantino fratre eius Julianus apoſtata factus eſt Cęſar. Qui ⁊ captus cupiditate talem edidit legem: vt Chriſtiani in hoc ſeculo nihil poſſiderent, dicens in euangelio legi: Qui non reliquerit omnia, quę

quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. ℟. Abſterget Deus. Lectio ſecunda.

PEruenit quoq; ad eũ q̃d Paulus, & Johãnes: quorum vnus prępoſitus, alter primicerius aulę regis, vtpote in eadem nutriti: omni die turbas Chriſtianorũ pauperum recrearent ex his opibus, quas ſacratiſſima virgo Conſtãtia reliquerat. Et miſit vnũ, qui eos conuenirer dicens: debere ſibi, ſicut & Conſtantino iam mortuo, & Cõſtantię, eos adhęrere: velut in regali aula nutritos: & idolis ſacrificare, ſicut, & ipſe Julianus ſacrificaret. ℟. Viri ſancti. Le. iij.

SAncti martyres penitus renuentes omnia, ei dixerunt. Quia reliquiſti religionẽ plenam virtutibus & nos ab imperiũ tui ſocietate Dei oraculo ſubtraximus: & a tua ſalutatione, & a ſocietate imperij tui deſtitimus. Qui dedit eis decem dies induciarum, vt aut idolis ſacrificarent, aut variis tormentis interirent. Tunc ſancti Johannes & Paulus Chriſtianos ad ſe in...tantes, ordinauerunt de omnibus, quę relinquere poterant, per totos decem dies inceſſanter nocte dieque eleemoſynis inſiſtentes. ℟. Tradiderũt corpora. Lectio quarta.

VNdecimo vero die miſſus eſt ad eos Terentianus campiductor cum militibus hora cęnandi: & ingreſſus domum inuenit eos orantes. Qui dixit eis: Dominus noſter ſtatiunculam Jouis ad vos miſit, vt adoretis illam, & thura incendatis. Quod ſi non feceritis, ambos gladio percutiam. Non enim decet vos intra aulam regiam nutritos, vt publice occidamini. ℟. Sancti tui domine. Lectio quinta.

JOhannes, & Paulus dixerunt: Julianus ſit veſter dominus: & pacem cum eo habetis nobis vero alius non eſt, niſi Deus vnus. Cum hęc, & his ſimilia dicerent, Terentianus tertia hora noctis trãſacta, vt ſine ſtrepitu puniret eos, foueam intra domum eorũ fieri pręcepit ibiq; decollatos abſcondit: famam faciens: quod iuſſu Cęſaris in exiliũ eſſent miſſi. Statim vero Julianus in bello Perſarũ occiſus eſt. ℟. Verbera. Le. vj.

POſt cum Jouinianus imperator Chriſtianiſſimus cum ei ſucceſſiſſet: apertę ſunt eccleſię: & cępit religio Chriſtiana gaudere. Itaq; vnicus Terentiani filius a dęmone arripitur: & intra domum ſanctorum clamare cępit: quod Johannes & Paulus incẽdiſſent eum. Tunc Terentianus clamauit ſe neſcire quid feciſſet, & percepta baptiſmi gratia pęnituit

oratio,

orans, ⁊ flens ad ſepulchꝛū ſanctorum accedens: filius eius liberatus eſt, ℟. Hęc eſt vera fraternitas. In iij. noc. Euangelia. Com audieritis pꝛęlia. vel de dominica, ſi fuerit. ℟. Iſti ſunt duo viri miſericordię, qui aſſiſtunt ante dominum: Dominatorem vniuerſę terrę. ℣. Iſti ſūt duę oliuę, ⁊ duo candelabꝛa lucentia ante dominum: Dominatorem. ℟. Iſti ſunt duę oliuę, ⁊ duo cādelabꝛa lucentia antę dominū. Habent poteſtatem claudere cęlum nubibus, ⁊ aperire portas ei⁹: quia lingue eorū claues cęli ſanctę ſunt. ℣. Iſti ſūt duo viri miſericordię, qui aſſiſtunt ante dominum. Habent. ℟. Beati martyres Chꝛiſti Johannes, ⁊ Paulus dixerunt Juliano: nobis autem alius nō eſt, niſi vnus Deus. Pater, ⁊ filius, ⁊ Spiritus ſanctus. ℣. Unus ſpiritus, ⁊ vna fides erat in eis Pater. ℟. Te Deum. ℣. Exultent iuſti. In laud. Aña. Paulus, ⁊ Johannes dixerunt Juliano: nos vnum Deum colimus, qui fecit cęlum, ⁊ terram. ℣. Dominus reg. Aña Paulus, ⁊ Johānes dixerunt ad Terentianum: ſi tuus dominus eſt Julianus: habeto pacem cū eo: nobis alius nan eſt, niſi domin⁹ Jeſus Chꝛiſtus. Aña Johannes, ⁊ Paulus cognoſcentes tyrannidem Juliani, facultates ſuas pauperibus erogare cęperunt. Aña Spiritus, ⁊ animę iuſtorum hymnum dicite Deo noſtro. hal. halel. Aña Johannes, ⁊ Paulus dixerūt ad Gallicanum: fac votum Deo cęli, ⁊ eris victor melior, quam fuiſti. Capi. Sancti vero ludibꝛia. Hym. Rex glorioſe. ℣. Mirabilis. Ad Bñs. Aña. Hęc eſt vera fraternitas. vt in commune. Oratio, vt ſup. Memoꝛia ſcti Johannis ſi non fuerit dominica. ante vna de ſupꝛadictis. ℣. Fuit homo. Oratio.

Beati Johannis Baptiſtę nos quęſumus domine pꝛęclara comitetur oratio: ⁊ quem venturum eſſe pꝛędixit, poſcat nobis foꝛe placatum. Dominū. Si vero dominica fuerit. Aña. Apertum eſt. ℣. Fuit homo. Oratio. Deus, qui pſentem diē. Ad hoꝛ. aña de laud. Cap. ⁊ ℟. fine Hal. vt in cōi plur. mar. cum oratione. Quęſumus oīs De⁹. Ad Veſper. Aña. Paulus, ⁊ Johannes. Pſal. Dixit. cum hac ſola. Cap. hym. ℣. de communi plur. mar. Ad Mag. Aña. Hęc eſt vera fraternit[as]. Orō. Queſumus omnipotens Deus. Memo. de Sancto Johanne, ſiue dominica fuerit, ſiue non aña vna de ſupꝛadictis. ℣. Fuit homo. Oratio. Deus qui pſen. Die 21

Sācti Leonis Papę, ⁊ confeſſoꝛis ſemiduplex. Antipho. Dum

Dum eſſet ſummus Pontifex. ℟. Amauit. Oratio.

Deus, qui beatum Leonē Pontificem ſanctorum tuorum meritis coęquaſti: concede propitius: vt, qui commemorationis ipſius feſta percolimus: vitę quoq; imitemur exēpla. Per dominum noſtrum.

Die 18. ¶ In vigilia apoſtolorum Petri, & Pauli omnia de Sancto Johanne fiant, ſicut per octauā lect. iij. de Euang. ſequenti.

ca. 21. Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus Petro: Simon Johannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine tu ſcis, quia amo te. Et reliqua. Hom. Lect. eiuſdem. L. i.

Virtutem perfectę dilectionis pręſens ſancti Euangelij lectio nobis commendat. Perfecta etenim dilectio eſt: quia Deum ex toto corde: tota anima: tota virtute: proximum autem tanquam noſmetipſos diligere iubemur. Et neutra harum dilectio ſine altera valet eſſe perfecta, quia nec Deus vere ſine proximo, nec ſine Deo vere proximus, poteſt amari. Tu.

Lectio ſecunda.

Vnde dominus toties interrogato Petro, an ſe diligeret: & illo reſpondente, q̄ certe eum diligeret: adiūgebat per ſingula, ita concludens: Paſce oues meas, ſiue agnos meos. Ac ſi aperte dicat: Hęc ſola, & vera eſt probatio integri in Deum amoris: ſi erga fratres ſtuduerit curam ſoliciti exercere laboris. Tu. Lectio tertia.

Nam quicunq; fratri pietatis opus, q̄ valet impendere, negligit, minus iuſte ſe cōditorē diligere oſ̄dit: cuiꝰ mandatū in ſuſtētāda ꝓximi neceſſitate ꝯtēnit: cū ꝑfecta charitas ſine diuinę grę inſpiratione minime poſſit haberi: tacite quodāmodo dn̄s inſinuat: qa Petruz de illa interrogās eū Simonem Johānis, q̄ nuſq̄ alias, cognominauit: qa Simō obedi ēs: Johannes vero Dei grā vt. ſ̄. Te deū. & Gloria in excelſis, non dicitur. Memo. de Sancto Leone. Aña. Euge ſerue bone. ℣. Juſtus germinabit. Oratio, vt ſup. Hore, vt in die Sancti Johannis. Hęc vigilia ſi in dominica euenerit, in pręcedenti ſabbatho fiet de ea.

¶ Sanctorum Petri, & Pauli apoſtolorum dup. Ad veſp. Antiphona. Tradent enim vos in concilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ante reges, & pręſides ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus. Pſal. de octa. ſancti Johannis. Niſi in hac vigilia aduenerit octa. Corporis Chriſti. Die 29

quia tunc pſalmi erunt de ipſis octauis. Antiphona. Dum ſteteritis ante reges, & preſides, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Antiphona. Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum eternum. haleluia. Ana. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis: gaudete, & exultate: ecce enim merces veſtra copioſa eſt in celis. Antiphona. Iſti ſunt viri ſancti, quos elegit dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam ſempiternam: quorum doctrina fulget Eccleſia, vt Sol, & Luna. Cap.

Petrus ad ſe reuerſus dixit, nunc ſcio vere, quia miſit dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione plebis Judeorum. R. Cornelius centurio. Hymnus.

Aurea luce, & decore roſeo:
Lux lucis omne perfudiſti ſeculum:
Decorans celos inclyto martyrio:
Hac die ſacra, que dat reis veniam.

Janitor celi doctor orbis pariter:
Judices ſecli, vera mundi lumina:
Per crucem alter, alter enſe triumphans:
Vite ſenatū laureati poſſidēt.

Jam bone paſtor Petre clemens accipe:
Vota precantum, & peccati vincula:
Reſolue tibi poteſtate tradita:
Qua cunctis celū verbo claudis, aperis. Hymnus.

Doctor egregie Paule mores inſtrue:
Et mente polum nos transferre ſatage:
Donec perfectum largiatur plenius:
Euacuato, quod ex parte gerimus.

Oliue bine pietatis vnice:
Fide deuotos, ſpe robuſtos maxime:
Fonte repletos charitatis gemine:
Poſt mortem carnis impetrate viuere.

Sit trinitati ſempiterna gloria,
Honor, poteſtas, atque iubilatio:
In vnitate cui manet imperium:
Ex tunc, & modo, per eterna ſecula. Amen.

V. In omnem terrā. Ad Mag. Ana. Beatus Petrus Apoſtolus

ſtolus vidit ſibi Chriſtum occurrere, adorans eum, ⁊ ait: domine, quo vadis? Venio Romam iterum crucifigi. Oratio.

Deus qui nos Beatorum Apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli natalitia glorioſa pręuenire concediſti: tribue q̄s eorū nos ſemp̄ beneficiis p̄ueniri: ⁊ orationibus adiuuari. Per do.

Hic, ⁊ ad mat. ⁊ ad ij. ve p. nulla fiat mem. niſi forte de dominica, ſi euenerit. Ad Mat. inu. Chriſtum regem regum adoremus dn̄m, Qui martyrio crucis beatum glorificauit Petrū apoſtolum. Hymn Aeterna Chriſti munera. In j. noc. Aña. In plateis ponebantur infirmi in lectulis: vt veniente Petro ſaltē vmbra illius obūbraret quemquam illorum: ⁊ liberarētur ab infirmitatibus ſuis. pſal. Cęli enarrant. 7. Aña. Ait Petrus principibus ſacerdotum: Jeſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno, hunc Deus ſuſcitauit, ⁊ principem, ac ſaluatorem exaltauit ad dandam pęnitentiam in remiſſionem peccatorum. ps. Benedicam. 12. Aña. Petrus Apoſtolus dixit paralytico: Aenea ſanet te dn̄s Jeſus Chriſtus: ſurge, ⁊ ſterne tibi, qui cōtinuo ſurrexit: ⁊ oēs, qui videbant, conuerſi ſunt ad dn̄m. ps. Eructauit. 17. ℣. In oēm terrā.

Sermo ſcti. Maximi epi. Lec. j.

Beatorum apoſtolorū Petri, ⁊ Pauli inſeparabilem fidem, paſſionemque germanam omni nos deuotione fratres celebrare neceſſe eſt: quia ⁊ laudabilis eos vita ad glorioſum perduxit occaſum: ⁊ mirificus obitus perpetuam tranſmiſit ad vitam. Et licet in Petro fides emineat, ⁊ in Paulo doctrina pręcellat: magiſterium tamen Pauli fidei eſt plenitudo: ⁊ credulitas Petri doctrinę eſt fundamentum. Quos tanta cęleſtis electionis dignatio viſitauit: vt hic fieret de piſcatore doctor, ille ex perſecutore defenſor. ℟. Simon Petre, antequam de naui vocarem te, noui te, ⁊ ſuper plebem meam principem te conſtitui. Et claues regni cęlorū tradidi tibi. ℣. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum ⁊ in cęlis, ⁊ quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ⁊ in cęlis. Et cla.

Lectio ſecunda.

Sed in hoc omnipotentis Dei extollēda eſt maieſtas qui inſpiratione mirabili docendi gratiā tribuit imperito: ⁊ inimicum fecit amare, quod oderat: ⁊ fidem, quam impugnabat, aſſerere. Illius piſcationem non abſtulit: ſed mutauit: huius cęcauit oculos: vt purgatiore, recepto lumine, clariſſi-

me mentis acie vltra humanum videre poſſet aſpectum. Quanti meriti apud Deum Petrus erat: vt ei poſt navicule parue remigiū toti⁹ gubernacula eccleſie traderentur? Aut quantum in apoſtolatus ſui miniſterio complacuiſſe Chriſto credimus Paulum: qui tantum placere potuit perſecutor? ℞. Si diligis me Simon Petre, paſce oues meas: domine tu noſti, quia amo te: Et animam meam pono pro te. ℣. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et.

Lectio tertia.

Placuit enim Paulus, qa nō iniqui pectoris ſtudio: ſed ſimplicis ignorantie incauta deuotione certabat. Denique vt primum ſenſibus eius ſpiritus veritatis infuſus eſt, oſtendit continuo non ſe Chriſti ſeuiſſe odio: ſed amore paterne legis innocenter erraſſe. De quo quid ego potiſſimum dicam, cum fideliſſimus ipſe ſit ſibi teſtis: qui cum nec ſuas vellet iactare laudes: et Chriſti annunciare cuperet maieſtatem, verecundius, quod in ſe geſtum eſt, confitetur: vt de ſe, velut de altero, loqueretur, dicens: Scio hominem raptum in Chriſto vſque ad tertium celum: raptum in paradiſum: et audiuit arcana verba: que non licet homini loqui. ℞. Tu es Petrus, et ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, et porte inferi non preualebunt aduerſus eam: Et tibi dabo claues regni celorum. ℣. Quodcunque ligaueris. etc. vt ſup. In ij noct. Aña. Factum eſt, vt quedam Diſcipula, nomine Thabita, plena operibus bonis: et eleemoſynis, infirmata moreretur: miſerunt autem Diſcipuli ad Petrum, rogantes, ne pigriteris venire vſque ad nos. ps. Omnes gentes. 18. Aña Adueniente Petro circunſteterunt illum omnes vidue flentes: et oſtendentes tunicas, et veſtes, quas faciebat illis Dorcas. ps. Exaudi Deus depre. 23. Aña. Ponens Petrus genua ſua orabat: et conuerſus ad corpus dixit, Thabita ſurge: at illa aperuit oculos, et viſo Petro reſedit: dans q; illi manum erexit et eam ſanctis, ac viduis aſſignauit viuam. ps. Exaudi d.o. 23. ℣. Conſtitues. L. iiij.

Quid apoſtolo Paulo magnificentius: cui in medio mortalium conſtituto: et ſupra celos ire datum eſt: et ad terras redire conceſſum eſt? Quid hoc beatius viro: qui inter ſecreta paradiſi ediſcere meruit, quod nec lingua hominis loqui poſſet: nec quiſquam mereretur audire? Et cum tanta ſint illa ſublimitatis myſteria, que docuit, vt ea mens humana compreheu-

prehendere non poſſit: quantę illud credimus eſſe glorię: quę pro dere ſibi non licere aſſereret? ℟. Dñe, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas, & extendens manum apprehendit eum: Et dixit ad eum, modicę fidei, quare dubitaſti? ℣. Cumq; vidiſſet ventũ validũ venientẽ timuit: & cum cepiſſet mergi clamauit dicens: Dñe ſaluum me fac? Et. Lectio v.

Quid de Petro referam, cuius tanta a Deo eſt approbata iuſtitia: cui tanta poteſtas iudicandi attributa eſt: vt in arbitrio eius poneretur cęleſte iudicium? Proſpicite ergo, & ęſtimate, quanto nobis eſt Petrus apoſtolus honore reuerendus: cuius ſententiam in terris prolatã ſempiterna iudicis ęquitas non repellit. Et ideo diligenter attendite: quę ſit eius glorię magnitudo: cui cũ claues regni committũtur ęterni: cęlum illi claudere, & aperire commiſſum eſt. ℟. Surge Petre, & indue te veſtimentis tuis: & accipe fortitudinem ad ſaluandas gentes. Quia ceciderunt catenę de manibus tuis. ℣. Angelus dñi aſtitit, & lumẽ refulſit in habitaculo carceris: percuſſoq; latere Petri, excitauit eum, dicens, ſurge velociter. Quia. Lectio ſexta.

Hi itaque ſunt eccleſiarum columnę Petrus, & Paulus; quos & vita ſanctiſſima venerabilem perduxit ad mortẽ: & glorioſus occaſus fecit eſſe perpetuos. Quos non ſolum honoramus, vt martyres, ſed, vt magiſtros, patreſque martyrum veneramur: qui eccleſiam Dei, & cęleſtis prędicationis doctrina, & proprij ſanguinis effuſione fundauerunt. ℟. Petre amas me? tu ſcis domine, quia amo te: Paſce oues meas. ℣. Simõ Johãnis diligis me plus his? tu ſcis domine, quia amo te. Paſce. In iij. noct. Añã. Cornelius centurio, vir religioſus, ac timens Deum: vidit manifeſte Angelum Dei, dicẽtem ſibi, Corneli mitte, & accerſi Simonem, qui cognominat Petrus: & hic dicet tibi, quid te oporteat facere. ps. Confitebimur. 28. Antiphona. Aperiens Petrus os ſuum, dixit: in veritate comperi, quia non ęſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. ps. Dominus regnauit. cx. 37. Antiphona. Adhuc loquente Petro, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum: & erãt loquentes linguis, & magnificantes Deum: tunc Petrus iuſſit eos Baptizari in nomine domini Jeſu Chriſti. ps. Dominus regnauit iraſ. 38. ℣. Nimis honorati ſunt. Añã. Venit Jeſus

in partes Ceſareę. Require in Cathedra ſancti Petri. ℟. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: reſpōdit Petrus, & dixit: tu es Chriſtus, filius Dei vivi: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hāc Petram ędificabo Eccleſiā meam. ℣. Beatus es Simon Bar Jona: quia caro & ſanguis non revelauit tibi: ſed pater meus, qui eſt in cęlis Et. ℟. Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi: Et ideo traditę ſunt tibi claues regni cęlorum. ℣. Tibi enim a domino collata eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Et. ℟. Cornelius centurio, vir religioſus, ac timens Deum, vidit manifeſte Angelum Dei dicentem ſibi: Corneli mitte, & accerſe Simonem: qui cognominatur Petrus: hic dicet tibi, quid te oporteat facere. ℣. Cum oraſſet Cornelius nondum in Chriſto renatus, apparuit ei Angelus dicens. Cor. ℣. Te Deum Dediſti heredi. In laud. Aña. Petrus, & Johannes aſcendebant in tēplum ad horam orationis nonam. ℣. Dominus regna Aña. Argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo: hoc tibi do. Aña. Dixit Angelus ad Petrum: circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. An. Miſit dñs Angelum ſuū: & liberauit me de manu Herodis. hale. Aña. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Capit.

Dixit Angelus ad Petrū, circunda tibi veſtimentū tuum, & ſequere me: & exiens ſequebatur eum, & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum. Hym. Exultet cęlū. ℣. Annunciauerunt. Ad bñe. Aña. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcunq; ſolueris ſuꝑ terram, erit ſolutum, & in cęlis: dicit dñs Simoni Petro. Oro.

Deus, qui hodiernā diem apoſtolorū tuorum Petri, & Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſię tuę eorū in oībus ſequi pręceptū: per quos religionis ſumpſit exordium. Per eū.

Ad tertiam Capitulum.

Exiens Petrus ſequebatur eum, & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum: ęſtimabat autem ſe viſum videre. ℟. In omnem. cum halel. Oratio. Protege domine populum tuum, & apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua. Per dñm.

Ad ſextam Capitulum.

Miſit dñs Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis,

rodis, ꝛ de omni expectatione plebis Judeorum. ℞. Conſtitues. Oratio. Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ꝛ apoſtolorum tuorum Petri, ꝛ Pauli tuere preſidiis: quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. Per dominum noſtrum Jeſuʒ Chriſtum.

Ad nonam Capitulum.

Tu es paſtor ouium, Princeps apoſtolorum, tibi tradite ſunt claues regni celorum. ℞. Nimis hono. ℣. Annunciauerunt. Oratio. Protege. ꝛc. Ad veſper. Aña. Jurauit. ℟. Dixit. ꝛc. ad cet. Capit. Dixit Angelus ad Petrum. ℞. Petre amas me? Hym. Aurea luce. Ad Mag. Añ. Glorioſi principes terre, quomodo in vita ſua dilexerunt ſe: ita ꝛ in morte nõ ſunt ſeparati. Oratio.

Deus, qui eccleſiam tuam apoſtoli tui Petri fide, ꝛ nomine conſecraſti: quique illi beatum Paulum apoſtolũ ad predicandum gentibus gloriam tuam ſociare dignatus es: concede propitius: vt oẽs, qui ad apoſtolorum tuorum ſolennia conueniunt, ſpirituali remuneratione ditentur. Per dominũ noſt.

¶ In comme. Sancti Pauli apoſtoli duplex. Ad Mat. inn. Regem Apoſtolorum. Hymn. Aeterna Chriſti munera. In j. noctur. Añs. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum, operatus eſt ꝛ mihi inter gentes, ꝛ cognouerunt gratiaʒ, que data eſt mihi a Chriſto domino. ℣. Qui me ſegregauit ex vtero matris mee, ꝛ vocauit per gratiam ſuã. ℟. Celi enar. 7. Aña. Scio, cui credidi, ꝛ certus ſum: quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem iuſtus iudex. ℣. De reliquo: repoſita eſt mihi corona iuſtitie. ℟. Benedicam. 12. Aña. Mihi viuere Chriſtus eſt: ꝛ mori lucrum, gloriari me oportet in cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti. ℣. Per queʒ mihi mundus crucifixus eſt, ꝛ ego mundo. ℟. Eructauit. 17. ℣. In omnem. Lectio prima.

Cum veniſſet Romam Lucas a Galatia, Titus a Dalmatia expectauerunt Paulum in vrbe. Quos cum veniens Paulus vidiſſet: letatus eſt valde: ꝛ conduxit ſibi extra vrbẽ hoſpitium publicum: vbi cũ his, ꝛ aliis fratribus de verbo vite tractaret. Cepit inte rea colligere multitudinem maximam, ꝛ adijciebantur per eũ fidei multe aĩe operãte gratia Dei: ita vt ꝑ totã vrbẽ ſonus ꝓdicationis, ꝛ ſcitatis ipſius fieret: ꝛ exiret fama per vniuerſam regionem de illo. ℟. Qui operatus eſt Petro, vt ſup. In conuerſione Sancti Pauli. Lectio ſecunda.

Quadam die cum Paulus predicaret: inuenis quidam

dam nomine Patroclus, pincerna Neronis: vt Paulū propter multitudinē commodius audiret, feneſtram aſcendit: & paululum ibi dormiendo decidens, expirauit. Quod audiens Nero de eius morte condoluit. Paulus vero hoc per ſpiritum cognouit: & aſtantibus dixit: vt Patroclum Ceſaris chariſſimū ad ſe defunctum afferrent: quē allatum Paulus ſuſcitauit: & ad Ceſarem cum ſuis ſociis miſit. ℞. Bonum certamen certaui.

Lectio tertia.

AUdiens Nero Patroclum viuum: ait ad eum: quis te viuere fecit? Cui ille, dominus Jeſus Chriſtus rex omnium ſeculorum. Iratus Nero dixit: Ergo ille regnabit in ſecula: & reſoluet oia regna? Cui Patrocl9, etiam Ceſar. Tunc Nero dedit ei alapam, dicens: Ergo militas illi regi? Et ille: Utiq3: quia me a mortuis ſuſcitauit. Tūc quinq3 miniſtri Imperatoris dicunt ei. Cur Imperator percutis iuuenem, prudēter, bene, & veraciter reſpondentē: nam & nos illi regi inuictiſſimo militamus, Quod audiens Nero eos concluſit in carcere, vt nimium torqueret: quos ante nimiū dilexerat. ℞. Repoſita eſt mihi corona. In ij. noct. Aña. Tu es vas electionis, ſctē Paule Apoſtole, predicator veritatis in vniuerſo mundo. ℣. Per quem omnes gentes cognouerunt gratiā Dei. Ps. Omnes gentes. 18. Aña. Magnus Sanctus Paulus, vas electionis, vere digne eſt glorificandus: qui & meruit thronum duodecimum poſſidere. ℣. In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue. Ps. Exaudi Deus depre. 23. Aña. Bonū certamen certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. ℣. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie. Ps. Exaudi Deus orationem. 23. ℣. Conſtitues.

Lectio quarta.

POſt hec Paulus vinctus ante Neronem ductus eſt. Cui Nero. O homo magni regis ſeruus, mihi autē vinctus, cur meos mihi ſubtrahis, & tibi colligis? Cui Paulus: Non ſolum de tuo angulo milites collegi: ſed de orbe vniuerſo, quibus rex noſter donatiua, que nunquam deficient. &, que omnem excludunt indigentiam, largietur. Huic ſi ſubiectus eſſe volueris, ſaluus eris. Qui tante extat potentie, vt iudex omnium veniat: & mundi huius figuram per ignem reſoluat. ℞. Damaſci prepoſitus.

Lectio quinta.

HEc audiens Nero ira ſucceuſus: quia figuram mūdi dixerat Paulus per ignem reſoluendam: omnes milites

tes igne cremari iuſſit. Paulū vero, tanquam maieſtatis reum, capite truncari. Ad quē Paulus ait: Nero tempore modico patiar: ſed viuam ęternaliter domino Jeſu Chriſto. Nero dixit: Auferte ab eo caput: vt me rege ſuo fortiorem intelligat: qui eum deuici: & videamus, ſi ſemper viuere valeat. ℟. Mihi viuere Chriſtus eſt. Lectio vj.

Cum ergo ad locum paſſionis Paulus veniſſet, ad orientē verſus, manibus extenſis, diutiſſime cum lachrymis paterna voce orauit, & gratias egit. Poſt hęc, vale, faciēs fratribus, vtrunq̧ genu in terram figens collum tetendit, & ſic decollatus eſt. Moxq̧ caput a corpore exiliens: Jeſus Chriſtus, qui ſibi in vita ſua tam dulcis extitit, & tā crebro nominauit, Hebraice clara voce perſonuit: De eius autem vulnere vnda lactis vſq̧ in veſtimenta militis exiuit: & poſtea ſanguis effluxit. Jn aere lux immenſa emicuit: & de corpore odor ſuauiſſimus emanauit. ℟. Tu es vas electionis. Jn iij. noc. Aña. Saul⁹, qui & Paulus, magnus pręd icator a Deo confortatus, conualeſcebat, & confundebat Judęos. ℣. Affirmās, quia hic eſt Chriſtus filius Dei viui. ps. Confitebi. 28. Aña. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, angel⁹ Satanę, qui me Colaphizet: propter quod ter dominum rogaui: vt auferretur a me: & dixit mihi dominus, Paule ſufficit tibi gratia mea. ℣. Nā virtus in infirmitate perficitur. ps. Dominus regnauit: exul. 37. Aña. Repoſita eſt mihi corona iuſtitię: quam reddet mihi Dominus in illum diem iuſtus iudex. ℣. Cooperante gratia Spiritus ſancti. ps. Dominus regnauit: iraſcā. 38. ℣. Nimis honor. Euangeliū Dixit Simon Petrus ad Jeſum: Ecce nos reliquimus omnia. &c. Require in conuerſi. ſancti Pauli dupl. ℟. Scio, cui credidi. ℟. Sancte Paule Apoſtole. ℟. Magn⁹ ſanctus Paulus. ℟. Te deum lau. ℣. Dediſti hęre. Jn lau. aña. Ego plantaui, Apollo rigauit: deus autem incrementum dedit. hal. ℣. Unuſquiſq̧ propriā mercedem accipiet ſecundum ſuū laborem. ps. Dominus reg. Aña. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. ℣. Quando enim infirmor, tunc fortior ſū, & potēs. Aña. Sancte Paule Apoſtole, pręd icator veritatis, & doctor gentium: intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. ℣. Vt digni efficiamur gratia dei. Aña. Gratia dei in me vacua non fuit, ſed gratia eius ſemper in me manet. ℣. Gratia

Dei ſui id, quod ſum. Añ. Da/
maſci prępoſitus gentis Aretę
regis voluit me comprehende/
re: a fratribus per murum ſub/
miſſus ſum in ſporta: ⁊ ſic euaſi
manus eius in nomine domini.
℣. Deus, ⁊ pater domini mei Je
ſu Chriſti ſcit, quia non mētior.
Cap. Jbāt apoſtoli. Hym. Exul
tet. Annūciauerūt. Ad bñs
Añs. Vos, qui ſecuti eſtis me,
ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes
duodecim tribus Jſrael. dicit do
minus. ℣. Jn regeneratione,
cum ſederit filius hominis, in
ſede maieſtatis ſuę. Oratio.

DEus, qui multitudinem
gentium beati Pauli apo
ſtoli prędicatione docuiſti: da
quęſumus, vt, cuius natalitia co
limus: eius apud te patrocinia
ſentiamus. Per dominum.
Memoria de ſancto Johan. añ.
Apertū eſt. ℣. Fuit homo. Oro.
Beati Johan. Memo. de ſan
cto Petro. Añs. Dixit Ange/
lus ad Petrum, circunda tibi
veſtimentum tuum, ⁊ ſequere
me. ℣. Tu es Petrus, ⁊ ſuper
hanc petram. ℟. Ædificabo Ec
cleſiam meam. Oratio.

DEus, qui beato Petro A/
poſtolo tuo collatis claui/
bus regni cęleſtis: animas ligan
di, atq; ſoluendi pōtificium mu
nus tradidiſti: concede: vt inter/
ceſſionis eius auxilio a peccato/
rum noſtrorum nexibus libere/
mur. Qui viuis. Ad hor. añę de
lau. ſine verſibus. Cap. Pria. ℣. vt
vnius Apoſtoli, cum Halleluiah.
Oratio, vt ſup. ad veſp. añ. Jura
uit. Ps. Dixit. ⁊ cęt. ad cęt. Cap.
Jbant. ℟. Magnus ſanctus
Paulus. Hym. Aurea luce. ℣.
Jn omnē terram. Ad Mag. añ.
Glorioſi principes. Oratio. De⁹,
qui hodierna die. Mem. de ſan
cto Johanne. Jngreſſus Zacha/
ria. ℣. Fuit homo. Oratio.

PErpetuis nos domine ſan
cti Johānis Baptiſtę tue/
re pręſidiis, ⁊ quanto fragilio/
res ſumus, tanto magis neceſ/
ſarijs attolle ſuffragijs. Per do
minum noſtrum Jeſum. ⁊c.

IVLII I FESTA.

¶ Jn oct. ſancti Johannis Ba
ptiſtę ſemid. Ad mat. inui. Hy⁹.
añę, pſal. ℣. Pria, vt ſupra in die.
Sermo S. Maximi epi. L. j.

COntendebant autem de no
mine nati prophetę hi, q
conuenerant: ⁊ Zachariam hunc
vocari ſatagebant. At cōtra ma
ter verbis, ⁊ pater ſcriptis: quia
magis Johannes appellandus
eſſet, aſtruebāt. Lectio ſecunda.

QUia fuere nonnihil cęle/
ſtium ſacramentorum mi
nus periti in primordijs euan
gelij coruſcantis carnalia ad/
huc legalis ſacerdotij ſtatuta ſi/
mul obſeruanda decernerent:
quos profecto ipſa legalis doctri
na de ſuſcipiēda Chriſti gratia:
quaſi

quaſi Eliſabeth viua voce de nomine Johannis confirmat: dicendo per legiſlatorem: Prophetam vobis ſuſcitabit deus de fratribus veſtris: ipſum tanquam me audietis iuxta omnia, quę locutus fuerit vobis. Lectio iij.

Ipſum quoque legale ſacerdotium tacitis cęrimoniarum ſuarum typis: quaſi mutis literarum ſuarum figuris, Zacharias eidem gratię naſcenti perhibet teſtimonium. Tu. Lectio iiij.

Quia nihil prorſus in omnibus ſacerdotij veteris obſeruationibus actum, vel dictum eſſe credendum eſt: quod non euangelij gratiam, ſi recte intelligatur, expreſſit. Lectio quinta.

Quod autē declarato poſtmodum: et confirmato nomine Johannis: apertum eſt os Zacharię, et loquebatur, dicens: Benedictus dominus deus Iſrael: pater vtique, quia manifeſtata per apoſtolos gratia noui teſtamenti, multa etiam turba ſacerdotum obediebat fidei: relictaque taciturnitate nociua ad cōfitenda, laudanda, et prędicanda dona [illegible] redemptoris ſe deuote ſubmittebat. Lectio ſexta.

Et quidem in die circumciſionis Johannis, quādo et nomē accepit, factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorū, et ſuper omnia montana Judeę diuulgabantur omnia verba hęc. Secundum Lucam, vel de dominica, ſi dominica fuerit.

Et factum eſt in die octauo, venerunt circuncidere puerum: et vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reliq. Homilia lectionis eiuſdem.

Quod octauo die puerum circuncidere, et nomen illi aptare venerunt: ex priſco patrū ritu deſcendit. Ipſe enim Abraham, primus auctor illius gētis, die ſuę circunciſionis auctoris nomine gaudere meruit: ſicque decretum eſt: vt octauo die infantulus circunciderctur: et nominis vocabulum ſortiretur. Lectio octaua.

Vocabant enim eum nomine patris ſui Zachariam: vt, quia pater mutus erat: nec ſacerdotale officium implere poterat: hic eius loco, non ſolum miniſterio, verumetiam nomine ſuccederet. Lectio nona.

Quod cognatis, et propinquis Eliſabet in filiū eius Johannem agere nitentibus ipſa diuinitus inſpirata reſpōdit: nequaquam: ſed vocabitur Johannes: non quidem ei diſplicuit vocabulum generis: ſed potius ei imponendum cenſuit, quod olim ei impoſitum ab angelo ſciuit. Te Deum lauda. In laudib. Antiphona. Eliſabeth Zacharię. Ps. Dominus regnauit. [illegible] cęte. ad ceteros. Cap.

Priuſquam

prius[q] te formarem in vtero. Hym. O nimis felix. Quere ſu. in primis veſp. ſancti Johan. ℣. Magna eſt. Ad benedictus añ. Apertum eſt os Zacharie. ⁊ cet. Oratio. Deus, qui preſentem diem honorabilem. ⁊c. Memo. de apoſtolis aña. Iſti ſunt due oliue. Require in feſto ſanctorum Johannis, ⁊ Pauli. ℣. Annunciauerunt opera Dei. Oro. Protege domine populum tuum. Ad primam aña. Eliſabeth. ps. Deus in nomine. ⁊ cet. Hore, vt in die ſancti Johannis.

¶ In feſto viſitationis beate Virginis. Ad veſp. aña. Hec eſt regina virginum. pſal. de beata Virgine, ⁊ cetera ad cete. vt in annunciatione. Capitulum.



Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos: ⁊ rami mei honoris, ⁊ gratie. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, ⁊ flores mei fructus honoris, ⁊ honeſtatis: ego mater pulchre dilectionis, ⁊ timoris, ⁊ agnitionis, ⁊ ſancte ſpei. ℟. Unde hoc mihi, vt veniat. Hym. Aue maris ſtella. ℣. Diffuſa. Ad Mag. añ. Hodie Johannes ſpiritu ſancto repletus: dominum, quem verbis laudare non potuit, corporis obſequio recognouit: beata Eliſabeth, quam mater Domini viſitauit: vt Johannes in vtero ſuo ſpiritum ſanctificationis accipiens precurſoris officium inchoaret. Oro.

Deus, cuius vnigenitus in vtero adhuc virginis clauſus, Johannem Baptiſtam, Maria ſalutante, ſpiritu ſancto, priuſquam naſceretur, impleuit: da eccleſie tue: vt, quos ſpirituali regeneratione concepit: purificatos tibi filios pariat adoptionis. Per eun. Memo. beati Johannis Bap. aña. Perpetuis. ℣. Fuit homo. Oratio, De⁹, qui preſentem. Memoria de apoſtolis Aña. Glorioſi principes. ℣. In omnem. Oratio. Deus, qui eccleſiam tuam. Memoria ſanctorum Proceſſi, ⁊ Martiniani, añ. Sancti p[er] fidem. ℣. Letamini. Oro.

Deus, qui nos ſanctorum martyrum tuorum Proceſſi, ⁊ Martiniani confeſſionibus glorioſis circundas, ⁊ protegis: da nobis ⁊ eorum imitatione proficere: ⁊ interceſſione gaudere. Per do. Similiter fiat de eiſdem ad mat. Ad inuit. Hodie beatus Johannes vtero parentis incluſus: Chriſti euangelizauit aduentum. Venite, adoremus dominum. Hym. Quem terra. In .j. nocturno aña. Repletus Spiritu ſancto Johannes, nondum ſeipſum ſentiens, virginis matris

matris pręſenſit aduentum. ℟. Domine dominus. cũ reliquis de beata virgine. Añ. Adueniente, quę Chriſtũ geſtabat in vtero: Johannes exiliens in occurſuꝫ eius geſtiuit erumpere. Añ. In ipſo ſalutationis occurſu: infans in vtero virtutem venientis expertus: gaudio, ⁊ exultatione repletur. ℣. Diffuſa.

Sermo S. Ambroſij epi. L. j.

Hodiernę feſtiuitatis ratio, atqꝫ cauſa dilectiſſimi deuotionem veſtraꝫ latere non poteſt. Quippe quaꝫ Euangelicus ſermo ſingulis vertentibus annis tam luculenter, aperteque percenſet: vt ignorare fas non ſit: quod toties fuerit in omniuꝫ auribus claris Eccleſię vocibus repetitum. ℟. Vt audiuit Eliſabeth ſalutationem Marię, exultauit infans in vtero eius: Et audiens verba domini per os virginis pertonantis in occurſum eius geſtiuit erumpere. ℣. Vadam, ⁊ videbo viſionem hanc magnam: quare rubus nõ comburatur: ⁊ ardeat. Et. L. ij.

Magnum, quoniam res eſt diuinis myſterijs plena: ⁊ multis, ac magnis fęcunda ſacramentis: audebo equidem de diuina largitate cõfiſus aliquid loqui: vt, quod pro fidei pietate factum eſſe credidiſtis: ęterno Dei conſilio non ab re ſic fuiſſe faciendum admiremini: ⁊ non communi gaudio tanto ſit huius diei pietas religioſior: quãto amplius fuerit ſingularis ſolennitas intellecta. ℟. In ipſo ſalutationis occurſu, infans in vtero gaudio, ⁊ exultatione repletur: ⁊ Eliſabeth voce magna clamauit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? ℣. Tu gloria Jeruſalem: tu lętitia Iſrael: tu honorificentia populi noſtri. Vnde. Lectio tertia.

Vnigenitus igitur dei fili⁹, quam primuꝫ in vtero intemeratę virginis mortalitatis noſtrę dignatus eſt ſubire cõſortium: renouationis humanę cepit ſacramenta contexere. Nam licet intra maternorum viſceruꝫ lateret anguſtias: potentiam tamen, quam habet cum patre cõmunem, neque aſſumptę carnis infirmitas: neqꝫ parentis vteri potuit arctitudo perſtringere: quin ſalutis noſtrę iaꝫ tunc fundamenta diſponens: clauſum quoqꝫ parentis vtero materno Johannem viſitatione delegerit: qui ſui aduentus factus pręcurſor, ⁊ pręco noui teſtamenti populum antecederet. ℟. Vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me: Quę dum me verbo ſalutat: virtute ſanctificat? ℣. Quę eſt iſta, quę aſcendit quaſi Aurora conſurgens: pulchra, vt Luna: electa, vt Sol: terribilis, vt caſtrorũ acies ordinata? Quę.

In j. noc. añã Ut ſalutantis vox ſalutatę pulſauit auditum: ſpiritus latens ventris interiora penetrauit. Añã. Recluſus vētre miles cognouit regem ſuum: & in vtero parentis exiliens, domini prophetauit aduentum. Añ. Quia verbis ſalutantem ſe reſalutare non potuit, ſpiritu exultante recognouit. ℣. Specie tua. Lectio quarta.

Atque, vt tanquam ſtrenuus dux exercitus domini aduerſus viſibiles: & inuiſibiles hoſtes Chriſtianitatis vexilla deferret intrepidus: intra viſcera adhuc parentis incluſum armis hunc inſuperabilib⁹ inſigniuit. Decebat illum, qui primus hominũ in clientelam Chriſti additus eſt, & tam noua, tamque inſolita ratione inſertus corpori eius, cunctis mortalibus non modo ſanctitate, verumetiam officio, ac dignitate pręſtare: vt ex eo iam tempore credamus eum ſingularem illam prerogatiuam conſecutum: que non cuiuslibet, ſed dei, atque hominis teſtimonio omnibus meruit hominibus anteferri: Chriſto ipſo dicente. Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Johanne Baptiſta. Tu autem. ℟. Felix Marię vox: Quę dum corporis tetigit aures intus ſpiritum ſanctificationis immiſit. ℣. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Quę. Lectio quinta.

Facta autem hęc ſunt viſitante Maria Eliſabeth. Nam in ipſo ſalutationis occurſu, quemadmodum euangelica patefecit hiſtoria: infans in vtero virtutem venientis expertus gaudio, & exultatione repletur. Magnum ſane, ſtupendumque miraculum, & quod omnia ferme noſtrę ſalutis ſacramenta complectitur. ℟. Acutius matre Johannes audiuit, & vidit. Et, quem verbis ſalutare non potuit, prophetico gaudio recognouit. ℣. Inſinuauit illi gratia: quę natura nequiuit attingere. Et, quem. Lectio ſexta.

Ergo huic apoſtolica ſedes non ab re feſta celebranda conſtituit: vt vno, eodemque religionis officio: tametſi ratione diuerſa viſitantis, & viſitatę, ac vtriuſque pignoribus digne hodie a fidelibus deferantur honores. Tu autem. ℟. Recluſus ventre miles cognouit regem ſuum. Et in vtero parentis exiliens: domini euangelizauit aduentum. ℣. Vix enim erat illi ſpiritus vitę, & iam inerat ſpiritus gratię. Et. In iij noct. añã. Eliſabeth autem repleta Spiritu ſancto miraculum ſentiens, & myſterium recognoſcens, magna voce clamauit. Añã. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Añã.

Antiphona. Sub vmbra illius: quem deſiderabam, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. ℣. Adiuuabit. Lectio ſancti
2. Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore: Exurgens Maria: abijt in montana cũ feſtinatione, in ciuitatem Iudę: & intrauit in domum Zacharię, & ſalutauit Eliſabeth. Et reliq.

Hom. ſancti Ambroſij epiſcopi de eadem lectione. Lectio vij.

Omale eſt omnibus: vt, qui fidẽ exiguntt fidẽ aſtruant. Et ideo angelus, cum abſcondita nunciaret, vt fides aſtrueretur exemplo ſenioris fęminę, ſterilisque conceptum virgini Marię nunciauit. vt poſſibile deo omne, quod placuerit ei, aſſereret. ℟. Duplici miraculo, licet honore diuerſo, prophetant matres ſpiritu paruulorum. Et alter gratiam infudit in alterum: alter infuſam ab altero recognouit. ℣. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos. Et. Lectio octaua.

Ubi audiuit hoc Maria, nec quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nuncio, nec quaſi dubitans de exemplo: ſed quaſi lęta pro voto: religioſa pro officio: feſtina pro gaudio, in montana perrexit. Quo enim iam deo plena: niſi ad ſuperiora cũ feſtinatione conſcenderet? Neſcit enim tarda molimina Spiritus ſancti gratia. Tu autem. ℟. Veteri ſub lege ordinem ſuũ non potuit ſeruare natura. Quoniam per nouam diuinitatis gratiam nouuz ſalutis omnium myſterium parabatur. ℣. Ultra legem naſcentium Baptiſta domini natiuitatem ſuam gaudio, & exultatione pręuenit. Quoniam. Lcõ ix.

Diſcite & vos ſanctę mulieres ſedulitatem, quã pręgnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam, quę ante ſola in intimis penetralibus verſabatur, non a publico virginitatis pudor, non a ſtudio aſperitas montiuz, non ab officio prolixitas itineris retardauit. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna: qui potẽs eſt: Et ſanctum nomen eius. ℣. Et miſericordia eius a progenie i progenies timentibus euz. Quia fecit. Gloria pa. Et ſanctuz nomẽ. ℟. Te deum. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. In laud. añа. Ut vox Marię Eliſabeth pulſauit audituz: vltra legem naſcentium Baptiſta domini natiuitatez ſuam gaudio, & exultatione pręuenit. Añ. Natiuitatem ſuam prophetando pręuenit: pręſentia domini ſanctificatus: antequam natus.

Añа.

Aña. Nondum ſenſerat ſpiritum vitę, ⁊ loquēte Maria datus eſt illi ſpiritus gratię. Aña. Inſinuauit illi gratia: quę natura nequiuit attingere, ⁊ latentez in vtero regeni, parentis euangelizauit eloquio. Aña. In ſecreto maternorum viſcerum duo paruuli totius mundi gaudia futura prę ludunt Cap. Ego quaſi vitis fruct. ⁊c. Hym. O glorioſa. ℣ Elegit eā deus. Ad bn. Aña. Surge, propera amica mea: columba mea: formoſa mea: ⁊ veni. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis: quę, dum aures mei corporis tetigit: latenti intra viſcera puero ſpiritum ſanctificationis infudit. Oratio, vt ſup. Memo. de Apoſtolis. Aña. Petrus Apoſtolus: ⁊ Paulus doctor gentium: ipſi nos docuerunt legem tuam domine. ℣ Annunciauerūt. Orō. Deus, qui hodiernam. ⁊ ſic fiat per octauam. Memo. de ſanctis martyribus. Ad hor. aña a laud. Ad tertiam Capitulum. Ego quaſi terebinthus. ℟. ℣. vt in commemoratione beatę virginis, cum oratione ſupradicta. Ad ſextam Capitulum.

I N me gratia omnis vię, ⁊ veritatis: in me omnis ſpes vitę, ⁊ virtutis: trāſite ad me omnes: qui concupiſc. tis me: ⁊ a generationibus meis adimplemini. Ad nonam Capitulum.

S Piritus enim meus ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuper mel, ⁊ fauum, memoria mea in generatione ſeculoꝝ. In ij. veſp. aña. laud. pſal. de beata virgine. Cap. Beata es Maria. ℟. Beataz me. Hym. Aue maris. Ad Mag. Aña. Beata ſterilis, quę pręcurſorē domini ſenio ingraueſcente concepit: beatior virgo, quę deum, atq; hominem genuit: vtraq; miraculum ſentit: myſteriuz recognoſcit: ſed Eliſabeth ſuum vertit in pręconia viſitantis: Maria vtrunq; refert in gloriam conditoris. Ps. Magnificat. Oratio, vt ſupra. Memoria de apoſtolis. Aña. Glorioſi principes. ℣. In omnē. Orat. Deus hodiernam. Et ſic fiat per oct. ⁊ in ſabbato.

Per octauas lectiones.

Die primo.

De eod ſerm. S. Ambroſij. L. i.

O Ertuz imminente tunc in eccleſia dei magna quadā ſciſſura, quę Chriſti membra varijs ſub pontificibus ⁊ longo quidem tempore vehementer afflixit, non ab omnibus, qui vniuerſis ſuſcepta feſtiuit[illegible] eſt. L. ij.

N Ec potuit in eccleſiarum notitiam ſingularum taz ſancta, atque ſalubris inſtitutio peruenire, neq; officiuz pſallendum in eccleſijs fuit ordinatuz: quod, vt par erat, tantę feſtiuitatis myſteria rationibus cōgruis, ⁊ ver-

τ verbis ſufficientibus explicaret. Lectio tertia.

Quas ob res: Sixtus huius nominis quartus Romanus Pontifex: cui ea vel maxime deuotio cordi eſt inuiolatę virginis feſta ſacris condecorare muneribus: pietatemque fidelium ad ea celebranda indulgentiaruʒ elargitione prouocare: ad exornandam feſtiuitatem iſtam pietate religionis accenſus ſedulo conuertit affectum. Tu autem domine miſe.

¶ Secundo die. Lectio prima.

Cogitauit namqꝫ quemadmodum eccleſia Chriſti, que ſibi regenda credita eſt, τ cu ius typum gerebat. Eliſabeth: ſpiritu fęcundata diuino: vtero ſuo fideles omnes cęli paritura concipiat. Lectio ſecunda.

Quam proh dolor i pręſentiarum publicus, ac impiiſſimus hoſtis rabie immoderata deſęuiens a Chriſto prorſus auertere nititur: vel, ſi auertere nequeat: extinctis in vtero fętibus eius, aut abortis, ferro, atque igne populatam contendit delere de terra. Tu auteʒ domine. Lectio tertia.

Is autem tanquam vrſus inſidias factus eſt illi: ac velut aper, qui de ſylua infidelitatis exiliens vineam domini exterminare molitur, Tu autem domine miſe.

Die tertio. Lectio prima.

Vinea autem domini ipſa, inquam, eccleſia eſt, quam propheta teſtante ſuper filio dei homine facto altiſſimi dextera complantauit: hanc igitur diro, atqꝫ cruento ore: quoad poteſt fera illa depaſcitur. Nec ceſſat in dies plurimorum cęde filiorum, quaſi nouis eam vulneribus, fauciare. Tu autem. Lectio ii.

Vi vna ſola via ſalutis relicta eſt. vnicunque remedium vitę: ſi videlicet ad hanc reuiſendam, calcatis montibus, qui rabido furore tumentes nomini Chriſtiano infeſti ſunt τ Maria, vel tam enixa dominuʒ patrociniuʒ nobis prębitura deſcenderit. Lectio tertia.

Si eniʒ vox ſalutationis ſuę in aures eccleſię pſonuerit: exultabūt profecto proles in vtero eius: expiatis peccatis pręgaudio ſalientes in occurſum dñi: etiā obiturę ſub hoſtibus mortē vltro enitentur erumpere. Tu.

¶ Die quarto. Lectio prima.

Mater vero ipſa toto orbe terrarum longe, lateque diffuſa, ſpiritu ſancto repleta: pro filiorum fide, atque conſtantia in laudes domini ſacrata ora reſoluet. ſciens, quoniam Chriſti militibus ipſum vinci vincere eſt: τ, cum videntur ſuccumbere: tunc maxime glorioſos reportant de hoſte triumphos.

phos. Tu au. Lectio ſecunda.

Porro preter eum duꝫ non arbitror i hac feſtiuitate quatuor ſingulares perſonas, matres videlicet duas ſuo: vtranque cum pignore: vna ſub celebritate venerari. Tu autem domine. Lectio tertia.

Et quamuis inter eas diuerſa ratio fuerit: variaq; proportio: nam pro diuerſitate menſure gratiarum, atq; virtutum: iura quoq; in eis varientur honorum: in his tamen omne decus eccleſie: ornamentum omne: ac velut in ſumma vniuerſuꝫ ſpecimē ſanctitatis inſpicit.

¶ Dñica infra oct. Lectio i.

Quippe hic ſaluator eſt: & primitie ſaluandorum: & in his quidem: ſi puritateꝫ innocentium queris: habeto Johannem. Si candorem virgineum, mater domini adeſt. Si deniq; iuuat manſuetudineꝫ: continentiam, atque modeſtiam conſectari, Eliſabeth reſpice: in qua patriarcharum quoque pietas, & religio commendatur.

Lectio ſecunda.

Si poſtremo prophetarū ſpiritum cernere: & admirari lumen: quo diuinarum abdita rerum & ipſi pertingere, & nobis patefacere potuerunt: Johannem animaduertito etiam in vtero prophetantem. Cui neque apoſtolici ordinis decus: neque euangeliſtaruꝫ gloria defuit. Confeſſorque almus, & annunciator futurus veritatis: immaculatam vitam impijſſimi regis ſeuo mucrone finiturus. Tu autem domine. Lectio tertia.

Quid plura? Sane hic noui, ac veteris teſtamenti ſacramenta, ſi perſcrutari libet: cuꝫ maxime liceat, inuenire perfacile eſt. Nam & vmbram illius, & veritatem iſtius: vt amborum vtique lineis vna exiſtens feſtiuitas iſta complectitur. Lectio quarta.

Hec igitur, & euāgelice narrationis hiſtoriam proſequentes, tante feſtiuitatis myſteria, atque ſacramenta diſſeramus: vt hos dies, quos letiſſimos, ac iucundiſſimos reddit ipſa celebritas, in tantarum contemplatione virtutum deuotius tranſigamus. Tu. Lectio quinta.

Quid enim Chriſtianis hominibus dignius: quid ſuauius: quid denique ſalubrius? Sed & nobis dilectiſſimi, qui in ſortem domini ſegregati, altari deſeruimus, quid ſanctius eſſe poteſt, quam in diuinis verſari laudibus, & redemptionis noſtre inchoata myſteria toto mentis ardore venerari? Tu autem domine miſe. Lectio ſexta.

Uerum enimuero adhec attingenda nemo, niſi Maria opē ferendo preuenit. Quip-

pe ad ſacrum diuinitatis arcanum: ſiue per fidem quandiu peregrinamur a domino: ſiue per ſpeciem quando, peregrinatione conſummata, tandem reduces in patriã veniemus, nunquam nobis, niſi per Mariam aditus patet. Tu autem domi.

¶ In die octauo. Lectio j.

Quando igitur tota ratio, atq; cauſa feſtiuitatis huius ab eius ineffabili ſalutatione proficiſcitur: Mariam inuocantes in humilitate fundati, & radicati: ab ipſa, & a ſalutãte angelo dicendi principium faciamus. Tu au. Lectio ſecunda.

Mittitur cęleſtis ille paranymphus Gabriel: qui e toto cęlorum exercitu pro ſui nominis, atq; virtutis pręrogatiua elect⁹ eſt qui diuinę incarnationis ſacramenta per omnes temporũ vices ſub vtroq; teſtamento reuelaret: ille, inquam, fortiſſimus Angelorum, & Archangelorum vertex, & vniuerſę militię cęleſtis vel ex hoc munere facile princeps: cum ad virginem deſtinat⁹ legat[illegible]is paternę officio fungeretur: oraculum cernens mentem virginis ſuperare, ad humiliora ſermonem declinans: fidẽ dictorũ ſtuduit ex ſenſibus ſuadere. Tu au. Lectio tertia.

Potuit enim meminiſſe Sarę: potuit ille vel Rebeccę, vel deniq; Rachelis, aut poſtremo Annę illius: quę lachrymis ſterilitate ſuperata offerendum domino genuit Samuelẽ. Verum hęc antiqua admodum erant, & quę, niſi mens credat, ratio non demonſtrat, quę enim adſunt, & quorum perfacile periculum facere in noſtra eſt poteſtate conſtitutum: vehementius mouent: &, quoniam negari nequeunt, facillime poſſunt aſtruere de aliis potioribus fidem: & mentẽ firmiter ſtabilire credentium. Lectio quarta.

Quapropter ad roborandũ credentis fidem: Angelus Eliſabeth cõcepiſſe denunciat. Cui tamen naturę vitium, & intempeſta ętas ſpem prorſus procreandorum ademerat filiorũ: & vtrunq; impedimentum Angelus ingerit: quod ſenio videlicet confecta eſſet, & ſterilis haberetur: vt alterum ex altero oſtendat difficilius: & non exigua hęc, ſed vberi munerum coaceruata congeſtu diuina beneficia perſuadeat. Tu autem domine miſe. Lectio quinta.

Audiens autem Maria cognatam grauidã: lęta quidem pro voto: ſed multo lętior pro miraculo: continuo de illius obſequio cogitauit. Subijt enĩ mentem eius cognatę anuſ: areſcentibus pro ętate membris, exhauſta virtus: & ſubiere languores: quos vteri onus ſolet aſ-

ferre pręgnantibus: & quam-
quam vegeto, calentique animo
eſſet, vt proprię corporis morbos
fouere vtcumque poſſet, quo-
niam tamen in fluctibus alienę
manus ſemper remigium quę-
ritur, & optatur pietatis debitum:
cenſuit leuamina conſolationis
pręgnanti exhibere cognatę. Tu
autem domine. Lectio ſexta.

CVmque ferueret in ea gra-
tia dei: flagraret charitas:
& obſequendi auiditas emine-
ret: ad propinquam proximam: ad
anus iuuenculam: ad ventris one-
re pręgrauatam, quę nulla ſen-
ſit faſtidia ventris: cum feſtina-
tione perrexit, ſed ſecretiore vir-
tute ab eo citato ferebatur cur-
ſu: quem ventris armario de-
ferebat. Lectio tertia de homil.
ſicut in die.

Die 4. ¶ In tranſlatione, & ordin. ſan-
cti Martini. Ad veſpe. Me-
mo. tantum. Aña. O Mart.
℣. Amauit. Oratio.

DEus, qui populo tuo ęter-
nę ſalutis beatum Mar-
tinum miniſtrum conceſſiſti,
pręſta quęſumus: vt, quem do-
ctorem vitę habuimus in ter-
ris, interceſſorem ſemper habe-
re mereamur in cęlis. Per do-
minum noſtrum Jeſum. &c.
Ad Benedictus Antiphona.
O quantus erat luctus. ℣. Iu-
ſtus germinabit. Oratio. Deus,
qui populo.

¶ In oct. apoſtolorum Petri, Die
& Pauli ſemidup. ad veſp. aña.
At vox. cum hac ſola. pſal. ex do-
minica. Cap. Non vos me. ℟.
Fuerũt ſine querela. Hym. Au-
rea luce. ℣. In oẽs. Ad M. aña.
Glorioſi principes. Oratio.

DEus, cuius dextera beatũ
Petrum apoſtolum am-
bulantem in fluctibus, ne mer-
geretur, erexit, & coapoſtolum
eius Paulum tertio naufragan-
tẽ de profundo pelagi liberauit:
exaudi nos propitius, & concede:
vt amborum meritis ęternitatis
gloriam conſequamur. Qui vi-
uis, & regnas. Memo. de oct. vi-
ſitationis Marię. Ad cõpl. ſup
Nũc dimittis, añ. Salua nos, &c.
Ad mat. inui. Hym. añę, pſal. ℣.
& ℟ia de communi apoſtolorum.
Sermo beati Maximi. Lectio i.

GLorioſiſſimos Chriſtianę
fidei principes annuis ſo-
lennitatibus honorantes, fra-
tres chariſſimi, ipſum deum, ac
dominum noſtrum, qui huius
auctor eſt fidei: debita religio-
ne veneremur. Apoſtoli nanq;
Latino ſermone dicuntur miſſi.
Lectio ſecunda.

QUi ergo venerãtur miſſos:
manifeſtum eſt eos vene-
rari mittentem: quoniam digni-
tas, quę defertur miniſtris, illi
ſine dubio, cuius miniſtri ſunt,
exhibet: vt ait ipſe Saluator ad
diſcipulos ſuos. Qui vos audit,

me

me audit, ⁊ qui vos ſpernit, me ſpernit. Lectio tertia.

Ere beata apoſtolorū merita: in quibus ſe Chriſtus recipi prędicat, ⁊ audiri. Beati nihilo minus ⁊ illi: quorum devotio delata apoſtolis recurrit ad Chriſtum. Lectio quarta.

Enentes itaq; fratres tantę promiſſionis huius fidē: de ſupplicijs patrum noſtrorū, pro Chriſti nomine, ⁊ confeſſione ſuſceptis, fidelibus gaudijs exultemus: quoniā, qui de martyrum morte lętantur, martyres non dubitant regnare cū Chriſto poſt mortem. Lectio quinta.

Ic eſt itaq; Petrus, chariſſimi, qui confitendo Chriſtum dominum dei viui eſſe filium, validiſſima, inuictaq; nobis credendi fundamenta conſtituit: qui claues regni cęleſtis antequā introiret accepit: quę Chriſti eſſe confidentiſſimū ſubiecta maria probauerunt. L. vj.

Ic eſt Petrus: cui Chriſtus communionem ſui nominis induſſit: vt ſicut petra erat Chriſtus: ita ⁊ Petrus factus eſt petra. Hic eſt Petrus, cui Chriſtus aſcenſurus oues cōmēdat.

Mat. 14. Secundum Matthęum.

In illo tempore: Juſſit Jeſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam: ⁊ pręcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Et reliqua.

Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lectio ſeptima.

Yſtice mons altitudo eſt. Quid altius cęlo in hoc mundo? Quis vero in cęlum aſcendit, nouit fides veſtra. Cur autem ſolus aſcendit? Quia nemo aſcendit in cęlum: niſi qui de cęlo deſcendit. Lectio octaua.

Uamuis ⁊ cum in fine venerit: ⁊ nos in cęlum leuauerit: etiam tunc ſolus aſcendet, quia caput cū corpore ſuo vnus eſt Chriſtus. Nunc tamen ſolū caput aſcendit. Aſcendit autē orare: quia aſcēdit pro nobis ad patrem interpellare. Lectio ix.

Scendit etiam in montē ſolus: quia turba ad ſublimia ſequi non poteſt: niſi docuerit eā iuxta mare in litore. Sed, dū Chriſtus orat in excelſo: nauicula turbatur magnis fluctibus in profundo. In laud. aña. Hoc eſt pręceptum meum. Ps. Dominus regnauit. ⁊ cę. ad cęteros. Cap. Per manus. Hym. Exultet. V. Annunciauerunt. Ad Benedictus aña. Iſti ſunt duę oliuę. Oratio, vt ſup. Memor de oct. Hore, vt plurimorū apoſtolorum. Orationes, vt in die. Ad veſpe. aña. Jurauit. Ps. Dixit dominus. ⁊c. ad cęteros. Capit. Non vos me elegiſtis. Hym. Exultet cęlum. V. In

Eu iij omnem

In octm. Ad Mag. añ. De⁹, qui ecclesiã tuã. Oratio, vt sup. Commemor de octa. visitationis.

¶ S. Martialis discipuli domini. Omnia fiant de communi apostolorum. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui beatum Martialem apostolum tuum Eccleſię tuę ſanctę pręeſſe voluiſti: eius quęſumus ſuffragantibus meritis pietatis tuę gratiam largiaris. Per dominum. Lectio j.

Martialis beati Stephani martyris con ſanguine⁹ adhuc puerulus quindecim annorum de tribu Beniamin cũ patre ſuo Marcello, & matre Eliſabeth ad Jeſũ in Judęa prędicantem venit. Vocauitq́ puerum ad ſe: & ait. Permane mecum fili, & ſerui mihi: & non amplius accipias vxorem: ſed totus mihi ſtude: & permane virgo: & pauper ſequere me, eriſq́ perfectus, & ego remunerabo te in regno patris mei. Lectio ſecunda.

Et iubente domino baptizati ſunt a ſancto Petro, ipſe, & parentes eius. Parentibus vero ad propria redeuntibus, Martialis cũ Chriſto manſit: ſociauitque ſe beato Petro conſanguineo ſibi ſecundũ carnem. Lectio tertia.

Hic Martialis pręſens aderat, quando Chriſtus cum diſcipulis ſuis corporaliter cenauit: eorumq́ pedes lauit: Martialis ad ſeruiendum fuit deputatus cum Cleopha. Poſt reſurrectionem quoq́ ſuam diſcipulis apparens: & coram eis partem piſcis, & fauum mellis comedens: cum alijs diſcipulis Martialis partem reliquiarum a domino accepit. Lectio quarta.

Quando etiam ianuis clauſis ad diſcipulos ſaluator intrauit: vbi tunc non erat Thomas, Martialis aderat, & poteſtatem ligandi, atq́ ſoluendi, ſicut ceteri apoſtoli, ſuſcepit. Et in aſcenſione domini a domino benedici meruit cum alijs: & ſpiritum ſanctum linguis igneis ſuſcepit. Lectio quinta.

Apparuitq́ dominus Petro: poſtquam Romam venerat contra Simonẽ magum, monens: vt mitteret ad Gallias Martialem. Tunc Petrus ſecundum imperiũ domini Martialem apoſtolum cum duobus epiſcopis Alpiniano, & Auſtridiano ad Gallię idola miſit deſtruenda. Lectio ſexta.

Qui cum iter arripuiſſet contigit: vt Auſtridianus vn⁹ ex comitib⁹ moreretur: quapropter Martialis Romam rediẽs hoc beato Petro cũ lachrymis retulit. At ille: Tolle baculum meum: &, cum corpus tetigeris, reſurget. Quod & factum eſt, &

ſic letanter per vias verbum do-
mini prędicabat. Euang. Hoc
eſt. Lectio octaua.

MUltiſq; pertranſitis terris
ingreſſi vrbem Lemoui-
cam, a quadam matrona, nomi-
ne Suſanna, hoſpitati ſunt, quã
baptizauit Martialis cum tota
familia ſua. Et pergẽs ad thea-
trum a ſacerdotibus idolorum
grauiter percuſſus eſt, & miſſus
in carcerem. Lectio nona.

SAcerdotes autem, qui eũ
percuſſerant, ictu fulminis
ſunt extincti: tunc omnes currẽ-
tes de carcere eum reduxerunt:
promittentes ſe baptizari: ſi mor-
tuos fulmine ſuſcitaret: quod &
factum eſt. Tunc baptizati ſunt
duodecim millia hominum.

Die 9. Oct. S. ſtationis. ſemidup.
Die In nata. vij. fratrum mart.
10. ix. lectio. omnia de communi.

PReſta quęſumus omnipo-
tens deus, vt qui glorioſos
martyres tuos Felicem, Philip-
pum, Vitalem, Martialem, A-
lexandrum, Syluanum, & Ja-
nuarium fortes in ſua confeſſio-
ne cognouimus: pios apud te in
Die noſtra interceſſione ſentiamus.
11. Per dominum noſtrum. &c.

Die ℂ Feria v. vacãte poſt oct. viſit.
12. fiat de ſctiſſ. ſang. Chriſti dup.
Die ℂ Pii pape, & mart. ſemidup.
13. ℂ Hermaco. & Fortu. m. ix. lec.
Die ℂ Anacleti pape & mart. ſemi.
14. ℂ Foce epiſcopi, & mar. ix. lec.

ℂ Diuiſio apoſtolorum dup. fe- Die
ſtum. Ad veſpe. Capitulum. 15.

NOn vos me elegiſtis,
ſed ego elegi vos: &
poſui vos, vt eatis, &
fructum afferatis: &
fructus veſter maneat, ait Jeſus
diſcipulis ſuis. ℞. Ite in orbẽ
vniuerſum: & prędicate euange-
lium, dicit dominus: Et, qui cre-
diderit, & baptizatus fuerit, ſal-
uus erit. Haleluiah, haleluiah,
haleluiah. ℣. Signa autem eos
qui crediderint, hęc ſequentur.
In nomine meo dęmonia eij-
cient: linguis loquentur nouis.
Et, qui. Hym. Annue Chri-
ſte. ℣. In omnem terram.
Ad Magnificat An. Euntes
in mundum vniuerſum: prędi-
cate euangelium omni creatu-
rę. haleluiah: qui crediderit, &
baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui
vero non crediderit, condem-
nabitur. haleluiah. Oratio.

DEus, qui in tuorum diui-
ſione apoſtolorum gentiũ
multitudinem in vnitate fidei,
& agnitione tui nominis adu-
naſti: quęſumus aures tuę pie-
tatis ſanctę eccleſię precibus in-
clina, & preſta: vt, quorum prę-
dicationis inſtantia te cognoui-
mus: horum obtentu in con-
feſſione veritatis tuę feliciter,
firmiterque maneamus. Per
dominum noſtrũ Jeſum Chri-
ſtum filium tuum. Qui tecum.

[illegible] omnia, ut in commu-ni apoſtolorum excepto ix ℞. Ite in orbem. Lectio prima.

Hodierna feſtiuitatē gaudere debemus: quia diuiſionē apoſtolorum celebramus: quorum diuiſio facta eſt noſtra collectio. Diuiſi ſunt per mundū uniuerſum, ut in unam diuerſos fideles colligerent fidem. Unde dies hodierna in omnibus eccleſijs debet eſſe celebris: in qua eccleſiarum inſtitutores, et rectores, ad quod miſſi ſunt, verbum ſalutis portare inceperunt omnibus eccleſijs. Lectio ſecunda.

Cum enim Chriſtus in celum aſcenderet: predicare miſſi ſunt: hodie p̄dicare profecti ſunt. Quorum amorem mutuum inter ſe quiſq; conſideret: et, ſi amator apoſtolorum eſſe deſiderat: plane poteſt videre quātum feſtiuitati hodierne debeat, in qua dulcedo mutue cohabitationis, et collocutionis iſtorū virorum eis ablata eſt: et in amaritudinē mundane perſecutionis pro noſtra collectione eſt diuiſa. Lectio tertia.

Ablatam vel diuiſam eorum dulcem cohabitationem dum dicimus: non ideo dicimus: quoniam eorum corda in uno deo indiuiſa ſciamus in diuerſis mundi partibus: ſed humanam conſuetudinem intendimus: quia letitia, et familiaritas ſe diligentium, et cohabitantium quanto eſt dulcior: tanto ab inuicem recedentium corporalis ſeparatio amarior. Lectio quarta.

Clamamus enim celi vocentur, et ſint: tamen ut homines humano affectu congaudere, et condolere ſibi poterant inuicem, qui inuicē ſe diligebant: ſicut ex humano iure habuerūt eſurire, et dormire, et mori poſſe. Formemus igitur fratres: et ſcribamus in corde noſtro, quales fuere habitus iſtorum patrum in eorum corporeo diſceſſu hodierno: q̄ amplexus, que lachryme, que oſcula, que verba de bono Jeſu domino noſtro inter eos ſeminata? Lectio quinta.

Licet nobis in Spiritu ſancto hec imaginari: ut anima noſtra illos mereatur amplecti, per quos nos amplecti dignatus eſt filius dei. Illorum lachrymas imitari: per quas datur letari. Illorum veſtigia oſculari: per que conformamur imagini filii dei. Illorum verbum ſeruari: per quos verbum patris eterni pro nobis incarnatum ad nos venire, et in nobis voluit cohabitare. Lectio ſexta.

Fiat ergo nobis fratres chariſſimi ſuauiſſima compunctio apoſtolici agminis hodierna diuiſio ex Spiritu ſancti dono: qui ſuper eos veniens repentino

timo ſonitu, ex timidis fortiores, ex ſeruis amicos: de terra fecit eſſe celos. Qui ſuper eos non veniſſet, niſi filius Dei prius homo factus fuiſſet: et in celum aſcendiſſet: ipſo teſte qui ait. Niſi ego abiero, paracliꝰ non veniet, et dum aſſumptus fuero: mittam eum ad vos. Euang. Conuocatis Jeſus. Require in communi Apoſtolorum. Lectio viij.

Diuiſionem itaque Apoſtolorum hodierna die ꝑ noſtra collectione factam dum celebramus: ipſorum memorie dulcedinem in corde retineamus: accubantes eorum ſpecioſis, et annunciantibus pacem pedibus: rigantes eos lachrymis, et gemitibus: vt a poteſtate in ſe diuiſi ſatane liberati, inter eius membra valeamus computari: qui ſummi patris filius in Spiritu ſancto de beata, et pluſquam beata virgine Maria pro nobis dignatus eſt incarnari, crucifigi, et mori.

Lectio nona.

Qui reſurgẽs ex mortuis iã non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. Sed cum Deo patre, et Sancto ſpiritu viuit: et gloriatur Jeſus Chriſtus dominus noſter: quem manducantes, et bibentes in carne: et ſanguine ſuo: dum ille non corrumpitur: nos corrupti in eius incorruptione, reintegrari commemari, et viuiri mereamur. Quod ipſe preſtare dignetur, cui eſt honor, laus, et gloria in ſecula ſeculorũ. Amen. ℟. Jte in orbem. vt ſup. in primis veſpe. eſt ſignatum Jn lau. vt in communi apoſtolorũ Ad B. Aña. Egreſſi duodecim apoſtoli circuibant per caſtella euangelizantes, et curantes vbiq;. Oro.

Deus, qui hodierna die in omnem terram tuorum verba apoſtolorum ob vocationem totius orbis exire feciſti, da nobis queſumus fide, et opere eorum ſeruare veſtigia: quorum doctrinis ſancte eccleſie conſiſtit origo. Per. Que dicatur ad hor. cetera de communi apoſtolorum. Ad ſecundas veſper. añe, et pſal. vt in communi apoſtolorum. Cap. ℟ hym. ℣. et alia. ad mag. fiat de commemo. tota duplici beate virginis Marie: et omnia fiant, vt in commemoratione eius, cum oratione ſequenti. Oratio

Deus, qui excellentiſſime virginis, et matris Marie titulo humilem ordinem tibi electum ſingulariter decoraſti, et pro defenſione eiuſdem miracula ſuſcitaſti, concede propitius: vt, cuius commemorationem deuoti veneramur: eius in preſenti auxiliis muniri, et in futuro gaudiis ſempiternis perfrui mereamur. Per dominum no.

Memoria

Memoria de diuiſione Apoſt.
aña Illi autem profecti prędicauerunt vbique, domino cooperante: et ſermonem confirmante: ſequentibus ſignis. ℣.
Oratio, vt in primis Veſperis.

Die ¶ SS. Cyrici et Julitę m. dup.
15. in conuentu Rauennę. Oratio.

Exaudi nos domine Deus noſter cum ſanctorum martyrum tuorum Cyrici et Julitę matris eius patrocinio tibi ſupplicantes: vt quorum celebramus triumphum: poſſimus retinere conſtantiam. Per dom.
Cętera omnia de cōi plurimorum martyrum. Sed transferat.

Die. ¶ In feſto commemorationis
16. Beatiſſimę Virginis Marię.
Ad tertiam. Oratio.

Adiuuet nos quęſumus domine glorioſę tuę genitritricis, ſemperque virginis Marię interceſſio veneranda, quę ſacrum Carmeli ordinem ſui nominis titulo decoratum, confirmandum inſpirauit. Et a cunctis periculis abſolutos eius interuentu tua faciat pace gaudere. Per dominum noſtrum.

Ad ſextam. Oratio.

Protegat nos domine tua cęleſti benedictione ſancta, et glorioſa mater, et virgo ppetua pro nobis intercedendo, et cuius ope ordo Carmeli illuſtratus depulſis aduerſantibus eius nominis Inſignia experitur, et ſuffragia percipere faciat opportuna. Per dominum no.

Ad Nonam. Oratio.

Oramus te domine Ieſu Chriſte vt ſicut tua genitrix virgo luminis ſplendore nocte apparens oſtendit petentium Carmelitarum vota ſuſcipi, et acceptari, vt montis Carmeli religio ſua nominaretur et eſſet ita diuinis operibus nos ſtudere facias ad remiſſionem oīum noſtrorum delictorum, et ad collationē cęleſtium bonorū. Qui.

Ad ſecundas veſperas. Oratio.

Benedictio tua omnipotēs Deus larga deſcendat, qua contra oblectamenta peccati mentis ratione perſiſtamus, et deprecāte piiſſima virgine Maria, cuius miracula Carmeli cultores corruſcare ſenſerunt, et eorum inſtituta eccleſię fecit accepta: ab omnibus corporis et animę protegamur aduerſis. Per.

¶ S. Alexij confeſſ. ex deuo- Die
tione ix. lectio. Oratio. 17.

Deus, qui beato Alexio confeſſori tuo tribuiſti, vt et noua mundum arte deluderet, et de hoſte humani generis mirabiliter triumpharet: concede propitius: vt eius ſemper muniamur auxiliis: cuius ſalutiferis erudimur exemplis. Per.

¶ Marinę nona lect. Die
¶ Symphoroſę cum vij. filiis 17.
martyribus, ix. lect. Die
Saucrę 18.

Die 20 ¶ Sanctę Margaritę virg. ⁊ marty. nouem lect. omnia de communi. Oratio.

DEus, qui beatã virginem Margaritã hodierna die ad cęlos per martyrij palmam venire fecisti: concede quęſumus, vt eius exempla ſequentes: ad te peruenire mereamur. Per dominum. Lectio j.

BEata Margarita in pago antiocheno ex gẽtilibus nobilibus orta, nutrici traditur: apud quam chriſtiana effecta eſt: ⁊ virginitatis concepit amorem. Moritur interea mater. Cumq̃ pater illã propter chriſtianitatem exoſam haberet: illa in domo nutricis ſe continuit: ⁊ eius oues paſcebat. Lectio ij.

ACcidit autem, ꝙ pręfectus Olimbrius iter faciens, raptus eius pulchritudine: eam ſibi ſiſti iuſſit: ⁊ nomen, ⁊ genus: ⁊ religionem inquirit. Illa reſpõdit. Margarita vocor, genere ſum nobilis: ⁊ religione chriſtiana. Ait pręſes. Duo prima tibi conuenientia ſunt: tertium vero abſurditas eſt. Nã quid ſtultius eſt ꝙ ſibi facere Deum crucifixum? Lectio tertia.

UNde inquit Margarita: Unde didiciſti Chriſtum fuiſſe crucifixum. Et ille: ex libris chriſtianorũ. Cui illa: Quę vecordia eſt tua? vt in eiſdem libris legas: ⁊ pęnam Chriſti: ⁊ gloriam: alterum credas, ⁊ alterum deneges? Lectio q...

TUnc pręſes iratus dixit. Optio tibi dat: aut ſacrifica diis: ⁊ digna eris thalamis noſtris: aut diris cruciatibus conſumeris. Margarita reſpondit: Fac quod potes: quia quod vis, ego nõ faciam. Ad hęc exuitur: ſuſpenditur: verberatur virgis accerrimis: poſt hęc interum incarceratur. Lectio quinta.

MOx lux diuina in carcere eſt accẽſa quę ſole clarior radiauit: ⁊ diabolꝰ in ſpecie draconis: quaſi eã deuoraturus aggreditur, ⁊ dum eam abſorbere demonſtraret: ipſa ſigno crucis ſe muniẽte: draco crepuit: ⁊ virgo illęſa exiuit. At ille velut fumus euanuit. Lectio ſexta.

HIs peractis dies illuxit: ⁊ iubet pręſes adduci virginẽ: ⁊ ait: Magna circa te Deorum patientia eſt: vel nũc eos adorãdo placa. Quę reſpondit: Tãta eſt eorum patiẽtia, vt eis nullus vel dolor ſit, vel ſenſus. Hoc facto terremotus factꝰ eſt magnꝰ vinculaq̃ eius rũpunt: ⁊ ipſa illęſa egreditur laudãs Chriſtũ. Euang. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. Lectio vij.

UIdentes autem populi mirabilia Dei: clamorem ad ſydera tollunt, verum Deum dicẽtes, Jeſum Chriſtum. Et duodena

fere

fere milia hominum in eū credi
derunt. Tunc pręſes cernēs rue-
re populū ad fidem, & timens ne
ſi Margarita diutius viueret,
oēs ad Chřm conuerteret: iubet
eam gladio feriri. Lectio ix.

Illa petiit orandi ſpatium et
concedit. Tunc cor, & man⁹
dirigens ad Deum dixit, conſer-
ua quęſo domine credentes in
te: & non credentes conuerte.
Eorum quoque, qui me perſe-
quuntur miſerere: & iam ſpiri-
tum meum in pace ſuſcipe. Et
hoc dicto genuflexit: ceruicē p-
rexit: & lictor vno ictu caput eius
amputauit.

Die 20. ¶ Joſeph iuſti Chři diſcip. ix.
¶ Julię virg. & martyr. ix. lect.
Die 21. ¶ Sanctę Praxedis virg. non
martyr. ix. lect. Oratio.

Preſta quęſumus omnipo-
tens Deus: vt, qui beatę
Praxedis virginis tuę natalitia
colimus: & annua ſolennitate lę-
temur, & tantę fidei illius profi-
ciamus exemplo. Per dominū.
Cetera omnia de communi v-
nius virg. tres lectiones.

¶ Sanctę Marię Magdale-
nę feſtum dup. Ad veſp. Ant. &
pſalmi, ſecundum feriam. Cap.
Mulierem fortem. ℟. Felix
Maria. Hymnus.

Lauda mr̄ Eccleſia:
Lauda Chriſti cle-
mentiam:
Qui ſeptem purgat
vitia:
Per ſeptiformen gratiam.
Maria ſoror Lazari:
Quę tot commiſit crimina:
Ab ipſa fauce Tartari:
Redit ad vitę limina.
Poſt fluxę carnis ſcandala:
Fit ex lebete phiala:
In vas tranſlata glorię:
De vaſę contumelię.
Aegra currit ad medicum:
Vas ferens aromaticum:
Et a morbo multiplici:
Verbo curatur medici:
Surgentem cum victoria:
Jeſum vidit ab inferis:
Prima meretur gaudia:
Quę plus ardebat ceteris.
Vni Deo ſit gloria:
Pro multiformi gratia:
Qui culpas, & ſupplicia:
Remittit, & dat pmia. Amē.
℣. Optimā partē elegit ſibi Ma-
ria. ℟. Quę nō auferetur ab ea
in ęternū. Ad Mag. Añ. Reci-
bente Jeſu in domo Phariſęi
Simonis: acceſſit ad eum Ma-
ria Magdalena afferēs pretioſi
libram vnguenti. Oratio.

Largire nobis clementiſſi-
me pr̄: qꝫ ſicut beata Ma-
ria Magdalena dñm nr̄m Je-
ſuꝫ Chřm ſup oīa diligēdo ſuoꝝ
obtinuit veniā peccaminū: ita
nobis apud miſericordiā tuā ſēpi-
ternā impetret beatitudinē. p eū.
Ad Mat. Inuit. Aeternum, tri-
numqꝫ Deuꝫ laudemus, & vnū.
Qui

Qui ſibi Mariã trãſuexit in æthera ſanctam. ℣ Venite Hym.

Nardi Maria piſtici
Sũpſit librã mox optimi:
Unxit beatos domini.
Pedes rigando lachrymis.
Honor, decus, imperium
Sit Trinitati vnice,,
Patri, nato paraclito.
Per infinita ſecula. Amen.

An i. noct. Aña Cũ diſcubuiſſet in domo Simonis dominus Jeſus mundi gloria: mulier ſecum, quæ erat in ciuitate peccatrix, nardi odorifera exhibuit vnguenta. pſal. vt vnius matronæ. Añ Sec⁹ pedes domini adſtãs: inceſſanter ore ſacrato diua veſtigia oſculabatur, lachrymis plena. Aña. Irrigabat igitur dominicos Jeſu pedes, fracto quoque alabaſtro præcipuis odoribus fragrabat domus omnis, atque capillorum officio detergebat. ℣. Diffuſa eſt gratia.

Lectio prima.

NAtit igitur ſm ſeculi faſtuz clariſſimis orta natalibus beatiſſima Maria Magdalena q̃ vt patrũ aſſerunt traditiones: ⁊ a Magdalo Caſtello Maria Magdalena eſt nũcupata. Quã nõ ſolũ ſui generis dignitas, verumetiã patrimonij iura, ⁊ parentũ succeſſus ſplẽdidã reddiderãt: adeo vt duplicatus honor nõis excellentiã circumquaque diffunderet. ℟. Lætetur omne ſeculũ in ſolẽnitate ſanctæ Mariæ Magdalenæ: Quã Jeſus æternus amor dilexit plurimum. ℣ Hæc Maria fuit illa dño grатiſſima: quæ vnguento precioſo pedes vnxit dñi. Quam. Lc. ij.

SOlent enim apud homines plus diuitum, quam pauperum nomina ſciri. Sed, quia rerum affluentiam interdum voluptas comes ſequitur, adoleſcentioris vitæ tempora lubricis ſuppoſuit regenda diſcurſibus, ſolutis pudicitiæ frenis. ℟ Optimam partem elegit ſibi Maria: quæ non auferetur ab ea in æternum. ℣ Diligẽs dñm ex corde perfectiſſimo: cælorum obtinuit dignitatem. Quæ non aufere. Lectio tertia.

HÆc eſt illa Maria: de qua Lucas ſcribit euãgeliſta: quia erat quædã mulier in ciuitate peccatrix: ſed, quia dilexit multũ, dimiſſa ſunt ei peccata multa. Et de qua Marcus ait. Surgẽs Jeſus mane prima ſabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia. ℟. Maria Magdalena, ⁊ altera Maria ibãt diluculo ad monumentũ. Jeſuz, quẽ quæritis nõ eſt hic: ſurrexit, ſicut locutus eſt. Præcedet vos in Galilæã: ibi eum videbitis. hal. hal. ℣. Cito euntes dicite diſcipulis eius, ⁊ Petro: q2 ſurrexit dñs. Præcedet. In ij noc. Aña.

Aña. Simon autem intra ſe inquit, hic ſi eſſet propheta, ſciret profecto, que, ⁊ qualis eſſet mulier, que tangit eum, quia peccatrix eſt. Aña. Et conuerſus dominus: poſtquam intraui, inquit, in domum tuam: non ceſſat crine fuſo hec meos oſculari pedes. Aña. Quoniam multum dilexeras, dimiſſa ſcito tibi peccamina: ⁊ fide, qua polles, ſacra in pace remitto. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua. ℟. Intende.

Lectio quarta.

Quam vero pius, ⁊ miſericors Deus extiterit erga peccatores, iſtius approbat perfectio: que non ſolum ſui criminis meruit abſolutionem, ſed apoſtolorum conſors effecta, illis donata eſt dominice reſurrectionis nuncia. ℟. Pectore ſyncero dominum Maria recondens. Unxit purgantem baptiſmi gurgite ſancto. ℣. Abſtergat dominus noxiis famulos, hꝰ cibuſq;. Unxit purgan. Lectio v.

Hec autē diuino afflata ſpiritu, mentiſq; intuitum in ſe reuerberans, ac vite priſtine detrimenta non ſuſtinens, vt comperit dominum, ⁊ creatorem totius generis humani in domum veniſſe Simonis, qui non venerat vocare iuſtos, ſed peccatores ⁊ penitentiam: non ob ſuorum enormitatem ſcelerum de ſui conditoris diffidens clementia: precioſiſſimo accepto vnguento ad ipſum miſericordie fontem concito properauit gradu: corruens ante clementiam domini, veſtigia eius abluit ex amaritudine cordis peruberē lachrymarum exaggerans fontem. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis dominū, quia, quem querebam, apparuit mihi: Et, dum flerem ad monumentum, vidi dominum meum. halaba ℣. Tulerunt dominum meum, ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum: ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi. Et dum flerem ad monumentum.

Lectio ſexta.

Mox denique compunctionis fletibꝰ beatiſſima Maria Magdalena ſui cōditoris, ⁊ plaſmatoris cepit pedes rigare, ⁊ indeſinenter oſculo vere humilitatis conſouere: ac mundiſſimo ſue dilectionis vnguento perungere. ℟. Felix Maria vnxit pedes Jeſu: ⁊ exterſit capillis ſuis. Et domus impleta eſt ex odore vnguenti. ℣. Miſtum rorem balſami, fracto fudit alabaſtro: que vnguento precioſo pedes vnxit domini. Et. In iij. noct. Aña. Satagebat igitur Martha ſoror Marie Magdalene circa frequens miniſteriū: que ſedens ſecus pedes domini audiebat verba oris eius. Aña. Non eſt, Martha, inquit, tibi cure: ꝙ ſoror mea me relinquit ſolam

ſolaʒ miniſtrare? iube illi, vt me adiuuet. Añia. Et reſpondens dixit illi ſtatim dominus, vnum extat certe neceſſe: hęc optimam ſibi partem elegit: quę non auferetur ab ea. ℣. Adiuuabit.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Rogabat Jeſum quidam Phariſęus, vt manducaret cum illo. Et egreſſus domum Phariſęi diſcubuit. Et reliqua.

Homilia Greg. papę. Lec. vij.

Cogitanti mihi de Marię Magdalenę pęnitentia: flere magis libet, quam aliquid dicere. Cuius enim vel ſaxeum pectus illę huius peccatricis lachrymę ad exemplum pęnitendi non emolliant? Conſiderauit nanque quid fecit: et noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingreſſa eſt: non iuſſa venit: inter epulas lachrymas obtulit. Diſcite quo dolore ardeat: quę flere inter epulas non erubeſcit. ℟. Tulerunt dominũ meum, et neſcio vbi poſuerunt eum, ait ei Angelus. Noli flere Maria: ſurrexit, ſicut dixit, pręcedet vos in Galilęam: ibi eum videbitis. hale. hal. ℣. Dum ergo fleret inclinauit ſe, et proſpexit in monumentum, et vidit duos Angelos in albis ſedentes: qui dicunt ei. Noli flere.

Lectio octaua.

Hanc vero, quam Lucas peccatricem mulierem: Johannes Mariam nominat, illã eſſe Mariam credimus: de qua Marcus ſeptem dęmonia electa fuiſſe teſtatur. Et quid per ſeptem dęmonia: niſi vniuerſa vitia deſignantur? quia enim ſeptem diebus omne tempus cõprehenditur, recte ſeptennario numero vniuerſitas figuratur. ℟. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentũ: Orto iam Sole. halel ℣. Mulieres emerunt aromata: et ſummo diluculo veniunt ad monumentum. Orto iam. Lectio nona.

Septẽ ergo dęmonia Maria habuit: quę vniuerſis vitiis plena fuit. Sed ecce, quia turpitudinis ſuę maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordię cucurrit, conuiuantes nõ erubuit. Nam, quia ſemetipſam grauiter erubeſcat intus: nihil eſſe credidit, quod verecundaretur foris. Tu. ℟. Dum tranſiſſet ſabbathum, Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata, Ut venientes vngerent Jeſum. halel. hale. ℣. Et valde mane vna ſabbathorũ veniunt ad monumentum, orto iam Sole. Ut. ℟. Te Deum. ℣. Optimam partem elegit ſibi. In laud. Añia Laudibus excelſis omnis mundus exultat, in ſolennitate ſanctę Marię Magdalenę. ℟. Dñs

reg. Añ Pectore ſyncero dñm Maria recondens, Unxit purgantem baptiſmi gurgite ſancto. Añ Suſtolle Maria ſupplicum in ethere vota: proprijs que meruiſti fletu dilui noxis. Añ Quo tecum capient eterni munera regis: pro famulis Chriſtum poſce Maria tuis. Añ. Maria ergo vnxit pedes Jeſu: ⁊ exterſit capillis ſuis: ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguēti. Cap. Mulierē fortē. Hy.

Eterni patris vnice
Nos pio vultu reſpice,
Qui Magdalenam hodie
Uocas ad thronum glorie.
In theſauro repoſita
Regis eſt drachma perdita,
Gemmaqȝ luci inclyta
De luto luci reddita.
Jeſu dulce refugium,
Spes vna penitentium,
Per peccatricis meritum,
Peccati ſolue debitum.
Pia mater, ⁊ humilis,
Nature memor fragilis,
In huius vite fluctibus
Nos rege tuis precibus,
Uni Deo ſit gloria. vt ſupra.

℣. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. ℟. Quoniam dilexit multū. hal. Ad Bñs. Añ Maria ſtabat ad monumentum foris plorans: ⁊ vidit duos angelos in albis ſedentes: ⁊ ſudarium, quod fuerat ſup caput Jeſu. hal. Oratio, vt ſup. Ad hor. añe de laud. Cap. ℟. ℣. vt in communi vnius matrone, excepto qȝ ad nonā dicatur. ℣. Dimiſſa ſunt. Oratio vt ſup. Ad veſper. Añ. Laudibus excel. ps Dixit. ⁊ cetere ad ceteros. Cap. Mulierē fortem. ℟. hym. ℣. vt in primis veſp. Ad Mag. Añ. Celſi meriti Maria: que ſolem verum reſurgentem videre meruiſti mortalium prima: obtine: vt nos viſu glorie ſue letificet in celis. Oratio. vt ſup. memo. de S. Apolinare. Añ. Iſte ſanctus. ℣. Gloria ⁊ honore.

¶ Sancti Apolinaris epiſcopi, ⁊ martyris ſemidupl. omnia de comm. preter orat. ⁊ lectio. transfertur. Die 23.

Oratio.

Deus fidelium, remunerator animarum, quique hunc diem Beati Apollinaris, ſacerdotis tui, martyrio conſecraſti: tribue nobis queſumus famulis tuis, vt cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus eius indulgentiam cōſequamur. Per dominū. L. i.

Apollinaris cum principe Apoſtolorum Antiochia Romam venit a quo ordinatus epiſcopus, Rauennam ad Chriſti domini predicandum euangelium mittitur: vbi cum ad Chriſti fidem plurimos conuerteret, captus ab idolorum ſacerdotibus, precipitatur in mare. vnde

unde ereptus eſt. Lectio ij.

Cumque ipſo orãte Bonifacius nobilis vir qui diu mutus fuerat loqueretur, eiuſq; filia immũdo ſpiritu liberata eſſet, iterum eſt in illũ commota ſeditio. Itaque virgis cęſus, ardentes carbones nudis pedibus premere cogitur, quem cuz ſubiectus ignis nihil lederet, mittitur in exilium. Lectio iij.

Is vero latens aliquandiu cũ quibuſdam Chriſtianis. Inde profectus eſt in Æmiliã, vbi Ruffini Patricij filiã mortuaz ad vitã reuocauit: vt ꝓpterea tota Rufini familia in Jeſũ Chriſtum crederet. Quare vehementer incenſus pręfectus: accerſit Apollinarẽ, et cum eo grauius agit, vt finẽ faciat diſſeminandi in vrbe Chriſti fidem. Lec. iiij.

Cuius cũ Apollinaris iuſſa negligeret, equuleo cruciatur: in cuius plagas aqua feruens infunditur: ſaxoq; os tunditur: mox ferreis vinculis conſtrict⁹ includit in carcere. Quarto die impoſit⁹ in nauẽ eijcit in exiliũ, ac tẽpeſtate delatus ad ripã Danubij, venit i Thraciã. L. v.

Cum autem in Serapidis tẽplo dęmon ſe reſpõſa daturũ negaret, dũ ibidem Petri apl'i diſcipulus moraret, diu conqſitus inuẽtus eſt Apollinaris: q itez iubet nauigare. Ita reuerſus Rauennam ab eiſdem illis idolorum ſacerdotibus accuſatus, centurioni cuſtodiẽdus tradit: q cũ occulte Chrm coleret, nocte Apollinarem dimiſit. Lectio vj.

Recognita ſatellites eũ perſequunt: et plagis in itinere confectũ, q̄ mortuũ crederẽt relinquunt. Quẽ cũ inde Chriſtiani ſuſtuliſſent, ſeptimo die exhortans illos ad fidei conſtantiam, martyrij gloria clarus migrauit e vita, cuius corpus ꝓpe murum vrbis ſepultum eſt.

Lcõ s. euãg. ſm Lucaz. Lcõ vij.

In illo tpe: Facta eſt contentio inter diſcipulos, qs eorũ videretur eſſe maior. Et reliq. ca. 22.

Homilia S. Ambroſij epiſcopi.

Regnũ Dei non eſt de hoc mũdo. Nõ ergo ęqualitatis homini addeũ, ſed ſimilitudinis ęmulatio eſt. Solus enim Chriſtus eſt plena imago Dei ꝓpter expreſſaz in ſe paternę claritudinis vnitatẽ. Juſtus aũt homo ad imaginem Dei eſt, ſi ꝓpter imitãdã diuinę conuerſationis ſimilitudinẽ mundũ hũc Dei cognitione ꝯtẽnat, voluptateſq; terrenas verbi perceptione deſpiciat, quo alimur in vitã vnde et corp⁹ Chri edimus, vt vitę ęternę poſſimus eſſe participes. Lec. viij.

Non eni victus et potus nobis ꝓmij loco ſpõdet, et honoris, ſed cõmunicatio grę cęleſtis, et vitę. Neq; duodecim throni tanquã aliqua corporalis ſũt receptacu-

receptacula ſeſſionis, ſed q̃a ſm diuinam ſimilitudinem iudicat Chriſtus cognitione cordium, non interrogatione factorũ, virtutem remunerans impietatẽq; condẽnans, ita τ apl'i in iudiciũ ſpiritale formant remuneratione fidei, τ execratione perfidię virtute, errorẽ redarguentes, ſacrilegos odio perſequẽtes. Le.ix.

C Onuertamur igit, τ caueamus ne in ꝑditionẽ, aliqua inter nos de pręlatiõe poſſit eſſe ptẽtio. Si eni cõtendebãt apl'i, nõ excuſationi obtendit, ſed cautioni ꝓponit. Si Petrus aliqñ ꝯuertit, q̃a primã Dei ſecut⁹ eſt vocẽ, qs poteſt dicere cito ſe eſſe conuerſum? Caue ergo iactantiã: caue ſęculum. Ille eni cõfirmare iubet fratres ſuos q dixit, Oia reliq̃mus, τ ſecuti ſum⁹ te.

Lect. per octa. Lectio prima.

P Oſt aſcenſionem domini, anno ſcilicet a paſſione domini quartodecimo: cũ Stephanus lapidatus eſſet: apoſtolis ꝑ vniuerſum mundum diſperſis, beatus Petrus commiſit beatam Mariam Magdalenam ſancto Maximino, q erat vnus de ſeptuaginta duobus diſcipulis: qui in hac diſperſione cum Lazaro, Martha, Marcilla, Celidonio: τ cum aliis pluribus Chriſtianis: naui ſine remige impoſiti: diuino nutu Maſſiliam adueniunt: vbi cum nullos, qui eos in hoſpitio recipere vellent, inueniſſent: ſub quadam porticu, quę fano illius terrę gentis pręerat, per aliqđ tempus morabantur. Tu autẽ.

Lectio ſecunda.

C Um autem beata Maria Magdalena videret populum ad fanum confluere, vt idolis immolaret: aſſurgens vultu placido, facie ſerena, τ lingua diſerta Chriſtum conſtanter pręd icabat: τ eos ab idolorum cultibus reuocabat. Tu aũt. Le.iii.

I Nterea nocte apparuit in viſu beata Maria Magdalena illius terrę principis vxori, dicens: Quare cum tot diuitiis abundetis, ſanctos Dei fame, τ frigore perire permittitis? Niſi marito tuo perſuaſeris, vt ſanctorum inopiam ſubleuet: omnipotentis Dei iram incurretis.

Secundo die. Lectio prima.

I Pſa autem viro ſuo viſionem intimare timuit. Sequenti igitur nocte eidem ſimilia dicens apparuit: ſed adhuc viro ſuo hęc indicare neglexit.

Lectio ſecunda.

T Ertio vero ſub intẽpeſtę noctis ſilẽtio apparuit viri que fremẽs, τ irata vultu igneo: ac ſi domus tota arderet, τ ait: Dormis ne tyranne membrum patris tui ſatanę: cum vipera coniuge tua: quę tibi indicare noluit verba mea? Tu aũt. Le.iii.

Quieſcis ne Crucis Chriſti inimice, in palatio pānis ſericis inuoluta: & ſanctos Dei ſine hoſpitio fame, ſiti, & frigore permittis perire? Non ſic impune feres, quod tantum eis bene facere diſtuliſti. His dictis abſceſſit. Tu autem.

Dominica infra oct. Lectio j.

Euigilantibus ergo illis: & viſionem mutuo conferentibus: nimium pauere cęperūt: & ipſos in hoſpitio recipientes: eis cuncta neceſſaria miniſtrauerunt. Tu autem. Lectio ij.

Cum autem quadam die beata Maria Magdalena prędicationi inſtaret: prędictus princeps dixit ei. Putas defendere fidē, quam prędicas? Cui illa: Equidem illam defendere prǽſto ſum: vtpote quotidianis miraculis, & prędicatione magiſtri mei Petri, qui Romę prǽſidet, roboratam. Le. iij.

Cui princeps cum coniuge dixit. Ecce dictis tuis per omnia obtemperare parati ſumus: ſi a Deo tuo, quē prędicas, nobis filium impetrabis. Propter hoc, inquit, beata Maria Magdalena, nō remanebit. L. iiij.

Et ſtatim orauit, vt ſibi filium concedere dignaretur: & matrona filium concepit. Tūc videns vir miraculū cępit velle Romam proficiſci ad ſanctū Petrum, ad probādum fidem, quam prędicabat. Lectio v.

Uxor autem eius maximis precibus inſtabat, vt ſecū pergeret: quod tandem vix magnis lachrymis impetrauit. Maria autem humeris eorū ſignū Crucis impoſuit, ne diabolus eos ī aliquo īpediret. Tu au. L. vj.

Princeps itaq; cū vxore ſua nauē oībus neceſſariis copioſiſſime onerantes: & cętera, q̄ habebāt, in beatę Marię Magdalenę cuſtodia relinquentes, pficiſci cęperūt. Die octauo. L. j.

Cum aliquantulum in mari fuiſſent, cępit mare nimium contumeſcere: ventus flare: vt oēs de ſalute timerent, & in vxorem prędicti viri ſubito dolores partus venerunt: & inter anguſtias partus filium parturiens expirauit. Lectio ij.

Pater aūt flens nimiū, vix a nautis impetrauit p̄ce, & pretio: vt ad collē, qui nō longe a naui diſtabat, applicarent: vbi chlamyde ſua corpus cooperiēs cum puero: btē Marię Magdalenę protectioni commendās, nauem aſcendit. Lectio tertia.

Cumque Romam veniſſet, & a beato Petro Ieroſolymam ductus fuiſſet: & omnia loca, in quibus ambulauit Chriſtus, oſtenſa ab eodem fuiſſent: poſt biennium a ſancto Petro ſufficienter in fide inſtructus repatrians: ad collem, vbi ma-

trem cum filio poſuerat, perue-
nit: ⁊ eos viuos inueniens:
Deo: ⁊ beatę Marię Magda-
lenę gratias reddidit. Lec. iiij.

Ipſa autem viro dixit ſe in
omnibus locis vbi ipſe fuiſ-
ſet, a beata Maria Magdalena
ductam fuiſſe: ⁊ adeo plene oīa,
quę ipſe viderat, explicuit: vt
nec in minimo deuiaret. Tu. L. v.

Poſt hęc ipſi baptizantur: ⁊
in Marſilia idolorum tē-
pla deſtruentes: Chriſti eccle-
ſias conſtruxerunt, ⁊ beatum
Lazarum in eiuſdem ciuitatis
epiſcopum elegerunt. Lec. vj.

Poſtq̄ vero Maria Mag
dalena multos ad fidē cō-
uertiſſet: ſupernę contemplatio-
nis auida, aſperrimam eremū
petijt, ⁊ in loco Angelicis mani
bus pparato p triginta annos in-
cognita mãſit. Tu au. Te. vt ī die.

In vig. S. Jacobi iij. lect. de
euang. Ego ſum vit. Cęt. oīa de
bīd Maria Magdalena, ſed
Te Deum laud. non dicatur.

Die 25. S. Jacobi apoſtoli dup. Ad
veſ. Aña. ⁊ pſal. de oct. Caplm.
Non vos me elegiſtis. ℟. Qui
ſunt iſti. Hymnus.

Vna cęleſtis aulę lumina-
ria Jacobe:
Necnon Johannes Theologe:
Poſcite nobis veniam rogan-
tibus:
Quam Chriſtus venit gratis
dare miſeris. ℣. Annue Chri-
ſte. ℣. In omnem. Ad Mag.
Aña. Tradent enim. Oratio.
Quęſumus omnipotens Deus.
Memor. de oct. ⁊ de S. Cucu Die 25
fato Antiphona. Iſte ſanctus.
℣. Gloria, ⁊ hono. Oratio.

Adiuuet nos quęſumus do
mine ſancti martyris tui
Cucufati ſancta precatio, vt a
noſtris reatibus liberati ad ęter
nam peruenire valeamus glo-
riam. Per dominum noſtrum.

Chriſtophori martyr. nona Die
lectio. vt infra. 25.

Ad mat. oīa, vt in cōi apſor. L. j.

Iacobus Zebedęi filius Jo-
hannis apoſtoli germanus
frater Galilęus inter primos apo
ſtolos vocatus cum fratre, reli-
ctis patre, ac retibus, ſecutus eſt
dominum, ⁊ ambo ab ipſo Jeſu
Boanerges, ideſt tonitrui filij
ſunt appellati. Lectio ij.

Iſ vnus fuit ex tribus apo-
ſtolis, quos Saluator maxi-
me dilexit, ⁊ teſtes eſſe voluit ſuę
transfigurationis, ⁊ intereſſe mi
raculo cum archiſynagogi filiā
a mortuis excitauit, ⁊ adeſſe cū
ſeceſſit in montem Oliueti pa-
trem oraturus, anteq̄ a Judęis
comprehenderetur. Lectio iij.

Verū Jacobus poſt Jeſu
Chri aſcēſuz in cęlū, in Ju
dęa, ⁊ Samaria pdicans, eius di
uinitatem, plurimos, in quibus
Hermogenē hereticū ad Chri-
ſtianam fidem conuertit. Mox
peragrata

peragrata Hiſpania, ibique pre-
dicato euangelio redijt Jeroſo-
lymam. Lectio iiij.

SEd Claudio Imperatore Herodes ad regnum elatus, vt a Judeis gratiam iniret, Jacobum libere Jeſum Chriſtū Deum confitentem, capitis condemnauit. Quem cum is; qui eum duxerat ad tribunal, fortiter martyrium ſubeuntem vidiſſet, ſtatim ſe, ⁊ ipſe Chriſtianum eſſe profeſſus eſt. Lectio v.

HD ſupplicium cum raperetur, petiit ille a Jacobo veniam: quem Jacobus oſculatus, Pax, inquit, tibi ſit. Itaque vterque eſt ſecuri percuſſus, cuȝ paulo ante Jacobus paralyticū ſanaſſet. Corpus eius poſtea Compoſtellam tranſlatum eſt, vbi ſumma celebritate colitur, conuenientibus eo religionis, ⁊ voti cauſa ex toto terrarum orbe peregrinis. Lectio ſexta.

MEmoria ipſius Natalis hodierno die, qui Trāſlationis dies eſt, ab eccl'ia celebratur, cū ipſe Kal. Aprilis prim⁹ apl'oȝ Jeroſolymis profuſo ſanguine teſtimoniū Jeſu Chriſto dederit.

Mat. 20. Lec. ſ. euāg. ſm Matthēū. l. vij.

IN illo tempore: Acceſſit ad Jeſum mater filiorum Zebedei, cum filijs ſuis, adorans, ⁊ petens aliquid ab eo. Et reliq.

Homi. S. Joha. Chryſoſt.

NOn turbet quiſquam, ſi adeo imperfectos dicimus apl'os fuiſſe: nondū eni myſteriū crucis erat cōſummatū, nondū gratia ſpūs i corda ipſoȝ īfuſa. Quare ſi ſtudia virtutis ipſoȝ diſcere cupis, quales poſt datā grām ſpūs fuerint, cōſidera, ⁊ videbis oēm ab illis turbationē animi fuiſſe ſuperatā. Hac eni de cauſa eorū modo imperfectio reuelatur, vt aperte percipere poſſis, quales ſubito per gratiam effecti fuerunt. Quod igitur nihil ſpirituale querebant, nec de celeſti regno quicquā cogitabāt, perſpicuum eſt. Sed verba quoq; petitionis ipſoȝ audiamus. Volum⁹, inquiunt, vt quodcunq; petierimus, facias nobis. Ad qđ Chriſtus, Quid vultis? reſpondet, nō ignorans certe, ſed vt illi reſpondere compulſi, vlcus ſubaperiant, quod ſanare Chriſtus intendebat. Lectio octaua.

ILli vero, qm̄ humano more corā oībus erubeſcebāt dicere, ſeorſum ab alijs diſcipulis Chriſtū accipientes, interrogauerunt. Preuenerunt eni, vt remotis arbitris, tuti⁹ loquerent. Volebant autem, vt ego cōijcio, qm̄ ſuper duodecim ſedes ſeſſuros diſcipulos audierāt, primatum huius cōſeſſus impetrare ⁊ preponi qđ ſe, ceteris preterquam Petro ſciebāt. Petrum vero ſibi preferri formidantes, dicere auſi ſunt: Dic vt vnus a

dextris, alter a ſiniſtris ſedeat. ita urgebant dicẽtes Dic. Quid igitur ipſe? vt ſignificaret eos nihil petere ſpiritale, ſed nec ſcire quidem quid poſtulent, non enī petere auderent, ſi ſcirent. Ne ſcitis, ait, quid petatis: neſcitis quam magnum hoc ſit quam mirabile, ac ipſas ſuperiores excedens virtutes. Lectio ix.

Et adiecit: Poteſtis bibere calicem, quem ego biburus ſũ? ⁊ baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? Perpendis, quõ ſtatim ab hac cupiditate ipſos remouit, contraria eis diſſerens? Nam vos, inquit, de honoribus ⁊ coronis cogitatis: ego vero de luctamine, atq; ſudore diſſero. Non præmiorũ hoc tempus eſt, nec illa gloria mea modo apparebit, ſed bella, ⁊ pericula, ⁊ necem præſens cõtinet vita. Perſpice aũt qualiter ipſo interrogationis modo, ⁊ hortatur, ⁊ allicit. Non enim dixit. Poteſtis ne veſtrũ effundere ſanguinẽ? ſed quonam pacto poteſtis bibere calicẽ? Deinde alliciens, inquit. Quẽ ego bibiturus ſũ; vt cõmunicatione laborum, cũ ipſo prõptiores redderent. Oro.

Eſto domine plebi tuę ſanctificator, ⁊ cuſtos: vt beati Jacobi apoſtoli tui munita præſidiis: ⁊ conuerſatione tibi placeat, ⁊ ſecura mente deſeruiat. Per dominum noſtrum.

Ad horas omnia de communi apoſtolorum, cum oratione prędicta. Ad ſecundas veſpe. Ãña. Jurauit. Ps. Dixit. ⁊ cęt. ad cęt. Cap. Jam non eſtis. R. ciues apoſtolorum. Hym. Exultent. V. In omnem terram. Ad Mag. Añ. Beati eritis. Oratio. Eſto Domine plebi tuę. mem. de S. Anna Accinxit. Diffuſa. Ora. Deus, qui Beatam Annam.

Dic. 26.

C Memoria p̃ octaua.

C Sancte Annę matris virginis Marię dupl. Lectio j.

Merito Mater genitricis Dei, cuius oēs pariter hodie deuotiſſime ſolennitatem celebramus: Anna dicitur: id eſt gratia: quia gratia fuit plena: ⁊ omni laude digniſſima. Ex hac enim terra illa ſumpta fuit: ex qua veritas orta eſt: de qua propheta loquitur, dicens. Veritas de terra orta eſt. Lectio ij.

Et ipſa clauis Dauid fuit fabricata: per quã paradiſi porta patet omnibus reſerata. Ex hac igitur plenitudo gratię eſt nata glorioſa virgo Maria, quę dedit cęlis gloriam terris contulit Deum placatum, ⁊ pacem refudit: fidem gentibus dilatauit: finem vitiis poſuit: vitę ordinem: ⁊ moribus diſciplinã donauit. Lectio tertia.

Legimus in hiſtoriis duodecim tribuũ Iſrael: Annam

nam de Bethlehem duxiſſe ori-ginem. Quod credimus nō for-tuito, ſed diuina gratia diſpo-nente factum. Nam cum Beth-lehem domum panis ſignificet: congruum erat, vt eſſet ex Beth-lehem genere: quę ſignificatio-nem illam diffiniret. Lectio iiij.

Ta propter ſicut omnipo-tens Deus voluit: beatiſſi-ma Anna ſemen inclytum ger-minauit: quod, ſancto ducente ſpiritu, in Bethlehem granum fecit: de quo factus eſt panis an-gelorum, & hominum, vita, & reſur-rectio mortuorum. Lectio v.

Sed & eadem prouidentia vir eius Joachim ex Naza-reth Galilęę legitur oriundus. Nazareth enim interpretatur mundicies, Joachim autem do-mini partus dicitur: & Anna quoque gratia, ſicut dictum eſt. Tu. Lectio ſexta.

Ex quib⁹ in Nazareth mo-nitu angeli exorta eſt vir-go Maria: de qua ſine virili ſe-mine, ſancto cooperāte ſpiritu, proceſſit Dei filius: & Dei ſapien-tia. Ex ipſa nanq; proceſſit vir-go: in qua verbum caro factum eſt: quod expanſum in cruce, in terris ſalutem reddidit: pacem īter angelos, & hoīes reformauit. Euange. vt vnius matronę.

Lectio octaua.

Gloriosam pręſentis diei ſolennitatem, qua Bea-ta Anna ad cęlū tranſiuit palā-tia, iocunda deuotione mentis, laudibus diuinis ſancta venera-tur eccleſia. Digne quidem, & ī iſte exultatione vniuerſę terrę di-lecta domini ad feſtum ducitur paradiſi: quę in terris cęleſti cō-uerſatione, ſanctitate vitę, mo-rum honeſtate ſe exhibuit para-diſum Dei. Lectio nona.

Noſtis chariſſimi, quia pa-radiſus locus voluptatis, & deliciarum dicitur. Hunc lo-cum dominus inhabitat: hunc locum dominus laudat, vbi in canticis canticorum fideleʒ ani-mam alloquitur, dicens. Quam pulchra es, & quam decora in de-liciis. Inhabitat, vbi dicit: Delicię meę ſunt eſſe cū filiis hominuʒ. Memo. de octa. ad horas aīię, Cap. R. V. de cōmuni vitius ma-tronę. Ad ij. veſp. aīię de laudi-bus ps. Dixit dñs. & cęt. ad cęte-ros. Si dominica fuerit. In exi-tu. Cap. Mulierem fortem. R. O mater de cōl. V. Diffuſa eſt. Oratio vt ſupra.

¶ Mem. de S. Chriſtophoro mar. & de octa. Sanctę Marię Magdalenę terminetur die ſex-ta octauę .ſ. die 28. menſis, pro-pter feſtum ſanctę Marthę quod celebretur die 29. menſis in Ca-lendario communi.

¶ Pantaleonis mart. memo. Die 27.
¶ De oct. beatę Marię Mag-dalenę nona lectio. Die 28.

 ¶ Sancti

Die 25.

¶ Sancti Chriſtophori mart. nona. lectio: vt in communi vnius mart. Oratio.

VOtiuus nos queſumus domine beati mart. tui Chriſtophori natalis ſemꝑ excipiat: qui ⁊ iucunditatem nobis ſue glorificationis infundat, ⁊ tibi nos reddat acceptos. Per. L.j.

CHriſtophorus genere Chananeus: procerrime ſtature, vultuſque terribilis erat, ⁊ duodecim cubitos in longitudine poſſidebat. Cum igitur diu queſiſſet: quiſnam ſibi Chriſti notitiam indicaret: tandem ad quendam eremitam deuenit: qui ei Chriſtum predicauit: ⁊ in eius fide ipſum diligenter inſtruxit. Poſt hec autem Chriſtophorus in Samon ciuitatem Lycie venit: vbi dum eorum linguam non intelligeret: orauit dominum: vt illius lingue ſibi concederet, intellectuꝫ. Tu autem domine miſerere nobis. Lectio ſecunda.

CUm autem in prece conſiſteret: iudices eum inſanū putantes, reliquerunt eum. Aſſecutus Chriſtophorus, quod petebat: vultum operiens, ad locum certaminis venit: ⁊ Chriſtianos, qui torquebantur in domino, confortabat. Tunc vnus ex iudicibus in faciem eum percuſſit: cui Chriſtophorus vultum diſcooperiens dixit, Niſi Chriſtianus eſſem: meam iniuriam protinus vindicaſſem. Lectio tertia.

TUnc Chriſtophorus virgam ſuam in terra fixit: ⁊ propter conuerſionem populi, vt fronderet, dominum exorauit. Quod cum protinus factū fuiſſet: octo millia hominum crediderunt. Rex autem ducentos milites, qui eum ad ſe ducerent, miſit. Et cum eum orantem inuenissent: ⁊ ei intimare hoc non auderent: iterum totidem miſit. Qui ⁊ ipſi cum eo orantes protinus orauerunt. Lectio quarta.

SUrgens ergo Chriſtophorus dixit eis. Quid queritis? Qui eius vultum videntes, dixerunt. Rex miſit nos, vt te ipſum vinctum ducamus ad eū. Quibus Chriſtophorus. Si ego voluero nec ſolutus, nec ligatus potero duci a vobis. Dicunt ei. Si ergo non vis, vade liber, quo vis: ⁊ nos regi dicemus, quod te nuſq̄ inuenimus. Tu au. L.v.

NOn ita, inquit, Chriſtophorus: ſed ego vobiſcum ibo. Ipſe autem eos ad fidem conuertit: ⁊ ab eis ſibi ligari manus a tergo fecit: ⁊ ſe regi vinctum preſentari. Quem rex vidēs territus eſt: ⁊ de ſede ſua ſupinus corruit. Deinde a ſeruis ſuis leuatus: de nomine ſuo, ⁊ de patria eum interrogauit.

nit. Cui Chriſtophorus: ante baptiſmū reprob⁹ dicebar: nūc aūt Chriſtophorus vocor. Cui rex. Stultū tibi nomen impoſuiſti Chri Crucifixi: q nec ſibi ꝓfuit nec tibi ꝓdeſſe poterit. Tu. **L. vj.**

Nunc ergo Chananęe maleſice: quare non ſacrificas diis noſtris? Cui Chriſtophorus. Recte vocatus es Magnus: quia tu es mors mundi: ſocius diaboli: dij autē ſunt opera manuum hominum. Cui rex: inter feras nutritus es: ideo non potes niſi feralia, ⁊ hominibus incognita loqui. Nunc ergo niſi ſacrificaueris: duris ſupplicijs conſumeris: ſi vero ſacrificaueris, magnos a me honores conſequeris. Nolentem ergo ſacrificare in carcerem mitti iuſſit. Ac illos milites, qui ad Chriſtophorum miſſi fuerant: pro Chriſti nomine decollari fecit. **Euange.** Niſi granum fru.

Lectio octaua.

Poſt hęc Chriſtophorus Regi pręſentatur. Qui iuſſit eum virgis ferreis cędi: ⁊ caſſidē ferream, ⁊ igneam in eius caput poni. Deinde ſcamnum fieri fecit: ⁊ ſuꝑ idem Chriſtophorum ligari: ⁊ ignem iniecta pice ſuccendi: ſed inſtar cerę ſcamnum confringitur, ⁊ Chriſtophorus illęſus egreditur. Deinde iuſſit eum ad ſtipitem ligari: ⁊ a quadringentis militibus ſagittari. Sagittę autem omnes in aere ſuſpendebantur: nec ipſum aliqua contingere potuit.

Lectio nona.

Rex autem putans ipſum a militibus ſagittatum, cū eidem inſultaret: ſubito vna de ſagittis ab aere veniens: ⁊ retro ſe vertens: regem in oculo percuſſit: ⁊ ipſum protinus excecauit. Cui Chriſtophorus. Craſtina die conſumendus ſum: tu ergo tyranne lutum de ſanguine meo facias: ⁊ oculum inungeo, ⁊ ſanitatem recipies. Tunc iuſſu regis ad decollandum ducitur: ⁊ ibi fuſa oratione protinus decollatur. Rex autem modicum de ſanguine eius recipiens, ⁊ ſuper oculum ponens: ait in nomine Dei, ⁊ ſancti Chriſtophori: ⁊ continuo ſanitatem recepit. Tunc rex credens pręcepit: vt ſi quis Deum, aut ſanctum Chriſtophorum blaſphemaret: continuo gladio feriretur. Tu autem domine miſe.

Ad ij. veſper. de ſancto Chriſtophoro. mem. De ſancta Martha. Antiphona. Accinxit. **℣.** Specie tua.

Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, cuius filius in ęde beatę Marthę hoſpitari dignatus eſt: da quęſumus vt eius meritis, quę illū placide ſuſcepit: in ęde polorum miſericorditer hoſpitari valeamus. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum.

Die 29. ¶ Sanctę Marthę virg. hoſpite Chriſti .ix. lec. omnia de communi vnius virg. nõ marty. L. j.

Venerabilis hoſpita Chriſti beata Martha de regali exorta progenie: Lazari, & beatę Marię Magdalenę ſoror vterina: charitate redundãs: caſtitate pollens: viriles omnino legitur vitaſſe contactus. Hęc hoſpitalitati ſemper intenta, ipſum ſaluatorem mundi dominum Jeſum frequenter hoſpitio ſuo ſuſcipere meruit. Unde & hoſpita eius ſpecialiter appellatur. Lectio ſecunda.

Poſt aſcenſionem domini cum facta eſſet diſperſio diſcipulorum Chriſti: ipſa cũ fratre ſuo Lazaro, & ſorore ſua Maria: necnon & beato Maximino: qui eos baptizauerat: & cui a ſpiritu ſancto fuerant commendatę: multiſq; alijs Chriſtianis, ablatis remis: velis, & gubernaculis: ab infidelibus ratibus includuntur, qui domino duce Marſiliam peruenerunt. Tandem territoriũ aquenſe adeũtes & ibidem populum multum ad fidem conuertunt. Erat autem beata Martha valde facunda, & omnibus gratioſa. Lectio iij.

Erat autem tunc temporis ſuper rhodanũ in nemore quodam draco quidam medius animal, & medius piſcis, groſſior boue: & longior equo: habens dentes vt ſpathas acutos: & cornibus vtraq; parte munitus: qui latẽs in flumine, omnes ibidem tranſeuntes perimebat: & naues cum hominibus ſubmergebat. Ad quem Martha accedẽs, & aqua benedicta aſpergens eum, ſigno crucis facto: cingulo proprio alligauit: & illico a populo lanceis & lapidibus perimitur. Lectio quarta.

Ibi autem deinceps beata Martha remanſit: que ieiunijs, & orationibus indeſinenter vacans: conuentum inſtruit religioſarum perſonarum. Cumq; illic per multum tẽpus magnis miraculis coruſcaſſet: obitum ſuum ſibi dominus ante per annum reuelauit: in quo toto febribus elaborans: ante octauũ diẽ ſui exitus audiuit choros angelorum ſororis ſuę animam in cęlum deferentes: mox fratrum, & ſororũ conuocato conuentu ait: mei dilectiſſimi: mei alumni mihi congratulamini: quia cerno angelos ferre animã ſororis meę ad ſedes pollicitas. Lectio v.

Statimq; beata Martha exitum ſuum vicinum omnibus innotuit, hortans vt accẽſis luminaribus vigilarent. Nocte vero media cuſtodibus dormientibus ventus vehemens irruit: luminaria extinxit. Tunc illa cernens turbaz ſpirituũ ma-

lignorum:

lignoꝝ: orare cepit. Mi pater heli: mi hoſpes chariſſime: congregati ſunt ad deuorandū me ſeductores mei: ſcriptā tenentes malorum que geſſi. Non elōges a me: ſed in adiutorium meum intende. Et ecce ſororem ſuam mox venientem ad ſe vidit: faculam manu tenentem: ⁊ luminaria accendentem. Et ecce Chriſtus aduenit dicens. Ueni electa mea hoſpita: quia tu me recepiſti in hoſpitio tuo, ego te recipiā in hoſpitio meo: ⁊ inuocantes te exaudiam. Tu au. Lectio vj.

Cum autem appropinquaret hora tranſitus ſui: foras ſe ferri iuſſit: vt celum poſſet videre. Poſita vero ſuper cinerem: in hec verba prorupit: Hoſpes mi chare: me pauperculam cuſtodi: ⁊ ſicut mecum dignatus es hoſpitari: ſic me ſuſcipias in hoſpitio celeſti. Juſſitq; paſſionem ſecundum Lucam coram ſe legi. Cumq; diceretur: pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, illa emiſit ſpiritū.

Secundum Lucam.

In illo tēpore: Intrauit Jeſus in quoddam Caſtellū, ⁊ mulier quedā Martha noīe excepit illū in domū ſuā. Et reliq.

Hom. s. Augu. epi. Lectio vij.

Sanctum euangelium cum legeretur audiuimus, a femina religioſa ſuſceptum dominum hoſpitio: que Martha vocabatur. Et cum eſſet ipſa occupata in cura miniſtrandi: ſoror eius Maria ſedebat ad pedes domini: ⁊ audiebat verba eius: laborabat illa, iſta vacabat: illa erogabat: iſta implebatur. Tu autem do. Lectio octaua.

Ueruntamen Martha laborans multum in illa occupatione, ⁊ negocio miniſtrandi interpellabat dominum ⁊ de ſorore conqueſta eſt: quod eam laborantem non adiuuaret. Dominus autem pro Maria reſpōdit Marthe: ⁊ ipſe eius factus eſt aduocatus: qui iudex fuerat interpellatus. Martha inquit circa multa es occupata: quādo vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit: que nō auferetur ab ea. Lectio nona.

At Martha domino cōuiuiū parabatur: in cuius conuiuio iam Maria iocundabatur. Cum ergo Maria ſuauiter audiret verbum ſuauiſſimū: ⁊ corde intentiſſimo paſceretur: interpellato domino a ſorore ſua, quomodo putamus eam timuiſſe ne diceret ei dominus: ſurge, ⁊ adiuua ſororem tuam? Mira enim ſuauitate tenebatur: quia profecto maior eſt refectio mentis quam ventris. Ad ij. veſp. añ. Hec eſt virgo ſapiens. ℟. Dixit. cū hac ſola. Cap. Liberaſti me. ℟. Regnum mundi. Hym. Virginis proles abſq; ver. Unde nec mortem.

mortem. ℣. Diffuſa. Oratio, vt ſup. memo. de ſanctis mar. Abdon et Sennen. et de ſanctis Felicis et ſociorum, Aña. Iſti ſunt ſancti. ℣ Letamini in do. Oro.

Preſta quęſumus omnipotens Deus: vt ſicut popul[9] Chriſtianus ſanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij: Fauſtini et Beatricis temporali ſolennitate congaudet: ita perfruatur ęterna: vt quod votis celebrat: comprehendat effectu. Per dominum noſtrum. etc.

Die 29. ℭ Sanctorum Abdon, et Sennen mart. memoria omnia, vt plurimorum mart. Oratio.

Deus, qui ſanctis tuis Abdon, et Sennen ad hanc gloriam veniendi copioſum munus gratię contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum: vt ſanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur aduerſitatibus liberari. Per dominum.

Die 31. ℭ Sancti Germani epiſcopi, et confeſſoris, ix. lect. omnia de communi. Oratio.

Deus, qui hodiernam diem ſacratiſſimam in beati Germani confeſſoris tui, atque pontificia ſolennitate tribuiſti: adeſto propitius eccleſię tuę precibus, et preſta, vt cuius gloriatur meritis, muniatur ſuffragijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui.

AVGVSTI FESTA.

ℭ S. Petri ad vincula dup. Die 1

Ad veſp. Cap. Petrus ad ſe reuers[9]. ℟. Petre amas me. Hy[9].

Petrus beatus catenarum
laqueos.
Chriſto iubente, rupit mirabiliter.
Cuſtos ouilis et doctor eccleſię,
Paſtorque gregis conſeruator
ouium
Arcet luporum truculentam
rabiem.
Gloria Deo per immenſa ſecula,
Sit tibi nate decus, et imperium
Honor, poteſtas, ſanctoque ſpũi,
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſclo[z] ſecula. Amẽ.

℣. In omnem. Ad Mag. aña. Beatus Petrus. Regrei feſto Aploru Petri, et Pauli. Oro.

Deus, qui beatum Petrũ apoſtolum a vinculis abſolutum illęſum abire feciſti: noſtrorum quęſumus abſolue vincula omnium delictorum: et oia mala a nobis propitiat[9] exclude. Per.

Memor. de Machabeis: aña. Hęc eſt vera fraternitas. ℣. Letamini in domino. Oratio.

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę fidei noſtrę prębeat incrementa virtutum: et multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per dominum noſtrum. etc.

Ad matut. Inuit. Tu es paſtor ouium princeps apoſtolorum.

Tibi traditę ſunt claues regni cęlorum. Hym. Æterna Chriſti. Ant. pſal. ℣ Rń. vt ſup. in feſto apoſtolorum Petri et Pauli. L. j.

Notandum, fratres chariſſimi, quod feſtum ſancti Petri ad vincula non ſine cauſa calẽdis Auguſti celebratur. Quatuor enim ſunt cauſę huius ſolẽnitatis: et hic de tertia aliquid dicitur: ſcilicet in memoriam liberationis beati Petri apoſtoli: in memoriam liberationis Alexãdri papę primi, qui fuit ſextus poſt ſanctum Petrum pro deſtruendo ritu gentilium: et pro impetranda abſolutione ſpiritualium vinculorum. Lectio ij.

Ut enim in antiquis legitur hiſtorijs: Octauianus, et Antonius affinitate cõiuncti: ſic inter ſe Romanum dominiũ diuiſerũt: vt Octauianus in occidente ſuper Galliam, Italiam, et Hiſpaniam: Antonius vero in Oriente ſuper Aſiam, Pontum, et Africam regnaret. Cum autem Antonius eſſet lubricus, et laſciuus: et ſororem Octauiani in vxorem habuiſſet: et repudiaſſet: et reginę Ægypti Cleopatrę ſe coniunxiſſet: ob hoc indignatus Octauianus: manu armata contra Antonium in Aſiam progreditur: ac prius pedeſtri: poſt nauali pręlio decertatur. Tu autem. Lectio iij.

Octauius vbique cedit victoria: et ipſum in omnibus ſuperauit. Antonius, et Cleopatra victi fugiunt: ac ſemetipſos dolore nimio interimunt. Porro Octauianus victor Alexandriam perrexit: et omnes opes eius Romam tranſuexit. Tu autem do. Lectio quarta.

Et in tantum auxit rempublicam: vt duplicia, quam vſque ad id fuerant, poſſeſſionum, aliarumque rerum venalium pretia ſtatuerent. Hęc igitur cauſa fuit, vt Octauianus vocaretur Auguſtus ab aucta republica: a quo et ſextilis menſis dictus eſt Auguſtus. Tu autem domine. Lectio quinta.

In memoriam itaque, et honorem illius victorię, quam prima die Auguſti Octauianus habuit: Romani hanc diem ſolennizabant vſque ad tempus Theodoſij Imperatoris, qui cępit regnare anno domini quadringenteſimo vigeſimo ſexto: Tempore illo Eudoxia filia huius Theodoſij, vxor Valentiniani, Ieroſolymam voto perrexit. Tu autem domine miſe. Lectio ſexta.

Ubi cum Iudęi gratia maieſtatis plurimum detuliſſent: inter alios quidam Iudęus catenas ei obtulit, quibus ſub Herode Petrus vinctus fuit. Rediens ergo cum videret Romanos ſolẽnizare in honore

Auguſti

Auguſti gẽtilis: videnſq̃ quod non de facili eos a tali conſuetudine reuocaret: cogitando tractauit: vt obſeruantia ſic maneret: ſed potiori nomine militaret. Euang. & laudes, vt in alio feſto cum oratione, vt iã ſup. ad veſp. Memo. de Machabeis. Añа. Iuſtorum. ℣. Mirabilis. Oro, vt ſup. Ad ho. omnia, vt in feſto Petri, & Pauli cum oratione, vt ſup. Ad ij. veſp. añа. Iurauit. ℟. Dixit. ... Beat⁹ vir, qui ſuffert. ℟. Miles Chriſti. ... Deus tuorum. ℣. Gloria & hon. ... Iſte ſanctus. Oratio. Deus, qui nos beati Stephani. vt inferius mem. Añ Solue iubente Deo terrarum Petre catenas: Qui facis, vt pateant cęleſtia regna beatis. ℣. In omnem terram. Oratio. De⁹, q beatũ Petrũ apoſtoluz.

¶ Sancti Stephani Papę & mar. In conuen. ſancti Martini dup. omnia de commu. preter orat. & lect. Oratio.

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdẽ etiam protectione gaudeamus. Per dominum. ... prima.

Stephanus Roman⁹ pontificatũ geſſit Valeriano, & Galieno Imperatoribus. Inſtituit vt ſacerdotes, & diaconi nuſquam ſacris veſtibus, niſi in eccleſia, vterentur. Lectio ij.

Hic vir doctrina & pietate ſingulari, multoſque ad Chriſtuz conuertit, in ijs Olympium tribunum cũ vxore Exuperia, & filio Theodato, itez Neмeſium tribunum cum tota familia, oculis Lucillę eius filię reſtitutis. Lectio tertia.

Qui oẽs Ieſu Chriſti martyres fuerunt. Sed vehemẽtius iam ingraueſcente perſecutione Imperatorum. Stephanus conuocato clero, ad martyriũ ſuos hortabatur, in cryptiſq̃ martyrum aſſidue miſſas, & concilia celebrabat. Lectio iiij.

Qui cum aliquando raptus eſſet ab infidelibus ad tẽplum Martis, vt ei ſacrificaret, libere negauit ſe dęmonibus eũ honorem velle tribuere, qui vnĩ Deo deberetur. Quibus in verbis Martis ſtatua terręmotu concidit, tẽplumq̃ contremuit. Quare oĩbus aufugiẽtibus, quĩ Stephanuz tenebant. Lectio v.

Pontifex ad ſuos reuertitur in cęmeterium Lucinę, quos diuinis pręceptis inſtruẽs, ſacramẽto corporis Chriſti communicauit, ibiq̃ duz miſſarum ſolennia perficit aduenientibus iterum Imperatoruz ſatellitibus, et in ſua ſede caput abſcinditur. Lectio ſexta.

Corpus cum eadem ſede conſperſa martyris ſanguine, a clericis ſepultum eſt in cœmeterio Caliſti, quarto nonas Auguſti. Vixit in põtificatu annos ſeptẽ, menſes quinqꝫ, dies duos. Habuit ordinationes duas menſe Decembri, quibus creauit epiſcopos tres, presbyteros ſex, diaconos quinqꝫ. Ad ij. veſp. Memo. tantũ fiat de inuentione ſancti Stephani, et ſociorũqꝫ eius. Aña. Aue ſenior Steph. vt ſupra poſt natiui. domini. ℣. Poſuiſti do. Oratio.

Deus, qui es ſanctorũ tuorum ſplendor mirabilis: quiqꝫ hodierna die beatorũ martyrum tuorum Stephani, Nicodemi, Gamalielis, atqꝫ Abibonis inuentionem glorioſam reuelaſti: da nobis quæſumus in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominũ.

Die 3. Inuentio ſancti Stephani, omnia, vt in alio feſto poſt nati. dñi. Sed ad mat. dicitur. Inui. Regem martyrum dominum.

Ex libro ſancti Auguſtini epiſcopi de ciuitate Dei. Lectio j.

Ad aquas Tibilitanas, Epiſcopo afferente Proiecto martyris glorioſiſſimi Stephani memoriam, veniebant magnæ multitudinis cõcurſus, et occurſus. Ibi cæca mulier, vt ad epiſcopum portantem duceretur, orauit: et flores, quos ferebat, dedit: eoſqꝫ vt recepit, oculis admouit: et protinus vidit. Tu. Lectio ij.

Stupentibus, qui aderant, illa præibat exultans, et viã carpens, et viæ ducem vlterius non requirens. Puerum quendam paruulum, dum in area luderet: exorbitantes boues: qui vehiculum trahebant, rota obtriuerunt: et confeſtim palpitando expirauit. Hunc mater arreptum ad eandem beati Stephani martyris memoriam depoſuit: et non ſolum reuixit, verum etiã illæſus apparuit. Lectio tertia.

Eucharius etiam presbyter ex Hiſpania: qui habitabat Calamæ, veteri morbo calculi laborabat: per memoriam prædicti martyris: quam Poſſidius illo aduexit epiſcopus: ſaluus eſt factus. Idem ipſe poſtea morbo alio præualeſcente mortuus ſic iacebat, vt ei pollices ligarentur. Lectio quarta.

Opitulatione memorati martyris, cum de memoria eius reportata eſſet, et ſuper iacentis corpus ipſius miſſa presbyteri tunica: ſuſcitatus eſt. Sanati ſunt illic per eundem martyrẽ podagrici duo: ciuis vnus, et peregrinus vnus. Lectio v.

Fuit ibi vir in ordine ſuo primarius, nomine Martialis, æuo iam grauis, et multum abhorrens religionem Chriſtianam. Habebat ſane filiam fidelem,

lem, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum ęgrotantes multis, ac magnis lachrymis rogarent, vt fieret Christian⁹: pro ſuo abnuit,⁴ & eos turbida indignatione ſubmouit. Lectio vj.

Uiſum eſt genero ęgroti eius, vt iret ad memoriam ſancti Stephani: & illic pro eo quantum poſſet oraret, vt deus illi daret mentem bonam: qua credere nō differret in Christū. Fecit hoc cū ingenti gemitu, & fletu: & ſynceriter ardens pietatis affectu. Lectio octaua.

Deinde abſcedens de altari, aliquid florū, quod occurrit, tulit, eiq̄, cum iam nox eſſet, neſcienti ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt. Et ecce ante diluculum clamat: vt ad epiſcopum curreretur. Lectio ix.

Quem cum audiſſet abſentē: venire presbyteros poſtulauit. Venerunt: & ſtatim ſe credere dixit. Admirantibus, atq̄ gaudentibus omnibus, baptizatus eſt. Euangelium, &c. vt ſup. in alio feſto; vel euangelium de dominica, ſi in ipſa fuerit cū oratione ſuncta. Ad ij. veſp. añ. Lapidauerunt. Ps. Dixit & cęteri, cum hac ſola. Cap. Poſitis autē. R. Uidebant. Hym. Sancti dei. V. Gloria, & ho. Ad mag. añ. Patefactę. Oratio, vt ſup.

Die 4. ¶ Iuſte matronę in conuentu ſancti Martini ſimplex. [illegible]

¶ In feſto beatę Marię virginis, quod dicitur feſtum Niuis. Ad veſpe. totum dup. añ. Hęc eſt regina. Ps. Lauda. pueri & cęt. ad cęte. vt in annunciatione eiuſdē. Cap. Ego quaſi. R. Christi virgo dilectiſſima, virtutum operatrix: opē fer miſeris. Subueni domina clamantibus ad te iugiter. V. Quoniam peccatorum mole premimur, & non eſt, q̄ adiuuet. Subueni. Gloria. Hym. Aue maris ſtel. V. Diffuſa. Ad mag. Añ. Aue regina cęlorum. Oratio.

Deus, qui ad declarandā gloriam tuę genitricis glorioſę virginis Marię deſcenſu Niuis in ęſtiuis caloribus locū, in quo ędificaretur ei templum, dignatus es demonſtrare: tribue quęſumus: vt eius obſequijs inſiſtentes, ab ęſtu concupiſcentię refrigerati, ſuper Niuium candore innocētia dealbemur. Qui viuis. Feſtum ſancti Dominici transferatur in alium diem. Ad matut. Inuit. In honore. Hym. Quē terra. In j. noc. añ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ps. Domine dñs noſter. & cęte. pſal. de beata virgine. Añ. Sicut myrrha electa odorem dediſti ſuauitatis, ſancta dei genitrix. Antiphona. Speciosa facta es, & ſuauis: in delicijs tuis ſancta dei genitrix. V. Diffuſa.

Lectio prima.

Tempore, quo Liberius Papa quartus beati Petri ſedem prouida gubernatione regebat: quidam Johannes almę vrbis patricius curam gerens: tam moribus quam generoſitate pręclarus, poſſeſſionum: ac multarum diuitiarum opulētia locuples: cum filium non haberet, cum coniuge ſua nobiliſſima: beatiſſimam dei genitricem ſibi in pręcipuam, & ſpecialem aduocatam pręelegerunt. Tu autem do. ℟. Sancta, & immaculata virginitas: quibus te laudibus efferam, neſcio. Quia, quem cęli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia, quem. Lectio ſecunda.

Qui pari deuotione vota offerētes: beatę virgini Marię ſupplicauerūt: vt facultates, quas poſſiderent, in aliquo ſuo obſequio poſſent expēdere. Beata dei genitrix precibus non defuit ſupplicantium: ſed nonis Auguſti, quando acrioribus ſolis ardoribus Telluris germina deſiccantur: locum ędificandę ſibi baſilicę demonſtrare dignata eſt. Tu autem do. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis dominum. Quia, cum eſſem paruula, placui altiſſimo: & de meis viſceribus genui Deum, & hominem. ℣. Beatā me dicent omnes generationes: quia ancillā humilē reſpexit deus. Quia, cum. Lectio tertia.

In noctis vero ſilentio ſubito contra naturam temporis, aer nimio frigore cōgelatur, & tanta nubium ſtipatione denſatur: vt imbre deſuper fuſo: in ipſo caſu: multitudo deflueret niuium: quę ſolummodo locum ędificandę baſilicę cooperiens, miraculū pariter & algorē ſubminiſtrauit. Tu autem. ℟. Continet in gremio cęlum: terramque regentē: virgo Dei genitrix: proceres comitantur heriles: Per quos orbis ouans Chriſto ſub principe pollet. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Per quos, Gloria. In ij. nocturno. Ant. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Ant. Adiuuabit eā deus vultu ſuo: Deus in medio eius non cōmouebitur. Ant. Cum iucunditate miraculum beatę Marię celebremus, vt ipſa pro nobis intercedat ad dominum Jeſum Chriſtū. Specie tua. L. iiij.

In ipſa deniq; nocte pontifici atq; ipſi Patricio, & eius vxori eiuſmodi viſionem beata dei genitrix voluit demonſtrare. Nam apparens pontifici tas

hi oraculo eum admonuit, dicẽs: Quia omnipotenti deo plurimum placere ſtudes: id, quod hactenus pro nominis mei deuotione ab aliis non fuit attentatum: per te nunc mihi placuit conſummari. Tu autem do. ℟. Sicut cedrus exaltata ſum in Libano: ⁊ ſicut cypreſſus in mõte Sion. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. ℣. Sicut cinnamomum, ⁊ balſamum aromatizãs. Quaſi myr. Lectio v.

Locum tantummodo eũ: in quo baſilicam nomini meo conſtrui volo: contra naturam, temporis infuſione niuis, que candorem, ⁊ ſpiritus ſancti donum ſignificat, repleui. Habebis ſiquidem Johannem Patritium hac in re fidelem adiutorem: qui ad te ſummo diluculo, tuis preceptis pariturus, properabit. Tu autem domine. ℟. Que eſt iſta, que proceſſit, ſicut Sol, ⁊ formoſa, tanquam Jeruſalem. Viderunt eã filie Sion: ⁊ beatam dixerunt: ⁊ regine laudauerunt eam. ℣. Et ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum, ⁊ lilia conuallium. Viderunt eam. Lectio ſexta.

Cum quo ſimul, ⁊ vniuerſo clero ad montem qui ſuperagius dicitur: incunctanter accedes: ibique locum a me de induſtria reſeruatũ inuenies, atque in eo mox eccleſiam meo nomine incipies fabricare. Qua viſione Johanni Patritio ſimiliter demonſtrata, ille domum egrediens, ⁊ ad pontificem properans, ſicut in ſomnis audierat: totum locum niue coopertum inſpexit. Tu autem do. ℟. Ornatam monilibus filiam Jeruſalem dominus concupiuit. Et videntes eam filie Sion beatiſſimam predicauerunt, dicentes: vnguẽtum effuſum nomen tuum. ℣. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Et vi. Gloria. In tertio noct. aña. Hec eſt, que neſciuit torum in delicto: habebit fructũ in reſpectione animarum ſanctarum. Aña. Gaude Maria virgo: cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. Aña. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti: Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Adiuuabit eam. Euange. Loquente Jeſu ad turbas. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dominus magna, qui potens eſt ⁊ ſanctum nomen eius. ℣. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eũ. Quia. Lectio octaua.

Unde veloci curſu ad Lateranenſem pontificis palatium veniens: oſtium cepit pia violẽtia infeſtare: introductuſque ad pontificem, ambo omnipotenti deo, ⁊ ſue pie genitrici gratias refe-

referentes: vna cum Cardinalibꝰ, totoqꝫ clero, ⁊ populo, ſicut in mandatis acceperat, ad Superagium montem, a beata Dei genitrice Maria, inopinata Niuium infuſione ornatum: exultantes perrexerunt, ⁊ locum requirentes, plenum altis. Niuibus inuenerunt. Tu autem. ℞. Felix nanqꝫ es ſacra virgo Maria: ⁊ omni laude digniſſima. Quia ex te ortꝰ eſt Sol iuſtitię, Chriſtus deꝰ noſter. ℣. Ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fęmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen: quicunqꝫ celebrant tuã cõmemorationem. Quia ex. L. ix.

AD prędictum autem locũ plebs vniuerſa concurrẽs: immenſas gratias deo: ⁊ beatę virgini retulerunt. Moxqꝫ Põtifex foſſorium accipiens: ſicut nix deſignauerat: proprijs manibus cępit terram per circuitum effodere Immenſaqꝫ letitia repletus pontifex, ⁊ clerus, cum toto populo: diuinis prius pro totius populi expiatione celebratis: ad propria remearunt. Illuſtris vero Patritius abundanter omnia, quę neceſſaria erant, miniſtrauit. Tu autẽ. ℞. Chriſti virgo. quere i j. veſp. Te deũ. ℣. Ora pro no. In laudib. aña. Pulchra es: ⁊ decora filia Jeruſalem: terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. ps. Dominus reg. cum reliq. aña. Sicut myrrha electa odorẽ dediſti ſuauitatis, ſancta dei genitrix. Aña. In odorem vnguentorũ tuorũ currimus: ideo adoleſcentulę dilexerunt te nimis. Aña. Benedicta filia tu a domino, quia per te fructũ vitę communicauimus. Aña. Speciosa facta es: ⁊ ſuauis in delicijs tuis ſancta Dei genitrix. Cap. Ego quaſi. Hym. O glorioſa. ℣. Elegit eam. Ad Benedictus Aña. Nigra ſum, ſed formoſa filia Jeruſalẽ: ideo dilexit me rex, ⁊ introduxit in cubiculum ſuum. Oratio, vt in j. veſpe. Ad horas aãę laud. Ad iij. Capitulũ. Spiritus enĩ meus. ℣. Diffuſa. cum oratione feſti. Ad vj. Cap. Sicut cinnamomum. Ad ix. Cap. In omnibus. Ad veſpe. quinque antiphonę laudum ſuper pſalmis de domina noſtra. Capitulum.



SAluatorem expectamus dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę, cõfiguratum corpori claritatis ſuę. ℞. Aſſumens Jeſus Petrũ. Hym.

QUicunqꝫ Chrĩm queritis,
Oculos in altum tollite:
Illic licebit viſere

Signum perennis glorię,
Illuſtre quiddam cernimus
Quod neſciat finem pati,
Sublime celſum, interminum
Antiquius cęlo et chao.
Hic ille rex eſt gentium
Populiq; rex Judaici,
Promiſſus Abrahę patri,
Eiusq; in ęuum ſemini.
Hunc et prophetis teſtibus,
Jiſdemq; ſignatoribus,
Teſtatur, et pater iubet
Ipſum audire, et credere.
Gloria tibi domine,
Qui apparuiſti hodie,
Cum patre, et ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſęcula. Amen.

Sic terminantur hymni p oēs hor. ℣. Glorioſus apparuiſti in conſpectu dñi. ℟. Propterea decorē induit te dñs. Ad Mag. Aña. Viſionem quam vidiſtis nemini dixeritis: donec filius hominis a mortuis reſurgat. Oratio.

Deus, qui fidei ſacramēta, i vnigeniti tui glorioſa transfiguratione patrum teſtimonio roboraſti, et adoptionem filiorum perfectam voce delapſa in nube lucida mirabiliter prefiguraſti: concede propitius, vt ipſius regis glorię nos coheredes efficias, et eiuſdem glorię tribuas eſſe conſortes. Per eundem.

¶ Pro commemoratione ſanctę Marię ad Niues. Antiphona. Deſcēdit. ℣. Diffuſa. Oro, vt ſu.

¶ Sciendum, quod feſtum ſancti Siſti, qđ eſt in ipſo die transfigurationis, transfertur.

¶ Memoria de ſanctis Feliciſſimo et Agapito. Aña. Iſti ſunt ſancti. ℣. Letamini i dño. Oro. E ii 5

Deus, qui nos cōcedis ſanctorum martyrum tuorum Feliciſſimi, et Agapiti natalitia ęterna beatitudine de eorū ſocietate gaudere. Per dominum.

¶ In Transfig domini duplex. I ii 6

Ad Mat. Inuit. Summum regem glorię Chriſtum adoremus. Ps Venite. Hym. Quicunque. vt ſup. In j. noct. aň. Paulominus ab angelis minoratus, gloria, et honore coronatus eſt, et cōſtitutus ſuper opera manuum Dei. Ps Domine dñs noſter. 3. Aň. Reuelauit dñs condenſa, et in templo eius omnes dicēt gloriam. Ps Afferte dño. ij. Aña. Speciosus forma prę filijs hominū: diffuſa eſt gratia i labijs tuis. Ps Eructauit. 17. ℣. Glorioſus apparuiſti in conſpectu dñi. ℟. Propterea decorē idut te dñs. De epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli Lectio prima.

Fratres, magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem et electionem faciatis: hec enim facientes, nō peccabitis aliquādo. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in ęternum regnum domini, et Saluatoris noſtri Jeſu Chri-

Chriſti. Propter quod incipiã vos ſemper commonere de his, ⁊ quidem ſcientes, ⁊ confirmatos vos in preſenti veritate. Juſtum autem arbitror, quamdiu ſũ in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione, certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei ſecundũ quod ⁊ dominus noſter Jeſus Chriſtus ſignificauit mihi. ℟. Surge, illuminare Jeruſalẽ: quia venit lumẽ tuũ: Et gloria Dñi ſuper te orta eſt. ℣. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, ⁊ reges i ſplẽdore ortus tui. Et. Lectio ij.

Do autẽ operam ⁊ frequenter habere vos poſt obitum meum: vt horum memoriã faciatis. Non enim indoctas fabulas ſecuti, notã fecimus vobis domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem ⁊ preſciẽtiã, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enĩ a Deo patre honorẽ, ⁊ gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi a magnifica gloria, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite. ℟. In ſplendenti nube ſpiritus ſanctus viſus eſt: paterna vox audita eſt. Hic eſt filius me⁹ dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite. ℣. Apparuit nubes obumbrans, ⁊ vox patris intonuit. Hic. L. iij.

Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorẽ propheticum ſermonẽ, cui benefacitis attendentes, quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, ⁊ lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hoc primũ intelligentes, quod omnis prophetia ſcripture propria interpretatione non fit. Non enĩ voluntate humana allata eſt aliquãdo prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. ℟. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis Deus pater, Ut filij Dei nominemur, ⁊ ſimus. ℣. Scimus quoniam cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Ut. ℣. lo. Ut. In ij noct. añ. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis, turbati ſunt omnes inſipiẽtes corde. ℣. Notus in Judea. 28. Aña. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. ℣. Quam dilecta tabernacula. 33. Aña. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. ℣. Fundamenta. 34. ℣. Gloria ⁊ honore coronaſti eum domine. ℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Sermo ſ. Leonis Pape. L. iiij.

Aperit dominus coram electis teſtibus gloriam ſuam ⁊ communem illam cũ ceteris corporis formam, tanto ſplendore clarificat, vt ⁊ facies eius ſo-

lis fulgori ſimilis, ⁊ veſtitus candori niuiũ eſſet equalis. In qua transfiguratione, illud quidem principaliter agebatur, vt de cordibus diſcipulorum crucis ſcandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntarie humilitas paſſionis, quibus reuelata eſſet abſcondite excellẽtia dignitatis. Sed non minore prouidentia ſpes Eccleſie ſancte fundabatur, vt totũ Chriſti corpus agnoſceret ⁊ quali eſſet commutatione donandum, vt eius ſibi honoris, conſortium membra promitterent, qui in capite prefulſiſſet. ℞. Inebriati ſunt ab vbertate domus tue: Et torrẽte voluptatis tue potaſti eos. ℣. Quoniam apud te eſt fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Et.

Lectio quinta.

Confirmandis vero apoſtolis, ⁊ ad omnem ſcientiam prouehendis, alia quoque in illo miraculo acceſſit inſtructio. Moyſes enim ⁊ Elias, lex ſcilicet, ⁊ prophete apparuerunt cũ domino loquentes: vt veriſſime in illa quinque virorum preſentia compleretur, quod dictum eſt: In duobus, vel tribus teſtibus ſtat omne verbũ. Quid hoc ſtabilius, quid firmius verbo? in cuius predicatione veteris, ⁊ noui teſtamenti concinit tuba, ⁊ cum euangelica doctrina antiquarum proteſtationum inſtrumenta concurrunt: adſtipulantur enim ſibi inuicẽ vtriuſq; federis pagine, ⁊ quez ſub velamine myſteriorũ precedentia promiſerant ſigna, manifeſtuz, atq; perſpicuũ preſentis glorie ſplendor oſtendit. ℞. Preceptor, bonum eſt nos hic eſſe. Faciamus hic tria tabernacula tibi vnum, Moyſi vnum, ⁊ Elie vnum. ℣. Non enim ſciebat quid diceret. Faciamus.

Lectio ſexta.

His ergo ſacramentorum reuelationibus Petrus apoſtolus incitatus, mundana ſpernens, ⁊ terrena faſtidiens, in eternorum deſiderium, quodaz mẽtis rapiebatur exceſſu: ⁊ gaudio totius viſionis impletus, ibi cum Jeſu optabat habitare, vbi manifeſta eius gloria letabatur. Unde, ⁊ ait: Domine bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, Moyſi vnum, ⁊ Elie vnuz. Sed huic ſuggeſtioni dominus non reſpõdit, ſignificans, non quidem improbum, ſed inordinatum eſſe, quod cuperet: cuz ſaluari mundus, niſi Chriſti morte, non poſſet: ⁊ exemplo domini in hoc laudaretur credentium fides: vt, licet non oporteret de beatitudinis promiſſionibus dubitari, intelligeremus tamen inter tentationes huius vite: prius nobis tolerantiam poſtulandaz eſſe quã gloriaz. ℞. Si miniſtratio mor

ris literis deformata, in lapidib⁹ fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quę euacuatur. Multo magis miniſtratio ſpiritus, quę manet erit in gloria. ℣. Amplioris enim glorię Chriſtus pręMoyſe dignus eſt habitus, quāto amplioꝛem honorem habet domo qui fabricauit eā. Multo. Glo. Mul. In iij. noct. aña. Thabor ꝛ Hermon in nomine tuo exultabunt tuum brachium cum potentia. ps. Miſericordias domini. 34. Aña. Lux oꝛta eſt iuſto, ꝛ rectis corde lętitia. ps. Dominus regnauit, exul. 37. Aña. Confeſſionem ꝛ decorez induiſt amictus lumine ſicut veſtimento. ps. Benedic. ij. 40. ℣. Magna eſt gloria eius i ſalutari tuo. ℞. Gloriam ꝛ magnum decorem impones ſuper eum.

Lcō ſ. euāg. ſꝫ Mattheū. L. vij.

In illo tpe: Aſſumpſit Ieſus Petrum, ꝛ Iacobum, ꝛ Iohannē fratrē eius, ꝛ duxit eos in mōtē excelſuz ſeoꝛſum, ꝛ transfiguratus eſt ante eos. Et reliq.

Hom. S. Iohānis Chryſoſt.

Quoniam multa de periculis, multa de paſſione ſua, multa de moꝛte, ꝛ de cęde diſcipuloꝛuz locutus eſt dominus, ꝛ aſpera complura, atqꝫ ardua eis iniunxit: quę omnia, cū pręſentē vitaz ſequerentur, imminere iā atqꝫ incumbere videbantur, bona vero, quę pollicebatur, lōgiore ſpe erant expectanda, vt puta quia ſeruarent animam ſuam, ſi perderent eaz, quia in gloria patris ſui venturus ſit, ꝛ pręmia redditurus: vt viſu etiam certiores faceret quantuz capere poſſunt gloriam ſuam, cum qua venturus eſt, in pręſenti vita ipſis oſtēdere, ꝛ iaz viſuros pollicetur, ne aut ſua, aut domini moꝛte doleant, ꝛ maxime Petrus. ℞. Vocauit nos Deus vocatione ſua ſancta, ſm gratiam ſuaz quę manifeſtata eſt nunc. Per illuminationem Saluatoꝛis noſtri Ieſu Chriſti. ℣. Qui deſtruxit moꝛtem, illuminauit autem vitaz, in incoꝛruptionem. Per. L. viij.

Et vide, quid agit cum de regno, ꝛ de gehenna diſſeruerit. Quando enim dixit: Qui inuenit animam ſuaz perdet eā: ꝛ quicūqꝫ perdet eā gratia mei, inueniet ipſam: quia ꝛ vnicuiqꝫ ſm opera ſua reddet: ꝛ regnuz ꝛ gehennam deſignauit. Cū igitur de vtriſqꝫ diſſeruerit, regnū quidē, vt oculis cernatur concedit, gehennam autem minime: qm̄ rudioꝛibus, atqꝫ ineptioꝛibus, illud neceſſarium erat: probis vero: ꝛ iam perſpicacibus, ſatis fuit a melioꝛibus confirmari. ℞. Aſſumens Ieſus Petruz, Iacobum: ꝛ Iohannem fratrez eius. In montem excelſum aſcendit.

Ibiq; ſe transfigurans ſuę glo/ rię claritatem eis oſtendit. ℣. Ne videntes eius paſſionẽ tur/ barentur, ſed fortiori ſoliditate firmarentur. In mon. Gloria. Ibiq;. ℟. Te deum. ℣. Bene/ dicamus patrem. In laud. an. Cum transfiguraretur Jeſus, Moyſes, & Elias cũ eo loquen tes diſcipulis apparuerunt. ps. Dominus reg. an. Tunc Pe/ trus dixit ad Jeſum: dñe, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum: Moyſi vnum: & Elię vnum. an. Adhuc eo loquen te, ecce nubes lucida obumbra/ uit eos. Añ. De qua vox inſo/ nuit: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite. Añ. Nubes lucida o/ bumbrauit eos: & ecce vox de nube dicens: hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene com/ placui: ipſum audite. Capit. Saluatorẽ expectamus. vt ſup. in j. veſpe. Hymnus.

O Amor Jeſu dulciſſime,
Quãdo cor noſtrũ viſitas,
Pellis mentis caliginem,
Et nos reples dulcedine.
Quam felix eſt quem ſatias
Conſors paternę dexterę,
Tu verę lumen patrię
Quod omnem ſenſũ ſuperat.
Splendor paternę glorię,
Incomprehenſa bonitas,
Amoris tui copiam
Da nobis per pręſentiam,
Gloria tibi domine
Qui apparuiſti hodie,
Cum patre & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſęcula. Amen.

℣. Corona aurea ſup caput ei⁹. ℟. Expreſſa ſigno ſanctitatis, glorię, & honoris. Ad Ben. an. Ante duos vates, treſq; diſcipu los apparuit dominus Jeſus Chriſtus: vt in ore duorum, vel trium ſtaret omne verbũ. Oro, vt ſup. memo. de. S. Ad j. ℟. Jeſu Chriſte fili Dei viui, Miſe/ rere nobis. ℣. Qui apparuiſti hodie, Miſerere. Ad iij. Cap. Saluatorem. vt ſup. ℟. Glorio/ ſus apparuiſti in conſpectu do/ mini, Haleluiah, haleluiah. ℣. Propterea decorem induit te dominus, Haleluiah. ℣. Gloria & honore. ℟. Et conſtituiſti eũ. Ad Sextam. Capitulum.

Nos omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculan tes, in eandem imaginem tranſ/ formamur a claritate in clarita/ tem, tanquam a domini ſpiritu. ℟. Gloria & honore coronaſti eũ dñe, Halľah, halľ. ℣. Et conſtitui/ ſti eũ ſuper opera manuũ tua/ rum, Halľ. ℣. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo, Halľah. ℟. Gloriam & magnum decorẽ im/ pones ſuper eum, Haleluiah.

Ad Nonam. Capitulum.

Suſtulit me in ſpiritu i mõ tem magnum, & altum, & oſtẽdit mihi ciuitatẽ ſanctã Je/ ruſalem

ruſalem deſcendentem de cęlo,
a Deo habentem claritatē Dei,
& lucerna eius eſt agnus. R.
Magna eſt gloria eius in ſalu-
tari tuo, Haleluiah. haleluia. V.
Gloriam & magnum decorem
impones ſuper eum, Haleluiah]
V. Corona aurea ſuper caput
eius, haleluia. R. Expreſſa ſigno
ſanctitatis, gloriç, & honoris, hal.
Aña de laud. ſū Dixit do. Cap.
de ſancto Alberto. Iuſtū dedu.
V. Ne fędetur. Hymnus.

MEntis Auguſti re-
deunt honores:
Clerus Alberto mo
duletur atque:
Sacra Carmel⁹ recinat beato:
Cantica patri:
Cum puer ſeptem ſuperaſſet
annos:
More Baptiſtę fugiens pa-
ternum.
Limen ad ſacram properauit
almę:
Virginis ędem.
Candido velans humeros a-
mictu:
Maximos cęli meruit fauo-
res:
Et poteſtatē ſuper ima mūdi:
Regna minoris.
Parua iactatis vitreum lapillo:
Fregerat lychnum lachrymās
ad aram:
Fudit, & iunctę rediere partes:
Corpus in vnum.
Vicit altricem ſcelerum in-
uentam:
Atque fallaces Erebi figuras
Proſperam ſortem tulit, & ſi-
niſtram:
Riſit honores.
Laus Deo ſummo, genitoque
patris:
Flamini ſacro ſit honor peren-
nis:
Et Deum trinum veneremur
vno:
Semper honore. Amen.

V. Ora pro nobis beatę Alberte.
Ad Magnificat. Antiphona.
O Alberte norma munditię:
puritatis, & continentię, ora
matrem miſericordię: vt in
hac valle miſerię nos defendat
a prauo ſcelere: vt exuto morta
li corpore: perfruamur ęterna
requie. Oratio.
Deus, qui beatum Albertum.
quęre in matu. memo. de tranſ.
Antiphona. Hodie dominus
Ieſus Chriſtus facie, vt Sol, in
monte reſplenduit: ac veſtimen
tis, tanquam nix, candidus emi
cuit. V. Verbo domini. Oratio,
vt ſup. Memo. de ſancto Dona
to epiſcopo, & marty. Oratio.

DEus tuorum gloria ſa-
cerdotum: pręſta quęſu-
mus, vt ſancti martyris tui, &
epiſcopi Donati, cuius feſta ge-
rimus, ſentiamus auxilium.
Per dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum filium tuum.
Qui tecum viuit, & regnat in.

IN DIE SANCTI

Alberti Carmelitę confeſſoris totum dupl.

Ad Matut. Inuitatorium.



Regem Chriſtū dominū adoremus dulciter, Cuȝ quo beata vita Albertus Carmelita viuit ęternaliter.

Ps. Venite. Hymnus.

Paſſibus ſiccis rapiduȝ per amnem:
Iuit Albertus: tulit vnda caſtum:
Militat caſus, pietas inermis:
Tuta per omnes.

Ora leproſis populata ſquāmis:
Oſculans tetrum cute tabefactas
Depulit morbum, nituitque primo:
Corpus honore.

Sponte nec quoquam feriente longum:
Æra de ſummis ſonitum dederet
Curribus quando ſuperam petiuit,
Spiritus arcem.

Ante conſpectum populi frequentis:
Ad viri funus cecinere laudes:
Nūtij ſummo tenuē per aurā:
Aethere lapſi.

Corporis manās odor iſepultis
Extitit multis medicamen ęgris:
Inde languores varios fugabant:
Saxa ſepulchri.

Laus Deo ſummo, genitoque patris:
Flamini ſacro ſit honor perennis:
Et Deum trinum veneremur vno:
Semper honore. Amen.

In j. noct. Aña. In ſancto propoſito ſtans Albertus firmiter: in lege dominica meditatur iugiter. pſal. de vno confeſſ. Aña. Sancto ſumpto habitu ingenti tunc feruore: Jeſu Chriſto ſtuduit ſeruire in timore. Aña. Tribulatus acriter tentamentis ſatanę, Chriſtum clamans dulciter: lęditur a nemine. V. Amauit eum. Lectio prima.

Albertus ordinis fratrum Carmelitaruȝ ex Sicilię partibus de monte Drepano patre Benedicto de Abbatibus: matre vero Joha[n]na ſecundum carnem duxit originē: cuius parentes ante eius natiuitatem laudabilem vitam ducentes: quaſi vnigenitū & ſex annis, velut ſteriles: ſine ſobole permanſerunt. R. Claritate diuini luminis illuſtratus. Alber-

tus humilis: ſpreta pompa mundani culminis: Veſtem ſumpſit Marię virginis. ℣. Confortatus puer affabilis, veſtem ſpreuit veteris hominis. Veſtem.

Lectio ſecunda.

Demum penſato diuino conſilio Reginę cęlorum Dei genitrici Marię deuotiſſime deuouerunt: vt, ſi eis optatam ſobolem apud piiſſimum filium ſuum precibus impetraret, ordini ſuo perpetuo ducęret mancipandam. ℟. Ne fędetur corpus luxuria, ſenſus domat cum abſtinentia: vinum vitat. Et aqua frigida carnē nutrit, in pęnitentia. ℣. Sicque vincit cum efficacia hoſtē mundi, & carnis vitia. Et aqua. L. iii.

Uotorum vota Deus ex alto proſpiciens, nō poſt multos dies ſenſit ſe Iohanna ex Benedicto eius viro veraciter concepiſſe. Adueniente vero temporis plenitudine, peperit Iohanna filium ſuum primogenitum: eidem nomen Albertus in baptiſmo quaſi diuina reuelatione imponens. Tu. ℟. Ac firmus: & mente ſtabilis: occupatus in Dei laudibus: contemplatur deuotus, & humilis. Lachrymoſis orationibus. ℣. Charitate fit exaudibilis: dum precatur curuatis genibus. Lachr. In ij. noct. Aña. Cordis cum lętitia accinctum puritate mirificauit Chriſtus paterni probitate. Antiphona. Fidelitatis ſcuto catholicę profectus: legis euangelicę defenſor eſt effectus. Aña. Sancti ſacerdotii coronatus gloria: repletur virtutibus, & diuina gratia. ℣. Iuſtum deduxit.

Lectio quarta.

Creſcit autem puer, & liberalibus artibus traditur imbuendus. Qui ſancti ſpiritus gratia decoratur: literis mirabiliter eruditur: moribus adornatur: & a parentibus nimium peramatur: omnibuſque fit placidus: & redditur gratioſus: ita vt, ſextum cum annū attigiſſet: conatus ſit aduertere, quod poſtea deuote p̄cepit. Tu. ℟. Hoſtis prauus ſtudet euertere: feruentem in ſancto ſeruitio: ſed ne poſſit ipſum extinguere: Nūquam vacat Albertus ocio. ℣. Dei laudes non ceſſat promere: ſancto ſemper vacans ſeruitio. Nun.

Lectio quinta.

Eius enim pater Benedictus a pluribus perſonis requiritur, vt filium ſuum Albertum vni filiarum de quadā domo regali ſponſum traderet coniungendum. Quo annuente, & colloquium cum vxore ſua ſuper hoc habente, increpauit eum diſcrete vxor eius. ℟. Obſidetur Meſſana ciuitas: plebi famis adeſt pęnalitas: ſed dum orat Alberti ſanctitas:

Vox in portu patet fertilitas. ℟. Dum timetur hoſtis ſeueritas: ſtatim adeſt diuina bonitas. Vox. Lectio ſexta.

Miror, inquit, te prudentem virum taliter mutatũ eſſe: quod id, quod Deo, ⁊ eius genitrici promiſimus, huic caduco, ⁊ fragili mundo condonare velis. Nonne opportet reddere Deo, quod ſuum eſt? Nos filium noſtrum Deo: ⁊ eius matri obligauimus: ipſum ſana conſcientia reuocare nequimus. ℟. Plebs letatur grandi letitia: rex, ⁊ proceres congratulantur: Admirantes hec beneficia, ſancti meritis que condonantur. ℣. Laudes promunt in reuerentia Deum in ſancto cum venerantur. Admiran. In iii noct. Aña. Sine cordis macula: Dei tabernaculum, fulgens velut facula: poſſidet in ſeculum. Aña. Vitam ſibi placitam Chriſtus ei tribuit: humo mundi ſemitam exiens cum obiit. Aña. Quaſi nubes lucida in celum eleuatur ſancta eius anima: ⁊ ſanctis ſociatur. ℣. Juſtus, vt. Euange. Nemo accendit lucernam. ℟. Creſcit ardor, creſcit deuotio turbarum ad ipſum currentiũ. Fit ſignorum multiplicatio: ac Deum in ſancto laudantium. ℣. Vexatorum mira curatio fit, ⁊ diuerſorum languentium. Fit ℟. Terrenum relinquens corpus ſeculũ: felix anima petiit eterna: Mirificus odor per circulũ diffunditur virtute ſuperna. ℣. Fluunt cuncti ad eius tumulũ: quibus patet vt clara lucerna. Mirificus odor. ℟. Jeſus dulcis Alberti meritis tuam nobis infunde gratiam. Vt relictis turpibus ſolutis paradiſi condonẽs gloriam. ℣. A penarum ſolutis debitis: paternalem tribue veniam. Vt relictis. Te Deum. ℣. Ora pro nobis beate Alberte. In laud. Aña. Cum Albertus naſcitur, thus redolet in mundo: exultemus igitur pectore mundo. ℣. Dominus regnau. ⁊ reliq. Aña. Puro corde jubilet Carmeli religio: iugiterq; pullulet in ſancto ſeruitio. Aña. Tua ſancta dextera Jeſu, nos ſuſcipiat: ⁊ Alberti precibus gratioſe protegat. Aña. Excellentẽ dominum benedicant ſinguli: cuius ſerui meritis liberantur languidi. Aña. Deum omnis ſpiritus laudet in celeſtib⁹ quẽ Albertus poſſidet cũ beatis patribus. Cap. Iſte cognouit. Hy.

Adeſt natalis celebris:
Dies viri Seraph.
Alberti ciuis celici:
Quo gaudet in celeſtibus.
Qui ſpreto mundi culmine:
In annis puerilibus:
Ad templũ ſanctũ properãs:
Seruire Deo ſtatuit.
In arcta penitentia:

Carnem

Carnem caſtigat acriter:
Ne maculetur turpiter:
Imago ſibi credita.
Hunc hoſtis fallax ſtimulat:
Dum contemplatur feruide:
Quem Chri ſeruus ſuperat:
Perſeuerando ſedule.
Meſſana gaudet ciuitas:
Quam Chrs ſancti meritis:
Eripuit ab hoſtibus:
Cibum præbens famelicis.
Nunc gratulare drepani:
De quo talem propaginem.
Deus deorum dominus:
Produxit mundo floridam.
Sit trinitati gloria:
Patri, ſimul, & filio:
Sancto quoque paraclito:
Per infinita ſecula. Amen.
℣. Iuſtus germinabit. ...
Aña. Greſſus noſtros proſpere dirigat Chriſti ſeruus Albertus cęlitus: pacis viam plene nos inſtruat: ſuis præbens lumen fidelibus: dignas preces ad Chriſtũ porrigat: noſque claris ditet virtutibus. ...

Deus, qui beatum Albertum confeſſorem tuum: ſpreto ſeculo, ad almę tuę genitricis Marię religionem vocare dignatus es: tribue nobis quęſ: vt eius meritis, & exemplis digne tibi ſeruientes cum ipſo, in ęterna gloria perpetuo te pfrui mereamur. Qui viuis, & regnas.
Et dicatur ad omnes horas ... mo. de Sancto Donato. Ad lau. ...

Aña laudum capitula, Resp. & ℣. vt vnius confeſſ. non epiſcopi. Ad veſpe. añę laud. Ps. Dixit dominus. & cęte. ad cęterco. Cap. Iuſtus cor ſuum. ... Ieſu dulcis. cętera, vt ſup. in primis veſp. Ad Mag. Aña Tu Alberte pater egregie: ſemper gaudens de dono gratię: te laudantes in terra reſpice: & noſtra vota clementer ſuſcipe. halleluiah.

¶ S. Quiriaci & ... martyrum dupl. in conuentu Sancti Martini ... Oratio. Die 8.

Deus, qui nos annua beati Quiriaci martyris, ſociorumque eius ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, quorũ natalitia colimus, virtutẽ quoque paſſionis imitemur. Per d.
¶ Lectiones per octauas. Die primo. Lectio prima.

His verbis mutata viri ſententia, mater clam vocato in cubiculum puero rem ordine pandit: & qua conditione multis a Deo precibus impetratus fuerit: & cui iugo ceruicem ſubdere: & quam legis aſperitatem ferre: cui ve ſeruituti mancipari eum neceſſe ſit, inſinuat. Tu autem. Lectio ſecunda.

Hac matris admonitione puer Albertus non ſolũ non territus: verumetiam magis, ac magis animatus: & accenſus: veſperi dum ſimul cum parentibus cenaret, a menſa ſurrexit

rexit: ⁊ a ſpiritu ſancto edoctus, antiquorum patrum more a parentibus tanquam tunc morituris: ⁊ quaſi, qui deinceps eſſet eis cariturus, benedictionem poſtulauit. Tu autem. Lect. iij.

Mos enim fuit apud veteres: vt Geneſis teſtatur hiſtoria: vt morituri parentes petentibus filiis ſpiritualia quędam bona dari a Deo precarentur: quod precum genus benedictionem vocabant. Tu autem.

Die ſecundo. Lectio prima.

Poſtulatam ergo a puero benedictionem: ⁊ non ſine interiori viſcerum commotione, pioque dolore, ⁊ pleni lachrymis, ac ſingultibus, non illi negauere parentes. Lectio ij.

Non quidē mox abiturum eū rebātur: ſed id potius ex innata pueri bonitate: ⁊ recenti matris exhortatione fieri putabant. Lectio tertia.

Locus erat in litore maris nō procul a Drepano: vbi beatiſſimę Dei genitricis, ⁊ virginis Marię templum nedum Siculis omnibus, verumetiam peregrinis nautis, mercatoribuſque notiſſimum: ⁊ ob frequentia miracula celebratiſſimum fuit: quale olim apud Grecos Delphicum antrū fuit.

Die tertio. Lectio prima.

Iam huic templo adiacentibus ędibus habitabant viri tunc morum honeſtate, ⁊ virginū ſanctimonia pręcipui, celeberrimique: qui a monte Syrię Carmelo, vnde traxerunt originem, Carmelitę dicebantur. Tu.

Lectio ſecunda.

Ad hunc igitur locum puer inſcijs parētibus ⁊ domeſticis omnibus mane ſe contulit ⁊ a loci rectore: quem priorem vocamus: habitū, ⁊ conſortiū fratrū ſuppliciter petiit. Tu. L. iij.

Prior intellecto nobilis pueri ſalubri ſanctoque propoſito pene motus eſt, vt eius honeſtę voluntati ſatisfaceret. Sed obſtitit, quod plerunque puerorum, vt imbecillum corpus eſt: ſic infirma, ⁊ inſtabilis mens eſſe ſolet. Tu autem.

Die quarto. Lectio prima.

Differendū igiť arbitratus eſt: ⁊ in aliqua temporis mora dilatio neque tentandam propoſiti firmitatem. Lectio ij.

Puer repulſam paſſus: domumq ne reuerſus: putatus eſt a parētibus vel in literario ludo: quem contra puerorū conſuetudinem ſpōte, ⁊ auidius frequentare ſolebat: vel cum aliquo ſodalium aliquanto plus ſolito commoratum eſſe. L. e. iij.

Nocte ſequenti btā virgo Maria pueri parentibus in ſomnis apparens mortē viriq́ue ſeuera fronte minitata eſt: niſi, quod multo ante polliciti

fuerant

fuerāt: propediē reddidiſſent.

¶ Dñica infra oct. Lectio j.

VIſione itaque conterriti parentes, mane ſupradicti loci priorem adeunt: et pueri natiuitate, voluntateq;, et communi voto recitatis, ac declaratis: de die, qua in fratrum contubernium, ſocietatemque puer eſſet recipiendus, mutuo conuenerunt. Lectio ſecunda.

ADerat ſtatutus dies: et conuenere ad prædictorum fratrum locū cū Benedicto, et Johanna amicorū, conſanguineorūq; nobilis, et numeroſa ſexus vtriuſq; multitudo. Tu. Lectio tertia.

AD quem vbi peruentum eſt, omnibus rite præparatis, venit prior ſenio confectus cum fratribus in eccleſiam: cui populi circunſtante corona: puerum veſte purpurea indutum: tunicaq;, et ad humeros vſque fluente cæſarie: viridi ferro cinctum multis cum lachrymis, et liberali, promptaque pietate parentes obtulerunt. Tu. Lec. iiij.

EXuit ſe puer: et, nullo hominum docente, veſtem non patri, non matri: nec cuiquam ex affinibus, conſanguineiſue: ſed cuidam pauperi, quē in turba conſpexerat, elargitus eſt. Lectio quinta.

MOxque poſitis humi ante priorē genibus: vt religionem intrantium mos eſt: fratrū cohabitationem: paupertatis cōmunicationem: Deique miſericordiam popoſcit. Lectio vj.

SUper quibus habito a quodam fratre: cui id muneris prior iniunxerat, ſermone de religionis origine, puero ſacro veſtes ſolenni ritu impoſuerunt.

¶ In die octauo. Lectio j.

IAm ſeculo calcato: iā dei caſtris inſertus, et militiæ cingulo lumbos ſuccinctus: antiquo hoſti non paruo cæpit eſſe terrori. Tu autem. Lectio ij.

LOngum eſſet ſingulatim ea conſcribere, quæ de ſanctitate, de moribus, de obedientia, de humilitate, de abſtinentia, de caſtitate, de prudentia, et conſtantia pueri legimus in antiquis ordinis annalibus. Tu autem. Lectio tertia.

POſt profeſſionē: quādo iam natu grādior: et ad aſperiora iam fortior eſſe cæpit: non langueſcere, non torpere: quemadmodum in multis ſolet, in eo potuit feruor. Tu autem. Lec. iiij.

SEd quo magis progrediebatur, et creſcebat corpore et mente maior, et ſpiritu feruētior fiebat. Semper enim ſcda, quarta, et ſexta feria carnem cilicio, ieiunioque domabat. Lectio v.

SEd et feria ſexta ob venerandā dñicæ paſſionis memoriā: flagellis ſe aſperius affligebat. Nam pro vino aqua: p ob

ſonijs

ſoniis abſynthio:cum pane vte-
batur. Tu. Lectio ſexta.

Preſioſam nunquam, ſed panno ſam, vilemque, & abiectam veſtem griſeã geſſit. Si quando ſomno & nocturnę quieti mollius indulgere volebat: ſuper nuda ſarmenta ſe collocans dormiebat. Tu. Lec. iij. de euãg. Loquente Ieſu ad turbas. cũ reli. vt in die.

Die 4. ¶ S. Dominici confe. dup. omnia de co. confeſſ. non Pont. preter orat. & lect. Oratio.

Deus, qui eccleſiam tuam beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis: concede, vt eius interceſſione temporalibus non deſtituatur auxilijs, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per dominum. Le. j.

Dominicus Calarogę in Hiſpania, ex nobili Guſmanorum familia natus. Palentię liberalibus diſciplinis & theologię operam dedit: quo in ſtudio cum plurimum, profeciſſet, prius Oxomenſis eccleſię canonicus regularis, deinde ordinis fratrum prędicatorum auctor fuit. Lectio ſecunda.

Huius mater grauida ſibi viſa eſt in quiete continere in aluo catulum ore pręferentẽ facem, qui editus in lucem, orbem terrarum incẽderet. Quo ſomnio ſignificabatur, fore vt ſplendore ſanctitatis, ac doctrinę, gentes ad Chriſtianam pietatem inflammarentur. Veritatem exitus comprobauit: id enĩ & pręſtitit per ſe, & per ſui ordinis ſocios deinceps eſt conſecutus. Lectio tertia.

Huius autem ingenium, ac virtus maxime enituit in euertendis hereticis, qui pernicioſis erroribus Toloſates peruertere conabantur. Quo in negocio ſeptem cõſumpſit annos. Poſtea Romam venit ad Lateranenſe cõcilium cum epiſcopo Toloſano, vt ordo quem inſtituerat ab Innocentio tertio cõfirmaretur. Quę res dum in deliberatione verſaſ, Dñicus hortatu pontificis ad ſuos reuertiſ, vt ſibi regulã deligeret. Lec. iiij.

Romam rediens ab Honorio tertio qui proximus Innocentio ſucceſſit, confirmationem ordinis prędicatorum impetrat. Romę autem duo inſtituit monaſteria, alterum virorum, mulierum alterum. Tres etiam mortuos ad vitam reuocauit, multaque alia ed[illegible] miracula, quibus ordo pdicatorũ mirifice propagari cępit. Le. v.

Verum cum eius opera vbique terrarum monaſteria iam ędificarentur, innumerabileſque homines religioſam, ac piam vitam inſtituerẽt: Bo-
nonię

nonis anno Chriſti ducenteſimo
vigeſimo tertio ſupra milleſimū
in febrem incidit: ex qua cum ſe
moriturum intelligeret, conuo-
catis fratribus, & alūnis ſuę diſci
plinę, eos ad innocentiā, & inte-
gritatē cohortatus eſt. Lectio vj.

POſtremo charitatem, hu-
militatem, paupertatē, tan
quam certum patrimonium eis
teſtamento, reliquit: fratribuſq;
ordinibus, in illis verbis Subue-
nite ſancti Dei, occurrite angeli,
obdormiuit in domino nonis
Auguſti, quem poſtea Grego-
rius nonus Pontifex retulit
in ſanctorum numerum.

Die 6. ¶ S. Siſti papę, & mart. ſemi-
dup. vt in communi. Oratio.

BEati Siſti martyris tui,
atque pontificis quęſumus
domine ſupplicatione placatus:
veniam delictorum nobis tri-
bue: & remedia ſempiterna con-
cede. Per dominum noſtrum.

¶ In vigilia ſancti Laurentij.
Ad Mat. Inuit. hymn. anę de
octa. ſancti Alberti. tres lect. de
euang. Si quis vult venire poſt
me. cętera, vt in cōmuni vnius
martyris. Ad veſpe. dup. anę, &
pſal. de octa. Capit.

COnfitebor tibi domi-
ne rex: & collaudabo
te Deum ſaluatorē
meum: & confitebor
nomini tuo: quoniam adiutor, &
protector factus es mihi: & libe
raſti corpus meum a perditione.
R. Puer meus. Hymn. Deus
tuorū. V. Gloria, & ho. Ad Bñd.
Aña Beatus Laurentius, dum
in craticula ſuperpoſitus vrere-
tur, ad impijſſimum tyrannum
dixit: aſſatum eſt iam: verſa, &
manduca: nam facultates eccle-
ſię, quas requiris, in cęleſtes the
ſauros manus pauperum depor
tauerunt. Oratio.

BEati Laurentij nos faciat
dñe paſſio veneranda lętan-
tes: & eam ſufficienter recolētes,
efficiat lętiores. Per. Ad Mat. Die
Inuit. Regem ſempiternū pro- 10.
nis mentibus adoremus. Qui
martyrem ſuum digne pro meri
tis coronauit Laurentiū. Hym.
Deus tuorū. In j. noc. Añ. Quo
progrederis ſine filio pater? quo
ſacerdos ſancte ſine miniſtro p-
peras? V. Btūs Laurentius dixit.
pſalmi de vno mart. excepto, qd
loco pſ. Dñe quis. dicitur pſ.
Exau. d. iu. 5. Añ. Noli me dere
linquere pr̄ ſctē: quia theſauros
tuos iam expēdi: quos tradidiſti
mihi. V. Quid in me ergo diſpli
cuit paternitati tuę. Aña. Non
ego te deſero fili, neq; derelinquo:
ſed maiora tibi debent pro fide
Chri certamina. V. Btūs Siſtus
dixit. V. Gloria, & ho. Lectio j.

POſtquam btūs Siſtus vr-
bis Romę eps martyrij co
ronam adeptus, conſummauit
agonem: venerunt milites, &

comprehēderunt beatum Lau-
rētiū Archidiaconum: ⁊ duxe-
runt eum coram Parthenio tri-
buno. Eadem hora Partheni⁹
tribunus nunciauit Decio, eo ꝙ
Laurentius archidiaconus Si-
ſti, qui theſauros abſconditos
haberet, in cuſtodia teneretur.
Gauiſus eſt Decius: ⁊ iuſſit ſibi
preſentari ſanctum Laurentiū.
Quē ita aggreditur Decius Ce-
ſar dicens. Ubi ſunt theſauri ec-
cleſie: quos apud te cognouim⁹
eſſe reconditos? Beatus Lau-
rentius non reſpondit ei verbū.
R. Leuita Laurentius bonum
opus operatus eſt: qui ſigno cru
cis cecos illuminauit. Et the-
ſauros eccleſie dedit pauperib⁹.
V. Diſperſit, dedit pauperibus:
iuſtitia eius manet in ſeculum
ſeculi. Et. Lectio ſecunda.

Odem die Decius Ceſar
tradidit eum Ualeriano
prefecto: dicens. Quere ab eo
theſauros diligenter: ⁊ perſua-
de, vt ſacrificet. Si non ſacrifi-
cauerit: diuerſis eum penis, cru
ciatibuſque interfice. Tunc Ua-
lerianus dedit eum cuidam vi-
cario in cuſtodia nomine Hip-
polyto. Et cum accepiſſet Hip-
polytus beatum Laurentium,
recluſit eum in carcere cum mul-
tis. R. Quo progrederis ſine
filio pater, quo ſacerdos ſancte
ſine diacono properas? Tu nun-
quam ſine miniſtro ſacrificium
offerre conſueueras. V. Quid in
me ergo diſplicuit paternitati
tue? nunquid degenerē me pro-
baſti? experire certe virum ido-
neum miniſtrū elegeris, cui cō-
miſiſti Dñici corporis, ⁊ ſangui-
nis conſecrationem. Tu. L. iij.

Rat autem in cuſtodia ho
mo multo tempore genti
lis nomine Lucillus: qui ploran
do lumen oculorum amiſerat.
Et dixit ad eum beatus Laurē-
tius: Crede in filium Dei dñm
Jeſum Chriſtum, ⁊ baptizare in
nomine eius: ⁊ illuminabit te.
Reſpondit Lucillus. Ego ſemꝑ
deſideraui baptizari in nomine
dñi Jeſu Chriſti. Beatus Lau-
rentius dixit: ex toto corde cre-
dis? Reſpondit Lucillus cū fle-
tu, dicens. Ego credo in dñm Je
ſum Chriſtum, ⁊ idola vana, ⁊
falſa reſpuo. Hyppolytus vero
diligenter auſcultabat verba eo
rum. R. Noli me derelinquere
pater ſancte, quia theſauros
tuos iam expendi. Non ego te
deſero fili, neque derelinquo:
ſed maiora tibi debentur pro fi-
de Chriſti certamina. V. Nos
quaſi ſenes leuioris pugne cur-
ſum recipimus: te quaſi iuue-
nem manet glorioſior de tyran-
no triumphus: poſt triduum
me ſequeris ſacerdotem leuita.
Non. In ij. noct. Añ. Bea-
tus Laurentius orabat, dicens,
domine Jeſu Chriſte Deus de

Deo miſerere mihi ſeruo tuo. ℣. Quia accuſatus non negaui nomen ſanctum tuum: interrogatus te Chriſtum confeſſus ſum. Aña. Dixit Romanus ad Beatum Laurentium: video ante te iuuenem pulcherrimũ: feſtina me baptizare. ℣. Afferens autem vrceum cum aqua, miſit ſe ad pedes eius. Aña. Beatus Laurentius dixit: mea nox obſcurum nõ habet: ſed omnia in luce clareſcunt. ℣. Quia ipſe dominus nouit, ꝙ accuſatus nõ negaui nomen ſanctum ſuum. ℣. Poſuiſti domine. Lect. iiij.

Tunc Beatus Laurentius cathechizauit Lucillum: & accepta aqua baptizauit eum in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti. In ipſa hora aperti ſunt oculi eius: & cępit clamare, dicens. Benedictus dominus noſter Jeſus Chriſtus Deus ęternus: qui me illuminauit per Beatum Laurentium. Tunc audientes multi cęci hoc eſſe factum, veniebant ad Beatum Laurentium cum lachrymis, & ipſe ponebat manum ſuper oculos cęcorum, & illuminabantur. Audiens hęc Hyppolytus dixit ad Beatum Laurentium. Oſtende mihi theſauros. ℟. Strinxerunt corporis membra poſita in craticula: & ſubijcientibus prunas inſultat leuita Chriſti, Beate Laurenti martyr Chriſti intercede pro nobis. ℣. Carnifices vero vrgentes, miniſtrabant carbones ſubter cratem ferream. Beate Laurenti martyr Chriſti,

Lectio quinta.

Dixit Laurentius Hyppolyto. O Hyppolyte ſi credideris in Deum patrem, & filium eius Jeſum Chriſtum: & theſauros tibi oſtendo: & vitam ęternam promitto. Dixit ei Hippolytus: Si dictis facta compenſes, faciam, quę hortaris. Tunc Beatus Laurentius baptizauit eum cum omni domo ſua. Poſt hęc Decius Cęſar dixit beato Laurentio: Sacrifica diis, aut tota nox iſta in te expendetur cum ſuppliciis. Beatus Laurentius dixit. Mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. Tunc Decius iuſſit, vt os eius lapidibus cęderetur. Cunque cęderetur confortatus a Deo dicebat: Gratias tibi ago domine Jeſu Chriſte: quia tu es Deus, omniũ Chriſtianorum liberator. ℟. Beatus Laurentius clamauit, & dixit: Deum meum colo, & illi ſoli ſeruio: Et ideo non timeo tormenta tua. ℣. Mea nox obſcurum non habet: ſed omnia in luce clareſcunt, Et ideo.

Lectio ſexta.

Date lectum ferreũ dicit Decius: vt in eo requie-

ſeat Laurentius contumax: Allatus eſt ergo lectus cum coſtis tribus in conſpectu Decij Ceſaris in modum craticulę. Tunc Beatus Laurentius expolliatus eſt veſtibus ſuis in conſpectu Decij Ceſaris, ⁊ Valeriani: ⁊ extenſus eſt in cratem ferream: allati ſunt batilli cum prunis, ⁊ miſerunt ſubter cratem ferream: ⁊ cum furca coarctari fecit beatum Laurentium. Et dixit Decius ad eum: Sacrifica diis. Reſpondit Beatus Laurentius: Ego me obtuli Deo ſacrificium in odorem ſuauitatis; quia ſacrificium Deo eſt ſpiritus contribulatus. ℟. Puer meus noli timere, quia ego tecum ſum, dicit dominus: Cum tranſieris per ignem, flamma non nocebit tibi, ⁊ odor ignis non erit in te. ℣. Liberabo te de manu peſſimorum ⁊ eruam te de manu fortium. Cum. In iij. noct. Aña. Strinxerunt corporis membra poſita ſuper craticulam: miniſtrantibus prunas inſultat leuita Chriſti. ℣. Carnifices vero vrgentes miniſtrabant carbones ſubter cratem ferream. Aña. Igne me examinaſti, ⁊ non eſt inuenta in me iniquitas. ℣. Probaſti domine cor meum, ⁊ viſitaſti nocte. ℟. Exaudi domine iu. ſ. Aña. Interrogatus te dominum confeſſus ſum: aſſatus gratias ago. ℣. Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte, quia ianuas tuas ingredi merui. ℣. Iuſtus, vt palma. Euang. Niſi granum. ℟. Beatus Laurentius dixit, ego me obtuli ſacrificium Deo: In odorem ſuauitatis. ℣. Gaudeo plane, quia hoſtia Chriſti effici merui. Lectio octaua.

CArnifices vero vrgentes miniſtrabant carbones, ⁊ mittentes ſub crate: ⁊ deſuper comprimentes cum furcis ferreis. Beatus Laurentius dixit: diſce miſer, quia carbones tui mihi refrigerium pręſtant: tibi vero ęternum ſupplicium: quia ipſe dominus nouit, quia accuſatus non negaui nomen ſanctū eius: interrogatus Chriſtum cōfeſſus ſum: aſſatus gratias ago. O inſania veſtra O infelices: q non cognoſcitis: quia carbones iſti non ardorem: ſed refrigeriū mihi pręſtāt. ℟. Gaudeo plane, qa hoſtia Chrī effici merui: accuſatus nō negaui nomē ſanctum tuū: Interrogatus te Chriſtum confeſſus ſum: aſſatus grās ago. ℣. Probaſti dn̄e cor meum, ⁊ viſitaſti nocte. Interrog. Lec. ix.

ET cęperunt oēs, qui aderant, admirari: qm̄ pręcepit eū Decius viuū aſſari. Ille vero vultu pulcherrimo dicebat. Gratias tibi ago dn̄e Ieſu Chrē: qui me cōfortari dignatus es. Et leuās oculos ɔtra Deciū ſic

ſic dixit btūs Laurentius: Ecce miſer aſſaſti me in vna parte: re gyra aliā, ꝛ manduca Tunc grās agens dño cū gloria dixit: Gratias tibi ago dne Jeſu Chꝛe: q2 merui ianuas tuas ingredi. Et hec dicens emiſit ſpūm. ℟. Jn craticula te Deū non negaui, ꝛ ad ignē applicatus: Te dñm Jeſuȝ Chꝛm confeſſus ſum. ℣. Accuſatus nō negaui nomē ſctm̄ tuū, ꝛ interrogatus. Te do. ps. Te Deū. ℣. Oꝛa pro no. In lau. Añ. Laurēti9 ingreſſus eſt martyriū, ꝛ ꝯfeſſus eſt nomē dñi Jeſu Chꝛi. ps. Dñs regn. 7. Añ. Laurētius bonū opus operatus eſt q per ſignū crucis cecos illuminauit. Añ. Adheſit anima mea poſt te: quia caro mea igne cremata eſt pro te De9 me9. Añ. Miſit dñs angelum ſuum: ꝛ liberauit me de medio ignis: ꝛ nō ſum eſtuatus. Añ. Beatus Laurentius oꝛabat, dicens: gratias tibi ago dñe, quia ianuas tuas ingredi merui. Capitulū.

Laudabit vſque ad mortem aīa mea dñm: qm̄ eruis ſuſtinentes te: ꝛ liberas eos de manu anguſtie, dñe Deus noſter. Hym. Martyr Dei. ℣. Magna eſt. Ad B. Añ. Jn craticula te Deum non negaui: ꝛ ad ignem applicatus te dñm Jeſum Chꝛiſtum confeſſus ſum: pꝛobaſti coꝛ meum, ꝛ viſitaſti nocte: igne me examinaſti: ꝛ non eſt inuenta in me iniquitas. Oratio.

Deus qui nobis qs oſs Deus vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per. Ad hoꝛ. Añe. de laud. ⁊c. vt in cōi mar. cū ōōne. vt ſup. ad mat. Ad vesp. A ña. Laurentius. ps. Dixit dom. 5 ꝛ cetere ad ceteras. Capit.

Qui parce ſeminat, parce ꝛ metet: ꝛ qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus ꝛ metet, vitam eternam. Deo. Hym. Jn cra. Hym. ℣. de v no mart. Ad Mag. Añe. O bone Laurenti martyr venerāde per oꝛbem Renibus in noſtris extingue libidinis ignem. Oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ꝛ interceſſione beati Laurētij martyris tui, perpetuā nobis miſericoꝛdiam benignus impende. Per dom.

¶ Memor. de oct. S. Alberti, ꝛ de ſancto Tyburtio mar. Añā. Die. 11.

Jnclytus martyr Tyburtius cum nudatis plantis ſuper pꝛunas ardentes incederet Fabiano pꝛefecto dixit: videtur mihi, quod ſuper roſeos floꝛes incedam in nomine domini mei Jeſu Chꝛiſti. ℣. Poſuiſti. Oratio.

Beati Tyburtij nos queſumus domine foueant continuata pꝛeſidia: quia non deſinis pꝛopitius intueri: quos tali-

bus auxilijs conceſſeris adiuua/ri. Per dominum noſtrum Je.

¶ Sacti Tiburtij memoria tantum ad mat. ⁊ ad miſſas De oct. S. Laurentij fit tm̄ memor. excepto vltimo die in quo de eo fit plenum officium.

¶ Claręvirginis memor.

Die ¶ S. Hyppolyti, ſociorumque
Die eius mart. ix. lect. Ad veſp. añę,
.21 ⁊ pſal. de Sancto Alberto. Cap.
.31 hymn. V. ⁊ antiphonę, vt plurimorum martyr. Oratio.

Da q̄s om̄s Deus: vt beati Hippolyti martyris tui, ſociorumque eius veneranda ſolennitas ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ ſalutem. Per domin. Memor. de oct. S. Alberti, ⁊ S. Laurentij. Ad mat. Lect. j.

Egreſſus itaque Hippolytus ad domum ſuam perfectis ſanctis exequijs martyris Laurentij, poſt tertiū diem dedit pacem omnibus ſeruis ſuis, ⁊ ancillis ſuis, ⁊ communicauit de ſacrificio altaris beati Laurētij martyris. Et appoſita menſa, priuſquam cibum ſumeret, venerunt milites: ⁊ tenuerunt eum, ⁊ perduxerunt eum ad Decium. R. Abſterget Deus omnem lachrymam. Lectio ij.

Quem videns Decius ſubridens ait ei. Nunquid ⁊ tu magus effectus es: quia corpus Laurentij abſcondiſſe diceris? Sanctus Hippolytus reſpondit: Hoc feci non quaſi magus: ſed quaſi Chriſtianus. Quo audito, Decius furore repletus: iuſſit vt lapidibus os eius contunderetur. R. Viri ſancti. L. iij.

Expoliauitque eum veſte, qua vt Chriſtianus vtebatur, ⁊ dixit ei: Sacrifica dijs, ⁊ acquieſce pręceptis meis, ⁊ fruere militię tuę palma. Hippolytus dixit: non me expoliaſti, ſed magis incipis veſtire. Decius Cęſar dixit: Sacrifica, ⁊ viues: ſin autem, peribis per tormenta ſicut Laurentius. Sanctus Hyppolytus dixit. Exemplum beati Laurētij martyris merear fieri: quem tu miſer auſus fuiſti ore polluto nominare. R. O Hippolyte ſi credideris in dn̄m Jeſum Chriſtum: Et theſauros tibi oſtendo, ⁊ vitam ęternam promitto. V. Si dictis, inquit, facta compēſas, faciam, quę hortaris: cui Beatus Laurentius ⁊ tu tuum mihi tantummodo prębe aſſenſum. Et the. Lectio iiij.

Extenſus igitur fuſtibus, ⁊ chordis tandiu cęſus eſt: donec cędentes deficerent. Inde leuatus a terra, iuſſit eum veſtiri veſte militari, qua gentilis vtebatur: ⁊ dixit ei: Recole militiam: ⁊ eſto noſter amicus, ⁊ in conſpectu noſtro vtere militię tuę palma priſtina: quam ſemper habuiſti. R. Sancti tui domine. Lectio quinta.

Cum

CUm autem beatus martyr dixiſſet: militia mea hec ē firmiſſime dño Jeſu Chriſto militare: vnde cupio ad celerem palmam cum fructu peruenire: iracundia plenus, Decius Valeriano dixit: Accipe omnes facultates eius: et interfice eum crudeli exanimatione. ℟. Verbera carnificum. Lectio ſexta.

POſt hec Valerianus exquiſita omni facultate eius, inuenit in domo Hippolyti omnē familiam eius Chriſtianā, quaꝫ in conſpectu ſuo pſentari fecit. Et iuſſit beatū Hippolytū foras muros porte Tyburtine cū familia ſua duci, q̄ fuerat a beato Laurētio baptizata: et pcepit: vt in cōſpectu Hippolyti oēs decollarētur. ℟. Beatiſſim⁹ Chriſti martyr Hippolytus cum baptiſmi gratiam percepiſſet a btō Laurentio: Ponebat manus ſuas ſuper oculos cecorum, et ſanabantur. ℣. Ceco illuminato a beato Laurentio Hippolytus credidit, et percipere meruit baptiſmi ſacramentum. Ponebat manus ſuas. Gloria.

Euāgeliū ſecūdū Lucam. 12.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento Phariſeoruꝫ, quod eſt hypocriſis. Et reliqua.

Hom. venē. Bede pſb. Lec. vij.

AD fermētū pertinent oīa, que recūbens apud Phariſeum ſuperius diſputauerat, de quo et apoſtolus precipit. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitie, et nequitie: ſed in azymis ſynceritatis, et veritatis. Tu autem. ℟. Sancti mei. L. viij.

BEatus vir Hippolytus cōfortabat omnes dicēs. Fratres nolite timere: quia ego, et vos vnum Deum habemus. Et decollati ſunt promiſcui ſexus decem et nouē: Tunc cepit Hippolytus exclamare: et dicere: Gratias tibi ago domine Jeſu Chriſte: quia famulos meos in conſpectu meo pro tuo nomine pati video. ℟. Propter teſtamentum domini. Lectio nona.

BEatus vero Hippolytus ligatis pedibus ad colla indomitorum equoruꝫ: ſic per cardos, et tribulos tractus emiſit ſpiritum. Nocte autem venit Juſtinus presbyter et collegit corpora eorum: et ſepeliuit in cāpo eodem apud Nymphas, ad latus agri Verani, idibus Auguſti. ℟. Cepit Hippolytus triſtis plorare: Cui beatus Laurētius ita dixit: Noli flere, ſed magis gaude, et poſt, dum clamauero, audi, et veni, quia vado ad gloriam. ℣. Reſpondit Hippolytus, quare non venio ego, et vociferor, quia Chriſtianus ſum, vt tecum occūbam? Cui. Gloria. Noli flere. ℟. Te Deum laudā,

da. ℣. Exultent iuſti. In laud. antiphona. Ceſar dixit ad Hyppoly-
tum: factus es inſipiens, ut nu-
ditatem tuam non erubeſcas:
Ps. Dñs regnat. Aña. Dixit Ce-
ſar ad Hyppolytum, tu magus
factus es? reſpondens Hyppoly
tus dixit ad Decium: non ſum
ego magus, ſed ſeruus domini
Jeſu Chriſti. Aña. Decius di-
xit ad Hyppolytum, ſacrifica, et
viues, ne pereas per tormenta,
ſicut Laurentius. Aña. Exem
plum mereat fieri Laurentij
beatiſſimi martyrio. Antipho.
Tunc Valerianus in conſpectu
Hippolyti famulos eius marty-
rizari precepit. Cap. hym. ℣. de
com. plurimor. marty. Ad Bñs.
Aña. Orauit ſanctus Hyppoly-
tus voce magna, et dixit: gratias
tibi ago mi domine Jeſu Chri-
ſte: quia famulos meos in con-
ſpectu meo pati video. Oratio.
ut ſupra. Memoria de oct. Ad
hor. Antiphone de laud. Capi.
℟. ℣. de commune plurimo-
rum martyrum cum oratione,
ut ſupra. Ad veſper. Antipho.
Ceſar. Cap. Hymn. ℣. et Aña.
ad magni. de S. Alberto. memo
ria de octa. S. Laurentij, et de S.
Hyppolyto. et de S. Euſebio. añ.
Juſtũ adu. ℣. Amauit. Oratio.

DEus, qui nos beati
Euſebij confeſſoris
tui annua ſolennita
te letificas; concede
propitius: ut, cuius natalitia co
limus: per eius ad te exempla
gradiamur. Per dominum no
ſtrum Jeſum Chriſtum filium.

¶ De octa. ſancti Alberti ſe-
midup. memoria de Sanctis.

¶ In vigilia Aſſumptionis glo-
rioſe virginis Marie. Ad mat. Die
Euangelium. Loquente Jeſu 14.
ad turbas. cetera omnia de oc-
taua ſancti Alberti dicantur.
Te Deum laudamus. Memo-
ria de ſancto Euſebio. Quã hec
vigilia in dominica venerit ho-
milia predicta legatur in ſabba
tho, cetera omnia fiãt de ſancto
Hyppolyto, ut ſup. ſunt ſignata.

IN ASSVMPTIONE. Die
glorioſe virginis Marie totum 15.
duplex. Ad veſp. Aña. Hec eſt
regi. Ps. Laudate pueri. etc. ad
cete. ut ſup. In Annunciatione.
Cap. In omnibus requiem. ℟.
Sicut cedrus exaltata. Hymn.

O Quam glorifica lu-
ce coruſcas:
Stirpis Dauidice re
gia proles.
Sublimis reſidens virgo Ma-
ria:
Et ſupra celigenas etheris oẽs.
Tu cũ virgineo mater honore.
Angelorum domino pectoris
aulam
Sacris viſceribus caſta para-
ſti:
Natus hinc Deus eſt corpore
Chriſtus.

Quem

Quem cunctus venerans orbis adorat:
Cui nunc rite genuflectitur omne:
A quo nos petim⁹ te veniēte:
Abiectis tenebris gaudia lucis.
Hoc largiſte pater luminis oĩs:
Natum per proprium flamine ſacro:
Qui tecum nitida viuit in ethera:
Regnans, ac moderans ſecula cuncta. Amen.

℟. Exaltata es ſancta dei genitrix. ℣. Super choros angelorū ad celeſtia regna. Ad ben. aña. Paradiſi porta per Euā clauſa eſt, ⁊ per Mariam virginem iterū patefacta eſt. hal. Oratio.

Deus, qui virginalem aulam beatę Marię, in qua habitares, eligere dignatus es: da quęſumus, vt ſua nos defenſione munitos, iucundos faciat ſuę itereſſe feſtiuitati. Qui viuis. Memoria de ſancto Eliberto priuatim. Ad complet. ſuper Nunc dimittis. Antiphona. Halelulah. Sancta dei genitrix. hal. ⁊c. Ad mat. inui. Venite, adoremus regem regum: Cuius hodie ad ethereū mater virgo aſſumpta eſt celum. ps. Venite. Hym. Quem terra. In noctur. antiphonę, pſal. ℣. ⁊ ℟ia. require in commemora. beatę virginis, quę dicitur ab ei⁹ Purificatione vſq; ad aduētum: quę eſt poſt pſalt. Sermo ſancti Hieronymi preſbyteri. Lectio prima.

Cogitis me, o Paula, ⁊ Euſtochium, immo charitas Chriſti me compellit, qui vobis dudum tractatibus loqui conſueueram: vt nouo loquendi genere ſanctis, quę vobiſcum degunt, virginibus, Latino vtens eloquio, exhortationis gratia ſermonem faciam de Aſſumptione beatę, ⁊ glorioſę, ſemperque virginis Marię, more eorū: qui declamatorie in eccleſiis ſolent loqui ad populum. Quod vtiq; genus docendi nondum attigeram. Tu au. Lectio ſecunda.

Sed, quia negarē nequeo quicquid iniūgitis: nimia deuictus charitate veſtra: experiar, quę hortamini, affectu infantium, more balbutientium: qui quęcunque audiunt fari geſtiunt: cum necdum poſſunt ad plenum verba formare. Maxime, quia propter ſimpliciores quaſque id me depromere compellitis: vt habeat ſanctum collegium veſtrum ſermone Latino, quibus ſe occupent laudibus eadem die, quibuſve diuinis vacent lectionibus: pręſertim cum de eadem in diuerſis feſtiuitatibus multorum ſanctorū patrū ſtudia miro cuderint eloquio: quę de hac quidē vberius vbiq; i ſcripturis diuinis prędi-

cta

cta leguntur. Lectio tertia.

QUid enim aliud ſonat Euangeliſtę: niſi naſcentē dominum ex Maria virgine: & omnia eius incremēta quouſq; fuit in mūdo dumtaxat diuinis efferunt preconiis. Porro ab exordio ſancti euangelij Gabrielem Archangelum colloquentem ſanctę Marię audiſtis: & deinceps reliqua omnia plenius legiſtis. Lectio quarta.

AD preſepe quoque o Paula, te teſte: nato puero, multitudinem Angelorū inter crepundia noui partus, & querelas neſcij ploratus pro Feſcēninis: gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis, cantantes audiſti: & radiantem ſtellam vidiſti. Lectio v.

PAſtoribus inſuper euāgelizantibus credidiſti: Magos preterea tria munera deferētes in viſione beatis oculis conſpexiſti: ipſa eadem munera bene intelligendo votis omnibus, fideq; deo obtuliſti. Nam & cū eiſdem Magis Deū puerū in preſepe adoraſti. Et forte cōqueſta me delatorem: quod te prodiderim, clamabis. Lectio ſexta.

AD quod ego: Si celatū eſſe volebas, teſte conſciētia mihi narrare ante preſepiū, vbi plurimum lachrymata es, non debueras. Quoniam, vt verū fatear, Chriſti preconia, etiam ſi voluero, adiuratus, neque tuas laudes omnino tacere queo.

Secundum Lucam ca. x.

IN illo tempore: Intrauit Jeſus in quoddā Caſtellū, & mulier quędam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Et reliqua. Homilia Haymonis. Lectio ſeptima.

CAſtellum dominus intrauit: quando exinaniuit ſemetipſum: formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominū factus, & habitu inuentus vt homo. Caſtellum enim dicitur quelibet turris: & murus in circuitu eius: quę duo inuicē ſeſe defendunt: ita vt hoſtes per murum ab arce: & a muro per arcem arceantur. Tu autem domine miſe. Lectio octaua.

HUiuſmodi Caſtello nō incongrue virgo Maria aſſimilatur: quam virginitas mentis, & corporis vndiq; vallauit, quaſi murus: vt nullus vnquā libidinis eſſet ad eam acceſſus: nec ſenſus eius aliqua corrumperetur illecebra. Et quia, virginitatem cum libido non poſſit: ſolet impugnare ſuperbia: eſt in eadem virgine turris humilitatis: quę a muro virginitatis omnem repellit ſuperbiam. Lectio nona.

ET quia, humilitatem cum ſuperbia non poſſit: ſolet impugnare libido: murus virginitatis,

ginitatis, et turris humilitatis ab alterutro muniũtur: vt nunquam in humili virgine fuerit ſuperba virginitas: nec inquinata humilitas: ſed ſemper in eadem permanſerit et humilis virginitas: et virginalis humilitas. ℟. Felix. ℣. Ora pro. In ii. noct. añ. Tuam aſſumptionem. ps. Te Deum laud. ℣. Exaltata es. In laud. añ. Aſſumpta eſt. ps. Dominus. etc. au. cęt. Capitulum.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: et flores mei fructus honoris, et honeſtatis: ego mater pulchrę dilectionis, et timoris, et agnitionis, et ſanctę ſpei. Hym. O glorioſa. ℣. Elegit. Ad Bñs añ. Quę eſt iſta, quę aſcendit ſicut Aurora conſurgens: pulchra vt Luna, electa vt Sol: terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Oratio.

Veneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opẽ conferat ſalutarem: in qua ſancta dei genitrix mortẽ ſubijt tẽporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: quę filiũ tuum dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum. Qui te. Ad pri. añ. et ianu. Ad iij. Cap. In Sion. ℟. Diffuſa. Oratio. Protege do. Ad vj. cap. Et radicaui. ℣. Specie tua. Oratio. Beatę, et glorioſę. Ad ix. cap. Sicut cinnamomum. ℟. Adiuuabit. Oratio. Famulorum tuorum. Ad veſp. añ. Aſſumpta eſt. ps. Dixit dominus. Laudate pueri. etc. au. cę. cap. In omnibus requiẽ. ℟. Felix nanq;. Hym. O quam glorifica. ℣. Exaltata es. Ad Mag. añ. Hodie Maria virgo cęlos aſcendit: gaudete, quia cum Chriſto regnat in ęternum. Oratio. Veneranda. Comple. vt ſupra.

¶ Per oct. Aſſumpt. Ad matu. inuit. hym. vt in feſto. Añ. Exaltata es ſancta dei genitrix ſuper choros Angelorum ad cęleſtia regna. Ps. vt in feſto cũ ſuis añ. reſponſoria de feſto ſecundum ordinem turbarum, et dierum. Per oct. lec. die primo. Sequit de ſermone ſancti Hieronymi presby. Lectio prima.

Idcirco tuę te interrogent filię, quas lacte nutris: tu eis melius reſerabis: quę neſcio ſi per ſpeciem aliquã certe: aut in ſpiritu vidiſti. Et vos o filię pulſate matrem precibus: pulſate ad oſtium inuitantis amici: ſi quomodo tandem vobis aperiatur, quę ſunt reſerata matri. Lcō ij.

Veruntamen de his quid plura dicam? Omnia ſaluatoris geſta, et beatę Marię obſequia, necnon actus vitę ex Euangelio didiciſtis. Et nunc quid ſupereſt, vt ab aliquo doctore requiratis. Lectio tertia.

De aſſumptione tamẽ eius, qualiter aſſumpta eſt, quia

id veſtra depoſcit intentio: pręſentia abſens vobis ſcribere curaui: quę abſentia pręſens deuotus vobis obtuli: vt habeat ſanctum collegium veſtrum in die tantę ſolennitatis munus Latini ſermonis: in quo diſcat tenera infantia lactis experiri dulcedinem: & de exiguis eximia cogitare: qualiter, fauente Deo, per ſingulos annos tota hęc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur. Tu autem do.

¶ Die ſecundo. Lectio prima.

NE forte ſi venerit in manus veſtras illud Apocryphum de tranſitu eiuſdem virginis: dubia pro certis recipiatis. Quod multi Latinorum, pietatis amore, ſtudio legendi, charius amplectuntur: Pręſertim cum ex his nihil aliud experiri poſſit pro certo: niſi quod hodierna die glorioſa virgo migrauit a corpore. Lectio ſecunda.

MOnſtratur autem ſepulchrum eius nobis cernentibus vſque ad pręſens in vallis Joſaphat medio: quę vallis eſt inter montem Sion, & Oliueti poſita: quam & tu o Paula oculis aſpexiſti: vbi in eius honore fabricata eſt eccleſia, miro lapideo tabulatu: in qua ſepultam fuiſſe, vt ſcire poteſtis ab omnibus ibidem habitantibus, prędicatur. Tu autem. Lectio iij.

SEd nunc vacuum eſſe Mauſoleum cernentibus oſtenditur. Hęc igitur dixerim, quod multi noſtrorum dubitant, vtrum Aſſumpta fuerit ſimul cum corpore: an abierit relicto corpore. Tu.

¶ Die tertio. Lectio prima.

QUomodo, vel quo tempore, aut a quibus perſonis ſanctiſſimum corpus Marię de ſepulchro ablatum fuerit: vel vbi tunc fuerit tranſpoſitum: vtrumve reſurrexerit, neſcitur: quamuis nonnulli aſtruere velint eam iam reſuſcitatam: & beata cum Chriſto immortalitate in cęleſtibus veſtiri. Lectio ſecunda.

QUod & de beato Johanne Euangeliſta eius miniſtro & cui virgini a Chriſto virgo commiſſa eſt: plurimi aſſerunt: quia in ſepulchro eius non niſi manna inuenitur, quod & ſcaturire cernitur. Veruntamen quid horum verius cenſeatur ambigimus. Lectio tertia.

MElius tamen deo totum, cui nihil impoſſibile eſt, committimus: quam aliquid temere diffinire velimus auctoritate noſtra, quod non probamus: ſicut & de his: qui cum Domino, teſte Euangelio, ſurrexerunt: ſed vtrum redierint in terrę puluerem, an non: certum non habemus: niſi quod legimus, quia multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt: ac venerunt in ſanctam ciuitatem.

ſcili-

ſcilicet Jeruſalem: ⁊ apparuerunt multis.

¶ Die quarto. Lectio prima.

De quibus multi doctorũ profecto cēſuerunt, ⁊ etiã in ſuis ſcriptis reliquerũt, quod iam in illis perpetua completa ſit reſurrectio. Fatentur enim, quod veri teſtes non eſſent, niſi ⁊ vera eorum eſſet reſurrectio. Unde ⁊ beatus Petrus dixiſſe legitur, cum de Dauid loqueretur in teſtimonium. Lectio ij.

Et ſepulchrũ, inquit, eius eſt apud nos: quaſi non ſit auſus dicere: ipſum corpus eius apud nos eſt: ſed tantum ſepulchrum, quo conditus fuerat. Hinc aiunt reſurrexiſſe, ⁊ ipſuȝ cum cęteris ſanctis, ⁊ ideo vacuum remanſiſſe Mauſoleum, ſicuti nunc beatę Marię cernitur. Lectio tertia.

Quod ſane factum eſſe: ⁊ de illis quibuslibet ſcripturaruȝ locis affirmare conantur: quod hi iam cũ Chriſto regnent reſuſcitati in ęterna ſocietate. Quod, quia Deo nihil impoſſibile eſt, nec nos de beata Maria factum abnuimus: quamquam propter cautelam, ſalua fide, pio magis deſiderio opinari oportet: quam inconſulte aliquid difinire, qđ ſine periculo neſcit. Tu.

¶ Die quinto. Lectio prima

Unde ⁊ de his, de quibus certi ſumus, tantiſper loquamur ad exhortationem veſtram qualicunque ſermone, ad ędificationem, ⁊ laudem nominis dei: vt ⁊ religio conſeruetur pro famulatu: ⁊ deuotio augeatur pro affectu. Quoniã hęc virgo, quę ſola interemit vniuerſaȝ hęreticam prauitatē: ſola ſit poſt deum, quę nos confirmet in omni veritate, ſuiſque commendet precibus, ⁊ meritis auxilietur: vt ⁊ ipſi digni inueniamur in eius laudibus. Lectio ſecunda.

Quod ſi quęritur, poſt aſcēſionem domini quid egerit: vnum pro certo eſt: quia virgo ſancta ⁊ corpore, ⁊ mēte permanſit. Quaȝ ſane Gabriel Angelus, cęleſtis paranymphus intactam ſalutauit: ⁊ Johannes Apoſtol⁹, ⁊ euãgeliſta, cui Chriſtus eandem in cruce commiſit: virgo virginem ſeruauit, ſuiſqȝ ei deſeruiuit obſequijs. Tu autem domine. Lectio tertia.

Non, quod eximius ille ſanctorum chorus apoſtolorũ eam deſeruerit: inter quos poſt reſurrectionē intrans, ⁊ exiens familiarius contulit de Chriſti incarnatione: tanto ſiquidem vetius, quanto ab initio per ſpiritum ſanctuȝ plenius cuncta didicerat, ⁊ perſpexerat oculis vniuerſa: licet ⁊ Apoſtoli per eundem ſpiritum omnia cognouerint, ⁊ in omneȝ edocti peruenerint veritatē. In laud. aña. Aſſumpta,

ſumpta. pſal. vt in die cum hac ſo. Cap. hym. ℣. de feſto. Ad bñs Aña. Tota pulchra es amica mea, et macula nō eſt in te: fauus diſtillās labia tua, mel et lac ſub lingua tua: et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Jam enim hyems tranſit imber abijt, et receſſit: flores apparuerunt: vinee florentes odorem dederunt: et vox turturis audita eſt in terra noſtra. Surge, propera amica mea, veni de Libano, veni, coronaberis. Ad Magn. añ. per oct. aña. Aſcendit Chriſtus ſuper celos, et preparauit ſue caſtiſſime matri immortalitatis locum: et hec eſt illa preclara feſtiuitas omnium ſanctorum feſtiuitatibus incōparabilis: in qua glorioſa, et felix mirantibus celeſtis curie ordinibus, ad etheream peruenit thalamum: quo pia ſui memorum immemor nequaquā exiſtat. Oratio, et hor. vt in die. Ad veſp. añ. Aſſumpta. pſal. vt in die cum hac ſo. Cap. vt ſupra.

¶ Sabb. infra oct. Ad veſp. añ. Aſſumpta. pſal. vt in die cū hac ſola. Cap. ℟. hym. ℣. añe. vt in primis veſpe. Oratio, vt ſup. ad lau. Memo. de Dominica.

¶ Dominica infra oct. duplex. Ad mat. Inuit. Hym. vt in die. In j. noc. aña. Exaltata es. pſal. vt in die. Aña. Paradiſi ianue per te nobis aperte ſunt: quas hodie glorioſa cū Angelis triumphas. Aña. Sicut myrrha electa odorem dediſti ſuauitatis, ſancta dei genitrix. ℣. ℟. vt in die. Sermo ſancti Hieronymi preſbyteri. Lectio prima.

Hodie glorioſa ſemper virgo Maria celos aſcendit: rogo, gaudete: quia, vt ita fatear, ineffabiliter ſublimata cū Chriſto regnat in eternum. Regina mundi hodie de terris, et de preſenti ſeculo nequaquam eripitur. Iterum dico, gaudete: quia ſecura de ſua immarceſcibili gloria ad celi iam palatium peruenit. Tu autem. Lectio ſecunda.

Exultate, inquam, et gaudete: et letetur omnis orbis: quia hodie nobis omnibus interuenientibus, eius meritis ſalus aucta eſt: vobis autem diligentibus eam honor, et virtus vna cum reliquis virginibus ſacris amplius preſtatur, et gratia. Lectio tertia.

Icirco dilectiſſimi letamini, et laudate: quia ſi deum ore prophetico in ſanctis eius laudare iubemur: multo magis eſt in hac celebritate beate virginis Marie martyris eius oportet cum hymnis, et canticis ſpiritalibus diligentius extollere: et dignis deo preconijs iubilare, ac myſticis honorare muneribus. In ſecundo noct. aña. Specie tua. Añ. Adiuuabit. Añ. Sicut letantium omnium noſtrum habi-

habitatio eſt in te, ſancta dei genitrix. Lectio quarta.

Nulli dubium, quin totum ad laudis eius gloriã pertineat quicquid digne genitrici ſuę exhibitum, ac ſolenniter impenſum fuerit. Ex quo timeo ſatis, & valde pertimeſco: dũ veſtris cupio parere profectibus: ne forte, ſicut improbus, ita & indignus laudator inueniar. profecto cum nec ſanctitas, nec facundia ſuppetat, vt beatã, & glorioſam virginem Mariã digne laudare queam. Lectio quinta.

Quoniam: vt verum fatear: quicquid humanis dici poteſt verbis minus eſt a laude cęli: quia diuinis, & Angelicis eſt excellentius prędicata, & laudata pręconijs. A prophetis quidem pręnunciata: a patriarchis figuris, & ęnigmatibus prefigurata: ab euãgeliſtis exhibita, & monſtrata: ab Angelo venerabiliſſime, ac officioſiſſime ſalutata. Tu autem. Lectio ſexta.

Hinc, rogo, omnes pariter feſtiuitatem glorioſę virginis Marię deuotiſſime celebremus: Quia hęc eſt dies pręclara, in qua meruit exaltari ſup choros angelorum, & peruenire vltra, quam noſtrę humanitatis eſt natura: vbi non ſubſtantia tollitur: ſed glorię magnitudo monſtratur, cum eleuatur ad dexteram patris: vbi Chriſtus pro nobis introiuit pontifex factus in ęternum ad cęli palatium. In iij. noct. aña. Dignare me laudare. Aña. Specioſa facta es. Aña. Gaude Maria virgo. ℣. Adiuuabit. Tres lectio. de euange dominicę. ps. Te deũ. ℣. Exaltata. Omnia, vt in die. Memo. de dñica. Horę, vt i die. Ad veſper. aña. Aſſumpta. ps. Dixit. & cęte. ad cęteros. Capit. ℟. hym. ℣. añę, oratio, vt in die.

¶ In octaua ſancti Laurentij etiam ſi in dominica euenerit, omnia fiant ſicut in die ad modum ix. lect. cum oratione beati Laurentij, quę etiam dicatur ad hor. In primis veſp. añ. & pſ. de Aſſumptione, capitulus, & q̃ ſequuntur, de ſancto Laurentio, memo. de oct. Aſſump. Ad matu. lectiones ſex de eius vita, euange. vt in die, vel ſi dominica fuerit euangelium dominicę pronunciatur.

Sermo S. Maximi epi. Lcõ i.

Sanctum eſt, fratres chariſſimi, ac deo placitum, vt natalem beati Laurentij pręcipua deuotione veneremur: cuius radiantibus flãmis victrix in hunc quoque diem toto orbe Chriſti coruſcat eccleſia. Qui, cum in ſede glorioſiſſimi patriarchę diaconatus fungeretur officio, puritate innocentis vitę, fortiſſimeq; mortis triumpho, apoſtolico ſe conſortio copulauit. Lc. ij.

Nec

NEc immerito eum apoſtolorum comparem prędicamus, cui & caſtitas animi Leuiticum miniſteriũ dedit: & fidei plenitudo martyrij contulit dignitatem. Lectio tertia.

QUem venerabilis Sixtus Romanę vrbis antiſtes, cum impietatem ſequentis mundi per tormenta ſuperaret, & regnis cęleſtibus iã eſſet victurus, videretq; eum paterna de morte triſtiſſimum: ita eum ſpiritu preſcientię cõpellaſſe narratur. Noli, inquit, fili męſtus eſſe: poſt triduum me ſequeris. Lcõ iiij.

VNde apparet chariſſimi beatum Laurentium nõ de ſacerdotis ſui victoria habuiſſe triſtitiã, ſed doluiſſe, quia nõ etiam ipſe mundum cũ ſuo pariter ſacerdote vincebat. Lc.v.

NOli, inquit, fili męſtus eſſe, poſt triduum me ſequeris. Hoc eſt: Noli triſtis eſſe, velut apud ſeculum derelictus, nam nec te fides, vitaq; tua tali morte priuabit. Nulla te de meo trãſitu, quo ego gaudeo, perturbet anxietas, qa mox & tu habiturus es lętitiã de tua paſſione. L.vj.

VEre beati Laurentij gloria ſingularis, qui tantum de deo ſuo cõſecutus eſt gratię, vt ei martyr de martyrio propharet: quem pre ſuorũ prerogatiua meritorũ ante victoriã lętificauit, quã pugna terreret. Tu,

Ad ſecũdas veſpe. omnia de S. Lauren. memo. de Aſſump.

¶ Sancti Rochi confeſſoris, non epiſcopi; duplex. omnia de communi. Oratio. Die 16.

DEus, qui lętaris in gloria ſanctorum tuorum: & cunctis ad eorum patrocinia confugientibus ſuę petitionis ſalutarem preſtas effectum, concede plebi tuę: vt intercedente beato Rocho confeſſore tuo: a languore epidemię: quam in ſuo corpore pro tui nominis gloria paſſus eſt, ſit libera: & tuo nomini permaneat ſemper deuota. Per.

¶ Oct. ſancti Laurentij ix. lec. Die 17.

¶ Sancti Agapiti mar. Memoria tantum, vt in cõi. Oratio. Die 18.

LAetetur eccleſia tua Deus beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs: atq; eius precibus glorioſis & deuota permaneat, & ſecura conſiſtat. Per do.

¶ Beati Bernar. Abba. dup. oĩa, vt vnius confeſſ. nõ epi. Orõ. Die 20.

PErfice ĩ nobis quęſumus domine piũ ſanctę religionis affectum: & ad obtinendam gratię tuę largitatẽ, in beatus Bernard⁹ Abbas, & doctor egregius, ſuis apud te ſemper pro nobis meritis, & precibus intercedat. Per do. Lectio j.

BErnardus in Burgundię Caſtro fontanis ex nobilibus, & religioſis parentibus ca-

tus

rus eſt. Cuius pater Tecellinus miles ſeculo ſtrenuus: nec min⁹ deo, religioſ⁹: mater vero Aleth nũcupata eſt. Hęc vero filios genuit ſeptem: ſex mares: fęminaz vnam: mares omnes monachos futuros: fęminam ſanctimonialem pręuidit. Lectio ſecunda.

MOx vt puerum genuit: deo manib⁹ proprijs offerebat. Lacte vero nutriebat materno: quodammodo ipſis infundens bonam naturam. Cum autem creuiſſent quandiu ſub manu eius erant eremo magis, quaz curię, nutriebat: cibis communibus, ꝛ craſſioribus paſcens eos: quaſi continuo ad eremũ tranſmittendos. Cum ergo tertium filium, ſcilicet Bernardum, adhuc geſtaret in vtero: vidit ſomnium pręſagiuz futurorũ: catellum totum candiduz: ꝛ in dorſo ſubrufum, ꝛ latrantem nimiuz: ſe habere i vtero. Lectio tertia.

QUod cum cuidam viro dei expoſuiſſet: ille prophetica voce reſpondit: Optimi catelli eris mater: qui dom⁹ dei cuſtos futurus magnos contra inimicos d[illegible]abit latratus. Erit eniz prędicator egregius: ꝛ multos medicinalis linguę gratia curaturus. Lectio quarta.

CUm autẽ Bernardus adhuc puerulus eſſet: ꝛ graui dolore capitis ęgrotaret: venientem ad ſe muliercula z: quę capitis dolorem ſuis carminibus mitigaret: cum indignatione nimia exclamans repulit ipſam: ꝛ continuo conſurgens de Dei miſericordia liberatum ſe eſſe cognouit. Tu au. Lectio quinta.

PErpendens igitur non eſſe tutum habitare cum ſerpente fugam meditari cepit. Poſtmodum videns antiquus hoſtis propoſitum pueri: tam ſalubri eius caſtitatis propoſito inuidit: ꝛ multos tentationis laqueos ei inferebat. Tu autem domine. Lectio ſexta.

CUm enim aliquando in fęminam oculos defixos aliquandiu tenuiſſet: continuo de ſeipſo erubeſcens in ſemetipſuz ſeuiſſimus vltor inſurgit: ac in ſtagnum gelidarum aquarum inſiliens tandiu ibi permanſit: donec, pene exanguis effect⁹, gratia Dei a calore carnalis concupiſcẽtię tot⁹ refriguerat. Euãg. Nemo accendit. Lectio viij.

CIrca idem tempus ad inſtinctum dęmonis puella quędam in lectuz ſancti dormiẽtis ſe nudam iniecit. Quod ille ſentiens: omni pace ꝛ ſilẽtio partem ei lectuli, quam occupauerat, conceſſit: ꝛ in latus alterum ſe vertens obdormiuit. Miſera vero illa aliquandiu ſuſtinẽs, ꝛ expectans: deinde palpans, ꝛ ſtimulans: nouiſſime cum immobilis ipſe perſiſteret: illa, licet impu-

impudentiſſima eſſet, erubuit: et horrore ingenti, atque admiratione perfuſa aufugit. Lectio ix.

Demum cum multa miracula perpetraſſet: et centum quinquaginta monaſteria conſtruxiſſet: et multos libros: et tractatus compilaſſet, conſummatis annis vitę ſuę ſexagintatribus: anno domini milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio inter filiorum manus obdormiuit in domino.

Die xxii. In octa. glorioſę virg. Marię duplex. Ad veſpe. aña. Aſſumpta eſt. ps. Dixit. Cum hac ſola. Cap. R. hym. V. añ vt in pri. veſpe. feſt. Oratio.

Concede quęſumus omnipotẽs deus ad beatę Marię ſemper virginis gaudia ęterna nos pertingere: cuius venerãdę Aſſumptionis tribuis annua ſolennitate gaudere. Per.

Die xxii. Commemoratio de ſanctis Timotheo, et Simphoria mar. vt in communi. Oratio.

Auxilium tuum nobis domine quęſumus placatus impendere, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Timotheo, et Symphoriano, dexteram ſuper nos tuę maieſtatis extende. Per dominum noſtrum Jeſum. Ad matut. Inuit. hym. pſal. antiphonę. V. R. vt in dominica et lect. ſex. de ſermone, Adeſt nobis, tres de euang. Intrauit Jeſus. vel de dominica, ſi fuerit in ea. Lectio prima.

Adeſt nobis dilectiſſimi dies valde venerabilis: dies omnium ſanctorum ſolennitatis pręcellens. Adeſt, inquam, dies pręclara: dies, in qua e mundo migraſſe creditur virgo Maria. Lectio ſecunda.

Et ideo cum ſumma exultatione laudes intonet vniuerſa terra tantę virginis illuſtrata exceſſu: quia indignum valde eſt, vt illius recordationis ſolennitas ſit apud nos ſine maximo honore: per quam verum meruimus ſuſcipere vitę auctorem. Lectio tertia.

In hac ſiquidem die competenter ſponſo illi cęleſti proclamat virgo Maria: Tenuiſti dexteram manum meam, et in voluntate tua deduxiſti me: et cum gloria ſuſcepiſti me. Tu autem do. Lectio quarta.

Hodie, inquam, et ipſa a ſponſo filio, et domino congrue audit: Jam enim hyems tranſijt et imber abijt, et receſſit: ſurge, propera amica mea: ſpecioſa mea: columba mea, et veni. Hoc ici circo diximus fratres: quia, ſicut iam in conſuetudinem Chriſti ſuſcepit eccleſia: hodierna die ad cęlos. Aſſumpta creditur fuiſſe virgo Maria. Lectio quinta.

Sed quo ordine hinc ad ſuperna

pernã tranſierit regna: nulla catholica narrat hiſtoria. Non ſolum autē reſpuere apocrypha: verumetiā ignorare dicitur hęc eadem Dei eccleſia. Et quidē ſunt nonnulla ſine auctoris nomine de eius aſſumptione conſcripta: quę, vt dixi, ita cauentur; vt ad confirmandam rei veritatem legi minime permittantur. Lectio ſexta.

HInc ſane pulſantur nonnulli: quia nec corpus eius in terra inuenitur: nec aſſumptio eius cum carne (vt in apocrypha legitur) in catholica hiſtoria reperitur. Quibus dicendum: quia, ſi Moyſi corpus ab homine non inuenitur in terris: cum quo locutus eſt Deus facie ad faciem: illius corpus querere dementię eſt, per quam idem maieſtatis Deus incarnatus effulſit in terris. In laudibus antiphonę pſal. &c. vt in die cum oratione. Concede quęſumus omnipotens Deus. Horę, vt in die. Ad veſpe. aña. Aſſumpta. pſ. Dixit. & cęte. ad cęte. Capitulum. ℟. Hym. ℣. antiphonę, vt in die. Oratio. Famulorum.

Die 23. ¶ Memor. de ſancto Zacchęo epiſcopo, & cōfeſſore, de cō. Orō.

TRibue quęſumus domine infirmitati noſtrę temporale præſidium, vt, qui beati Zacchęi confeſſoris tui, atque pontificis memoriam venerandam agimus: ipſius meritis ab omnibus liberemur offenſis. Per dominum. Ad complet. Hym. Te lucis. Si in ſecūda feria fiat de feria, cum ℣. Gloria tibi domine qui. Ali. 3. Haleluiah. Sancta dei. pſ. Nunc dimittis. Hęc octa. ſi in ſabbato euenerit, veſperę fiant de octa. & memoriā de dominica. Si in dominica euenerit, totū fiat de octaua, vt ſup. Memoria de dominica.

¶ In vigilia beati Bartholomęi, vt in cęteris vigiliis Apoſtolorum. Dum hęc vigilia in dominica euenerit, nihil fiat de vigi. hoc anno.

Die 24. ¶ In natali ſancti Bartholomęi. Ad veſpe. Cap. Non vos me. ℟. Qui ſunt iſti. Hymnus.

BArtholomęe, cęli ſydus aureum millies ſupra Solis iubar radians, erige mentes noſtras polo turbidas, ęgrasq; noſtras ſana cōſciētias. ℣. Annue Chriſte. ℣. In omnem terram. Ad Magnificat Tradent. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui huius diei venerandam, ſanctamque lętitiam in beati Apoſtoli tui Bartholomęi ſolennitate tribuiſti: da eccleſię tuę, quęſumus, & amare, quod credidit: & prędicare, qđ docuit. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

Memoria de ſancto Zaccheo. Ad matut. omnia de communi Apoſtolorum. Lectio prima.

Indie tres apud hiſtoriographos eſſe dicuntur. Prima eſt India, que ad Ethiopiam mittit: ſecunda, que ad Medos: tertia, que finem mundi facit. In hanc ergo ingreſſus eſt Bartholomeus Apoſtolus, et ingreſſus eſt in templum, in quo erat idolum Aſtaroth: et quaſi peregrinus ibi manere cepit. In hoc autem idolo demon talis erat, qui diceret ſe curare languores: cecos ſine dubio, quos ipſe ledebat, illuminare. Tu au. Lectio ii.

Unde factum eſt, ut, ſancto Bartholomeo ibi manente, nulla reſpōſa daret Aſtaroth: et nulli poſſet ex his, quos leſerat, ſubuenire. Cumque iam plenum eſſet languentibus templum: et quotidie ſacrificantibus nullum poſſet demon dare reſponſum: perrexerunt ſacerdotes in aliam ciuitatem, ubi alius demon celebrabat nomine Berith. Et illi ſacrificantes ceperunt inquirere: quare deus eorum non daret eis reſponſum. Lectio tertia.

Reſpondens autem Berith, dixit. Deus veſter ſic religatus, et catenis ſtrictus tenetur: ut neque ſuſpirare audeat: neque loqui, ex illa hora, qua apoſtolus dei Bartholomeus ingreſſus eſt. Dicunt ei ſacerdotes: Et quis eſt iſte Bartholomeus? Reſpondit demon: Amicus dei omnipotentis: et ideo huc venit, ut omnia demonia, que colunt Indi, euacuet. At ipſi dixerunt ei: Dic nobis ſigna eius, ut poſſimus inuenire eum. Lectio iiij.

Quibus demon dixit: Capilli nigri capitis, et criſpi: caro candida: oculi grandes: nares equales, et directe: aures coopertę crine capitis: barba prolixa: habens canos paucos: ſtatura equalis, que nec longa poſſit, nec breuis aduerti. Veſtitur collobio albo clauato purpura: induitur pallio albo, per ſingulos angulos habens gemmas purpureas. Tu autem. Lectio quinta.

Viginti et ſex anni ſunt, quod nunquam ſordidantur ſandalia, et veſtimenta eius nunquam veteraſcunt. Centies flexis genibus per diem: et centies per noctem orat deum: Vox eius quaſi tuba vehemens eſt. Angeli dei cum eo ambulant: qui nunquam eum fatigari, nec eſurire permittunt. Semper eodem vultu, et animo letus, et hilaris perſeuerat: Omnia preuidet: omnia nouit: omnium gentium linguas nouit, et intelligit: et, quod vobiſcum loquor, ipſe iam nouit. Et, quando queritis eum: ſi vult, oſtendet ſe vobis: ſi non vult, non poteritis eum inuenire. Tu autem

tem domine. Lectio ſexta.

R Ogo vos, vt, cum eum inueneritis, rogate eum, ne huc veniat: ne Angeli ſui hoc mihi faciant, quod iã ſocio meo fecerunt. Cum igitur per duos dies ſolicite eum quęrentes minime inueniſſent: quadam die dęmoniacus clamauit, dicens: Apoſtole dei, orationes tuę incendunt me. Cui apoſtolus: Obmuteſce, et exi ab eo: et ſtatim liberatus eſt. Quod audiens Rex regionis illius nomine Polemius: cum haberet filiam lunaticam: miſit ad Apoſtolum rogans: vt ad ſe veniret, et filiam ſuam ſanaret. Tu autem. Euang. Facta eſt contentio inter diſcipulos. Et reliqua. Lectio octaua.

C Um apoſtolus veniſſet ad filiam regis, et eam catenis ligatam videret: quia accedẽtes morſibus lacerabat: iuſſit eã ſolui. Et cum miniſtri ad eam accedere non auderent, dixit: Ego dęmonium, quod in ea erat, iam ligatum teneo: et vos timetis? Et ſtatim ſoluta, et liberata eſt. Poſt hoc regem conuertit: et fidem cuidem pręedicauit: ſicque rex cum vxore, et filijs, omnique populo baptizatus eſt. Lectio nona.

A D vltimum in Albano maiori Armenię vrbe: viuus a barbaris decoriatus, atque per iuſſum Regis Aſtyagis decollatus eſt. Sed Chriſtiani corpus eius honorifice ſepelierunt. Rex autem Aſtyages, et templorum Pontifices a dęmonibus arrepti mortui ſunt. Paſſus eſt autem ipſe viij. calen. Septembris: regnante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, et gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Horę, et veſp. de communi Apoſtolorum cum oratione, vt ſup.

¶ Lucij papę, et mar. ſemidup. Die 24.

¶ Memo. de ſancto Ludouico confeſſo. vt vnius confeſſo. non epiſcopi. dup. Oratio. Die 25.

D Eus, qui beatum Ludouicum confeſſorẽ tuum de temporali, ac terreno regno ad ęterni, et cęleſtis regni gloriam tranſtuliſti: eius quęſumus meritis, et interceſſione Regis regum Ieſu Chriſti filij tui cohęredes nos efficias, et eiuſdem regni tribuas eſſe conſortes. Per dominum noſtrum. Lectio prima.

B Eatus Ludouicus Rex Francorum patrem habuit Chriſtianiſſimum nomine Ludouicum. Hic de Albigeſio, et comitatu Tholoſano hęreticis debellatis in Franciam rediit, et migrauit ad Chriſtum. Puer igitur patre orbatus ſub tutela matris Blanchę Reginę quondam Regis Caſtellę filię remanſit. Quem mater tenerrime diligens ſub cura ſpecialis magiſtri, et conſilio religioſorum vi-

rorum in moribus, & ſcientia literarum tradidit imbuendum.

Lectio ſecunda.

Rex vero, velut alter Salomon, pulcher, & ingenioſus, ſuper coetaneos ſuos profecit valde laudabiliter. Cuius ſanctitati congaudens pia mater pluries dixit ei: potius vellem chariſſime fili te incurrere mortem temporalem, quam per aliquod peccatum mortale tuū offenderes Creatorem. Quod verbum deuotus filius ſic in animo confirmauit, quod diuina ſe protegente gratia: nunquā ſenſiſſe letalis criminis contagium perhibetur. Lectio tertia.

Et quoniam ſciebat, quod in diuitijs pietas: in delicijs caſtitas: in honoribus humilitas periclitari ſolet: ideo ſobrietati, humilitati, & miſericordię animum dedit. Ab inſidijs vero mundi, carnis, & diaboli cuſtodiens ſolicite ſeipſum: & exemplo Apoſtoli corpus ſuum caſtigans: & in ſeruitutem redigens: caſtigatione multiplici ſpiritui ſeruire cogebat. Tu autem domine. Lectio quarta.

Beatus vero Ludouicus cilicio communiter vtebatur ad carnem: &, quando propter nimiam debilitatem hoc dimittebat ad inſtantiam ſui confeſſoris: volebat, quod idem confeſſor ſuus, quaſi in recompenſationem: pro quolibet die quadraginta ſolidos Pariſienſes, ſecreto pauperibus erogaret. Vigilijs quoque, & orationibus, laboribus, & alijs ſecretis abſtinentijs, & diſciplinis iugiter ſe affligebat. Lectio quinta.

Tandem poſt multorū annorum curricula: quibus ſe in omni genere virtutum exercuit: audiens diſſolutionem terrę ſanctę velut alter Mathathias cum filijs ſuis: gentis Chriſtianę, & ſanctorum mala ferre non ſuſtinens: Deo inſpirante transfretare curauit cum tribus filijs ſuis militibus: & magnatibus, ac nobilibus regni, & communis populi multitudine copioſa.

Lectio ſexta.

Cumque Rex ſanctus cum populo ſuo naues aſcendere voluiſſet: filios vultu clementi proſpiciens, & ad primogenitum ſermonem dirigens, ſic ait. Conſidera fili, quod ego iam grandęuus alias transfretaui: & quod Regina mater tua iam proceſſit in diebus ſuis: regnum noſtrum fauente deo poſſidemus quiete, & pacifice: diuitijs, & honoribus quantum libuit, & licuit perfruentes. Euangelium. Nemo aſcendit. Lectio octaua.

Vide igitur, quod pro Chriſto, & eccleſia, nec parce

meę

niſ ſenectuti, nec tuę matris
deſolationis miſereor, ⁊ diuitias,
⁊ honores relinquo: ⁊ expono
pro Chriſto. Et hoc icirco te
audire volui: vt, cum poſt obi-
tum meum ad regnum perue-
neris: pro Chriſto, ⁊ eccleſia de-
fendenda nulli rei parcas: nec
vxori: nec liberis: nec regno.
Deinde ad terram ſanctam pro-
ficiſcens: cum veniſſet ad Afri-
cam, intra Carthaginis caſtrũ,
⁊ diuerſis ſe expoſuiſſet labori-
bus virtutum: deo diſponente
lecto decubuit: ⁊ febre continua
fatigatur. Lectio nona.

Inualeſcente igitur morbo,
ſana mente, integro aſpectu,
⁊ auditu, ſeptem Pſalmos di-
cens, ⁊ ſanctos inuocans, ſuſce-
pit omnia eccleſiaſtica ſacramẽ-
ta. Demum ad extremã horam
veniens: ⁊ ſuper ſtratum cine-
rum in modum Crucis extenſis
manibus verba vltima proferẽs:
Pater in manus tuas commen
do ſpiritum meum, anno domi-
ni M. CClxx. expirauit.

Die ¶ Zepherini mart. ſemidup.
26. ¶ Sancti Rufi marty. ix. le
Die ... vt in communi. Oratio.
27. Adeſto domine ſupplicatio-
nibus noſtris, ⁊ beati Ru-
fi martyris tui interceſſionibus
confidentes: nec minis aduer-
ſantium: nec vllo perturbemur
hoſtium incurſu. Per domi-
num noſtrũ Jeſum Chriſtum.

¶ Sancti Auguſtini epiſcopi, Die
⁊ docto. dup. Ad veſperas Añ. 28.
Letare mater noſtra Jeruſalẽ,
quia rex tuus diſpenſatorẽ ſtre-
nuũ, ac ciuẽ fideliſſimũ de ſeruitu-
te Babylonis tibi redemit Au-
guſtinũ. Añ. Vt occurrerẽ ... Hu-
ius mater deuotiſſima, quẽ prius
carne pepererat mũdo: charitatis
viſceribus poſtmodũ multo ſemi-
ne lachrymarũ genuit Chriſto. Añ.
Diſtulit tamẽ diu baptiſmi gra-
tiam: quia, tumens inani Phi-
loſophia, volebat humana ratio-
ne comprehendere: quod pia
mens viuacitate fidei nititur ap-
prehendere. Añ. Surgens au-
tem poſt multos circuitus erro-
rum: circuibat ciuitates per vi-
cos, ⁊ plateas, quęrendo verum
animę virum: pro quo, ne mo-
reretur, dignum iudicaret mo-
ri: vt eius ſemper inhęreret a-
mori. Antiphona. Inuentus
igitur a cuſtodibus ciuitatis: ⁊
pallio vetuſtatis exutus: dili-
genter pertractata cũ illis ve-
ritate, quam deſiderabat, inue-
nit: ⁊ caſtis eius amplexibus ar-
denter inhęſit. Capitulum. In
medio eccle. ℟. Vulnerauerat
charitas Chriſti cor eius, ⁊ ge-
ſtabat verba eius in viſceribus:
quaſi ſagittas acutas: Et exem-
pla ſeruorum dei, quos de mor-
tuis viuos fecerat, tanquam
carbones vaſtatores. ℣. Aſcen-
denti a conualle plorationis:

⁊ cantanti canticum graduum: dederat ſagittas acutas. Et. Hym. Iſte confeſſor. ℣. Amauit. Ad Mag. an. Adeſt dies celebris: quo ſolutus nexu carnis ſanctus præſul Auguſtinus aſſumptus eſt cum Angelis: vbi gaudet cum prophetis: lætatur cum Apoſtolis: quorum plenus Spiritu: quæ prædixerunt myſtica, fecit nobis peruia: poſt quos ſecunda diſpenſandi verbi Dei primus refulſit gratia. Oratio.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: ⁊, quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges: intercedente beato Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum.

Die 28. ¶ Memoria de ſancto Hermete martyre. Oratio.

Deus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: ⁊ nulla eius aduerſa formidare. Per dominum.

Ad mat. Inui. Magnus dominus: ⁊ laudabilis valde: ⁊ ſapientiæ eius non eſt numerus: Qui de tenebris gentium lumen eccleſiæ ſuæ vocauit Auguſtinum. Hym. Iſte cõfeſſor. In j. noc. añ. Aperuit Auguſtinus codicem Apoſtolicum: ⁊ coniectis oculis ad primum capitulum legit, induimini dominum Ieſum Chriſtum: ⁊ ſtatim, quaſi infuſa luce ſecuritatis: ab eo omnes dubietatis tenebræ diffugerũt. Pſal. de vno epiſcopo, ⁊ confeſſ. Aña. Inſinuauit ergo per literas ſancto viro Ambroſio præſens votum ſuum: vt moneret: quid ſibi de libris ſanctis legendum eſſet: quo percipiendæ Chriſtianæ gratiæ aptior fieret, atque paratior. Aña. At ille iuſſit Iſaiam prophetam, quod præ ceteris euangelij, vocationiſque gentium ſit prænunciator apertior. ℟. Amauit. Lectio prima.

Auguſtinus, Tagaſtæ in Africa, honeſtis parentibus, natus, ac puer docilitate ingenij æquales longe ſuperans, breui omnibus doctrina antecelluit. Adoleſcens, alienus a Chriſtiana religione, Mediolanum ſe contulit: vbi cum frequens Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi, eſſet auditor: eius opera incenſus ſtudio Chriſtianæ fidei, circiter trigeſimũ annũ agens, ab ipſo baptizatur. ℟. Inuenit ſe Auguſtinus longe eſſe a Deo in regione diſſimilitudinis: tanquam audiret vocem Dei de excelſo: cibus ſum grandium. Creſce: ⁊ manducabis me. ℣. Nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ: ſed tu mutaberis in me. Creſce. Lectio ſecunda.

Reverſus in Africam cum religione vitę ſanctimoniã coniungens, a Valerio, noīę ſanctitatis, epiſcopo Hipponenſi, presbyter factus eſt, quo tēpore familiam inſtituit religioſorū: quibus cum victu communi eodemque cultu vtens, eos ad apoſtolicę vitę doctrinęq; diſciplinam diligentiſſime erudiebat: ſed cum vigeret Manicheorū heréſis, in qua etiā ipſe aliquandiu fuerat, vehementius in illā inuehi cępit: Fortunatumque hereſiarcam cõfutauit. ℟. Sentit igitur, & expertus eſt non eſſe mirum, quod palato non ſano pena eſt panis: qui ſano eſt ſuauis. Et oculis ęgris odioſa eſt lux: quę puris eſt amabilis. ℣. Propter iniquitatem corripuiſti hominem: & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius. Et oculis. Lectio tertia.

Hac Auguſtini pietate cõmotus Valerius eum adiutorē adhibuit epiſcopalis officij. Nihil illo fuit humilius, nihil continentius. Lectus ac veſtitus, moderatus, vulgaris menſa, quam ſemper ſacra vel lectione vel diſputatione condiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes, vt cum nõ eſſet alia facultas, ſacra vaſa frangeret ad eorū inopiam ſuſtentandam. Feminarum, & in eis ſororis, & fratris filię contuberniū, familiaritatēq; vitauit: quippe, qui diceret, etſi propinquę mulieres ſuſpectę nõ eſſent tamen, quę ad eas ventitarent, poſſe ſuſpicionem efficere. ℟. Tunc vero inuiſibilia Dei per ea, quę facta ſunt, intellecta conſpexit: ſed aciem figere non valuit. Quia non ſecum ferebat, niſi amantem memoriam: & quaſi olfacta deſiderantē, quę comedere nondum poſſet. ℣. Quid autem ſacramenti haberet, verbum caro factum eſt, ne ſuſpicari quidē poterat. Quia. In ij. noct. Aña. Veruntamen primam huius lectionem non intelligens, totumq; tale arbitrans diſtulit repetendum exercitatior in dominico eloquio. Aña. Inde vbi tēp̄s aduenit, quo nomen ei dare oporteret, relicto rure, Mediolanum remeanē: baptizatus eſt a beato Ambroſio: fugitq; ab eo ſolicitudo vitę preteritę. Aña. Nec ſatiabatur illis diebus dulcedine mirabili conſiderare altitudinem conſilij diuini ſuper ſalutem generis humani. ℣. Iuſtum. Lectio iiij.

Nullum finem fecit prędicandi Dei verbū niſi graui morbo oppreſſus. Hereticos inſectatus & coram & ſcriptis, ac nullo loco paſſus cõſiſtere. Africam a Manicheorum, Donatiſtarum, Pelagianorum, multorumque pręterea hereticorum errore liberauit. ℟. Itaq; auidiſſi-

me legere cepit pre ceteris Apoſtolum Paulum: et perierunt ille queſtiones, in quibus aliquando viſus eſt ei aduerſari teſtimoniis legis. Et prophetarum textus ſermonis eius. ℟ Et apparuit ei vna facies eloquiorum caſtorum, et exultare cum tremore didicit. Et pro. Lectio quinta.

Nam multa pie, ſubtiliter, et copioſe ſcripſit, vt Chriſtianam doctrinam maxime illuſtrarit, Quem in primis ſecuti ſunt, qui poſtea theologicam diſciplinam via, et ratione tradiderunt. Vandalis, Africam bello vaſtantibus, et Hipponem tertium iam menſem obſidentibus, in febrim incidit. Itaque cum diſceſſum e vita ſibi inſtare intelligeret, pſalmos Dauid, qui ad penitentiam pertinent in conſpectu poſitos profuſis lachrymis legebat. ℟. Miſit ergo dñs in mentem eius: viſumque eſt ei bonum in conſpectu eius pergere ad Simplicianum: qui ei apparebat bonus ſeruus Dei, Et lucebat in eo gratia diuina. ℣. Audierat enim, quod a iuuentute ſua deuotiſſime deo viueret, et vere ſic erat. Et. Lectio ſexta.

Solebat aũt dicere neminẽ etſi nullius ſceleris ſibi cõſcius eſſet, committere debere, vt ſine penitẽtia migraret e vita. Ergo ſenſibus integris, in oratione defixus aſtãtibus fratrib⁹, quos ad charitatem, pietatẽ, virtuteſque oẽs erat adhortatus, migrauit in celũ. Vixit annos ſeptuaginta ſex in epiſcopatu ad quadraginta. Cuius corpus primum in Sardiniam delatũ, deinde a Leoprando Longobardorũ rege magno pretio redemptum, Ticinum tranſlatum eſt, ibique honorifice conditum. ℟. Volebat enim conferenti ſecũ eſtus ſuos, vt proferret, quis eſſet aptius modus viuendi ſic affecto, vt ipſe erat, ad ambulandum in via Dei. In qua alius ſic, alius ſic ibat. ℣. Diſplicebat ei quicquid agebat in ſeculo pre dulcedine Dei, et decore domus eius: quam dilexit. In qua. In iii. noc. Ant.

Flebat autem vberrime in hymnis, et canticis: ſuaue ſonantis eccleſie vocibus vehementer affectus. Ant. Voces igitur ille influebant auribus eius, et eliquabatur veritas in cor eius: et fluebant lachryme: et bene illi erat cum eis. Ant. Adiunctis inde Nebridio, et Euodio, remeabat ad Africam: querens quis eos ad bene viuendum locus haberet vtilius: ſed cum eſſet apud oſtia Tyberina: pia mater eius defuncta eſt. ℣. Iuſtus, vt palma. Euange. Homo quidam peregre. ℟. Vulnerauerat cha. vt in primis ve pe. ℟ Accepta baptiſmi gratia, poſitus apud oſtia Tyberina cum matre ſua,

colloquebantur ſoli valde dulciter: et inhiabant ore cordis pariter in ſuperna fluente fontis vitę: Vileſcebatque mundus iſte inter verba: cum delectationibus ſuis. ℣ Tunc ait illa filio: nulla re iam delector in hac vita, cum te contempta fęlicitate terrena videam ſeruum Dei. Vale. ℟. Verbum Dei vſque ad ipſam ęgritudinem imprętermiſſe, alacriter, et fortiter, ſana mente, ſanoque conſilio in ſancta eccleſia prędicauit. Membris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu, atque auditu, coram poſitis fratribus, et orantibus dormiuit cum patribus ſuis. ℣. Teſtamentum nullum fecit: quia vnde faceret pauper Chriſti non habuit. Memb. pſalm. Te Deum. ℣. Ora pro nobis. In laud. Antiphon. Poſt mortem matris reuerſus eſt Auguſtinus ad agros proprios: vbi cum amicis, ieiuniis, et orationibus vacans, ſcribebat libros: et docebat indoctos. pſal. Dominus regnauit. Antipho. Comperta autem eius fama beatus Valerius Hyponenſis Epiſcopus, eum ad ſe accerſiri fecit: et licet inuitum preſbyterum ordinauit. Aña. Factus ergo preſbyter monaſterium Clericorum mox inſtituit et cępit viuere ſecundum regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam. Aña. Sanctus autem Valerius ordinator eius exultabat vberius: hominem ſibi talem datum diuinitus: qui in doctrina ſana ędificare eccleſiam eſſet idoneus. Antipho. Eodem tempore Fortunatus pręſbyter Manichęorum verſutia plurimos ſeducebat: quem ſanctus Auguſtinus in conuentu omnium diſputans publice ſuperauit. Capit. hymn. ℣. vt in communi. Ad Benedictus. Antipho. In diebus eius obſeſſa eſt ciuitas Hyponenſis ab exercitu Barbarorum: inter quę mala fuerunt Auguſtino lachrymę ſuę panes die, ac nocte: atque ſub hoc euentu ad extremam horam veniens obdormiuit in pace. Oratio vt ſup. Memoria de S. Hermete. Ad horas de laud. cętera de communi. cum oratione vt ſupra. Ad ii. Veſper. Antiphona. Poſt mortem. pſal. Dixit. et cęter. ad cęt. Capit. Beatus vir, qui ſuffert. ℟. Puellę ſaltanti. Hymn. Deus tuorum. ℣. Gloria et hono. Ad Magnificat. Antiphona. Arguebat Herodem. Orat. Sancti Johannis Baptiſtę. Memoria de Sancto Auguſtino. Antiphona. Hodie glorioſus. ℣. Amauit. Oratio. Adeſto ſupplicationibus, vt ſupra. Ad Magn. Aña.

Hodie

Hodie glorioſus pater Auguſtinus: diſſoluta huius habitationis domo domum non manufactam accepit in cęlis: quam ſibi, cooperante gratia Dei, manu, lingua fabricecit in terris: vbi id, quod iam ſitiuit internum, guſtat ęternum: decoratus vna ſtola, ſecuruſq; de reliqua. Aña. Arguebat Herodem Johánem: propter Herodiadem, quá tulerat fri ſuo Philippo vxoré. Or.

SAncti Johannis Baptiſtę, & martyris tui, quęſumus domine, veneranda teſtiuitas ſalutaris auxilij nobis pręſtet effectum. Per dominū.

Memoria de Sancta Sabina virgine, & marty. vt in cōmuni.

Die 29. ¶ In die Decollationis ſancti Johannis Bapt. dup. Ad mat. Inuit. Juſtus florebit in dom. Hym. Deus tuorum. Añę. pſal. ℣. & aliqua Reſponſoria, vt ſu. in eius natiuitate.

Sermō ſancti Chryſologi, Archiepiſcopi Rauennatis. Lec. j.

HOdie nobis fratres chariſſimi Johánis virtus, & Herodis feritas demonſtratur: cum refertur, confuſa ſunt viſcera: corda tremuerunt: caligauit viſus: hebuit intellectus: anfugit auditus. Aut quid conſtat in ſenſibus humanis: quando perdidit virtutum magnitudinem criminum magnitudo: Herodes, inquit, tenuit Johanné & alligans poſuit eum in carcerem. Qui vincula ſoluit peccatorum: peccatorum vinculis alligatur: vt vincta venia locum venię nō relinquat. Alligauit enī eum, & poſuit in carcerem. ℟. Miſit Herodes Rex manus: ac tenuit Johannem: & vinxit eum in carcere: quia metuebat eum, propter Herodiadem: Quam tulerat fratri ſuo viuenti Philippo vxorem. ℣. Arguebat Herodem Johannes propter Herodiadem Quam. Lectio ij.

HErodes in adulterium facis: & in carcerem tranſis Johannes? ſic iudicas ſedens in loco iudicis: reus iudicij: innocentię perſecutor? Rogo, vbi rerum facies? vbi forma? vbi pudor? vbi ęſtimatio publici cognitoris? vbi Deus? vbi homo? vbi fas? vbi lex? vbi ipſius iura naturę? Simul ſunt omnia Herodes, te agente, te iubente, te faciente, confuſa. Herodes te petit iam cauſa: te arguunt vincula: te carcer accuſat: te diuulgat producta i publicū pęna. ℟. Puellę ſaltanti imperauit mater: nihil aliud petas: niſi caput Johānis Baptiſtę. Et contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum: & propter ſimul diſcumbentes. ℣. Quę cū exiſſet: dixit matri ſuę: quid petam? at illa dixit: caput Johannis Baptiſtę. Et contriſtatus.

ſtatuo. **Lectio tertia.**

DIcebat Johannes. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Ecce vnde Johannes offendit, ecce vnde Herodes fuerit: malos qui monet offendit: incurrit odium: qui arguit criminoſos. Johannes dicebat, qđ erat legis: quod erat iuſtitię: qđ erat ſalutis: certe, quod non erat odij, ſed amoris. Ecce qualem conſecutus eſt ab impio pro pietate mercedem: volens, inquit, occidere eum: timuit populum. ℟. Hic pręcurſor. **Lectio iiij.**

FAcile deuiat a iuſtitia: qui in cauſis non Deum, ſed hominem formidat. Hinc peccandi differt facultatem: ſed nō aufert voluntatem. Unde etiā, quos ſuſpendit a crimine, audiores reddit ad crimē: ⁊ ęſtuat animo quouſque perficiat, quod cogitat, malū. Solus enim Dei timor eſt, qui nocentes corrigit: fugat crimina: perpetem tribuit facultatem. ℟. Johannes Baptiſta arguebat Herodem: Propter Herodiadem: quam tulerat fratri ſuo Philippo viuenti vxorem. ℣. Herodes enim tenuit: ⁊ ligauit Johannem: ⁊ poſuit eum in carcerē. Pro. **Lectio v.**

AUdiamus ipſam beati Johannis paſſionem. Die, inquit, natalis Herodis: ſaltauit filia ipſius Herodiadis in medio triclinio: ⁊ placuit Herodi: ⁊ omnibus amicis eius: ⁊ iureiurādo pollicitus eſt ei dare: quodcunque poſtulaſſet ab eo. At illa pręmonita a matre. Da mihi, inquit, in diſco caput Johannis Baptiſtę. Hęc eſt mulieris antiqua ſuggeſtio: quę Adam eiecit de Paradiſi delicijs. ℟. Miſſo Herodes ſpiculatore pręcepit amputari caput Johannis in carcere: quo audito diſcipuli eius venerunt: ⁊ tulerunt corpus eius: Et poſuerūt illud in monumentum. ℣. Audientes diſcipuli btī Johannis Baptiſtę, venerunt: ⁊ tulerunt corpus eius. Et. **L. vj.**

HÆc mulier cęleſtes homines fecit terrenos: hęc humanum genus dimiſit in infernū: hęc vitam abſtulit mundo, propter vnius arboris pomū. Hoc malum homines ducit ad mortem: hoc malum fugit Elias propheta: ⁊, cuius lingua facta eſt clauis cęli: tanquam reus fugit a facie mulieris. Hęc inuenit verum laborem: ⁊ preſſurā quę nunc occidit Johannem Baptiſtam. ℟. Pręcurſor.

Secundum Marcum. 7.

IN illo tempore: Miſit Herodes Rex, ac tenuit Johannem: ⁊ vinxit eum in carcerem: propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui: quia duxerat eam. **Et reliqua.**

Hom. b. Augu. epi. L. vij.

DUm ſanctū Euangelium legere

legeretur, crudele ſpectaculum ante oculos noſtros conſtitutū eſt. Caput ſancti Johannis in diſco feralis miſit crudelitas, propter odium veritatis. puella ſaltat, ⁊ ſęuit mater: ⁊ inter delicias, ⁊ laſciuias conuiuantium temere iuratur: ⁊ impletur. Factum eſt Johanni, quod ipſe prędixerat: Illum oportet creſcere: de domino dixerat: me autem minui. Iſte eſt minutus in capite: ille creuit in cruce. ℟. Accedentes diſcipuli Beati Johannis Baptiſtę: Tulerunt corpus eius: ⁊ ſepelierunt illud. ℣. Juſſu Herodis amputatum eſt caput Johannis: quo audito diſcipuli eius. Tulerunt.

Lectio octaua.

Odium peperit veritas: non potuit ęquo animo tolerari, quod homo Dei ſanctus monebat: reſponderunt illi mala pro bonis. Quid enim Johannes diceret, niſi quo plenus erat? Et quid illi reſponderent, niſi, quo pleni erant? Ille triticum ſeminabat: ſed ſpinas inuenit: Dicebat regi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vincebat regem libido: tenebat apud ſe prohibitam vxorem fratris ſui: ſed eam tamen ſic tenebat, vt non ſęuiret. Honorauit eum, a quo verum audiebat. Sed deteſtabilis mulier odium concipiebat: quod aliquando dato tempore pareret. Quando parturiebat peperit filiam ſ filiam ſaltatricem. ℟. Metuebat Herodes Johannem, Sciēs eum virum ſanctum, ⁊ iuſtum, ⁊ cuſtodiebat eum. ℣. Et audito eo multa faciebat: ⁊ libenter eum audiebat. Sciens. Lec. ix.

Admonet non locus iſte chariſſimi: vt propter vitam, ⁊ mores noſtros aliquid de iuramento tractemus. Falſa iuratio non eſt leue peccatum: immo tam magnum peccatum eſt falſum iurare: vt propter reatum falſę iurationis dominus prohibuerit omnem iurationē. Dictum eſt: Non periurabis: reddes autem domino iuſiurandum tuum. Ego autem dico vobis: nolite iurare omnino: nec per terram: quia ſcabellum pedum eius eſt: nec aliud quodcunque iuramentum: nec per caput tuum iuraueris: quia nō poteris facere capillum vnum album vel nigrum. Sit autem in ore veſtro, eſt, eſt: non, non. Siqd amplius eſt: a malo eſt. ℟. Inter natos mulierum. ℣. Te Deum. ℣. Poſuiſti do. In laud. Ana. Herodes etenim tenuit, ⁊ ligauit Johannem, ⁊ poſuit in carcerem propter Herodiadem. ℣. Dñs reg. Ana. Puellę ſaltanti imperauit mater, nihil aliud petas, niſi caput Johānis Bap. Añ. Dñe mi rex, da mihi in diſco

ſco caput: Johannnis Bapti-
ſtę. Ana. Da mihi in diſco ca-
put Johã. Bapt. ⁊ contriſtatus
eſt Rex ꝑꝑ iuſiurandũ. An. Mi
ſit rex incredulus miniſtrũ dete
ſtabilez, ⁊ amputari iuſſit caput
Johannis in carcere. Cap.

MIſit Herodes rex manus, ac tenuit Johãnem: ⁊ vinxit eum in carcere: quia metuebat eum: propter Herodiadem: quam tulerat fratri ſuo Philippo vxorem. Hym. Martyr Dei. ℣. Magna eſt. Ad Bñ. Ana. Miſſo Herodes ſpiculatore: p̄cepit amputari caput Johannis in carcere: quo audito, diſcipuli eius venerunt, ⁊ tulerũt corpus eius, ⁊ poſuerunt illud in monumentum. Oratio vt ſu. Memoria ſanctę Sabinę Ad hor. añę de laud. Cap. ℟. ℣. vt vnius martyr cum oratione. vt ſupra. Ad ij. Veſp. Ana. Herodes ꝑ. Dixit ⁊ cet. ad cet. Cap. Iſte ſanctus. ℟. Inter natos. Hym. De⁹ tuorum ℣. Gloria ⁊ hono. Ad Mag. Perpetuis. Oratio v. s. Memoria de ſanctis Felicis, ⁊ Adaucto Ana. Gaudent in celis. ℣. Lętamini. Oratio.

MAieſtatem tuam domine ſuppliciter exoramus: vt, ſicut nos iugiter ſanctorum martyrum tuorum Felicis, ⁊ Adaucti commemoratione lętificas: ita ſemper ſupplicatione eorum defendas. Per dominum noſt.

¶ Sanctorum Felicis, ⁊ Adaucti martyrum: nouem lect. omnia de communi. Die 30.

Lectio j.

FUerunt autem duo fratres nomine, ⁊ opere Felices: ambo preſbyteri. Horum ſenior cuz ex iuſſione Imperatorum Diocletiani, ⁊ Maximiani ad ſecretarium iudicis eſſet perductus iuxta templum Serapis: dum cogeretur ad ſacrificandũ: ſufflauit in faciem ſtatuę ereę: ⁊ ſtatim cecidit. Lectio ſecunda.

ITem ductus ad ſtatuam Mercurij in alia ędicula: ſimili modo in illam ſufflauit: ⁊ mox cecidit: ⁊ ad ſimulachrum Dianę, quod pari modo deiecit. Lectio tertia.

PErductus itaque ad Pręſidem imponitur equuleo: ⁊ inquiſitus, quibus maleficiis hoc feciſſet: reſpondit: non maleficiis Diaboli: ſed beneficijs omnipotentis Dei mei hoc feci. Furore itaque accenſus, Pręfectus iuſſit eum duci extra vrbem via Hoſtienſi: quia illic arbor excellentiſſima ſtabat dęmonibus cõſecrata: iuxta quam erat templum: vt ibi ad ſacrificandum impelleretur.

Lectio quarta.

QUo perductus, oratione facta, dixit ad arborẽ. Pręcipio tibi in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti: vt radicit⁹ corruas ⁊ templum, ac ſimulachrũ

ſimul: ⁊ aram eius funditus cō-minuas: vt amplius cultu tuo animę non decipiantur. Que ſtatim ad verbum eius ita eſt euerſa: vt ⁊ templum: ⁊ ſimula-chrum comminueret. Lectio v.

Quod cum nunciatum eſ-ſet pręfecto, ſtatim iuſſit eum decollari, ⁊ corpus eius in-humatum lupis, ⁊ canibus de-relinqui. Data ſententia obuius fuit ei quidam vir Chriſtianiſſi-mus: hominibus quidē abſcon-ditus: Deo autem manifeſtus. Hic clamare cępit, ⁊ dicere. Et ego ex eadem lege ſum, ⁊ dñm noſtrum Jeſum Chriſtū, quem hic ſanctus presbyter confite-tur, ego colo. Lectio ſexta.

Mox ⁊ ipſe ab officialibus pręfecti comprehenſus pa-riter cum beato Felice: dato ſibi inuicem oſculo decollatus eſt. Cuius nomen, quia non inue-nerunt Chriſtiani: poſtmodum eum Adauctum vocauerunt: eo, quod ſancto martyri Felici Adauctus ſit ad coronam: ipſiq́ pro fidei confeſſione, corona ſit aucta: Chriſtiani vero venientes: in eodem loco, vbi arbor ſtete-rat, eos ſepelierunt. Compleue-runt vero martyrium ſuum pri-die Calendas Septembris.

SEPTEMB. FESTA.

Die .i. ¶ Sancti Aegidij Abbatis nouem lectionis, vt in commu-ni vnius confeſſ. non epiſcopi.

Deus, a quo beatitudo pe-rennis, ⁊ remuneratio lae-ta eſt electis, pręcēde nobis gratiā tuam, vt beati Aegidij confeſſo-ris tui interceſſio glorioſa, ⁊ vitę pręſentis ſuffragia: ⁊ ęterna no-bis obtineat pręmia pręoptatā. Per dominum. Lectio prima.

Aegidius Athenis ex ſtir-pe regia progenitus, ⁊ ab infantia ſacris literis eruditus, parentibus ſuis defunctis, patri-monij ſui Chriſtum fecit hęre-dem. Hic poſt curationem mul-torū febricitantium: ⁊ a dęmo-nio obſeſſorum: ⁊ aliarum mul-tarum infirmitatū, clam diſceſ-ſit, humanę laudis timens peri-cula: eremum interiorem adijt: vbi antrū: ⁊ quendam fontem inueniens: ⁊ nihilominus ceruā diuinitus pręparatā habuitq́ę certis horis lactis alimoniam ſibi exhibebat. Lectio ij.

Quadam vice pueri regis ibidem venantes, ⁊ ceruā videntes cum canibus, eam in-ſequuntur: quę ad pedes fugit ſancti. Ille vero admirans inſo-litum, cernenſq́ venatores cum canibus, Deum exorau[illegible] vt nu-tricem ſuam conſeruaret. Nocte vero ſuperueniente domum redeunt: ⁊ die ſequenti reuer-tentes, caſſo iterū labore redie-runt. Canes autē ad antrū ap-propinquare nolebāt. L. iij

Quod cū audiſſet Rex, rex

vt erat, ſuſpicatus: cum epiſcopo: ⁊ multitudine venatorum illuc properauit: ⁊ cum canes vlulando accedere non auderent: locum per gyrum circundederunt. Unus autem ſagittam dirigens: vt ceruam expelleret: viro Dei graue vulnus inflixit. Sed milites ſemitam aperientes, ad ipſius deuenerunt ſpeluncam, Et videntes ſenem venerabilem: ceruam quoque ad eius genua prouolutam: ſolus epiſcopus: ⁊ rex eum adierunt: ⁊ interrogauerunt quiſnam eſſet: ⁊ cur tam denſam vaſtitatem petijſſet: ⁊ quis tam grauiter eum vulneraſſet. Qui ad omnia reſpondit. Tu autem. Lectio iiij.

Tunc veniam ab eo poſtulabant: ⁊ medicum ad curandū: ⁊ dona plurima ſpoponderunt. Sāctus vero Aegidius medicinam cum muneribus cōtempſit: ſciuit enim virtutem in infirmitate perfici. Et ex tunc eum rex frequenter viſitauit: ⁊ pabulum ſalutis ab eo recepit: ⁊ diuitias immenſas ei obtulit, quas vir Dei contempſit: regem deprecans, vt ex eis monaſteriū conſtrueret: vbi monaſtici ordinis vigeret diſciplina. Lectio v.

Quod cum rex feciſſet, Aegidius victus precibus regis, ⁊ lachrymis illius monaſterij ſuſcepit curam. Huius viri famam rex Carolus audiuit: ⁊ impetrato eius aduentu, reuerenter eum ſuſcepit. Inter cętera rex rogauit: vt pro eo intercedere dignaretur ad Deum propter quoddam facinus commiſſum: quod nec ſibi, nec vlli confiteri audebat. Sequenti igitur die dominica, dum Aegidius miſſam celebrans pro eo oraret: Angelus eidem ſuper altare cędulam poſuit: in qua ſcriptum erat regis peccatum Aegidij precibus iam dimiſſū: ſi pęnitens, ⁊ confitens deinceps abſtineret. Lectio ſexta.

Erat etiam ſcriptum in cędula, quod quicunque ſāctum Aegidium pro quocunque crimine commiſſo inuocaret, ſi tamen ab illo deſiſteret: eius meritis ſibi dimiſſum non dubitaret. Oblata igitur Regi cędula: ⁊ peccato ſuo agnito: veniam poſtulauit. Aegidius autem cum honore rediens apud Nemauſenſem vrbem filium principis, qui tunc mortuus fuerat: precibus eorum, ⁊ pietate motus, reſuſcitauit. Euang. Nemo accendit. Lectio vij.

Poſt aliquantulū vero temporis prenuncians monaſterium ſuum non longe poſt ab hoſtibus euertendum: Romam adiit: ⁊ priuilegia eccleſię ſuę, duoque oſtia cypreſſina, in quibus erāt ſculptę imagines Apoſtolorū, a Papa impetrauit: quę

dimiſit in aquam Tyberis, ⁊ diuino regimini commendauit. Deinde ad monaſteriū rediens: cuidam contracto apud Tyberonē greſſum reſtituit: necnō varijs miraculis coruſcauit. L. ix.

Um ad monaſteriū rediſſet, oſtia prędicta inuenit: ⁊ gratias deo egit, ꝙ inter tot pericula ea ſeruaſſet illęſa: quę in liminibus eccleſię ſuę ad decus, ⁊ monumētū Romanę ſedis erexit. Tandem dominus diem obitus ſui imminere per ſpiritum ei reuelauit: quod ille fratribus indicauit: ⁊ pro ſe orare deprecans in domino fęliciter obdormiuit. Tu autem.

Die 2. ℂ Priſci m. diſcipuli dñi ix. le.

ℂ Sancti Brocardi pſ. ordinis Carmelitarū oia de cōi. Oratio.

Anctifica quęſumus nos famulos tuos, qui preces in veneratione beati Brocardi montis Carmeli incolę, confeſſoris tui, humiliter ad te dirigimus: vt eius ſalutaribus patrocinijs vita noſtra inter aduerſa vbiq; regatur, ⁊ proſpera. Per.

Die. 3. ℂ Eufemię, ⁊ Thecię m. ix. lec.

Die. 4. ℂ Moyſi prophetę nona lec.

Die. 5. ℂ Eudoxij, ⁊ Victorini m. mem.

Die. 6. ℂ Zacharię prophetę nona lec.

ℂ In Natiu. btē Marię virgi. Ad veſp. totum dupl. Antipho. Hęc eſt regi. Ps. in vt Annūciatio. Cap. Ego quaſi. vt in Aſſumptione. R. Solē iuſtitię.

Hym. Aue maris. V. Diffuſa. Ad Mag. Aña. Glorioſę virginis Marię ortum digniſſimum recolamus: cuius dñs humilitatē reſpexit, quę Angelo nūciante cōcepit ſaluatorē mūdi. Oro.

Upplicationem ſeruorum tuorum Deus miſerator exaudi: vt, qui in Natiuitate Dei genitricis, ⁊ virginis Marię congregamur: eius interceſſionibus a te de inſtantibus periculis eruamur. Per eundem.

ℂ Memor. de Sanctis Adriano, ⁊ ſocijs eius. Aña. Iſti ſunt. V. Letamini. Oratio.

Ręſta quęſumus omnipotens Deus: vt, qui martyrum tuorum Adriani, ⁊ ſociorū eius natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per. Ad completorium, ſuper Nunc dimittis. Aña. Haleluiah, Sancta Dei genitrix. Ad Matuti. Inuit. Corde, ⁊ ore ſimul Chriſtum Regem veneremur. Virginis, ⁊ matris iubiletur nobilis ortus. Hymnus. Quem terra. In primo noctur. Antiphona.

Hodie nata eſt beata virgo Maria ex progenie Dauid: per quā ſalus mundi credentibus apparuit. Ps. de virginibus. Antiph.

Beatiſſimę virginis Marię natiuitatem deuotiſſime celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad dominum Jeſum Chriſtum,

ſtum. Aña. Quando nata eſt virgo ſacratiſsima: tunc illuminatus eſt mundus: ſtirps beata, radix ſancta, & benedictus fructus eius. ℣. Diffuſa eſt gr̃a. Sermo ſcti Auguſt. epi. Lec. j.

Adeſt nobis dilectiſſimi optatus dies beatę, ac venerabilis ſemper virginis Marię: ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tantę virginis illuſtrata natali. Hęc eſt enim flos campi, de qua ortum eſt precioſum lilium cóuallium. Et per cuius partum mutatur natura protoplaſtorum: quo deletur & culpa. Precisum eſt in ea illud Heuę infelicitatis eulogium: de quo dicitur. In triſtitia paries filios: quia iſta in lętitia dominum parturiuit. ℟. Hodie nata eſt beata virgo Maria ex progenie Dauid: per quã ſalus mundi credentibus apparuit. Cuius vita glorioſa lucem dedit ſeculo. ℣. Beatiſſimę virginis Marię natiuitatem deuotiſſime celebremus. Cuius vita glorioſa. Lectio ſecunda.

Hęua enim luxit, iſta exultauit: Heua lachrymas, iſta gaudium in ventre portauit: Quia illa peccatorem, iſta edidit innocentem. Virgo quippe genuit: quia virgo concepit. Inuiolata peperit: quia in conceptu libido non fuit. Utrobique miraculum, & ſine corruptione grauida: & in partu virgo puerpera. Aue, inquit. Angelus ad eam, gratia plena: dominus tecum. ℟. Beatiſſimę Virginis Marię natiuitatem deuotiſſime celebremus: Ut ipſa pro nobis intercedat ad dñm Jeſum Chriſtum. ℣. Cum iucunditate natiuitatem beatę Marię celebremus. Ut ipſa pro nob. L. iij.

Impleta eſt ergo Maria gratia: & Heua euacuata eſt a culpa. Maledictio Heuę in benedictioñe mutatur Marię. Aue gratia plena: Dñs tecum. Tecum dominus in corde: tecum in ventre: tecum in vtero tecum in auxilio. Gratulare ergo beata virgo: Chriſtus Rex ex ſolio ſuo venit in vterum tuum: & ex ſinu patris in vterum deſcendere dignatus eſt matris. ℟. Solẽ iuſtitię regem paritura ſupremum: Stella Maria maris hodie proceſſit ad ortum. ℣. Cernere diuinũ lumen gaudete fideles. Stella Maria maris hodie proceſſit ad ortum. In ij. noct. Aña. Hodie nata eſt virgo Maria ex ſemine Habrahe: lętant̃ Archangeli: exultãt oẽs ſancti: & congaudet oĩs mundus. Aña. Dignum nãq; eſt, vt ei cũ ſumma deuotione famulemur: p quã nobis virginitatis inſignia pullularunt. Añ. Bñdicta, & venerabilis eſt ſancta Maria: ṽgo dei genitrix

cuius Natiuitatem celebramus: vt interceſſio ipſius ſit pro nobis ad dñm. ℣. Specie tua. Le. iiij.

Benedicta tu in mulierib⁹: quę vitam, ⁊ viris, ⁊ mulieribus peperiſti. Mater generis noſtri pęnam intulit mũdo mater domini noſtri ſalutem attulit mundo: auctrix peccati Heua: auctrix meriti Maria. Heua occidendo obfuit: Maria viuificando profuit: percuſſit illa, iſta ſanauit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur: fides pro perfidia compenſatur. ℟. Glorioſę virginis Marię ortum digniſſimum recolamus: Cuius dominus humilitatem reſpiciens: Angelo nunciante concepit redemptorem mundi. ℣. Hodie nata eſt beata virgo Maria ex progenie Dauid. Cu ius. Lectio quinta.

Vleta igitur Maria geſtat infantem, exultans amplexatur filium: portat, a quo portabatur. Non fortuitu: vt fingũt Sabelliani: repperit paruulum: ſed decurſis nouem menſibus peperit Chriſtum. Plaudat nunc organis Maria: ⁊ inter veloces articulos tympana puerperę concrepent. Concinãt lętantes chori: ⁊ alternantibus modulis: dulciſona carmina miſceantur. ℟. Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerſo mundo: ex te enĩ ortus eſt Sol iuſtitię Chriſtus Deus noſter: Qui, ſoluens maledictionem, dedit benedictionem: ⁊ confundens mortem: donauit nobis vitam ſempiternaꝫ. ℣. Dignum nanque eſt, vt ei cuꝫ ſumma deuotione famulemur: per quam nobis virginitatis inſignia pullularunt. Qui. Le. vj.

Audite ergo quemadmodũ tympaniſtria noſtra cantauerit. Ait eniꝫ: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus. ⁊c. Cauſa igitur tantę ſalutis inualeſcentis erat miraculum nouũ. Nouus Marię partus partum Heuę euicit: ⁊ Heuę planctum Marię cantus excluſit. ℟. Ad nutũ domini noſtrum ditantis honorem: Sicut ſpina roſam, genuit Judęa Mariam. ℣. Vt vitium virtus operiret, gratia culpam. Sicut. In iij. noct. Aña. Natiuitas eſt, hodie ſanctę Marię virginis, cuius pulchritudinem reſpexit Deus, ⁊ viſitauit humilitatem ſuam. Aña. Jſta eſt ſpecioſa electa a domino, cuius Natiuitatem celebremus: vt ipſa ꝓ nobis intercedat ad dominum Jeſum Chriſtum. Aña. Fęlix nanque es ſacra virgo Maria: quę ⁊ genitricis dignitatem obtinuiſti: ⁊ virginalem pudicitiã non amiſiſti. ℣. Adiuuabit.

Secundum Mattheũ. L.

Liber generationis Jeſu Chriſti

Chriſti filij Dauid, filii Abrahã. Abraham genuit Iſaac: Iſaac autem genuit Jacob. Et reliq.

Hom. beati Augu. epi. Lec. vii.

MOyſes vir ſanctus librum Creationis cęli, et terrę, diuina fultus auctoritate conſcripſit: in quo perituri hominis originem texuit. Mattheus Apoſtolus Chriſti, et euangeliſta librum generationis Jeſu Chriſti: in quo eſt initium ſalutis noſtrę: et qui eſt perfectio ęternę beatitudinis noſtrę, congruo ſcripſit exordio: quia Jeſus ſaluator interpretatur, Chriſtus vnctus: quod eſt nomen ſummę dignitatis: quia antiqui Reges, et Prophetę, atque ſacerdotes oleo vngebantur ſanctificationis. ℟. Natiuitas glorioſę virginis Marię, ex ſemine Abrahę, orta de tribu Juda, clara ex ſtirpe Dauid: Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias. ℣. Natiuitas eſt hodie ſanctę Marię virginis. Cuius. Lectio octaua.

IEſus autem Chriſtus dñs noſter oleo lętitię prę participibus ſuis vnctus a Deo legit: qui venit in hunc mundũ per electos, et circunciſos patres. Quorum nomina per ordinem Mattheus ideo in exordio huius libri poſ[uit]: quia in his redemptionis [noſt]rę, et ęternę ſalutis figuras, ſpiritu Sancto reuelante, [co]gnouit eſſe: et eaſdem figuras per Chriſtum in veritate completas. ℟. Corde, et animo Chriſto canamus gloriam: In his ſacris ſolennijs precelſę genitricis Dei Marię. ℣. Omnes in vnum congregati collaudemus Dominum Jeſum Chriſtum. In his.

Lectio nona.

SIcut enim Chriſtus per horum patrum genealogiam ad noſtram in hunc mundum venit ſalutem: et horum omnium in ſeipſo gerebat officium: ita etiam in horum omnium interpretatione nominum noſtram ſalutem ſpiritualiter voluit deſignari. Nos quoque quãtum ipſo inſpirante, atque iuuante poſſumus: eorum debemus interpretationem imitari: vt ait Johannes euangeliſta: Qui Chriſtum deſiderat imitari, debet, quomodo Chriſtus ambulauit, et ipſe ambulare. ℟. Stirps Jeſſe virgam produxit, virgaque florem: Et ſuper hunc florem requieſcet ſpiritus almus. ℣. Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius. Et. ℟. Te Deum. ℣. Ora pro nobis. In Laud. Antiphona. Natiuitas glorioſę virginis Marię, ex ſemine Abrahę orta de tribu Juda, clara ex ſtirpe Dauid. ps. Dominus regnauit. Aiia. Natiuitas eſt hodie ſanctę Marię virginis, cuius vita inclyta

cunctas illuſtrat eccleſias. Aña. Regali ex progenie Maria exorta refulget: cuius precibus nos adiuuari mente, & ſpiritu deuotiſſime poſcimus. Aña. Corde, & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolẽnitate precelſę Dei genitricis Marię. Aña. Cum iucunditate Natiuitatem beatę Marię celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad dominum Ieſum Chriſtum. Cap. Ego quaſi vitis. Hymn. O glorioſa. ℣. Elegit. Ad bñs. Aña. Natiuitatem hodiernam perpetuę virginis genitricis dei Marię ſolenniter celebremus, qua celſitudo throni proceſſit. Halleluiah. Oratio. vt ſupra. Memoria de ſancto Adriano: Ad hor. antiphonę de laudibus. Ad tertiam. Capitulum.

SPiritus meus ſuper mel dulcis, & hereditas mea ſuper mel, & fauum: memoria mea in generatione ſeculorum. ℟. Diffuſa. Oratio. Protege domine. Ad vj. Cap. In omnibus requiem. ℟. Specie tua. Ora. Beatę, & glorioſę. Ad ix. Cap. Ego quaſi. ℟. Adiuuabit eã. Or.

COncede quęſumus omnipotens, & miſericors Deus fragilitati noſtrę preſidium: vt, qui ſanctę Dei genitricis, & virginis Marię natiuitatem colimus: interceſſionis eius auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundem. Ad veſpe. Aña. Natiuitas glorioſę. ps. Dixit. Laudate. Lętatus. Niſi dñs. Lauda Ieruſalem. cum ceteris añ. de laud. Capitulum. Beata es Maria. ℣. Stirps Ieſſę. ℟. ℣. vt ſup. Ad Mag. Antipho. Natiuitas tua Dei genitrix virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mundo: ex te enim eſt ortus Sol iuſtitię Chriſtus Deus noſter: qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam ſempiternam. Oratio. Supplicationem. Memoria de Sãcto Gorgonio martyr. priuatim. Oratio.

SAnctus martyr tuus Gorgonius ſua nos domine interceſſione lętificet: & pia faciat nos ſolennitate gaudere. Per dominum noſtrum Ieſuz. Ad matu. fiat tñ de co. memor. ¶ Sequuntur lectiones ſermonis ſancti Auguſtini epiſcopi per oct. Primo die. L. j.

BEatiſſima Maria, ſeculũ omne captiuũ tuum deprecatur aſſenſum: te domina mundus ſuę fidei obſidem fecit. Noli morari virgo: nuncio feſtinanter reſponde verbũ: & ſuſcipe filiũ. Da fidẽ, & ſenti virtutẽ. L. ij.

ECce, inquit, ancilla domini, fiat mihi ſecundũ verbum tuum. Nec mora, reuertitur nuncius, & virginalem thalamum

lamum ingreditur Chriſtus. Efficitur ſubito prægnans beata Dei genitrix, & cuncta per ſecula prædicatur felix. Lectio iij.

Concepit mox ad credulitatẽ verbi, virilis ignara conſortij impletur vterus nullo humano pollutus amplexu. Erat Maria virgo cum concepit: virgo grauida: virgo cum parit: & poſt partum virgo.

Secundo die. Lectio prima.

Præclara ergo illa virginitas, & glorioſa fœcunditas: exultat mater: & matrem ſe læta miratur: & de Spiritu ſancto ſe protuliſſe gaudet. Nec, quia peperit, inupta terretur: ſed quia cũ exultatione genuit, miratur. Le. ij.

Gaudeamus ergo & nos fratres in die tãtæ virginis, quæ dum deſponſaretur fabro: cœli nupſit architecto. Promittitur enim ei & filius per viſitationem ſancti ſpũs. Hæc illa audiẽs gaudet, cupitq́ꝫ effici mater. Lec. iij.

Quid igitur mirum, ſi ſine corruptione naſcitur: qui de ſanctificatione concipitur? Non enim decebat, vt ille, qui nobis afferret ſalutẽ: matri præriperet integritatis dignitatem. Nã, qui terra, mari, cœloq́ꝫ non capitur: intra vnius corpuſculi mẽbra ſuſcipitur. Tu autem.

Tertio die. Lectio prim.

Hæc eſt nouitas Jeremiæ prophetæ vaticinio prænũciata. Faciet, inquit, dñs nouum ſuper terram: fœmina circundabit virum. O fœmina ſuper omnes fœminas benedicta: quæ virum omnino non nouit: & virum ſuo vtero circundedit. Lectio ij.

Circũdat virũ Maria, Angelo fidẽ dando: quia virũ Heua perdidit ſerpenti conſentiẽdo. Salutat Angelus puellã viri ſalutatione ignarã: terretur virgo tali nouitate verborum: ad quam Angelus, quod ſuperius prætulimus, dixit, Tu autem. L. iij.

Lectio tertia.

Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiã apud dñm. Ne, inquit, a cõſpectu meo mater dñi mei terrearis: Ego conceptionis tuæ miniſter adueni: nõ, vt dignitatẽ amitteres, interueni. Tu autem.

Quarto die. Lectio prima.

Ipſe me miſit ad te: qui eſt naſciturus ex te. Concipies enim, & paries filiũ, non cuiuſlibet meriti hominem: ſed totius mũdi ſaluatorẽ. Recole Maria in libro Iſaiæ prophetæ virginẽ, quam parituram legiſti: gaude, & exulta, quia tu eſſe meruiſti.

Lectio ſecunda.

Tu ibi præfigurata es virgo: tu ecce concipies in vtero: nõ de viro: ſed de Spiritu ſancto: & grauida eris: & incorrupta manebis. Paries quidẽ filiũ, & virginitatis non patieris detrimentũ: efficieris grauida, & eris mater

 ſemper

ſemper intacta. Tu. Lect. iij.

SEnties pondera ventris: ⁊ pudorem non perdes caſtitatis Intumeſcent vbera tua: ⁊ intacta manebunt virginalia tua. At illa dixit: Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Octa. natiu. beatę virginis facimus ſolenniter ad modum octauarum aſſumptionis eiuſdem prout in rubrica de octa. eſt ſignatum lec. legantur de aliquo ſermone feſti, vel, ſi neceſſe fuerit, de canticis. Ad Benedictus, ⁊ ad mag. Añ. de noc. vel dicatur. Ad Bñs Antiph. Specioſa facta es, ⁊ ſuauis in delicijs virginitatis ſancta Dei genitrix: quã videntes filię Siõ vernantem in floribus roſarum, ⁊ lilijs conuallium, beatiſſimam prędicauerunt, ⁊ reginę laudauerunt eam, halah. Ad Mag. Añ. Quam pulchra es, ⁊ quã decora chariſſima in delicijs: ſtatura tua aſſimilata eſt palme, ⁊ vbera tua botris, caput tuum, vt Carmelus, collum tuum ſicut turris eburnea. veni dilecte mi egrediamur in agrum, ⁊ videamus, ſi flores fructus parturiũt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. haleluiah.

S A B B A T O.

Infra octa. Ad veſ. Añ. Natiuitas. pſ. vt in die cum hac ſola Cap. Beata es Maria, ⁊c. omnia, vt in primis veſperis feſti.

Memoria de dominica.

D O M I N I C A

Infra octa. vt in feſt. lect. vj. de ſermone natiui. Marię. Lec. j.

ADeſt nobis dilectiſſimi dies ſacratiſſima, dies celeberrima: in qua ſancta Maria, ſuper oẽs puellas benedicta, generoſa ſua natiuitate mundum conſolatur vniuerſum. Cuius ortum neceſſarium, ⁊ ſingulare meritũ Dauid intuens per ſpiritum ex longinquo eam ad regnum procedere inuitauit, dicens. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna, Et adiunxit, Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. L. ij.

HOdie namque proceſſit virga, de qua dixit Iſaias propheta. Egredietur virga de radice Ieſſe. Ad cuius natalem oĩs prioritas cum exultatione proſpicit: ⁊ ſancta Eccleſia omni gratulatione occurrit: ⁊ vſque in finem ſeculi ſibi decantare non ceſſabit. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum. Lect iij.

PArentes illius e progenie pręfati regis orti: de virtute in virtutẽ prouecti, ad talẽ ſplendorem peruenerũt: vt vera lux, quę illuminat omnem hoiem, de prole eorum carnẽ ſumere, ⁊ pro nobis verus homo fieri dignaretur. Congrua valde eſt

illis Dauitica ſententia, qua di-
citur: Ibunt iuſti de virtute in
virtutem: videbitur deus deo-
rum in Sion. Lectio quarta.

Confitendum ergo eſt ne-
ceſſe optimos omnium eſ-
ſe, quos elegit ſibi ille, qui cogni-
tor eſt vniuerſę creaturę. Quid
vero pater ſanctiſſimus virginis
ex ipſo nomine deſignet audia-
mus. Johachim in eloquio La-
tino pręparatio domini interpre-
tatur. Jam patet in parentis vo-
cabulo, qua cauſa deus per Ma-
riam voluit pręparare ſalutem:
de qua Apoſtolus ait. Quia nec
oculus vidit, nec auris audiuit:
quę pręparauit deus diligenti-
bus ſe. Tu au. Lectio quinta.

Mater autem Marię An-
na gratiam nobis reſonat
in nomine: quę replenda erat in
generatione. O laudanda, ⁊ prę-
dicanda progenies: quę de ſtirpe
regum, ⁊ Patriarcharum erat
nobiliſſima: ac de tali filia clariſ-
ſima: ⁊ ſucceſſore Chriſto in per-
petuum erit fęliciſſima. Lcō vj.

Agamus igitur coditori no-
ſtro gratias: ⁊ natalꝫ eius
digne generatione celebremus.
Conſideremus quanta reueren-
tia aliorum deo placentium fe-
ſtiuitates recolantur: ⁊ quanto
iſta ſit deo pręceteris ſanctis vici-
nior, ⁊ nobis vtilior: tanto magis
ſit mēs noſtra ſpirituali gaudio
lętior, ⁊ oibonitate deuotior. Tu.

¶ Gregorij mar. memoria. Die 9
¶ Nicolai de Tolentino. conf. Die
Tres lectio. de homilia Dñicę. 10.
¶ SS. Prothi, ⁊ Hyacinthi Die
mar. memo tantum. Oratio. 12.

Sanctorum martyrum tuo-
rum Prothi, ⁊ Hyacinthi
nos domine foueat pretioſa con
feſſio: ⁊ pia iugiter interceſſio
tueatur. Per dominuꝫ noſtruꝫ.

¶ Syri epiſcopi, ⁊ conf. memo. Die
¶ Sancti Maurelij epiſcopi, 12.
⁊ conf. memo tantum. Oratio. Die

Beatus Maurelius confeſ 13.
ſor tuus, atque Pontifex ſua
nos domine ſolennitate lętificet:
vt, pro nobis tibi ſupplicans, co-
pioſius audiatur. Per domi.

¶ In exaltatione ſanctę Cru- Die
cis dup. Ad veſp. añ. Natiuitas. 14.
pſ. vt in die, cum hac ſola. Cap.

Chriſtus factus eſt pro
nobis obediens vſque
ad mortem: mortem
autem Crucis. ℟.
Per tuam crucem. Hymnus.
Signum Crucis. ℣. Hoc ſignuꝫ
crucis. Ad Magn. aña. O crux
bene. vt in Inuētio eius. Orō.

Deus, qui vnigeniti filij tui
domini noſtri Jeſu Chri-
ſti pretioſo ſanguine humanum
genus redimere dignatus es:
concede propitius: vt omnes,
qui ad adorandaꝫ viuificā Cru-
cem adueniunt: a peccatorum
ſuorum nexibus liberentur.
Per eundeꝫ dominū noſtrum.
Memo.

Idem. de glorioſa virgine Maria. Ad complet. hym. Saluator. Et finiatur cum ℣. Gloria tibi domine, qui nos ſaluaſti in Cruce. ⁊c. ad Nunc dimittis añ. Halleluiah, Hoc ſignum Crucis. Ad mat. Inuit. Venite, adoremus dominum: Qui nos redemit per Crucem. Hym. Salue Crux ſancta. In i. noct. aña. Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti. ps. In domino 4. Añ. Adoremus Crucis ſignaculum, per quod ſalutis ſumpſimus ſacramentum. ps. Domine quis. 5. Aña. Adoramus te Chriſte, ⁊ benedicimus tibi: quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum. ps. Domini eſt terra. ℣. Hoc ſignum Crucis erit in Cęlo, ℟. Cum dominus. L. j.

Tempore illo, poſtquam Conſtantino Auguſto contra Maxentium tyrannum properanti ad bellum ſignum ſanctę Crucis cęlitus fuiſſet oſtenſum: ⁊ ipſo fęliciter obtinente triumphum: ab Helena Conſtantini iam dicti principis matre crux inuenta fuiſſet: ita per medium eſt factum: vt ⁊ crux Conſtantinopolim ſit portata: ⁊ crux Jeroſolymis thecis argéteis ſit reſeruata. ℟. Dulce lignum. ⁊c. Omnia Reſponſoria, vt ſupra in inuentione ſanctę crucis. Lectio ſecunda.

Multorum itaqꝫ labente tēporum curriculo: Foca Romanis Imperáte: Perſę aduerſus rempublicam: Coſdroe Rege, grauiſſima bella geréntes: multas Romanorum prouincias, ⁊ ipſam Jeroſolymam inuadunt. Et deſtruentes eccleſias: ſanctaque loca prophanantes, inter ornamenta ſacra, quę abſtulerunt: etiam vexillum ſanctę Crucis abducunt. Fecerat namqꝫ Coſdroe Rex eorum turrim argenteam: in qua interlucentibus gēmis thronum extruxerat aureū: ibiqꝫ Solis Quadrigam, Lunę, ⁊ ſtellarum imaginem collocauerat: atqꝫ per occultas fiſtulas aquę meatus adduxerat: vt quaſi deus pluuias deſuper infundere videretur. Tu au. Lectio iij.

Et dum in ſubterraneo ſpecu equis in circuitu trahētibus circumacta turris fabrica moueri videbatur: quaſi quodāmodo rugitū tonitrui iuxta poſſibilitaté artificis mentiebatur. In hoc itaqꝫ loco ſedem ſibi parauerat: atqꝫ iuxta eam, quaſi collegam Crucem dominicam compoſuit: filioqꝫ ſuo regno tradito, ipſe in phano huiuſcemodi reſidebat. In ij noc. aña. Crux alma fulget, per quam ſalus eſt reddita mundo: crux vincit; crux regnat, crux pellit omne crimen. Halleluiah. ps. Omnes gen. 46. Aña. O crux admirabilis ⁊ euacua-

euacuatio vulneris: reſtitutio ſanitatis. ℟. Jubilate.j.23. Aña. Crucem tuam adoramus domine, & ſanctam exaltationem tuã laudamus, & glorificamus: ecce enim propter crucem venit gaudium in vniuerſo mundo. ℟. Notus in Judea. ℣. Adoramus te Chriſte. Tu. Lectio iiij.

In illo tempore: mortuo Foca Heraclius Imperator creatus, vir ſtrenuus, & armis exercitatus, erga dei cultores beneuolus, & deuotus, arcẽ tenebat Imperij: & aggreſſus Perſas: venit filius Coſdroe contra Heraclium iuxta Danubium cũ ſuo exercitu. Lectio quinta.

Tandem inſpirante clemẽtia ſaluatoris | vtriſq; principibus placuit, iuramento firmato, vt ipſi ſoli in medio ponte fluminis dimicaturi confligerent: &, cui ſors victoriam contuliſſet: ipſe ſine damno vtriuſq; exercitus imperiũ vſurparet. Cumq; vtriq; populo hoc placuiſſet, ipſi duo dimicantes in pontis medio egreſſi ſunt. Lectio ſexta.

Quibus diu dimicantibus, tandem dominus orationibus pulſatus Chriſtianorum, per virtutẽ ſanctẽ Crucis Heraclio fidei cõceſſit triumphum. Tunc tanta mentis mutatio inuaſit exercitũ Coſdroe: vt non ſolum pactionem non vellet infringere, ſed etiam voluntarie cum omni familia ſua, & prole, Heraclio ſe ſubiugarẽt, tam poteſtate, quam fide. Quos ille benigne ſuſcipiẽs in hoc eis ſe clementẽ preſtiuit, vt omnes ad baptiſmũ cõuolarẽt. In iij. noc. añ. Saluator mundi ſalua nos, qui per crucem, & ſanguinem redemiſti nos, auxiliare nobis: te deprecamur deus noſter. ℟. Cantate 36. Aña. Tuam crucem adoramus domine: tuam glorioſam recolimus paſſionem: miſerere noſtri, qui paſſus es pro nobis. ℟. Dominus reg. exul. 37. Aña. Super omnia ligna ſyluarum, tu ſola excelſior: | in qua vita mũdi pepẽdit: in qua Chriſtus triumphauit, & mors mortem ſuperauit. halel. ℟. Cantate ij. 38. ℣. Tuam crucem,

Secundum Johannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. ca. 13.

Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lectio vij.

Nunc, inquit, iudicium eſt mundi: Quod eſt ergo expectandũ in fine ſeculi? Sed in fine ſeculi quod expectatur iudicium: erit iudicandorum viuorum, atq; mortuorum: iudicium erit premiorũ, penarumque eternarum. Quale ergo iudiciũ nunc eſt? Jam in ſuperioribus lectionibus, quantum potui

rati, commonui charitatem veſtram. Dicitur etiam iudicium non damnationis, ſed diſcretionis. Unde ſcriptum eſt: Iudica me Deus, ⁊ diſcerne cauſam meã de gente non ſancta. Multa autem ſunt iudicia Dei: vnde in pſalmo dicitur: Iudicia tua abyſſus multa. Lectio octaua.

DIxit etiam apoſtolus: O altitudo diuitiarum ſapiẽtię, ⁊ ſcientię Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius? Ex quibus iudicijs etiam hoc eſt, quod hic ait dominus: Nunc iudicium eſt mundi, ſeruato illo iudicio in fine: vbi nouiſſime viui, ⁊ mortui iudicandi ſunt. Poſſidebat ergo diabolus genus humanum, ⁊ reos ſuppliciorum tenebat chirographo peccatorum. Dominabatur in cordibus infidelium: ad creaturam colendam deſerto creatore deceptos, captiuoſque pertrahebat. Tu autem do. Lectio nona.

PEr Chriſti autem fidẽ, quę morte eius, ⁊ reſurrectione firmata eſt: atque per eius ſanguinem, qui in remiſſionem fuſus eſt peccatorum, millia credẽtium a dominatu diaboli liberantur, Chriſti corpori copulantur: ⁊ ſub tanto capite vno eius ſpiritu fidelia eius membra vegetantur. Hoc vocabat iudicium: hanc diſcretionem: hanc a ſuis redemptis diaboli expulſionem.

℟. Te deum. ℣. Hoc ſignum. In laud. añ. O magnum pietatis opus, mors mortua tunc eſt: quãdo in ligno mortua vita fuit. ps. Dominus reg. Añ. Salua nos Chriſte ſaluator per virtutẽ ſanctę Crucis: qui ſaluaſti Petrum in mari miſerere nobis. Añ. Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Añ. Crux benedicta nitet, dominus qua carne pependit: Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauit. Añ. Ecce crucẽ domini: fugite partes aduerſę: vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. halaþ. Cap. Mihi autem abſit. Hym. Signum crucis. ℣. Omnis terra. Ad Bñs añ. O crux be. Oratio. Deus, qui vnigeniti. Memo. de glorioſa virgine. Ad hor. añę de laud. Cap. ℟. ℣. vt in alio feſto cũ oratione. Deus, qui vnigeniti. Ad veſp. añ. O magnum. ps. Dixit dominus. ⁊ cet. ad cete. Cap. Nos autem. ℟. O crux viride. Hym. Signũ crucis. ℣. Hoc ſignũ. Ad Mag. añ. O crux ſplẽdidior. Oro. Deus, qui vnigeniti. Memoria de Domina noſtra. añã. Glorioſę. ℣. Diffuſa. Oro. Supplicationem.

¶ Item S. Nicomedis mart. Die
Ad cõpl. oie, verſu. de ſãcta cruce. 15.

¶ In octa. glorioſę virginis Die
Marię ſemid. Ad matut. om- 15.
nia, vt in die, preterquam lec. ſex
quę ſequuntur. Lectio prima.

Inter omnes ſanctos memoria beatę virginis eo frequētius agitur, atque feſtiuius: quo maiorem gratiam apud Deum creditur inueniſſe. Unde poſt alia quędam ipſius antiquiora ſolennia non fuit contenta deuotio fidelium, quin natiuitatis ſolennitatem adderet hodiernā.

Lectio ſecunda.

Beata ergo mater domini, & perpetua virgo Maria: priuſquam naſceretur, oraculis enunciata eſt: & deſignata miraculis. Nata vero progenie diuinitus ordinata, priuilegio virtutum inſignis enituit: ſaluatorē edidit: a quo glorificata in cęlis, nunquam terrigenis patrocinari deſiſtit.

Lectio tertia.

Propoſitionē ſequatur ex ordine ſuo narratio: iamq; referamus vnum ex prętextis miraculis. Dixit ęternus ad veterem: deus ad ſerpentem. Inimicitias ponam inter te, & mulierem: & ſemen tuū, & ſemen illi⁹. Ipſa cōteret caput tuū. Lectio iiij.

Quid eſt ſerpētis caput cōterere: niſi principalē ſuggeſtionem diaboli, ideſt, concupiſcentiam reſiſtendo ſuperare: Si quęratur quęnā mulier huiuſmodi victoriam operata ſit: profecto non reperitur in linea generationis humanę, donec perueniatur ad illam, de qua nunc agimus ſanctarum ſancta. L. v.

At ſi quęratur in quo ſerpētis caput vel ipſa contriuerit: nimirum in eo, quod virginitatem ſimul, & humilitatem ſacrauit deo. Hęc nanq; virginitate ſeruata probat extinxiſſe concupiſcentiam carnis; humilitate, quę facit pauperem ſpiritu, concupiſcentiam mentis. Tu autem domine. Lectio ſexta.

Principali vero ſuggeſtione diaboli deuicta: vitioſum caput virtutis pede contriuit. Hęc eſt ergo illa mulier, ad quā diuinum illud intendebat oraculum hanc quandoq; naſciturā innuebat. & cętera, vt in die. Euangeliū de dominica ſi fuerit in ea, legatur. Memoria ſancti Nicomedis. Ad veſpe. aña. Natiuitas. ps. Dixit domi. ſi. & cęt. ad cęte. vt in die. Cap. R. Hym. V. aūę, oratio, vt in die. Memo. ſanctę Euphemię virginis, & mart. vt in cōmuni. Orō. Omnipotēs ſempiterne Deus. Ad complētor. vt ſupra in die.

¶ Sanctę Euphemię virg. & mart. lect. omnia, de communi. Die 16.

¶ Sanctorum Cornelij, & Cypriani martyrum, ſemiduplex. Die 16. Et ſunt ipſo die ſanctę Lucię, & debent transferri ad proximū diem vacantem. Oratio.

Infirmitatem noſtram quęſumus domine, propitius reſpice: & mala omnia, quę iuſte meremur, ſanctorum martyrū tuorum,

tuorū, pariterqꝫ Pontificum, Cornelij, ⁊ Cypriani interceſſione auerte. Per dominum.

Cetera omnia de communi plurimorum martyrum.

Die 16. ¶ Sancti Joachim pater beatæ Mariæ virg. dupl. omnia de cõi vnius conf. non epi. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus: qui tua prouidentia ſanctum Joachim de tribu Juda cum Anna vxore de genere Dauid, per annos viginti ſine liberis eſſe voluiſti: ⁊, ſterilitatis pudore ſeparatos, angelica locutione monuiſti: vt mirabilē prolem, generaturi, nomine Mariam, tēplum Dei, ⁊ ſpiritus ſancti, ſimul viuerent, concede nobis propitius: vt interceſſione parentum, ⁊ filiæ, genitricis domini noſtri Jeſu Chriſti, ab omnibus aduerſitatibus corporis, ⁊ animæ liberemur. Qui tecum viuit. Lectio prima.

In diebus illis: Erat in Iſrael vir nomine Joachim, ex tribu Juda: Et hic erat paſtor ouium ſuarum: timens deum in ſimplicitate: cui nulla cura erat alia, niſi gregum: de quorum fructu alebat omnes timētes Deū. De omnibus autem tres partes faciebat. Tu. Lectio ſecunda.

Vnam partē dabat viduis, orphanis, ⁊ peregrinis, atque pauperibus. Alteram autem partem colentibus Deum. Tertiam partem ſibi, ⁊ omni domui ſuæ. Hæc autem illi facienti multiplicabat dominus greges ſuos: ita vt non eſſet ſimilis illi in populo Iſrael. Hæc autem inchoauit facere a quintodecimo anno ætatis ſuæ. Lectio tertia.

Cum enim eſſet annorum viginti quinque: accepit Annam filiam Iſaac ex tribu, ⁊ genere Dauid: cum qua moratus eſt per annos viginti, ⁊ filios nō accepit. Factum autē eſt in diebus feſtis, vt inter eos, qui offerebant incenſum domino, ſtaret Joachim parans munera ſua in conſpectu domini. Lectio iiij.

Et accedens ad eum ſcriba tēpli nomine Ruben: ait ad eum: Non licet tibi inter ſacrificia Dei conſiſtere, quia non benedixit tibi deus, vt daret tibi ſemen in Iſrael. Paſſus itaque verecundiam in conſpectu populi, abſceſſit de templo dei plorans: ⁊ non eſt reuerſus domum ſuam: ſed abijt ad pecora, ⁊ duxit ſecum paſtores inter mōtes in longinquum: ita vt per quinque menſes ne nuncium quidem audiret Anna vxor eius. Tu autem domine. Lectio quinta.

Quæ dum fleret in oratione ſua, ⁊ diceret. Domine iam iam, quia filios nō dediſti mihi, virum meum quare abſtuliſti a me? Ecce enim quinque menſes

fluxe-

fluxerunt: ⁊ virum meum non video: ⁊ neſcio vbi ſit, ⁊ an mortuus ſit: quia ſepulturam eius feciſſem. Dum autem in oratione Anna perſeueraret: eleuãs oculos ſuos ad dominuȝ. Dixit. Tu noſti domine ab initio coniugij mei hęc me vouiſſe: vt, ſi dediſſes mihi, filium, aut filiaȝ: obtuliſſem tibi illum in templum ſanctum tuum. Lectio ſexta.

Et dum iſta diceret ante faciem eius apparuit angelus domini, dicens: Noli timere Anna: qa in conſilio dei eſt germen tuum: ⁊ quod ex te natum fuerit: dabitur in admirationeȝ omnibus ſeculis vſqȝ in finem. Et hęc cum dixiſſet: ab oculis eius elapſus eſt. Illa autem tremens, quod vidiſſet talem virtutem, ac talem ſermonem audiſſet: ingreſſa eſt in cubiculuȝ ſuū: ⁊ quaſi mortua tota die, ac nocte in oratione p̄māſit. Euang. Uidete, vigil. Lectio octaua.

In ipſo autẽ tempore apparuit quidam iuuenis inter montes, vbi Joachim paſcebat greges ſuos: ⁊ dixit ei: Quare nō reuerteris ad vxorem tuam? Et dixit Joachiȝ: per viginti annos habui eam: nunc vero, quia noluit mihi dominus dare filios ex ea: cum verecundia de templo dei exprobratus exiui: vt quid reuertar ad eam ſemel eiectus? Jã hic manebo cum ouibus meis: q̄diu voluerit me viuere Deus: Per manus autem puerorum meorum viduis: orphanis: ⁊ colentibus deum partes ſuas reſtituam. Lectio nona.

Et cuȝ hęc dixiſſet: reſpondens illi iuuenis ille dixit: Angelus Dei ego ſum: qui apparui hodie flenti, ⁊ oranti vxori tuę: Et conſolatus ſum eam: ex qua habebis filiam: quę templuȝ Dei erit: ⁊ ſpiritus ſanctus requieſcet in illa: ⁊ vocabis nomen eius Mariam. Et, vt certius credas: cum perueneris ad aureaȝ Jeroſolymę portam: vxorem tuam habebis obuiam. Deſcende ergo de montibus, ⁊ reuertere ad coniugeȝ tuam: quia faciet eam deus matrem beatitudinis ęternę.

¶ Nicandri, ⁊ Creſcentiani mar. in conuentu ſancti Martini. duplex. Die 17.

¶ Sancti Lamberti epiſcopi, ⁊ mar. ix. lec. omnia de cõi. Oro. Die 17.

Preſta quęſum⁹ omnipotẽs deus: vt beatum Lambertum, quẽ eccleſię tuę Pōtificem eſſe cõceſſiſti, ⁊ martyrẽ: interceſſorem mereamur habere perennem: ⁊ ad beatitudinis tuę conſortia pium introductorem. Per dñ. Lectio prima.

Lambertus nobilis genere, ſed nobilior ſanctitate: a primęuo ſuę ętatis an

no literis eruditus:adeo pro ſui ſanctitate ab omnibus amabatur:vt poſt Theodardum magiſtrum ſuum Traiectenſis eccleſię in Epiſcopum meruerit promoueri. Lectio ſecunda.

Quem Hildericus rex plurimuꝫ diligebat:ꝛ pręomnibus Epiſcopis eum in reuerētia habebat. Creſcente autē inuidorum malitia: eum ſine cauſa expellentes:honore debito priuauerunt:ꝛ Feremanduꝫ in eius locum poſuerunt. Tunc Lambertus, monaſterium ingreſſus: per ſeptem annos optime conuerſatus eſt. Tu autem domine miſe. Lectio tertia.

Quadam vero nocte ad orationem ſurgens, in pauimento ſonuꝫfecit. Quod andiēs abbas,dixit. Quiſquis hunc ſonum fecit,vadat ad crucem. Et tunc beatus Lambertus in niue,ꝛ glacie ad cruceꝫ fixus ſtetit: donec fratribus ſe poſt matutinas calefacientibus,euꝫ Abbas deeſſe cognouit. Qui audiens a fratre quodam, quod Lambertus eſſet, qui ad crucem iuiſſet: eum introduci fecit: ꝛ indulgeri ſibi vna cum monachis poſtulauit. Lectio quarta.

Lambertus vero clementer indulſit: ꝛ de bono obedientię, ꝛ patientię ſublimiter prędicauit. Poſt ſeptem annos Feremādus expulſus eſt: ꝛ Lambertus, iubente Pipino, ad ſedem propriam eſt reductus. Cū autem,vt primo,polleret verbo, ꝛ exemplo: inſurrexerunt duo maligni eum grauiter inſectantes:quos amici Pontificis occiderunt. Lectio quinta.

Eo tēpore Lambertus Pipinum de quadam meretrice,quam tenebat, dure increpabat:quia tale nefas non decebat Regiam maieſtatem. Dodo autem quidam conſanguineus eorum,qui interfecti fuerant: ꝛ frater ipſius meretricis,domeſticus aulę Regię congregato exercitu, domuꝫ ipſius circunquaqꝫ vallauerūt: volētes occiſorū necem vindicare: ꝛ Lambertū occidere. Et cū puer Lāberto nūciaſſet:confiſus in dño,vt eos expugnaret,gladiū arripuit. L. vi.

Sed cum ad ſe rediſſet,gladium proiecit:melius iudicans,vt perſiſtendo,ꝛ moriendo vinceret:ꝙ,vt ſacratas manus de impiorum ſanguine macularet. Tunc vir Dei ſuos admonuit: vt peccata ſua confiterentur: ꝛ mortem patienter ſuſtinerent. Statimqꝫ impij irruēt[illegible] in ſanctum virum,in oratione proſtratum, eum occiderunt: circa annos domini ſexcētosnonaginta. Die 18.

Victoris mart.ix.lect. Die 19.

Januarij epiſcopi, ꝛ ſociorum, mart. duplex. Dies 20.

Fauſtinę virg ꝛ mart. ix. lec.

In

¶ In vig. beati Matthei, dum extra ieiunium quatuor tempo rum euenerit. Ad matut. aña. ⁊ dicta ſecundum feriam.

ap. 5. Lec. iij. de euange. ſm Lucam.

In illo tempore: Vidit Ieſus publicanum, nomine Leui, ſedentem ad Telonium: ⁊ ait illi, Sequere me. Et reliqua.

Hom. beati Hieron. presby. L. j.

Ceteri euangeliſtę propter verecundiam, ⁊ honorem Matthęi noluerunt eum nomine appellare vulgato: ſed dixerunt Leui. Duplici quoq; vocabulo fuit. Ipſe autē Matthęus ſecundū id, quod a Salomone pręcipitur: iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis: ⁊ in alio loco: dic tu prior peccata tua, vt iuſtificeris: Matthęum ſe, ⁊ publicanum nominat: vt oſtendat legentibus nullū deſperare ſalutem debere: cum ipſe de publicano in Apoſtolum ſit repente mutatus. Tu au. Lectio ij.

Et factum eſt diſcumbente Ieſu in domo: ecce multi publicani, ⁊ peccatores veniētes diſcumbebant cum eo. Viderunt publicanum a peccato ad meliora conuerſum locū inueniſſe pęnitentię: vt ob id ipſi etiā non deſperent ſalutem. Tu. Lec. iij.

Nec enim in priſtinis vitiis permanentes veniunt ad Ieſum, vt Phariſei ⁊ ſcribę murmurantes: ſed pęnitentiam agentes, vt ſequēs dñi ſermo deſignat dicens: Miſericordiam volo: non ſacrificium. Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores. Pia de hiſtoria. Precor domine, prout feria dictum erit. Oratio.

Da nobis quęſumus omnipotēs deus, vt beati Matthęi Apoſtoli tui, ⁊ Euāgeliſtę, quam pręuenimus, veneranda ſolennitas: ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ ſalutē. Per dominum.

Dum hęc vigilia in quatuor temporibꝰ euenerit, de ea nihil fiat, niſi in miſſa. Ad veſpe. duplex. Omnia dicuntur de cōm. Euange. pręter Hym. orationem, ⁊ lectiones. Hymnus.

Matthęe ſancte, bino pollens munere: ſedulis Ieſum interpella queſtibus: vt nos in mundi gubernet turbinibus: ne poſt ęternus abſorbeat interitus. ℣. Annue. ℟. In omnem. Oratio vt ſup. Lectio prima.

Erant duo magi Zaroes, ⁊ Arphaxat apud Ęthiopes, in ciuitate Nadaber, in qua Matthęꝰ pręedicabat: ⁊ ibi erat rex, nomine Ęgyppus. Hunc ita ludificabant hi duo magi: vt dicerent ſe deos eſſe, ⁊ credebat eis omnis populus, etiam ⁊ rex memoratę vrbis. Et ibat opinio eorum per totā Ęthiopiam: ita vt ex lōginquis regionibus Ęthiopię venirent, ⁊ adorarent eos. L. ij.

Uraz ergo dominus gerẽs hominum, Mattheum apoſtolum contra eos miſit. Qui ingreſſus ciuitatem, cepit detegere preſtigia eorum. Omnes enim, quorum greſſus illi figebãt: hic in nomine domini ſoluebat. Quos illi excecabant: hic illuminabat. Quibus illi auditum abſtulerant: iſte reddebat Serpentes etiam, quos illi ad percutiendos homines excitabãt: hic conuertebat in ſomnum: & percuſſiones eoruz facto ſigno Crucis domini curabat. Lectio iij.

Hunc Mattheum cum vidiſſet Æthiops eunuchus Cãdacis Regine: qui a Philippo fuerat baptizat⁹, procidit ad pedes eius, orans, & dicens: quia reſpexit Deus ciuitatem iſtam, vt liberaret eam de manu duorum magorũ: quos putant ſtulti homines deos eſſe. Et ſuſcepit eum in domum ſuam. Lcõ iiij.

Et veniebant ad eum omnes amici Cãdacis eunuchi: & audientes verbuz vite credebãt Chriſto Jeſu domino noſtro. Et baptizabantur plurimi, videntes, quod omnia, que magi male faciebant hominibus, hec Dei Apoſtolus euacuaret. Non ſolum hos curabat, quos illi ledebant: ſed etiam omnes, qui ad eum ferebantur, variis languoribus obſeſſi. Predicabat autem populo veritatem Dei: ita vt omnes mirarentur de eloquentia eius. Lectio quinta.

Hec, & his ſimilia multa cuz apoſtolus diſſereret ſermone myſtico, venit qui diceret magos cuz ſingulis draconibus aduenire. Dracones autem erant galeati: flatus eorum flammifero ardore emanabat: ſulphureas ſpargebant auras naribus: quorum ardor homines interficiebat. Tunc conſignans ſe apoſtolus Mattheus ſecurus cepit exire. Prohibebat autem illum eunuchus clauſis oſtiis, ei dicens: Per feneſtram magis loquere illis. Lectio ſexta.

Dicit ei apoſtolus: mihi aperi, & per feneſtram conſidera magorum iſtorum audaciam. Mox autem vt apertis oſtiis veniſſet: ambo dracones ante apoſtoli pedes obdormierũt. Quos cum magi ad apoſtoli iuſſum excitare non poſſent, precepit eis apoſtolus ſine vlla hominũ leſione ire in deſertuz: q mox abierunt. Poſt hec filius regis a morte ſuſcitatur: & rex Egypp⁹ cum multis ad fidem conuertitur. Dehinc Hirtacus [illegible] ſucceſſit: qui Iphigeniam filiam regis cum multis aliis virginibus ſacro velamine conſecratam in vxorem deſiderauit: quem apoſtol⁹ publice in ambone arguẽs, hoc ſibi nõ licere aſſeruit. Quapropter iratus Hirtacus abſceſſit:

ceſſit: miſſo ſpiculatore, qui euꝫ ante altare, extenſis manibus, orantem, miſſo a tergo gladio,
cap. 9. interfecit. Secunduꝫ Lucam.

In illo tempore: Vidit Jeſus hominem ſedentem in Telonio: Mattheum nomine: ⁊ ait illi, Sequere me. Et reliqua.

Hom. beati Greg. Papę L. vij.

Dominus, ac redēptor noſter: fratres chariſſimi, qui iſtum Mattheum verbo vocauit: intus inuiſibili inſtinctu, vt ſequeretur, edocuit: infundens menti illius lumen gratię ſpiritualis: vt intelligeret, quia is, q̄ eum a temporalibus vocabat: lucri incorruptibilis ei in cęlis dare theſauros valeret. Lcō viij.

Et ſurgens ſecutus eſt euꝫ, ideſt, dimiſit caduca, quę gerebat: vt ſequeretur ęterna, ad quę illuꝫ veritas inuitabat. Tanta enim cupiditate ſequendi dominum ductus eſt: vt in nullo prorſus huius vitę reſpectum, vel cogitationem ſibi reſeruaret. Lectio nona.

Igitur Mattheus fecit domino magnum conuiuium in domo ſua: ſicut Lucas teſtatur. Qui enim domicilio dominum recepit interno: maximis delectationibus exuberantium paſcitur voluptatum. Et factū eſt diſcumbente eo in domo: ecce publicani, ⁊ peccatores veniētes diſcumbebant cum Jeſu, ⁊ diſcipulis eius. Oratio.

Beati Matthęi Apoſtoli tui, ⁊ Euangeliſtę: quęſumus domine precibus adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet: eius nobis interceſſione donetur. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtum.

Dum hoc feſtuꝫ in ieiunijs quatuor temporum euenerit, homilię de ieiunio pronuncient, ſicut dicitur in rubrica xxxij.

¶ Memo. de ſancto Mauritio, ac ſocijs eius. An. Iſti ſunt ſancti. ℣. Letamini. Oratio.

Deus, qui es ſanctorum tuorū ſplendor mirabilis: quiq; hūc diem beatorum martyrum tuorum Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris: Innocentij, ⁊ Vitalis, cum ſocijs eorū martyrio conſecraſti: da quęſumus: vt apud miſericordiam tuam exemplis eoruꝫ, ⁊ meritis adiuuemur. Per dominum.

¶ In natali ſancti Mauritij, ſociorumq; eius ix. lect. ad mat. ⁊ ad hor. de communi plurimorum martyrum. Lectio prima.

Mauritius in ſacratiſſima legione, quę Thebęa dicitur: dux extitiſſe perhibetur. Dicti autē ſunt Thebęi a ciuitate ſua: quę Thebe nuncupata eſt. Et eſt iſta regio in partibus Orientis: vltra fines Arabię, abundās opibꝰ, fructibꝰ fertilis, arbo-

ribus delectabilis. Lectio ij.

H Abitatores regionis illius
dicuntur eſſe magni corpo
ris: armis ſtrenui: in bello fortiſ
ſimi: callidi ingenio: ſapientia lo
cupletiſſimi. Tu au. Lectio iij.

I Pſa autem ciuitas centum
portas habuit: et ſuper Nilū
fluuium: qui de paradiſo egredi
tur, et Gihon dicitur, ſita fuit: de
qua dicitur: Atq; vetus Thebe
centuz iacet obruta portis. Hic
Jacobus frater domini verbum
ſalutis prędicauit: et fidem Chri
ſti eos perfecte docuit. L cō iiij.

D Iocletianus autez, et Ma
ximianus, qui cęperūt an
nis domini ducentis octoginta
ſeptem: volentes fidem Chriſti
penitus extirpare: tales epiſto
las per omnes prouincias, in q̄
bus Chriſtiani morabātur, trāſ
miſerunt. Si aliquid determina
ri oporteret, aut ſciri: et totus mū
dus ex vna parte cōgregatus eſ
ſet: et ſola Roma ex alia parte cō
ſiſteret: mundus totus victus fu
geret: et ſola Roma in culmine
ſcientię remaneret. Lectio v.

C Ur ergo vos parua plebe
cula eius pręceptis reſiſti
tis: et contra ipſius ſtatuta tam
ſtolide ſuperbitis? Aut igitur
deorum immortalium fidem ſu
ſcipite: aut immutabilis de vo
bis ſentētia mortis pferet. Chri
ſtiani autē hui⁹ līas ſuſcipiētes,
nūcios vacuos remiſerūt. L. vj.

T Unc Diocletianus, et Ma
ximianus in iraz commoti
per omnes prouincias miſerūt: et
vt omnes armis bellicis apti Ro
mā venirent, vt oēs rebelles Ro
mano imperio ſubiugarent. Li
terę autem Auguſtorum ad po
pulum Thebęorum delatę ſunt.
Qui populus ſm dei pręceptuz,
quę Dei erant, Deo: et, quę erant
Cęſaris, Cęſari reddebant. Le
ctio vij. de euangelio. Deſcendēs
Jeſus de monte. Lectio octaua.

C Ongregantes igitur electā
militum legionez: ſcilicet
ſex millia ſexcentos ſexaginta
ſex: eos ad imperatores miſerūt:
vt in bellis iuſtis imperatorem
iuuarent: et non contra Chriſtia
nos arma mouerent: ſed eos po
tius defenſarent. Huic autem
ſacratiſſimę legioni dux erat vir
inclytus Mauritius: ſigniferi
autez Candidus, Innocentius,
Exuperius, Victor, et Conſtan
tinus. Lectio nona.

D Iocletianus igitur Ma
ximianum, quez ſibi in col
legam imperij aſſumpſerat, con
tra gallos cum infinito exercitu
miſit: et ei legionem Thebęam ſo
ciauit. Ubi a ſancto Marcellino
papa exhortati ſunt vt poti⁹ gla
dijs interirent, quam fidez Chri
ſti: quam acceperant, violarent.
Ad veſp aiī. Omnes ſancti.
Dixit dominus. et cęteri cuz pſa
ſola. Cap. Sancti ludibria. ℟.

Tradiderūt. ℟. Sāctoꝝ me-
ritis. * Letamini. Ad M. añ.
Gaudēt in cęlis. Oratio Deus,
qui eos ſanctoꝝ moꝝ ſplēdor.

Die ¶ Sācti Gerardi epiſcopi An-
24. tiocheni ⁊ martyris ordinis no-
ſtri duplex. Oratio.

SAcratum tibi domine diē
offerimus, quo beatuꝫ Ge-
rardum a vertice montis preci-
pitem dederunt tui nominis ho-
ſtes, ſuppliciter tuam clementiā
exorantes: vt, cuius ſolennia co-
limus: venerāda illius paſſio no-
bis proficiat ad medelam. Per.

Die ¶ Germani Abbatis. memo.
25. ¶ Sācti Cleophę diſcipuli do-
mini duplex. ⁊c. vt vnius mart.
Ad Mag. aña. Qui ſunt hi ſer
mones: quos confertis adinui-
cem ambulantes: ⁊ eſtis triſtes?
halah: reſpondens vnus, cui no-
men Cleophas: dixit ei: tu ſolus
peregrinus es in Jeruſalē, ⁊ nō
cognouiſti, que facta ſunt in illa
his diebus? hal. quibus ille dixit:
que? ⁊ dixerunt: de Jeſu Nazare-
no, qui fuit vir propheta: potens
in opere, ⁊ ſermone, coram Deo,
⁊ omni populo. halah. Oratio.

BEati martyris tui
Cleophę, atq; diſci-
puli queſumus do-
mine ſupplicatione
placatus: ⁊ veniam nobis deli-
ctorum tribue: ⁊ remedia ſem-
piterna concede. Per domi-
num noſtrum. Lectio prima.

NAtalis ſancti Cleophę di-
ſcipuli domini: qui vnus
fuit de ſeptuagintaduobus diſci
pulis Chriſti. Cui poſt reſurre-
ctionem dominus eunti cū alio
condiſcipulo in caſtellum nomi
ne Emmaus: quod Nicopolis
nūc dicitur: apparuit. Lectio ii.

QUem tradunt in eadeꝫ vr
be: in eademq; domo: in
qua menſam quaſi peregrino do
mino parauerat, pro confeſſione
illius, queꝫ ibi ipſe cognouerat,
a Judęis occiſuꝫ: ⁊ glorioſa me-
moria eſſe ſepultum. Lectio iij.

GLorioſam beati Cleophę
martyris Chriſti paſſioneꝫ
nos delectet ſolenniter celebra-
re: cui ſumma gaudij dulcedo
fuit pro confeſſione Chriſti mo-
riendo triumphare. Patientia
nanq; illius: quam exercebat in
terris, ſempiternam ſibi gloriaꝫ
preparauit in cęlis. Tu autem
domine. Lectio quarta.

IMmanibus igitur carnifi-
cum tormentis afficiebatur:
ſed nullo crudelitatis genere a
Chriſtianę fidei profeſſione mo-
uebatur: immo, immaniter cru-
ciatus, tormentorum crudelita-
te gloriabatur. Tu autem do-
mine miſe. Lectio quinta.

FUit itaque in beato Cleo-
pha: ⁊ ad declarandam fi-
dei, ⁊ iuſtitię gratiam perfecta
ſpiritualis gratię plenitudo: ⁊
ad vincendas mundi perſecu-

ciones fortiſſimi pectoris infatigata fortitudo. Lectio ſexta.

VNde nõ immerito fratres tanto cum honore nominis eius memoria per ampliſſima mũdi ſpatia celebratur: quia per vniuerſum orbez ad firmandum fidẽ noſtram ⁊ paſſio eius, ⁊ patientia profecit. Lectiones tres de euange. Duo ex diſcipulis Ieſu. ⁊c. vt in craſtino Paſchę. Ad Bñs añ. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem: ⁊ non cognouiſti de Ieſu, quomodo tradiderunt eum in damnationem mortis? Halelu iah.

Die 26. ¶ Cypriani, ⁊ Iuſtinę m. mem.

¶ Sanctorũ Coſmę, ⁊ Damiani martyrum, nouez lectionum,

Die 27. ⁊ cętera vt plur. mar. Oratio.

PReſta quęſumus omnipotens deus: vt, qui ſanctorum martyrum tuorum Coſmę, ⁊ Damiani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per dominum no. Elzearij confeſ. mem. Lectio j.

TEmporibus Diocletiani, ⁊ Maximiani fuit quędam mulier, in ciuitate Ægea: venerabilis: ac timens Deum: nomine Theodora: religioſiſſima, ⁊ ſanctiſſima: quę concepit, ⁊ peperit duos filios: Coſmam, ⁊ Damianum: quos natos nutriuit in omni ſtudio rectę vitę: docens eos ſacratiſſimas literas. Lectio ſecunda.

DOcti ſunt autem per reuelationem ſpiritus ſancti ſcientiam medicę artis, ⁊ curabant non ſolum homines: ſed ⁊ omnia animalia: vt adimpleretur prophetica vox, dicens: Homines: ⁊ iumẽta ſaluabis domine. Et hoc facientes a nullo aliquid accipiebant. Eo tempore fuit matrona quędam, quę cum cenſum erga medicos expendiſſet, ⁊ nihil profeciſſet: poſtulabat, vt eorum viſitationem mereretur. Qui fide eius explorata eam curauerunt. Lectio tertia.

SCiens autem, quod a nullo aliquid accipiebant: occulte obtulit beato Damiano: non, quod cupiditati, ſed ſanctitati conueniret: ⁊ ſacramentis terribilibus conſtrictus ſuſcepit munuſculum, ne ſpernere videretur nomen domini. Hoc cum ſanctus Coſmas compeiſſet: pręcepit, ne corpus eius vna cum illo ſepeliretur. In eadem autem nocte apparuit ei dominus, dicens: quare ſic locutus es Damiano propter mun⁹, quod non mercedis gratia: ſed propter nomen meuz adiuratus ſuſcepit? Lectio quarta.

FActa eſt autem perſecutio Chriſtianorum in ciuitate Ægea ſub pręſide Lyſia. Qui audiens, quod cultores deorum re-

cedebant

cedebãt ab immolationibus eorum: his magis conſentiens: dirigit quoſdam, qui eos tenerẽt: & ſtatim pręſentãtur. Sancti vero ſtabant hilari vultu: & dixit pręſes. Dicite cuius eſtis prouincię: & quę ſunt nomina veſtra: vel cuius ſitis fortunę? Martyres dixerunt: Arabię prouincię ſumus: nomina noſtra hęc ſunt. Ego Coſmas dicor: frater autem meus Damianus. Fortuna autem quid ſit ignoramus: Chriſtiani enim ſumus ex magno genere. Habemus autem alios fratres, ſcilicet, Antimum, Leontium, & Euprepium. Pręſes dixit: facite eos venire. Euntes vero adduxerunt eos. Lectio v.

Tunc pręſes dixit: ſacrificate Diis: ſi vero nolueritis: vos tormentis faciã negare Chriſtum. Martyres dixerunt: tormenta tua non timemus. Tunc pręſes pręcepit vinctos manibus, & pedibus fortiter torqueri. Sancti vero dixerunt. Conuertere domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos: & libera nos de laqueo diaboli: & filio eius Lyſia pręſide: quia in te ſperamus domine. Tu autem domine miſe. Lectio ſexta.

Hęc autem orantes manebant illęſi: & dicebãt ad pręſidem. Si habes crudeliora tormenta, infer nobis: vt cognoſcas, quia nihil poſſunt aduuãte nos Chriſto. Tunc pręſes pręcepit eos in mare pręcipitari. Ipſi autem gaudentes, & pſallentes venerunt ad locum. Tunc miniſtri miſerunt eos in mare. Statim autem affuit Angelus domini, & diſrupit vincula eorum: & eiecit eos illęſos: Tu autem do. Euangelium. Hęc mando vobis. Require in communi apoſtolorum. Lectio octaua.

Audiens autem hoc pręſes iuſſit eos ad ſe perduci: & aſtantibus dixit: Dicite mihi maleficia veſtra: & ego ſequar vos: Sancti dixerunt: Nos maleficia neſcimus, ſed in nomine Chriſti maleficiorum virtutem ad nihilum ducimus. Si vis, eſto Chriſtianus: & videbis Chriſti virtutem: Pręſes dixit: In nomine Dei Apollinis ſequar vos. Et ſtatim aduenerunt duo nequiſſimi ſpiritus miſſi ab Angelis: & cędebant eũ in facie. Pręſes vero, dum torqueretur, dixit ad ſanctos. Deprecor vos, orate pro me ad Deum veſtrum. Sancti vero orauerunt: & ſtatim dęmones nuſquam comparuerunt. Lectio nona.

Cum autem receſſiſſent dęmones, dixit pręſes. Videte qualiter Dii noſtri indignati ſunt, quia eos relinquere cogitabamus. Sãcti dixerũt: o inſenſate adhuc permanes in incredulitate? Tũc procõſul furore repletus iuſ-

fit eos in carcerem recipi. Cum
autem ducerentur, pſallebant: ꝛ
pſallere in carcere non ceſſabāt.
Sequenti die iuſſit eos adduci:
ꝛ dixit eis: Adhuc permanetis
in inſania veſtra? Sancti dixe-
runt: Chriſtiani ſumus: ꝛ vſque
in finem pro veritate dimica-
mus. Tunc precepit eos mitti
in ignem. Illi autem deambu-
labant in medio: ſicut in prato a-
meniſſimo: ꝛ pſallebant. Oran-
tibus autem illis egreſſa eſt flam-
ma: ꝛ combuſſit plurimos im-
piorum. Sancti vero apparue-
runt illeſi. Tu autem domine.
Die ¶ Exuperij epi. ꝛ conf. ix. lect.
28. ¶ In dedicatione ſancti Mi-
Die chaelis duplex. Ad veſpe. Cap.
29. SIgnificauit De⁹, que
oportet fieri cito: lo-
quens per Angelū
ſuū ſeruo ſuo Johan
ni, qui teſtimonium perhibuit
verbo dei: ꝛ teſtimonium Jeſu
Chriſti, quecunq; vidit. ℟. Te
ſanctum dominum in excelſis
laudant omnes Angeli, dicen-
tes: Te decet laus: ꝛ honor do-
mine. ℣. Cherubim quoque, ac
Seraphim ſanctus proclamant,
ꝛ omnis celicus ordo: dicen-
tes. Te. Hymnus.

TIbi Chriſte ſplēdor patris,
Uita virtus cordium:
In conſpectu Angelorum
Uotis voce pſallimus:
Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes
Omnes celi milites:
Sed precipue primatem
Celeſtis exercitus:
Michaelem in virtute,
Conterentem Zabulon.
Quo cuſtode procul pelle
Rex Chriſte piiſſime:
Omne nefas inimici
Mundo corde, ꝛ corpore
Paradiſo redde tuo
Nos ſola clementia.
Gloriam patri melodis
Perſonemus vocibus:
Gloriam Chriſto canamus
Gloriam paraclito:
Qui deus trinus, ꝛ vnus
Extat ante ſecula. Amen.

℣. In conſpectu Angelorum
pſallam tibi deus meus. ℟. A-
dorabo ad templum ſanctum
tuum, ꝛ confitebor nomini tuo.
halelujah. Ad Mag. aña. Dum
ſacrum myſterium cerneret Jo-
hannes, Archangelus Michael
tuba cecinit: ignoſce domine de⁹
noſter, qui aperis librum, ꝛ ſol-
uis ſignacula eius. hal. Oratio.

DEus, qui miro ordine An
gelorum miniſteria homi
numq; diſpenſas: concede pro-
pitius: vt, quibus tibi miniſtran
tibus in celo ſemper aſſiſtitur:
ab his in terra vita noſtra mu-
niatur. Per dominum noſtrum.
Ad matut. Inuitato. Cuncta
agmina Angelorum adorant re-
gem

gem celorum: Et inter eos egregius Michael Archangelus, venite, adoremus. pſalm. Venite, exultemus. Hymnus.

O Chriſte ſanctorum decus Angelorum.
Rector humani generis, et auctor:
Nobis eternum tribue benignus:
Scandere celum.
Angelū pacis Michael ad iſtā:
Celitus mitti rogitamus aulā:
Nobis vt crebro veniente creſcant:
Proſpera cuncta.
Angelus fortis Gabriel, vt hoſtem:
Pellat antiquum, volitet ab alto:
Sepius tēplū veniat ad iſtud:
Viſere noſtrum.
Angelū nobis medicū ſalutis.
Mitte de celis Raphael, vt omnes:
Sanet egrotos, pariterque noſtros:
Dirigat actus.
Hinc Dei patri genitrix Maria:
Totus et nobis chorus Angelorum:
Semper aſſiſtat, ſimul et beata:
Concio tota,
Preſtet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, paritercꝫ ſācti:
Spūs, cuius reboat in omni:
Gloria mundo, Amen.

In primo nocturno Antipho. Stetit Angelus iuxta arā templi: habens thuribulum aureū in manu ſua. ps. Domine dominus. 3. Aña. Aſcendit fumus aromatum in conſpectu Dei de manu Angeli. ps. In domino confido. 4. Aña. Michael Archangele veni in adiutorium populo Dei. ps. Domine quis ha. 5. ℣. Stetit Angelus iuxta arā templi. ℟. Habens thuribulū aureum in manu ſua. haleluiah.

Sermo ſcti Gregorij pape. L. j.

Angelorum quippe, et hominum naturam ad cognoſcendum ſe dominus condidit. Quam dum conſiſtere ad eternitatem voluit: eam procuidubio ad ſuam ſimilitudinem procreauit. Decem vero drachmas mulier habuit: quia noué ſunt ordines Angelorū. Sed, vt compleretur numerus electorum: homo decimus eſt creatus: quia cō ditore ſuo: nec poſt culpam periit: quia hunc eterna ſapientia per carnem miraculis coruſcans ex lumine teſte reparauit. ℟. Factum eſt ſilentium in celo: dum draco committeret bellum cū Michaele Archangelo: Et audita eſt vox, millia millium dicentium: ſalus, honor, et virtus omnipotenti Deo. ℣. Millia millium miniſtrabant ei: et decies centena millia aſſiſtebant ei. Lectio ſecunda.

Nouem

Nouem ergo ordines Angelorum diximus: quia, videlicet, teſtante ſacro eloquio, eſſe ſcimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Principatus, Dñationes, Poteſtates, Thronos, Cherubin, atq; Seraphim. ℟. Stetit Angelus iuxta aram templi: habens thuribulum aureum in manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa multa: Et aſcendit fumus aromatum de manu Angeli in conſpectu Dei. ℣. Factuз eſt ſilentium in cęlo: ⁊ accepit Angelus thuribulum: ⁊ impleuit illud de igne altaris. Et. aſcendit. Lectio tertia.

Eſſe nanque Angelos, ⁊ Archangelos pene omnes ſacri eloquij paginę teſtantur. Cherubim, atq; Seraphiз ſępe, vt notatum eſt, libri prophetarũ loquuntur. Quatuor quoq; ordinũ nomina Paul⁹ ad Epheſios enumerat, dicens: Sup omnem Principatũ, ⁊ Poteſtatẽ, ⁊ Virtutẽ, ⁊ Dñationem. ℟. In conſpectu Angelorũ pſallam tibi, ⁊ adorabo ad templũ ſanctuз tuum, Et cõfitebor nomini tuo dñe. ℣. Deus meus es tu: ⁊ confitebor tibi: Deus meus es tu: ⁊ exaltabo te. Et confit. In ij. noc. Aña. Michael prępoſitus paradiſi: quem honorificant Angelorum ciues. ps. Domini eſt ter. ℣. Aña Glorioſus apparuiſti in conſpectu Dei: ⁊ propterea decorem induit te dominus. ps. Benedicam. 12. Aña Angelus Archãgelus Michael, Dei nuncius, de animabus iuſtis ſuſcipiendis. halah, halah. ps. Exaudi de⁹ orationem meam, ⁊ ne de 21. ℣. Aſcendit fumus aromatum. ℟. De manu Angeli in conſpectu Dei. Lectio quarta.

Qui rurſus ad Coloſſenſes ſcribens ait: Siue throni ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates. Dominationes vero, Principatus, ⁊ Poteſtates: iam ad Epheſios loquens, deſcripſerat. Sed ea quoque Coloſſenſibus dicturus pręmiſit Thronos: de quibus nec dum quicquam fuerat Epheſis locutus. Duз ergo illis quatuor: quę ad Epheſios dixerat, ideſt Principatibus, Poteſtatibus, Virtutibus atque Dominationibus cõiunguntur Throni: quinque habentur ordines: qui ſpecialiter exprimuntur. Tu autẽ. ℟. In conſpectu gentium nolite metuere: vos enim in cordib⁹ veſtris adorate, ⁊ timete dominum. Angelus enim domini vobiſcum eſt. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi: habens thuribulum aureum in manu ſua. Angelus enim domini. Lec. v.

His quoque dum Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim quoq; adiuncti ſunt: proculdubio nouem Angelorum

rum ordines inueniunt. Unde & ipſi angelorum primus eſt additus: p propheta dr: Tu Cherubim ſignaculũ ſimilitudinis Dei, plenus ſapiẽtia: & perfectus decore: i delitiis paradiſi Dei fuiſti. Ubi notandum, q non ad ſimilitudinem Dei factus: ſed ſignaculum ſimilitudinis dicitur: vt quo in eo ſubtilior eſt natura: eo in illo imago Dei ſimilior inſinuetur expreſſa. Tu autẽ. ℟ Venit. Michael Archangelus cum multitudine Angelorum: cui tradidit Deus animas ſanctorũ: Ut perducat eas in paradiſum exultationis. ℣. Data eſt poteſtas Archangelo Michaeli ſuper animas ſanctorum. Ut. Lectio vj.

Et in illo loco ſubdit: Oĩs lapis pretioſus operimentum tuum, ſardius: topazius, iaſpis, chryſolitus, onyx, & berillus, ſaphirus, carbunculus, & ſmaragdus. Ecce nouem diximus nomina lapidum: quia profecto nouem ſunt ordines Angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus Angelus ideo ornat9, & opertus extitit: quia dum cunctis agminibus Angelorũ prelatus eſt: ex eorum comparatione clarior fuit. ℟ Hic eſt Michael Archangelus, princeps militię angelorum. Cuius honor pręſtat beneficia populorum: & oratio perducit ad regna cęlorum. ℣. Archangele Chriſti per gratiam, quam meruiſti: te deprecamur, vt eripias nos a laqueo mortis. Cuius. In iij. noc. Añ. Concuſſum eſt mare, & contremuit terra: vbi Archangelus Michael deſcendebat de cęlo. ps. Quam dilecta. 23 Añ. Data ſunt ei incenſa multa, vt adoleret ea ante altare aureum: quod eſt ante oculos dñi. ps. Qui habitat. 35. Añ. Laudemus dñm, quẽ laudant Angeli, quẽ Cherubim, & Seraphim, ſanctus, ſanctus, ſanctus, proclamãt. ps Benedic aĩa. j. 39. ℣. Adorate dominum. ℟. Oẽs Angeli eius.

Secundum Mattheum. 18.

In illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eius, dicentes: Quis. putas, maior eſt in regno cęlorum? Et reliqua. Homilia beati Hieronymi preſbyteri. Lectio ſeptima.

Uidete, ne cõtemnatis vnũ ex his puſillis, qui in me credunt: dico enim vobis, quod Angeli eorũ ſemper vidẽt faciẽ patris mei, qui in cęlis eſt. ℟ In tempore illo cõſurget Michael qui ſtat pro filiis veſtris. Et veniet tps, quale nõ fuit ex eo, quo gentes eſſe cęperunt, vſq ad tps illud. ℣. In illo tempore ſaluabitur populus meus: omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro vitę. Et. Lectio octaua.

Uenit filius hominis ſaluare, quod perierat. Sicut enim

enim abſcindendos: vel eruendos infideles, ac perfidos homines, qui ſcandalum ſunt corpori eccleſię, dominus pręcepit: ita quoque admonet, ne quenquã ex paruulis humilibus hominibus ſecundum ſeculum, qui ſimpliciter, ac fideliter credunt in Dei filio, contemnamus. ℟. Fidelis ſermo, ⁊ omni acceptione dignus, Michael Archangelus pugnauit cum diabolo: gratia Dei ille victor in cęlis extitit. Et ille hoſtis antiquus paſſus eſt ruinam magnam. ℣. Gaudent Angeli, ⁊ exultant Archangeli de Michaele Dei nuncio. Et ille.

Lectio nona.

Nas enim non eſt contemnere vnumquemque credentem in Chriſto, qui non ſolũ ſeruus Dei: ſed ⁊ filius per adoptionis gratiam nuncupatur: cui regnum cęlorum, ⁊ conſortium Angelorum promittitur. ℟. Te ſanctum dominum in excelſis. Require in primis veſpe. Te deum. Sacer. ℣. In conſpectu Angelorum. In laud. Añ. Dũ pręliaretur Michael Archangelus cum dracone audita eſt vox, dicentium: ſalus Deo noſtro halľah. ps. Dominus regn. Añã. Dum committeret bellũ draco cum Michale Archangelo, audita eſt vox, millia millium dicentium: ſalus Deo noſtro, halelu. Añã. Archangele Michael conſtitui te principem ſuper omnes animas ſuſcipiendas. Añã. Angeli domini dominum benedicite in ęternum. Añ. Angeli, Archangeli, Throni, dominationes, principatus, ⁊ poteſtates, virtutes cęlorum laudate dñm de cęlis. hal. Capitul.

Factum eſt pręliuz magnũ in cęlo: Michael, ⁊ Angeli eius pręliabantur cum dracone: ⁊ draco pugnabat, ⁊ Angeli eius: ⁊ non pręualuerunt, neque locus eorum inuentus eſt amplius in cęlo. Hymn. Tibi Chriſte. ℣. In conſpectu Angelorũ. Ad Bñs Añã. Factum eſt ſilentium in cęlo: dum draco cõmitteret bellum: ⁊ Michael pugnabat cum eo, ⁊ fecit victoriã. haleluiah. Oratio. Deus, qui miro ordine an. Ad hor. Añę de laud. Ad iii. Capitul.

Factum eſt ſilentium in cęlo, dum draco cõmitteret bellum: ⁊ Michael pugnauit cum eo: ⁊ fecit victoriaz. ℟. Stetit Angelus iuxta aram templi. Halľah. halľah. ℣. Habens thuribulum aureum in manu ſua. Halel. hal. ℣. Aſcendit fumus aromatum in conſpectu. Ora. Perpetuum nobis: vt in ſuffra

Ad ſextam Capitulum.

Nunc facta eſt ſalus, ⁊ virtus, ⁊ regnuz Deo noſtro: ⁊ poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum

ſtrorum: qui accuſabat eos ante conſpectum Dei noſtri die, ac nocte: propterea letamini celi: ⁊, qui habitatis in eis. ℟. Aſcendit fumus aromatum. Hal. hal. ℣. In conſpectu domini de manu Angeli. hal. ℣. Adorate dominum. Oratio. Perpetuum nobis. Ad ix. cap. Factum eſt. ℟. Adorate dominū. Hal. hale. ℣. Omnes Angeli eius. Halel. hale. ℣. In conſpectu Angelorū pſallam tibi. Oratio.

Beati Archangeli tui Michaelis interceſſione ſuffulti te ſupplices domine deprecamur: vt, quod ore pſequimur: contingamus ⁊ mente. Per do. Ad veſp. Aña. Dum preliaretur. ps. Dixit dñs. Aña. Dum committeret. ps. Confitebor. Aña. Archangele. ps. Laudate pueri. Aña Angeli dñi. ps. Confitebor. 66. Añ. Angeli, Archāgeli. ps. Lauda Jeruſalē. Cap. de ſancto Hieronymo. Juſtum deduxit. ℟. Sācte Hieronyme. Hymn. Hic pius. ℣. Amauit Ad Magnificat. Antiphona. Similabo eum viro. Oratio.

Deus, qui beatum Hieronymum luce ſapientie: ⁊ operum executione illuſtraſti: da nobis dicta eius ſobrie intelligere: ⁊ intellecta operibus adimplere. Per dominum noſt. Memoria de ſācto Michaele. Aña. Archangeli Michaelis interceſſione ſuffulti, te domine deprecamur: vt, quod ore proſequimur: cōtingamus ⁊ mente. ℣. In conſpectu. Oratio. Deus, qui miro ordine Angelorum.

¶ S. Hieronymi preſby. confeſſ. ⁊ Eccleſie doct. dupl. omnia de communi preter orationem, ⁊ lectionem. Oratio. Die 30.



Deus qui eccleſie tue ī exponēdis ſacris ſcripturis beatū Hieronymū confeſſorem tuum doctorē maximū, prouidere dignatus es: preſta q̄s vt eius ſuffragantibus meritis: quod ore ſimul ⁊ opere docuit, te adiuuante exercere valeam⁹. Per dominum. Lectio prima.

Hieronymus Euſebij filius, Stridone in Dalmatia, Cōſtantino Imperatore natus, Rome puer eſt baptizatus, ⁊ in liberalibus diſciplinis a donato, ⁊ alijs viris doctiſſimis eruditus, Adoleſcens diſcendi ſtudio Galliam peragrauit: vbi pios aliquot, ⁊ in diuinis literis eruditos viros coluit, multoſq; ſacros libros ſua manu deſcripſit: mox ſe in Greciam conferens, philoſophia, ⁊ eloquentia inſtructus, ſummorū theologorum conſuetudine floruit: in primis vero ſub

Gregorio

Gregorio Nazianzeno. Lectio ij.

Conſtantinopoli operã dedit: quo doctore ſe ſacras literas didiciſſe profitetur. Tūc religionis cauſa viſit Chriſti domini incunabula, totãq; luſtrauit Paleſthinam: quam peregrinationem adhibitis Hebręorum eruditiſſimis, ad ſacre ſcripturę intelligentiam ſibi multū profuiſſe teſtatur. Lectio iij.

Deinde ſeceſſit in vaſtã Syrię ſolitudinem: vbi quadriennīū in lectione diuinoꝝ librorū cęleſtiſq; beatitudinis cōtemplatione cōſumpſit, aſſidua ſe abſtinētia, vi lachrymarū, ⁊ corporis afflictatione diſcrucians. Preſbyter a Paulino epō Antiochię factus, Romam de controuerſiis quorundã epiſcoporum cum Paulino, ⁊ Epiphanio ad Damaſum Pontificem profectus, eius eccleſiaſticis epiſtolis adiutor fuit. Lectio iiij.

Verum cum priſtinę ſolitudinis deſiderio teneretur, in Palęſthinam reuerſus, Bethlehem ad Chriſti dñi pręſepe, in monaſterio, quod a Paula Romana extructum erat, cęleſtem quandã vitę rationē inſtituit, ⁊ quanquam varię morbis, doloribuſq; tentaretur, tamen corporis incōmoda pijs laboribus, ⁊ perpetua lectione ac ſcriptione ſuperabat. Lect. v.

Tanquã ad oraculū ex omnibus orbis terrę partibus ad ipſum diuinę ſcripturę quęſtiones explicandę referebantur. Illum Damaſus Pontifex, illum ſanctus Auguſtinus de locis Scripturę difficillimis ſępe conſuluit: propter eius ſingularem doctrinam, linguę non ſolū Latinę, ⁊ Gręcę, ſed Hebraicę etiã, ⁊ Chaldaicę, intelligentiam, ⁊ quod oēs pene ſcriptores eiuſdē Auguſtini teſtimonio legerat. Hereticos acerrimis ſcriptis exagitauit. Lectio ſexta.

Piorum ⁊ catholicorum patrocinium ſemper ſuſcepit. Vetus teſtamentū, Damaſi iuſſu ex Hebręo, nouum ex Gręco cōuertit magna etiã ex parte explicauit. Multa pręterea Latine reddidit ſcripta doctorum virorum, ⁊ ipſe aliis proprij ingenij monumentis Chriſtianam diſciplinam illuſtrauit. Qui ad ſummam ſenectutē perueniens, ſanctitate, ⁊ miraculis illuſtris Honorio Imperatore migrauit in cęlum. Cuius corpus ad Bethlehem ſepultum eſt, poſtea Romam in baſilicam ſanctę Marię ad pręſepe tranſlatum eſt.

OCTOBRIS FESTA.

Idem. iiij. de ſctīs, Remigio, Germano, ⁊ Vedaſto. aña. Fulgebūt iuſti. ℣. Letamini ī dño. oro.

Deus, qui nos beatorū confeſſorum tuorum, atq; pontificum, Remigij, Vedaſti, Germani,

mani, atq; Bauonis, illorumq; sociorum annua solennitate letificas: côcede propitius, vt, quorum natalitia colimus: per eorũ ad te exẽpla gradiamur, Per.

In craſtino ſancti Hieroſlymi ſequuntur lectiones per octaua ſancti Michaelis, cętera omnia ſicut in rubrica de octa. fiant.

¶ Die primo. de eodem Ser. ſancti Gregorij. Lectio j.

Sed cur iſtos perſiſtentium Angelorũ choros enumerando perſtrinximus: ſi nõ eorũ quoq; myſteria ſubtiliter exprimamus? Gręca etenim lingua angeli nuncij: Archangeli vero ſummi nuncij vocantur: L. ij.

Sciendum quoque, quod Angelorum vocabulũ nomen eſt officij, non naturę. Nã ſancti illius cęleſtis patrię ſpiritus ſemper quidẽ ſunt ſpiritus: ſed ſemper vocari Angeli nequaquam poſſunt: quia tunc ſolum ſunt Angeli, cum per eos aliquę nuntiantur. Lectio iij.

Unde & per pſalmiſtã dicit. Qui facit Angelos ſuos ſpũs: ac ſi aperte dicat. Qui eos quos ſemper habet ſpũs: etiam cum voluerit, & angelos facit.

¶ Die ſecundo. Lectio prima.

Hi autem, qui minima nunciant, Angeli: qui vero ſumma annunciant, Archangeli vocantur. Lectio ij.

Hinc eſt enim, quod ad Mariã virginẽ, nõ qlibet Angelus, ſed Gabriel Archãgelus mittit. Ad hoc qppe myſteriũ ſummũ Angelũ venire dignũ fuerat: q ſummũ oium nunciabat. L. iij.

Qui idcirco etiam priuatis nominibus cẽſentur, vt ſignetur per vocabula etiam in operatione quid valeant.

¶ Die primo 3.º Lectio prima.

Neq; eni in illa ſancta ciuitate, quã de viſione oipotentis dei plena ſciẽtia perficit: ideo ꝓpria nõia ſortiunt: nc eorũ pſonę ſine noibus ſciri non poſſint: ſed, cũ ad nos aliqd adminiſtraturi veniunt: apud nos etiã nomina a miniſteriis trahũt. L. ij.

Michael namque, qui ſicut De⁹: Gabriel fortitudo dei, Raphael dr̃ medicina Dei. L. iij.

Et quoties mirę virtutis aliqd agit, Michael mitti perhibetur: vt ex ipſo actu, & nomine detur intelligi: quia nullus poteſt facere, quod facere preualet Deus.

¶ Die quarto. Lectio prima.

Unde & ille antiquus hoſtis, qui eſſe Deo p ſuperbiam ſimilis concupiuit, dicens in cęlo conſcendam: ſuper aſtra cęli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis. Lectio ij.

Aſcendã ſuper altitudinẽ nubiũ: ſimilis ero altiſſimo: dum in ſua virtute relinquitur

extremo

extremo iudicio puniendus: cũ Michaele Archangelo prælia-turus eſſe perhibetur. Lec. iij.

S Icut per Iohannem dici-tur. Factum eſt prœliũ ma-gnum cum Michaele Archan gelo: vt, qui ſe ad Dei ſimilitudi nem ſuperbus extulerat: per Michaelẽ diſcat peremptus: quia ad Dei ſimilitudinem per ſuperbiam nullus exurgat.

¶ Dominica infra octa. Lec. i.

AD Mariam quoque Ga-briel mittitur: qui Dei for-titudo nominatur. Lectio ij.

I Llum quippe nunciare ve-niebat: qui ad debellandas aereas poteſtates humilis appa rere dignatus eſt.

Lectio iij.

DE quo per pſalmiſtam di-citur. Tollite portas prin-cipes veſtras: & eleuamini por-tę ęternales, & introibit rex glo-rię. Lectio quarta.

QVis eſt iſte rex glorię? Do-minus fortis, & potens, do minus potens in prœlio. Et rur ſum, dominus virtutum, ipſe eſt rex glorię. Lectio quinta.

P Er Dei ergo fortitudinẽ nunciandus erat: qui vir-tutum dominus fortis, & potens in prœlio contra poteſtates ae-reas veniebat ad bella. Lectio vj.

R Aphael quoque interpre-tatur, vt diximus, medici-na Dei: qui, videlicet, dum To-bię oculos, quaſi per officium cu rationis tetigit: cęcitatis eius te nebras terſit: Quia ergo ad cu-randum mittitur: dignum vi-delicet fuit, vt Dei medicina vocaretur. Tu autem.

¶ In die octauo. Lectio i.

S Ed quia angelorũ nomi-na interpretando perſtrin ximus: nunc ſupereſt, vt ipſa officiorum vocabula breuiter exequamur. Lectio ſecunda.

V Irtutes enim vocantur il li nimirum ſpiritus: per quos ſigna, & miracula frequen-tius fiunt. Lectio tertia.

P Oteſtates etiam vocantur hi, qui hanc potentius cę-teris in ſuo ordine perceperunt: vt eorum ditioni virtutes aduer ſę ſubiectę ſint, quorum poteſta-te refrenãtur: ne corda hominũ tantũ tentare prȩualeant, quan tum volunt. Lectio quarta.

P Rincipatus etiam vocan-tur, qui ipſis quoque bo-nis Angelorum ſpiritibus prę-ſunt: qui ſubiectis alijs dũ quę ſunt agenda diſponunt: eis ad exempla diuina myſteria princi pantur. Lectio quinta.

D Ominationes autem vo-cantur quę etiã poteſta-tes principatuum diſſimilitudi-ne alta tranſcendunt. Ea ergo Angelorũ ſancta agmina: quę mira potentia prȩeminent, pro eo, quod eis cętera ad obedien-dum

dum ſubiecta ſunt dominationes vocantur. Lectio vi.

Throni quoque illa agmina ſunt vocata: quib⁹ ad exercendum iudicium ſemper Deus omnipotens preſidet. Quia enim thronos Latino eloquio ſedes diximus, Throni Dei dicti ſunt hi, qui tanta diuinitatis gratia replentur: vt in eis dominus ſedeat: et per eos ſua iudicia diſcernat: vnde per pſalmiſtam dicitur. Sedes ſuper thronum, qui iudicas equitatem. Poſt feſtū ſancti Michaelis fratres noſtri ſacerdotes dicant tres miſſas, et alij fratres dicant tres pſalteria pro anniuerſarijs fratrum, familiariū, et benefactorū ordinis nři.

Die.2. ¶ Sancti Leodegarij epiſcopi. et marty. ix. lect. Oratio.

Exaudi domine preces noſtras, et interueniente beato Leodegario martyre tuo, atque pontifice: ſupplicationes noſtras placatus intende. Per.

Die.4. ¶ S. Franciſci confeſſo. dupl. omnia de communi confeſſ. non epi preter orat. et lect. Oratio.



Deus, qui Eccleſiam tuā beati Franciſci, meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, et celeſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per. Lec. j.

Franciſcus, Aſſiſij in Vmbria natus, patris exemplū ſecutus a prima etate mercaturam fecit: qui quodam die pauperem, pro Chriſti amore flagitantem pecuniam cum preter conſuetudinem repuliſſet, repente eo facto commotus, large ei miſericordiā impertiuit: et ex eo die, Deo promiſit, ſe nemini vnquam poſcenti eleemoſynam negaturum. Cum vero poſt in grauem morbū incidiſſet: ex eo aliquando confirmatus, cepit ardentius colere officia charitatis. Lectio ſecunda.

Qua in exercitatione tantū profecit, vt euangelice perfectionis cupidus, quidquid haberet, pauperibus largiretur. Quod ferens iniquius pater, cū ad Aſſiſiatem epiſcopū duxit, vt coram illo bonis cederet paternis: qui reiectis etiā veſtibus, patri conceſſit eā, illud ſubiungens, ſibi in poſterū maiorē facultatē fore dicendi, Pater noſter, qui es in celis. Lectio iij.

Cum autē illud ex euangelio audiſſet: Nolite poſſidere aurum, neq; argentum: neq; pecuniā in zonis veſtris: nō perā in via, neq; duas tunicas, neque calciamenta, ſibi eā regulā ſeruandam propoſuit: Itaq; detra-

cius calceis, & vna contentus tunica, cũ duodecim socios adhibuiſſet, Ordinẽ Minorũ inſtituit. Quare Romã venit anno ſalutis, Milleſimo ducẽteſimo octauo, vt ſui ordinis regula ab apſtica ſede pfirmaretur. Lectio iiij.

Quem cum accedentem ad ſe ſummus Pontifex Innocentius tertius reiecisset, q̃ in ſomnis poſtea ſibi ille, quẽ repulerat, collabentẽ Lateranenſẽ baſilicã ſuis humeris ſuſtinere viſus eſſet, conquiſitũ, accerſiri iuſſit: benigneq; accipiens, oẽm eius inſtitutorum rationem confirmauit. Franciſcus igit dimiſſis in oẽs orbis terrę partes fratribus ad prędicandum Chriſti euangeliũ, ipſe cupiens ſibi aliquã dari martyrij occaſionem, nauigauit in Syriam: vbi a rege Soldano liberaliſſime tractat', cum nihil proficeret, redijt in Italiam. Lectio quinta.

Multis igitur extructis ſuę familię domicilijs, ſe in ſolitudinẽ montis Aluerni contulit: vbi quadraginta diebus, propter honorẽ ſcti Michaelis archãgeli, in ieiunio, & oratione cõſumptis, feſto die Exaltationis ſanctę Crucis, ei Seraphim crucifixi effigiẽ inter alas continẽs apparuit: qui eius & manibus, & pedibus, veſtigia clauorũ impreſſit: quę ſanctus Bonauẽtura cũ Alexandri quarti ſummi Pontificis pdicationi intereſſet narraſſe Pontificem a ſe viſa eſſe, literis commendauit. Lect. vj.

His inſignibus ſummi in eũ Chriſti amoris maximã habebat oium admirationem. Ac biennio poſt grauiter ęgrotans, deferri voluit in Eccleſiã Sctę Marię Angelorũ, vt vbi gratię Spũm a Deo acceperat ibi Spiritũ vitę redderet. Eo in loco fratres ad paupertatem ac patientiam, & Sanctę Romanę Eccleſię fidem ſeruandã cohortatus, pſalmum illum pronuncians. Voce mea ad dñm clamaui: in eo verſiculo. Me expectãt iuſti donec retribuas mihi efflauit animam quarto Nonas Octobris. Quẽ miraculis clarũ Gregorius nonus Pontifex Maximus in ſanctorum numerum ſcripſit.

¶ Petronij epi. & conf. memo.

¶ In feſtiuitate ſanctorũ Patriarcharũ Abrahã, Iſaac, & Iacob ix lect. Ad Veſp. Capitulũ.

Scriptum, eſt quoniam Abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla, & vnũ de libera: ſed, qui de ancilla, ſm carnem natus eſt: qui aũt de libera, per repromiſſionẽ: quę ſunt per allegoriam dicta. ℟. Dũ ſtaret. Hym. Annue Chriſte. ℣. Lętamini in dño. Ad Magn. aña. Fulgebunt iuſti. Oratio.

Deus, qui nos voluiſti exẽplis patriarcharum tuorum,

rum, Abraham, Iſaac, ⁊ Iacob erudiri: da nobis, ipſis intercedentibus, eorum documenta in omnibus ſequi: quatenus illorũ meritis mereamur peruenire: quo illi gratia tua ſe perueniſſe letantur. Per dñm. Ad Matut. Inuit. Regem patriarcharum dominum, Venite adoremus. Ps. Venite. Hym. Eccleſiarum principes. cetera ut ſupra. In j. noct. Aña. Secus decurſus aquaruz plantauit vineam iuſtorum. ſed in lege dñi fuit voluntas eorum. Ps. Beatus. Aña. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus: ⁊ quaſi holocauſta accepit illos in eternum. Ps. Quare fre. Aña. Sapientiam ſanctorum narrabunt omnes populi: ⁊ laudem eorum annũciat omnis eccleſia ſanctorum. Ps. Domine quid. 2. ℣. Letamini in domino. Lectio prima.

HAe ſunt generationes Thare. Thare genuit Abraham, ⁊ Nachor, ⁊ Aram: porro Aram genuit Lot. Mortuuſque eſt Aram ante Thare patrem ſuum: in terra natiuitatis ſue, in Ur chaldeorum. Duxerunt autem Abraham ⁊ Nachor vxores. nomẽ vxoris Abraham Sarai: nomen vxoris Nachor Melcha, filia Aram patris Melche, ⁊ patris Jeſche. Erat autem Sarai ſterilis: nec habebat liberos. ℟. Locutus eſt dominus ad Abraham, dicens: egredere de terra tua: ⁊ de cognatione tua: ⁊ veni in terram, quam monſtrauero tibi: Et faciam te creſcere in gentem magnam. ℣. Benedicens benedicam tibi: ⁊ multiplicabo te. Et faciam. Lectio ſecunda.

TUlit itaque Thare filium ſuum Abraham: ⁊ Lot filium Aram filium fratris ſui: ⁊ Sarai nurum ſuam, vxorem Abraham filij ſui: ⁊ eduxit eos de Ur Chaldeorum: vt irent in terram Chanaam. Veneruntque vſque Haram, ⁊ habitauerunt ibi. ℟. Dum ſtaret Abraham ad radicem Mambre: vidit tres pueros deſcendentes per viam: Tres vidit: ⁊ vnum adorauit. ℣. Tunc quippe vidit Abraham diem domini: cum in figura ſumme trinitatis tres Angelos hoſpitio ſuſcepit. Tres. Lectio tertia.

ET facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, ⁊ mortuus eſt in Aram. Dixit autem dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, ⁊ de cognatione tua: ⁊ de domo patris tui: ⁊ veni in terram: quã monſtrauero tibi: faciamque te creſcere in gentem magnam, ⁊ benedicam tibi, ⁊ magnificabo te: eriſque benedictus. ℟. Tentauit Deus Abraham ⁊

⁊ dixit ad eum: tolle filium tuũ, quem diligis, Iſaac: ⁊ offeres illum ibi in holocauſtum: ſuper vnum montium: quem monſtrauero tibi. ℣. Immola Deo ſacrificium laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua: Su. In ſecundo noct. Aña. Dabo ſanctis meis locuz nominatum in regno patris mei, dicit dominus. ps. Domine quis ha. 5. Aña. Sanctis, qui in terra ſunt eius, mirificauit omnes voluntates meas inter illos. ps. Conſerua. 5. Aña. Sancti, qui ſperant in domino, habebunt fortitudinem, aſſument pennas, vt aquilę: volabũt, ⁊ non deficient. ps. Dñi eſt ter. 9. ℣. Exultent iuſti. Lect. iiij.

B Enedicam benedicentibus tibi: ⁊ maledicam maledicentibus tibi: atque in te be
n. nedicentur vniuerſę cognationes terrę. Egreſſus eſt Abraham, ſicut pręceperat ei dominus, ⁊ iuit cum eo Lot. Septuagintaquinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Haram. ℟. Angelus domini vocauit Abraham, dicens: Ne extendas manus ſuper puerum, eo quod timeas dominum. ℣. Cumq́ extendiſſet manum, vt immolaret filium, ecce Angelus domini de cęlo clamauit, dicens. Ne extendas manũ. Lec. v.

T Uliťque Sarai vxorẽ ſuaz, ⁊ Lot filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam, quam poſſederant, ⁊ animas, quas fecerãt in Haram: ⁊ egreſſi ſunt, vt irent in terram Chanaam. Cumque veniſſet in eam, pertranſiuit Abraham terram vſque ad locum, Sichem, ⁊ ad cõuallem illuſtrem. ℟. Deus domini mei Abraham: Dirige viã meam, vt cum ſalutari reuertar in domum domini mei. ℣. Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei: dñe, qui paſcis me a iuuẽtute mea. Diri. Lec. vj.

C Hananęus autem tunc erat in terra. Apparuitq́ dominus Abraham, dicens. Semini tuo dabo terram hãc. Qui ędificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei, ⁊ inuocauit nomen eius. Et inde tranſgrediẽs ad mõtem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum ab occidente habens Bethel: ⁊ ab oriente Hai. Aedificauitque ibi altare domino: ⁊ inuocauit ibi nomen eius. ℟. Veni hodie ad fontem aquę ⁊ oraui dominum, dicens Dñe Deus Abraham tu proſperum feciſti deſiderium meum. Igitur puella, cui dixero, da mihi aquã de hydria tua, vt bibam, ⁊ illa dixerit, bibe dñe: nam ⁊ camelis tuis potum tribuam: ipſa eſt enim, quam pręparauit dominus filio domini mei. Domine. In iij. noct. Aña. Letamini in domino,

domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. ℟. Beati, quorum. 12. Aña. Juſti autem in perpetuum viuent: & apud dominum eſt merces eorum. ℟. Exultate iuſti. 12. Añ. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. ℟. Omnes gentes. 18. ℣. Juſti autem. Lec. vij. de euang. Cum introiſſet Jeſus Capharnaum. Require in craſtino cinerum. ℟. Dum exiret Jacob de terra ſua, vidit gloriam Dei, & ait: q̃ terribilis eſt locus iſte. Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cęli. ℣. Uere dñs eſt in loco iſto: & ego neſciebam. Non. Lec. viij.

Perrexitq; Abraham: & vadens: & vltra progrediens ad meridiem. Facta eſt autem fames in terra. Deſcenditq; Abraham in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: pręualuerat enim fames ĩ terra. ℟. Orauit Jacob, & dixit: dñe. qui dixiſti mihi, reuertere in terram natiuitatis tuę: Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. ℣. Deus, in cuius cõſpectu ambulauerunt patres mei: domine, qui paſcis me a iuuentute mea. Lectio nona.

Cumque prope eſſet, vt ingrederetur Aegyptum: dixit Sarai vxori ſuę: Noui, q pulchra mulier ſis: &, q cum viderint te Aegyptij dicturi ſint, vxor illius eſt: & interficient me: & te reſeruabunt. Dic ergo, te obſecro: quod ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te: & viuat anima mea ob gratiam tui. ℟. Concede nobis, quęſumus domine, veniam delictorum: & intercedẽtibus ſanctis: quorum hodie ſolennia celebramus: Talem nobis tribue deuotionem: vt ad eorum peruenire mereamur ſocietatem. ℣. Adiuuent nos eorum merita, quos propria impediũt ſcelera: excuſet interceſſio, accuſat quos actio: &, qui eis tribuiſti cęleſtis palmam triumphi nobis veniam non deneges peccati. Talem. Te Deum. Sacer. ℣. Exultabunt ſancti. In lau. Añ. Juſtorum autem animę. ℟. Dominus regna. Aña. Cum palma. Aña. Corpora ſanctorum. Aña. Spiritus, & animę iuſtorum. Aña. Exultabunt ſancti. Cap. Scriptum eſt. Hym. Nos fecit. ℣. Mirabilis Deus. Ad Bñs. Aña. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt. Oro. vt ſup. Ad j. & ad cęteras horas aĩę de lau. cap. Hẽa. et ℣. de communi plurimorum confeſ. Ad veſp. Aña. Juſtorum animę. ℟. Dixit dom. cum hac ſola Cap. Fulgebunt iuſti. Hym. Exultet cęlum laudibus reſul. ter. gaudijs: Patriarcharũ gloria. ℣. Lętamini ĩ domi. Ad Mag. Aña. Pater Abraham miſerere mei, & mitte

Lazarum, vt intingat extremū digiti ſui in aquam; vt refrigeret linguam meam. Oratio vt ſupra. Memoria de ſanctis.

Die.7. ¶ Sanctorum Sergij, Bacchi, & Sociorum mart. ix. lect. vel plurimorum martyrum. Oratio.

Sanctorum tuorum nos domine Marci, Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apulei merita proſequantur: & tuo ſemper

Die.8. faciant amore feruentes. Per.

Die 9. ¶ Simeonis Prophete, qui Chriſtū infantē tenuit ix. lect.

¶ Sanctorum Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij mar. dup.

Ad veſp. cap. Sancti per fidem. ℟. Vir inclytus. Hym. Sanctorum meritis. ℣. Letamini in. Ad Mag. Aña. Inſignes preconis almę tuę nobilitati conſona voce congaudentes verbo ſupplici proſequimur. aue inclyte martyr, Angelorum conſors: apoſtolorum ſocius: prophetarum conſcius, & martyrum coheres: ſancte Dionyſi: cum ſocijs tuis intercede pro noſtra, omniumque ſalute. Oratio.

Deus, qui beatum Dionyſium martyrem tuum virtute conſtantię in paſſione roboraſti, quique illi ad predicandum gloriam tuā gentibus Ruſticum, & Eleutherium ſociare dignatus es: tribue nobis quęſumus: ex eorum imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. Per dominum noſtrū. Ad Mat. Inuit. Regem martyrum. Hym. Aeterna Chriſti. In j. noct. Añ. Sanctus Dionyſius: tradēte beato Clemēte, Petri Ap'li ſucceſſore, verbi diuini ſemina gentibus eroganda ſuſcepit. Ps. Beatus. ij. Aña. Quo amplius feruere cognouit gētilitatis errorē, illuc intrepidus, ac calore fidei armatus acceſſit, & Pariſios, dño ducente puenit. Ps. Quare fre. iij. Añ. Nō verit⁹ incredulę gētis expetere feritatem: qa virtutē ſuā preteritarū penarū recordatio roborauit. Ps. Dñe. ℣. Letamini in. Lect. j.

Praefectus Feſcininus Pariſios contra Chriſtianos directus, beatum Dionyſiū populo predicantē inuenit ibidē. Statimq; captum colaphizatū: conſputum: deriſum: & loris duriſſimis alligatum: cum ſanctis Ruſtico, & Eleutherio ſibi pſentari precepit. ℟. Poſt paſſionē dñi vniuerſis gentibus predicatio profutura ſuccreſcebat: ita vt fide creſcēte multi mererentur fieri confeſſores: Quos catholica poſtmodum gaudet eccleſia promeruiſſe martyres. ℣. Qui cum imminere ſuas cernerent paſſiones: quas domino Jeſu Chriſto docente didicerant: repleti Spiritus ſancti gratia docuerunt. Quos. Lectio ſecunda.

Cumq;

Cumque ad quęque turpiſſima conuitia innocenter, & pie ſanctus Dionyſius cũ ſocijs reſponderet: ecce matrona quędã nobilis virũ ſuũ a magis illis ſeductũ improbe conquerebatur. Qui quęſitus, & adductus ad propriam fidei confeſſionẽ occiſus eſt: ſancti vero duriſſime flagellati, a duodecim militibus: deinde magno pondere catenarũ conſtricti: in carcere retruduntur. ℟. Gratias tibi dñe: qui infeſtantis inimici iacula probationem fideliũ tuorũ præſtitiſti eſſe: & non vulnera. Sed talem tuis martyribus tribuis pro labore mercedẽ: vt nullum tuorũ fuiſſe gaudeat hoſtis imbellẽ. ℣. Quinimmo perpetuum eis largiris triumphũ: vt eccleſię tuę ſint in exemplum. Sed. Lectio tertia.

Sequenti die Dionyſius ſuper cratem ferream ſuper poſitus flammis nudus extenditur: vbi dño decantabat, dicens: Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud. ℟. Beatiſſimus Dionyſius Chriſti martyr: tradente beato Clemente: eroganda gentibus ſemina diuina ſuſcepit: Et quo amplius gentilitatis terrorẽ feruere cognouit, illuc intrepidus, & fidei calore armatus acceſſit. ℣. Ac Pariſios dño ducente peruenit: non veritus incredulę gentis experire feritatem. Et.

In ſecundo nocturno. Antiph. Eccleſiam illis, quę nedũ erat in locis: & populus ille nouam conſtruxit: & officia ſeruientium clericorum ex more conſtituit: probataſque perſonas honore ſecundi ordinis ampliauit. ℣. Domine quis. 5. Aña. Cunctus ergo fide, & miſericordia antepollẽs: paulatim ſociabat deo, quos diabolus ſubtrahebat. ℣. Conſerua. 5. Aña. Tantas per illum dñs dignabatur exercere virtutes, vt rebelliũ corda nõ minus miraculis q̃ pdicationibus obtineret. ℣. Dñi eſt ter. 9. ℣. Exultent iuſti in conſpectu. Lectio iiij.

Inde autem erigitur: & ad beſtias ferociſſimas multo ieiunio exercitatas pijcit. Sed, cum in eum impetuoſe concurrerent: ſignum crucis oppoſuit, & manſuetiſſimas eas fecit. Deinde in clibanum iactatur: ſed, extincto igne nil leditur: cruci affigitur: & diutius ibidem torquetur. ℟. Dum ſacrum myſterium ſanctus Dionyſius celebraret in carcere, apparuit ei dominus Jeſus Chriſtus, cum multitudine Angelorum, danſque illi ſancta, dixit: Accipe hoc chare meus, quod mox complebo, tibi vna cum patre meo. ℣. Mecum enim eſt maxima merces tua: & his, qui audierint te, ſalus in regno meo. Accipe. Lectio quarta.

Vnde depoſitus cum ſuis ſocijs, multiſque alijs fidelibus carceri mancipatur: vbi dum miſſam celebraret: & populum communicaret: dominus Jeſus eidem cum immenſo lumine apparuit: & panem accipiens, ei dixit: Accipe hoc chare meus, quia mecum eſt maxima merces tua. ℟. Mecum eſt enim maxima merces tua, & his, qui te audierint, ſalus in regno meo: Nunc facies fortiter, & erit nomen tuum in laude. ℣. Dilectio, & benignitas, quam habes, ſemper pro quibuſcunque petieris: impetrabis. Nunc facies fortiter. Lectio ſexta.

Poſt hęc iudici pręſentati, iterum nouis ſupplicijs macerãtur: & iuxta idolũ Mercurij ſecuribus trium capita in cõfeſſione trinitatis pręciduntur. Statimq; corp⁹ ſancti Dionyſij ſe erexit, & caput ſuũ inter brachia Angelo ducẽte: & cęleſti lumine pręcedẽte: per duo milliaria deportauit: a loco ſcilicet, qui dicitur Mons martyrum: vſq; ad locum vbi nunc ſua electione, & Dei prouidẽtia requieſcit. ℟. Vir inclytus Dionyſius, martyr Deo pretioſus, ſuccẽſus igne diuini amoris, conſtanter ſuſtinuit ſupplicia paſſionis: Et per immanitatem tormentorũ peruenit ad ſocietatem angelorum. ℣. Cuius interceſſio nobis obtineat veniam, qui per tormenta paſſionis ęternaʒ meruit palmam, & ſempiternam coronam. Et in iij. noct. Añа. Viroque modo inermi viro non valebat plebs armata reſiſtere. ℣. Beati, quorum. 12. Añа. Dum ſacruʒ myſterium beatus Dionyſius celebraret in carcere: apparuit ei cum multitudine Angelorum dominus Jeſus Chriſtus. ℣. Exultate iu. 12. Añа. Panſque illi ſancta, dixit, accipe hoc chare meus, quod mox complebo tibi vna cum patre meo. ℣. ℣. Deus venerunt. 30. ℣. Juſti autem. Lectio vij. de euang. ℟. Ecce ego mitto vos. ℟. Tantus per illum dominus dignabatur exercere virtutes: Ut rebellium corda, non minus miraculis, quã prędicationibus obtineret. ℣. In quo lux cęleſtis gratia ineffabiliter radiabat. L. viij.

Tanta ibidem Angelorũ melodia inſonuit: vt inter multos, qui audierunt, & crediderunt: etiam Lucia vxor pręfecti Feſcenini ſe Chriſtianam eſſe clamaret. Et mox ab impijs decolata: in ſuo ſanguine baptizata occubuit. ℟. Adeſt namque beati Dionyſij ſacratiſſima dies: in qua triumphans agonẽ expleuit. Et coronã martyrij accipere meruit de manu dñi. ℣. Quem dominus poſt apoſtolos ſic honorauit, vt omnem Galliam

ſias eius apoſtolatus inſigniret: quique eam ſuo ſanguine conſecrauit. Lectio nona.

Filius autem eius, nomine Rubius: Romę ſub tribus imperatoribus militauit: deinde Pariſios rediēs baptizatur: & religioſorū numero ſociatur. Dum autē infideles metuerent, ne ſanctorum Ruſtici, & Eleutherij corpora Chriſtiani ſepelirent: iuſſerunt, vt in Sequanā mergerentur. ℟. Beatus Dionyſius, Ruſticus, & Eleutherius in hac ergo fidei conſtantia permanentes: Reddentes terrę corpora: beatas cęlo animas cum gaudio intulerunt. ℣. Beatorum animę, ſanctorū Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij: relictis glebis ſecuti ſunt redemptorem. Reddentes. ℟. Te deum. ℣. Exultent iuſti. In lau. aña. Hi ſancti viri a beati Dionyſij nunquam ſuſtinuerunt abeſſe pręſentia: quos in vnum interrogatio perſecutoris inuenit. ℟. Dominus regn. Aña. In hac ergo fidei conſtantia permanentes, reddentes terrę corpora, beatas cęlo animas intulerunt. Aña. Tali namq; ad dominū meruerunt cōfeſſione migrare: vt, amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpitans domino confiteri. Añ. Beata nimium, & deo grata ſocietas, inter quos nec primus alter eſſe potuit, neq; tertius: ſed, trinitatem confitentes, trino meruerunt coronari martyrio. Aña. Et facta eſt comes multitudo cęleſtis exercitus exanimi corporis beati Dionyſij, caput proprium deportantis, laudans Deū, & dicens: gloria tibi domine. Cap. Sancti per fidem. Hym. Rex glorioſe martyrum. ℣. Mirabilis. Ad Bñs aña. Adeſt namq; beati Dionyſij ſacratiſſima dies: in qua triumphans agonem expleuit: & coronam victorię accipere meruit de manu domini. Ad j. & alias hor. añę laudum. Cap. pſal. ℣. de communi plurimorum mart. Oratio, vt ſupra. Ad veſp. aña. Hi ſancti. pſ. Dixit do. &c. ad cęteros. Cap. Iſti ſunt ſancti. ℟. Beatus Dionyſius. Hym. Sanctorum meritis. ℣. Lętamini. Ad Mag. añ. O beate Dionyſi, magna eſt fides tua, intercede pro nobis ad dominum Ieſū Chriſtum: vt, qui charitate tibi ſumus diſſimiles, ſua gratia largiente: faciat eſſe conſortes. Oratio, vt ſupra.

¶ Firmi epiſcopi, & conf. mem. Die 11

¶ Maximi epiſcopi, & confeſſ. Die 13
Benetti duplex.

¶ Sancti Caliſti papę, & mart. ſemid. Oratio. Die 14.

¶ Sancti Lucę euangeliſtę feſtum duplex. Omnia, vt in communi Euangeli. ſignantur, cum oratione. Die 18.

Interue-

Interueniat pro nobis, domine, queſumus ſanctus tu⁹ Lucas euangeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis amore portauit. Per. Lectio j.

Lucas natione Syrus Antiochenſis: arte medicus: diſcipulus apoſtolorum: poſtea Paulum ſecutus, vſque ad confeſſionem eius ſeruiens domino ſine crimine. Nam neque vxorem habens, neque filios: octoginta quatuor annorum obijt, in Bythynia plen⁹ ſpiritu ſancto. L. ij.

Qui cum iam deſcripta eſſent euangelia per Mattheum in Judea: per Marcum in Italia: ſancto inſtigante ſpiritu, in Achaie partibus ſuum ſcripſit euangelium. Significans etiam ipſe in principio alia ante ſuum eſſe deſcripta. Tu autem domine. Lectio tertia.

Qui extra ea, que ordo euangelice diſpoſitionis expoſcit, eam maxime neceſſitatem habuit laboris: vt primum Grecis fidelibus, omni prophetatione, venturi in carnem dei manifeſtaret humanitatem, ne Judaicis fabulis intenti: in ſolo legis deſiderio tenerentur. Uel ne de hereticis fabulis, et ſtultis ſollicitationibus ſeducti recederent a veritate. Tu autem domine miſe. Lectio quarta.

Dehinc elaboraret in principio euangelij, Johannis natiuitate preſumpta: cuius euangelium ſcriberet: et in quo electus indicaret conteſtificans completa a ſe: que eſſent ab alijs inchoata. Cui ideo poſt baptiſmum filij Dei a perfectione generationis in Chriſto implete: et repetende a principio natiuitatis humane poteſtas permiſſa eſt: vt requirentibus demonſtraret. Lectio v.

In quo apprehendens erat per Nathan, filium Dauid introitu recurrentis in Deum generationis admiſſo: indiſpertibilis: Deus predicans in omnibus Chriſtum ſuum: perfecti opus hominis, redire in ſe per filium faceret: qui per Dauid patrem venientibus iter prebebat in Chriſto. Lectio ſexta.

Qui Luce non immerito etiam ſcribendorum actuum apoſtolorum poteſtas in miniſterio datur: vt Deo in Deum pleno: ac filio perditionis extincto: vt plenus domini conſiſteret numerus, ſicuti ibidem legitur, ſtatutis duobus, Joſeph, videlicet, atque Matthia: oratione ab apoſtolis facta: ſorte electionis domini: et numerus pleniſſime ſtaret duodenus. Matthiam connumeratum ad vndecim eſſe narrat. Lectio octaua.

Denique cum plurima apoſtolorum acta interpoſuiſſet:

ſenſitq; ad Pauli conuerſionē ingreſſus, conſummationem apoſtolicis actibus daret: quem diu contra ſtimulos recalcitrantem: edicit quomodo ſua clementia dominus elegiſſet. Quod legentibus, ac demum requirentibus: & per ſingula expedire a nobis vtile fuerat. Scientes tamē, quod operantē agricolam oportet de fructibus ſuis edere: vitauimus publicam curioſitatem: ne non tam demonſtrare volentibus Deum videamur: quam faſtidientibus prodeſſe. Lectio ix.

Lucas quoq; deū in carne non vidit: ſed, qui eruditiſſimus legis erat: quippe qui comes Pauli apoſtoli in omnib[9] fuit: inſtructus gratia Dei, ipſe apoſtolorum acta, vt diximus, diligenter expoſuit: & euangelium nomine ſuo conſcripſit: enarrās a primordio omnem rerum ordinem: ſicuti apoſtolorum relatione cōueniat: vt ipſe teſtatur, dicens: Sicuti tradiderunt nobis, qui ab initio ſunt: & miniſtri fuerunt ſermonis. Ad veſp. añ. Dilecti deo. ps. Dixit do. ps. Cōfitebor. ad cęte. cap. In medio eccleſię. R. Audiebā. hym. Exultet cęlum. V. In omnem. Ad Magnificat aña. Tua ſunt hęc Chriſte. Oratio. Interueniat pro nobis.

Die 19. ¶ Luciani conf. ix. lect.

Die 20. ¶ Maximi mart. ix. lect.

¶ Sanctarum xj. millium virg. & mar. dup. omnia de communi plurimarū virg. & mar. Oratio. Di 21

Deus, q digne ſacratis virginibus mirādi agonis robur indidiſti: quo per martyrij palmam ad supernę cōtemplationis pertingerent gloriam: da quęſumus earum nos interceſſionibus adiuuari: quas hodierna die, tranſceſſo mortis ſtadio, in cęleſtibus triumphare feciſti. Per dominum noſtrum.

¶ Darij, & ſociorū m. mem. L. j.

Undecim milliū virginū paſſio hodierna die eſt celebrata. In Britannia nanque rex Chriſtianiſſimus quidā fuit, nomine Dionotus, vel Maurus: qui quandam filiam nomine Urſulam generauit. Hęc mirabili morum honeſtate, ſapientia, & pulchritudine pollebat: ita quod eius fama vbique volabat. Lectio ſecunda.

Rex autem Anglię cum nimis potens eſſet: & multas nationes ſuo imperio ſubiugaret, audita huius virginis fama, beatum ſe per omnia fatebatur: ſi prędicta virgo ſuo ſe vnigenito copularet. Iuuenis autem ad hoc plurimū ęſtuabat. Mittuntur igitur ſolennes nuncij ad patrem virginis, magnis promiſſionibus, & blandicijs, magnas adijcientes minas: ſi ad domi-

dominum ſuum vacui reuerterentur. Tu autem. Lectio tertia.

Rex autem cepit multum anxiari: tum quia Chriſti fide inſignitam cultori idolorum tradere indignum duceret: tum quia ipſam nullatenus conſentire cognoſceret: tum quia regis ferocitatem plurimum formidaret. Ipſa autem diuinitus inſpirata patri ſuaſit: vt prędicto regi aſſenſum pręberet ea tamē conditione propoſita: vt ipſe rex cum patre, decem virgines electiſſimas ſibi ad ſolatium traderet: et tam ſibi, quam alijs mille virgines aſſignaret. Tu au. Lectio quarta.

Et cum paratis triremibus, inducias triennij ſibi daret ad dedicationem ſuę virginitatis: et ipſe iuuenis baptizatus: in his tribus annis in fide inſtrueretur. Sapienti ſiquidem vſa conſilio: vt, aut, difficultate propoſitę conditionis, animum eius ab hoc auerteret: aut, hac opportunitate, prędictas virgines ſeculi Deo dicaret. Tu autem domine. Lectio quinta.

At iuuenis libenter, hac cōditione accepta, apud patrem inſtitit: et protinus baptizatur: accelerari cuncta, quę beata virgo petierat, impetrauit. Pater autem puellę ordinauit, vt filia ſua, quam valde diligebat, viros, quorum ſolatio tam ipſa, quam eius exercitus indigebat: in commilitatu ſuo haberet. Undique igitur virgines confluunt: vndique viri ad tam grande ſpectaculum currunt. Lectio ſexta.

Nam multi epiſcopi ad eas cōfluxerunt: vt ſecum pergerēt. Inter quos fuit Pantalus Baſilienſis epiſcopus: qui eas vſque Romam perduxit: Et inde reuerſus cum eis martyrium ſuſcepit: ſancta quoque Geraſina regina Sicilię, quę virum ſuum regem crudeliſſimum: quaſi de lupo fecerat agnum, ſoror Mauritij epiſcopi: et Darię matris ſanctę Urſulę. Lec. vij. de euang. Simile eſt regnum cęlorum decem vir. Lectio octaua.

Cum eidē pater ſanctę Urſulę ſecretum per literas intimaſſet: continuo, inſpirante Deo, cum quatuor filiabus ſuis: Babilla: Juliana: Uictoria, et Aurea: et paruulo ſuo Adriano: qui amore ſororum ſuarum vltro ſe peregrinationi ingeſſit: relicto regno in manu vnius filij ſui, vſque in Britaniam nauigauit. Lectio nona.

Diuino conſilio virgines de diuerſis regnis diligebantur: et earum ſemper ductrix exiſtens: cum eis tandem martyrium paſſa eſt. Juxta condictum igitur virginibus triremibus, et ſumptibus pręparatis, commilitonibus ſuis regina ſecreta reuelauit: et in nouam militiam omnes

coniu-

coniurant. Nam modo belli pręludia inchoant, modo currunt, modo diſcurrunt: interdum bella, plerunque fugam ſimulant.

Die 21. ¶ Sancti Hilarionis abba. patris noſtri dup. Omnia de com. preter oratio. & lectio. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui meritis beati Hilarionis confeſſoris tui ſemper es, & vbique mirabilis: quęſumus clementiam tuam, vt, ſicut ei eminentem gloriam contuliſti: ſic ad conſequendam miſericordiam tuam mereamur eius precibus adiuuari. Per. Lectio prima.

Hilarion, ortus Tabathę in Palęſthina ex parentibus infidelibus, Alexandriam miſſus ſtudiorum cauſa, ibi morum, & ingenij laude floruit: vbi Jeſu Chriſtu ſuſcepta religione, in fide, & charitate mirabiliter profecit. Lectio ſecunda.

Frequens enim erat in Eccleſia, aſſiduus in ieiunio & oratione, omnes voluptatum illecebras, & terrenarum rerum cupiditates contemnebat. Cum autem Antonij nomen in Ægypto celeberrimum eſſet eius videndi ſtudio in ſolitudinem contendit: apud quem duobus menſibus, omnem eius vitę rationem didicit. L. iij.

Domum reuerſus, mortuis parentibus, facultates ſuas pauperibus dilargitus eſt, nec dum quintumdecimum annum egreſſus, rediit in ſolitudinem, vbi extructa exigua caſa, quę vix ipſum caperet, humi cubabat. Lc. iiij.

Nec vero ſaccum quo ſemel amictus eſt, vnquam aut lauit, aut mutauit, cum ſuperuacaneum eſſe diceret, munditias in cilicio quęrere. Lectio v.

In ſanctarum literarum lectione & meditatione multus erat. Paucas ficus, & ſuccum herbarum ad victum adhibebat, nec illis ante ſolis occaſum veſcebatur: continentia & humilitate fuit incredibili. Quibus alijsque virtutibus, varias, horribileſque tentationes diaboli ſuperauit, & innumerabiles dęmones in multis orbis terrę partibus ex hominum corporibus eiecit. L. vj.

Qui octogeſimum annum agens, multis ędificatis monaſterijs, & clarus miraculis, in morbum incidit: cuius vi cum extremo pene ſpiritu conflictaretur, dicebat: Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? ſeptuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto & mortem times? Quibus in verbis ſpiritum exhalauit.

¶ Jeruſalem ſancti Macarij epiſcopi, & mart. memo.

¶ Theodori, Siſiani, & Pollionis mart. dupl. in conuentu ſancti Martini. Die 23.

¶ Aſterij presbyteri, & mart. dupl. in conu. ſancti Martini. Die 24.

Die 25. ℂ Sanctorum mart. Criſpini ⁊ Criſpiniani ix. lect. omnia vt plurimorum mart.

Die 26. ℂ Euariſti pape, ⁊ mar. ſemid.

ℂ Quirille virg. ⁊ mar. duplex.

Die 27. ℂ In vigilia apoſtolorum Simonis, ⁊ Jude, vt in vigilia apoſtolorum. Oratio.

Concede queſumus omnipotẽs deus, vt, ſicut apoſtolorũ tuorum Simonis, ⁊ Jude glorioſa natalitia preuenimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſi p̄ eueniant. Per domi. Ad horas oratio dominicalis.

Die 28. ℂ Sanctorum apoſtolorũ Simonis, ⁊ Jude, feſtum dup. Ad veſpe. añe, ⁊ pſal. diei. Cap. ⁊ ℟. vt in cõi apoſtolorum. Hymnus.

Beate Simon, ⁊ Thadee inclyte, cernite noſtros gemitus: cũ lachrymis: quiq; pro lapſuȝ promeremur barathrum ⁊ per vos celorum mereamur aditum. ℟ Annue Chriſte. ℣ In omnem. Ad Magñ. ana. Tradent enim. Oratio, Cõcede queſum⁹. Ad mat. Inui. hym. añe. pſal. ℣. ⁊ reſponſoria de communi apoſtolorum. Lect. de paſſione eorum. Lectio prima.

Simon Chananeus, ⁊ Judas, qui ⁊ Thadeus Zelotes, apoſtoli domini noſtri Jeſu Chriſti, cum per reuelationem ſpiritus ſancti Perſidis fuiſſent regionem ingreſſi: inuenerunt duos magos Zaroeȝ, ⁊ Arphaxat: qui a facie ſancti Mathei apoſtoli de Ethiopia effugerant. Lectio ſecunda.

Qui ſimiliter virtutem eorum pertimeſcentes, facientes ſcelera per ciuitates, a facie apoſtolorũ fugiebant. Tũc dux regis Babylonis, cõtra Indos iturus in preliuȝ, a dijs ſuis nullum potuit habere reſponſum. Per gẽtes vero ad Phanum proxime ciuitatis: cum demonem conſulerent: reſpondit demon, quia propter apoſtolos, qui venerant, Dij reſpondere non poſſunt. Lectio tertia.

Tunc dux apoſtolos fecit inquiri: vinctoſq; recludi: donec reuerſus de prelio eos audiret. Apoſtoli vero dixerũt ei: vt nunc magis deum verum cognoſceret, cuius ope vel victoriam obtineret: vel hoſtes pacatiſſimos inueniret. Lectio iiij.

Dixit eis dux: Audiui deos noſtros vobis preſentibus non audere loqui: ergo nobis vos futura predicite: vt poſſimus finem cognoſcere belli. Apoſtoli dixerunt: Ut ſciatis quantis mendacijs, ⁊ erroribus demones vos ſeducant: iubemus eis: vt more ſolito ad queſita reſpondeant. Tu autem domine. Lectio quinta.

Tunc demones dixerunt grande

grande bellum futurum. Apoſtoli vero ridere ceperunt: Dux autem dixit eis: Me timor inuaſit: & vos ridetis? Apoſtoli dicunt: Ne timeas, quia pax nobiſcum intrauit, Tu ergo expecta cras, vſq; ad hanc horam: & venient legati Indorum pacem poſtulantes, & nunciantes terras inuaſas tuo imperio reſtitutas. Lectio ſexta.

Dux vero pōtifices iuſſit cū apoſtolis recludi: vt ex rei exitu veraces honorarentur: & mendaces punirentur. Factum eſt autē in craſtino, ſicut apoſtoli predixerunt. Et cum dux iratus pontifices iuſſiſſet incendi: apoſtoli pro eis rogauerunt. Lect. ſeptima de euange. Hec mando. Lectio octaua.

Dux igitur duxit eos ad regem, & coram illis duobus magis cuncta referens apoſtolos plurimum commendauit. Preterea magi in omnibus ab apoſtolis ſuperati, confuſi fugerunt ab eis. Lectio nona.

Interea duz apoſtoli in Babylonia morarentur: contigit, vt filia cuiuſdā diuitis quendam ex diaconibus infamaret: eo quod perdita virginitate parturiens moraretur. Allato ergo infante vnius diei dicunt apoſtoli: Dic puer in nomine Ieſu Chriſti, ſi hoc diaconus preſumpſit, Ad hoc infans reſpondit: Iſte diaconus nunquam carnē ſuam inquinauit. Oratio.

Deus, qui nos per beatos apoſtolos tuos, Simonem, & Iudam, ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternam & proficiendo celebrare: & celebrando proficere. Per dominum.

Hore, vt in communi apoſtolorum, cum oratione. Deus, qui nos. Ad veſp. aña. Iurauit. ps. Dixit. & ce. ad ceteros. Capi. Ibat apoſtoli. ℞. Cine. Hym. Exultet celum. ℣. In omnem. Ad Magnificat antiph. Beati eritis. Oratio. Deus, qui nos per beatos apoſtolos. Memo. de ſancto Narciſſo epo. & conf.

¶ Ieruſalem ſancti Narciſſi epiſcopi, & conf. ix. lec. Oratio. Die 29.

Beati Narciſſi pfeſſoris tui, atque pontificis nos que ſumus domine interuentio glorioſa commendet: vt, quod noſtris actibus non meremur, eius precibus conſequamur. Per dominum. Cetera de communi.

¶ Serapionis epiſcopi, & cōfeſſ. ordinis noſtri duplex omnia de communi. Die 30.

¶ Germani epi, & conf. memo.

¶ In vig. omnium ſanctorum ad matu. Inuit. hym. ℣. & dicta ſecunda feriam. lec. iij. de euang. ſequenti. Secundum Lucam.

In illo tempore: Eleuatis oculis Ieſus i diſcipulos ſuos, dice-

dicebat, Beati pauperes q͂a veſtrum eſt regnum Dei. Et reliq.

Sermo. beati Ambroſij epi. L. j.

Aduerte omnia diligenter, quomodo, et cum apoſtolis aſcendebat, et deſcēdebat ad turbas. Quomodo enim turba, niſi in humili Chriſtum videret?

Reliqua de hiſtoria dominice, prout euenerit. Lectio ſecunda.

Denique vbi aſcendit, inuenit infirmos: in excelſo enim infirmi eſſe nō poſſunt. Sic etiā Mattheus in inferioribus docet debiles eſſe ſanatos. L. iij.

Prius enim vnuſquiſque ſanatus eſt, vt paulatim virtutibus precedentibus aſcendere poſſit ad mōtē: et ideo vnumquēque in inferioribus ſanat: hoc eſt a libidine reuocat. Oratio.

Domine deus noſter multiplica ſuper nos gratiam tuā: et, quorum preuenimus glorioſa ſolennia, tribue ſubſequi in ſancta profeſſione letitiam. Per dominū noſtrum Jeſum.

Die 31. ¶ De ſancto Quintino nihil fiat niſi tantum memoria ad veſpe. matu. et ad miſſam. Oratio.

Letetur eccleſia tua deus, beati Quintini martyris tui cō fiſa ſuffragijs: atque eius precibus glorioſis et deuota permaneat, et ſecura mente conſiſtat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum,

IN FESTIVITATE omnium ſanctorum.

Ad veſp. pſal. ſecundū feriam, de quocunque agatur aña, quam intonabit ſuperior, et ſic deſcēdēdo.



Algebunt iuſti, et tanquam ſcintille in arundineto diſcurrent: iudicabunt nationes, et regnabunt in eternum. Aña. Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Aña. Sanctum, et verum lumen adminiſtrans lucem his, qui permanſerunt in agone certaminis: recipient ab ipſo ſplendorem ſempiternum: in quo aſſidue felices letantur. Pſal. Aña. Gaudent in celis anime ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: et, quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt: ideo cū Chriſto regnabunt in eternum. Aña. Sancti Dei omnes, qui eſtis conſortes ſupernorum ciuium: intercedite pro nobis. Cap.

Vidi turbam magnā, quā dinumerare nemo poterat: ex omnibus gētibus, et tribubus, et populis, et linguis: ſtantes ante thronum in conſpectu agni, amicti ſtolis albis: et pal-

⁊ palme in manibus eorum. ℟ Concede. Hymnus.

Chriſte redēptor omnium:
Conſerua tuos famulos:
Beate ſemper virginis:
Placatus ſanctis precibus.
Beata quoq; agmina:
Celeſtium ſpirituum:
Preterita, preſentia:
Futura mala pellite.
Vates eterni iudicis:
Apoſtoliq; domini:
Suppliciter expoſcimus:
Saluari veſtris precibus.
Martyres dei incliti:
Confeſſoreſq; lucidi:
Veſtris orationibus:
Nos ferte in celeſtibus.
Chorus ſanctarum virginum:
Monachorumq; omnium:
Simul cum ſanctis omnibus:
Conſortes Chriſti facite.
Gentem auferte perfidam:
Credentium de finibus:
Ut Chriſto laudes debitas:
Perſoluamus alacriter.
Gloria patri ingenito:
Eiuſq; vnigenito:
Una cum ſancto ſpiritu:
In ſempiterna ſecula. Amen.

℣ Letamini in domino.

Ad Magnificat aña. Beati eſtis ſancti dei omnes, qui meruiſtis cōſortes fieri celeſtium virtutum, ⁊ perfrui claritatis gloria: ideoq; precamur, vt memores noſtri intercedere dignemini pro nobis ad dominum Jeſum Chriſtum.

Oratio. Dñe deus noſter mul.

Ad mat. Inuit. Regem regum dñm, venite, adoremus: Quia ipſe eſt corona ſanctorum omniū.

℟ Uenite, exultemus. Hymn⁹.

Jeſu ſaluator ſeculi:
Redemptis ope ſubueni:
Et pia dei genitrix:
Salutem poſce miſeris.
Cetus omnes angelici:
Patriarcharum cunei:
Et prophetarum merita:
Nobis precentur veniam.
Baptiſta Chriſti preuius:
Et clauiger ethereus:
Cum ceteris apoſtolis:
Nos ſoluant nexu criminis.
Chorus ſacratus martyrum:
Confeſſio ſacerdotum:
Et virginalis caſtitas:
Nos a peccatis abluant.
Monachorum ſuffragia:
Omneſq; ciues celici:
Annuant votis ſupplicum:
Et vite poſcant premium.
Laus, honor, virtus, gloria:
Deo patri, ⁊ filio:
Sancto ſimul paraclito:
In ſempiterna ſecula. Amen.

In j nocturno aña: quam intonabit ſuperior: ⁊ ſic deſcendendo.
Adeſto deus, vnus, omnipotēs: pater ⁊ filius, ⁊ ſpiritus ſanctus.

Ps. Domine dominus noſter. 2. Aña. Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Ps. Celi enar. 7. Aña. Laudemus dominum, quem

laudant Angeli: quem Cherubim, & Seraphim, ſanctus, proclamant. ps. Benedic anima ſ. 40. ℣. Letamini in domino.
Primam lect. legat prior & ſic de ceteris deſcendendo. Ex ſermo. Rabani, de ſolennitate ſanctorum omnium. Lectio prima.

Legimus in eccleſiaſticis hiſtoriis, quod ſanctus Bonifacius, qui quartus a beato Gregorio Romane vrbis epiſcopatum tenebat: ſuis precibus a Foca Ceſare impetrauit, donari eccleſie Chriſti templum Rome, quod ab antiquis Pantheon antea vocabatur: quia hoc quaſi ſimulachrum omnium videretur eſſe deorum. In quo eliminata omni ſpurcitia: fecit eccleſiam in honorem ſancte dei genitricis Marie, & omnium martyrum Chriſti: vt, excluſa multitudine demonum, multitudo ibi ſanctorum a fidelibus in memoria haberetur. Nunc igitur, fratres chariſſimi: in omnium primordiis ſanctorum nos nominare, laudare, & glorificare condecet eum, qui cunctos condidit ſanctos: per quem omnia facta ſunt: per quem cuncta ſubſiſtunt elementa: cuius maieſtas nec incipit, nec definit in ſeculum: vt merito omnis creature principium, & finis nominetur. ℟. Benedicat nos deus, deus noſter, benedicat nos deus: Et metuant eum omnes fines terre. ℣. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nos Deus. Et. Lectio ſecunda.

Beata quoque dei genitrix ſemper virgo Maria: templum domini: ſacrarium ſpiritus ſancti: virgo ante partum: & virgo poſt partum: preſentis ſolennitatis diei cum ſuis virginibus expers nullo modo credenda eſt: que dei populum, faciendo, monebat ſpernere perituri luxus ſeculi: ac lenocinia mortalis nature declinare. ℟. Felix nanque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima: Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitie, Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam commemorationem. Quia ex. Lectio tertia.

Nouem vero eſſe ordines Angelorum, ad dei iudicia, atque miniſteria complenda: teſtante ſacro eloquio, cognoſcimus: quorum principatus, atque poteſtates ſubtiliter, atque mirabiliter dei omnipotentis nutu diſtinguuntur. Alii ex illis ad nos in mundum miſſi, futura predicendo preueniunt. Alii ad hoc ſunt conſtituti: vt per eos frequentius ſigna, & miracula fiant. Tu autem domine. ℟.

℟. Te ſanctum dominuꝫ in excelſis laudant omnes Angeli, dicentes, Te decet laus, ꝛ honoꝛ domine. ℣. Cherubim quoque, ꝛ Seraphiꝫ, ſanctus, pꝛoclamāt, ꝛ omnis celicus oꝛdo, dicentes. Te. In ſecundo noctur. añ. Inter natos mulierum non ſurrexit maioꝛ Iohāne Baptiſta. ps. Bonum eſt confite. 44. Añã. Pꝛincipes populoꝛum congregati ſunt cum deo Abꝛaham. ps. Omnes gen. Añã. Sanguis ſanctoꝛum martyrum pꝛo Chꝛo effuſus eſt in terra: ideo adepti ſunt munera ſempiterna. ps. Deus, venerunt. 30. ℣. Exultent iuſti. Lectio quarta.

Adhuc tamen aliqd de hac eadem tam pulchꝛa, atque pꝛeclara feſtiuitate loqui incipiamus, que non ſolum, vt pꝛedirimus Angeloꝛum ſpiritibus: verumetiam ſanctis omnibus, qui in terra ſunt ab exoꝛdio mūdi pꝛocreati, honoꝛabiliter dedicata conſiſtit. Ex quibus pꝛimi fuerunt patriarche, viri religioſi, atqꝫ glozioſi in vita ſua: patres pꝛophetarum, ꝛ apoſtoloꝛū: quorum memoꝛia non derelinquetur: ꝛ nomen eoꝛum manet in eternum. In quibus pꝛimatum tenet ille, quo maioꝛ inter natos mulieruꝫ, ſaluatoꝛe teſtante, nemo ſurrexit: Iohannes, videlicet Baptiſta, ſchola virtutum: magiſteriū vite: ſanctitatis noꝛma: pudicitie titulus: virginitatis ſpeculum: adulterij perſecutoꝛ: caſtitatis exempluꝫ: penitentie via: peccatoꝛum venia: fidei diſciplina. ℟. Inter natos mulierū non ſurrexit maioꝛ Iohanne Baptiſta. Qui viam domino pꝛeparauit in eremo. ℣. Fuit homo miſſus a deo, cui nomē erat Iohannes. Qui. Lectio quinta.

Huic athlete dei, Iohanni electo, cōcoꝛdat duodenus apoſtoloꝛum numerus: quos a pꝛimis miraculoꝛuꝫ virtutibus, ad componendū noue fidei fundamentuꝫ: erigendumqꝫ adhuc tenere eccleſie ſtatū, diuina pꝛouidentia ex omnibus, quos capiebat mundus, elegit: vt in omnem terram ſonus eoꝛum pꝛedicationis exiret: ꝛ in fines oꝛbis terre eoꝛum pꝛocederent verba. ℟. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant: Et quaſi columbe ad feneſtras ſuas? ℣. Candidioꝛes niue, nitidioꝛes lacte, rubicundioꝛes eboꝛe antiquo. Et. Lectio ſexta.

His ſubſecutum eſt triumphale martyrum nomen, qui per diuerſa toꝛmentoꝛum genera Chꝛiſti paſſionem non [illegible]eſcentibus pꝛecoꝛdioꝛum mētibus imitabantur. Alij namque ferro perempti: Alij flammis exuſti. Alij flagellis verberati: alij vectibus perfoꝛati. Alij cruciati patibulo: alij pe-

pelago ſubmerſi: Alij viui decoriati: alij vinculis mancipati: Alij linguis priuati: alij lapidibus obruti: alij frigore afflicti: Alij fame cruciati: Alij vero trūcatis manibus, ſiue cęſis cęteris membris, ſpectaculum contumelię in populis, nudi propter nomen domini portauerunt. ℟. O constantia martyrum laudabilis: o charitas inextinguibilis: o patientia inuincibilis: quę licet inter preſſuras perſequentium viſa ſit deſpicabilis. Inuenietur in laudem, gloriam, ⁊ honorem in tempore retributionis. ℣. Nobis ergo petimus: pijs ſubueniant meritis, honorificati a patre, qui eſt in cęlis. Inuen. In iij. noc. aña. Sint lumbi veſtri pręcincti, ⁊ lucernę ardentes in manibus veſtris: ⁊ vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs. ps. Exultate iuſti. 12. Aña. In cęlis gaudent virgines: ⁊ cantant canticū nouum ante dei thronum: quia nouū fecit dominus ſalutare ſuū. ps. Cantate. ij. 38. Aña. Omnes electi dei noſtri memoramini ante deum: vt, veſtris precibus adiuti, mereamur vobis adiungi. ps. Benedicam. 12. ℣. Iuſti autem in perpetuum.

cap. 5. Secundum Mattheum.

In illo tempore: Videns Ieſus turbas aſcendit in montem. Et, cū ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et reliq.

Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lectio ſeptima.

Cum vidiſſet turbas multas, aſcendit in montem. Et, cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum, docebat eos, dicens. Si quęritur, qd ſignificet mōs, bene intelligitur ſignificare maiora pręcepta iuſtitię: quia minora erant, quę Iudęis data ſunt. Unus tamen deus per ſanctos prophetas, ⁊ famulos ſuos, ſecūdum ordinatiſſimam diſtributionem temporum: dedit minora precepta populo: quem timore adhuc alligari oportebat, ⁊ per filium ſuum maiora populo: quem charitate iam liberari conuenerat. ℟. Sint lumbi veſtri pręcincti, ⁊ lucernę ardentes in manibus veſtris: Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, quā hora dominus veſter venturus ſit, Et vos. Lectio octaua.

Prudentes virgines ſolēnitate pręſentis diei expertes nullo modo credendę ſunt: quę carnis pudicitiam, ⁊ virginitatis honorem intra cordis hoſpitia obſeruauerunt: ⁊ relictis nuptiarū copulationibus, ſpreta liberorū propagine: ſpō-

ſo, qui in celis eſt, perenni actu, & mente, habituq; geſta amplificare maluerunt: orationibus inſtantes: ieiunijs adherentes: vigilias ſacras adamãtes: in damno rerum temporalium gratias agentes: ſic in charitate dei, & proximorum amore perſeuerantes: deo ſoli vitam finire gaudebant. Tu autem do. ℟. Audiui vocem de celo, dicentem: venite omnes virgines ſapientiſſime. Oleum recondite in vaſis veſtris: dum ſponſus aduenerit. ℣. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit. Oleum. Lectio nona. 3

Hodie dilectiſſimi omnium ſanctorum ſub vna ſolennitatis letitia celebramus feſtiuitatem: quorum ſocietate celum exultat: quorum patrocinijs terra letatur: quorum triumphis eccleſia ſancta coronatur: quorum confeſſio quanto in paſſione fortior, tanto in honore clarior: quia dum creuit pugna, creuit & pugnantium gloria. Nunc ergo fratres agite: aggrediamur iter vite: reuertamur ad ciuitatem celeſtem: in qua ſcripti ſumus: non hoſpites, ſed ciues ſanctorum, domeſtici dei: etiam illius heredes: coheredes autem Chriſti. ℣. Concede nobis domine queſumus veniam delictorum, & intercedentibus ſanctis, quorum hodie feſta celebramus: Talem nobis tribue deuotionem, vt ad eorum mereamur peruenire ſocietatem. ℣. Adiuuent nos eorum merita: quos propria impediunt ſcelera: excuſet interceſſio: quos accuſat actio: & qui eis tribuiſti celeſtis palmam triumphi: nobis non deneges veniam peccati. Talē. Te deum. Sac. ℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus ſuis. In laud. aña. O beata, & benedicta, & glorioſa Trinitas: pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. ps. Dominus regn. & ceꝰ ps. Aña. Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te. Aña. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis: que precipio vobis: dicit dominus. Aña. Benedicite dominum omnes electi eius: agite diem letitie: & confitemini illi. Aña. Laudem dicite deo noſtro omnes ſancti eius: & qui timetis deum puſilli, & magni: quoniã regnauit dominus deus noſter omnipotēs. gaudeamus: & exultemus: & demus gloriam ei. Cap. Fulgebunt iuſti. Hym. Chriſte redemptor omnium. ℣. Mirabilis. Ad Benedictꝰ aña. Te glorioſus apoſtolorum chorus, te prophetarum laudabilis numerus: te martyrum candidatus laudat exercitus: te omnes electi voce confitentur vnanimes: beata trinitas, vnus deus. Oratio

Omnipotens ſempiterne deus: qui nos omnium ſanctorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari, queſumus, vt deſideratam nobis tue propitiationis abundantiam: multiplicatis interceſſoribus, largiaris. Per do. Ad j. añ. Vidi turbam magnam: quam dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus: ſtantem ante thronum dei. ps. Deus in nomine. ꝛ ce. Ad iij. añ. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, ꝛ ceciderunt in cōſpectu agni in facies ſuas: ꝛ adorauerunt deum. Cap. Fulgebunt iuſti. R. Letamini. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus. Ad vj. añ. Redemiſti nos domine deus in ſanguine tuo, ex omni tribu, populo, ꝛ lingua, ꝛ natione: ꝛ feciſti nos deo noſtro regnum. Cap. Juſtorum anime. R. Exultent iuſti. Oratio.

Da queſumus domine fidelibus tuis omnium ſanctorum ſemper veneratione letari: ꝛ eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per. Ad ix. añ. Hymnus omnibus ſanctis ei⁹: filiis Iſrael: populo appropinquāti ſibi: gloria hec eſt omnib⁹ ſanctis ei⁹. Cap. Sancti per fidem. R. Juſti autem in perpetuum. V. Juſtorū anime in manu dei ſunt. R. Et non tanget illos tormentū malitie. Oratio.

Exaudi queſumus dñe de⁹ dignanter ad te clamantes: ꝛ nos de profundo iniquitatis eripias: ꝛ, intercedentibus ſanctis tuis omnibus: ad gaudia eterna perducas. Per domi. Ad ij. veſpe. aña. quam intonabit ſuperior, ꝛ ſic deſcendendo. O beata. ps. Dixit domin⁹. Añ. Tota. ps. Confitebor. Añ. Vos amici. ps. Beatus. Aña. Benedicite. ps. Laudate. Añ. Laudem dī. ps. Lauda Jeruſalem. Si dominica fuerit, ps. In exitu Iſ. Cap. Sancti per fidē. R. Concede nobis. Hymn. Chriſte redemptor. V. Letamini. Ad Mag. añ. Saluator mundi ſalua nos omnes: ſancta dei genitrix virgo ſemper Maria ora pro nobis: precibus quoque ſanctorum apoſtolorum, martyrum, ꝛ confeſſorum, atq; ſanctarum virginum ſuppliciter petimus: vt a malis omnibus eruamur: boniſq; omnibus, ꝛ nunc, ꝛ ſemper pfrui mereamur. Orō. Omnipotens ſempiterne deus.

¶ Finitis veſp. feſti Priore cū cantoribus remanentibus in ſuperpellicijs: ſtatim incipiantur veſpere defunctorum, cum nota. aña. Placebo. ps. Dilexi. ꝛc. ſicut in rubr. xxij. ſignatur: prior incipiat añam ad Magnificat, ꝛ cum verſiculis conſuetis dicat orationem. ſola oratio ſcilicet. Fidelium deus. Dicatur ad veſpe.

...ad mat: terminetur per Requieſcant in pace. Dicatur autem eo modo, ſicut in veſpe. vel mat. oratio dici ſolet. Ad pſalmodiam, alternatim vna pars chori fiet: alia ſedeat.

¶ In craſtino omnium ſanctorum: et per oct. ad matu. non dicantur xv. pſal. nec officium beate virginis, ſicut conſueuerant: quia ordinatum fuit in quodam capitulo generali, quod oct. ſolennes agere debemus, et per hunc modum. Ad matu. Inui. hym. et pſal. vt in die. an. ſuper. ps. Omnes electi. ℣. et reſponſoria, vt ſequuntur.

¶ Feria ij. et v. primum reſpon. Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum: et iam non erit amplius neque luctus: neque clamor: ſed nec vllus dolor. Quoniam priora tranſierunt. ℣. Non eſurient, neque ſitient amplius: neque cadet ſuper illos Sol, neque vllus eſtus. Quoniam. ℟ ſecundum. Sancti tui domine mirabile cõſecuti ſunt iter ſeruientes preceptis tuis, vt inuenirentur illeſi in aquis validis. Terra apparuit arrida: et in mari rubro via ſine impedimento. ℣ Victricem manum tuam laudauerunt pariter: et decantauerunt domine nomẽ ſanctum tuum. Terra. ℟. iij. Concede nobis domine. quere in die poſt no. lectio.

¶ Feria iij. et vj. ℟. j. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt: Et viuent nomina eorum in generatione, et generationem. ℣. Sapientiam ſanctorum narrant populi: et laudem eorum pronunciat omnis eccleſia. Et vi. ℟. ij. Vidi coniunctos viros habentes ſplendidas veſtes: et Angelus domini locutus eſt ad me, dicens. Iſti ſunt viri ſancti, facti amici dei. ℣. Vidi Angelum dei volantem per medium celi, voce magna clamantem, et dicentem. Iſti ſunt viri. tertium ℟. Concede nobis domine. quere in die poſt ix. lectio.

¶ Feria iiij. et ſabba. reſpon. j. Propter teſtamentum domini ſe et leges paternas ſancti dei ſteterũt ĩ amore fraternitatis. Quia vnus ſemper fuit ſpiritus in eis: et vna fides. ℣ Ecce quam bonum, et quam iucundum habitare fratres in vnum. Quia. ij ℟. Sint lumbi veſtri precincti: et lucerne ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur, a nuptijs. ℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos. ℟. iij. Concede nobis domine. quere in die poſt ix. lectiones, ſicut ſignate ſunt. ps. Te deum. Sacer. ℣. Exultabunt ſancti. In laud. a. Sancti dei omnes.

Cap. hym. ℣. vt in die. Ad benedictus aña. Te glorioſus apoſtolorum chorus. Que ſemper dicatur per oct. Oratio, vt in die. Poſt vero matutinum ſanctorum omniū dicatur mat. defunctorum ſolenniter: ⁊ ante miſſam fiat commem. omnium defunctorum, ſicut dicitur in fine officij mortuorum poſt pſalte. Ad horas vt in die. Ad veſpe. aña. ſuper pſ. Sancti dei omnes. Cap. hym. ⁊ ℣. vt in die. Ad magnificat aña. Saluator mundi. que ſemper dicatur per oct. oratio, vt in die. Dominica vero infra oct. ⁊ in die oct. ad mat. debent fieri, ſicut in die. Si vero commemo. defunctorum in dominica euenerit, transferatur in craſtinum: ⁊ poſt veſpe. dominice dicatur Placebo domino. prout in loco ſuo ſignatur. Lectio per oct. omnium ſanctorum.

¶ Die primo. Lectio prima.

TEmpore Focę imperatoris: cum iam dudum Roma fidem Chriſti recepiſſet: Bonifacius papa quart⁹ a magno Gregorio, circa annū domini ducenteſimum quintum: Pantheon templum a Foca Ceſare impetrauit: ⁊ omnium idolorum eliminata ſpurcitia, ipſum templum quarto idus Maij in honorem beatę Marię: ⁊ omniū beatorum martyrum conſecrauit: ac locum ſanctę Marię ad martyres appellauit. Qui nunc ſancta Maria rotūda a populo appellatur: nondū enim cōfeſſorū ſolēnia ab eccl'ia agebantur. L. ij.

SEd, quia ad hoc feſtū multitudo maxima cōfluebat: ⁊ propter defectum victualium celebrationi vacare nō poterāt: ideo quidā papa, Gregorius nomine: hoc feſtū in calendis Nouembris: quando maior victualiū copia videtur eſſe, meſſibus, ⁊ vindemijs celebratis, fieri inſtituit: ac per vniuerſum mundum hunc diem in honorē omnium ſanctorū celebrari ſolenniter ordinauit. Tu autem domine. Lectio tertia.

ET ſic templū, quod fabricatū fuerat omnibus idolis: nunc dedicatum eſt omnibus ſanctis: ⁊, vbi multitudo celebrabatur idolorum: ibi deuote laudatur multitudo ſanctorum. Tu autem domine miſe.

¶ Secundo die Lectio prima.

SEcundo inſtituta eſt propter omiſſorum ſuppletionem. Nos enim multos ſanctos omiſimus: de quibus nullam feſtiuitatem: ſiue etiam memoriam fecimus. Lectio ij.

NOn enim poſſumus omnium ſanctorum feſta agere: tum propter ſanctorū multiplicitatem: quia multi: ⁊ quaſi infiniti ſunt: tum propter noſtram infirmitatem: quia infirmi: ⁊ debiles ſumus: nec ad hoc

ſuffi ce

ſufficere poſſumus: tum propter temporis breuitatem: quia etiaȝ tempus non ſufficeret. Lect. iij.

Nam, ſicut ait Hieronym⁹ in quadam epiſtola, quę in ſuo calendario pręponitur: nullus dies eſt: excepto die calendarum Januarij: in quo non vltra quinque millium martyruȝ numerus reperiri poſſit aſcriptus. Tu autem.

Die Tertio. Lectio prima.

Ideo eccleſia rationabiliter ordinauit: vt, quia omnium ſanctorum ſingulariter feſta facere non poſſumus: ſaltem omnes generaliter ⁊ inſimul honoremus. Quare autem inſtitutū ſit, vt feſtiuitatem omnium ſanctorum in terris agamus: magiſter Galielmus Altiſiodorenſis in ſumma de officio ponit ſex rationes. Lectio ſecunda.

Prima eſt propter honorem diuinę maieſtatis. Cū eniȝ ſanctis honorem impendimus: Deum in ſanctis honoramus: ⁊ ipſum in eis mirabilem prędicamus: quia, qui ſanctis honorem tribuit illum ſpāliter honorat: qui eos ſanctificauit. Lect. iij.

Secunda eſt propter auxilium noſtrę infirmitatis: quia enim per nos ſalutem habere non poſſumus: ideo ſanctorum interceſſionibus indigemus: a quibus vt adiuuari mereamur: merito ipſos honorare debemus. Tu autem.

Die quarto Lectio prima.

Legitur in quarto Regum, primo, quod Berſabee, q̄ interpretatur puteus ſatietatis, id eſt eccleſia triumphans: filio ſuo, id eſt, eccleſię militanti: regnū ſuis p̄cibus obtinuit. L. ij.

Tertia eſt propter augmentum noſtrę ſecuritatis: vt ſcilicet per ſanctorum gloriam, quę nobis in eorū feſtiuitate proponitur: noſtra ſpes, ⁊ ſecuritas augmentetur. Lectio tertia.

Si enim homines mortales nobis ſimiles potuerūt ita per ſua merita ſublimari: cōſtat, quia nos ſimiliter poterimus: cū man⁹ domini abbreuiata nō ſit.

Die quinto. Lectio prima.

Quarta eſt propter exemplum noſtrę imitationis. cum enim eorum feſtiuitas recenſetur, ad eorum imitationeȝ prouocamur, vt ſcilicet eorum exemplo terrena contemnam⁹, ⁊ cęleſtia deſideremus. Lect. ij.

Quinta eſt propter debituȝ mutuę viciſſitudinis. Sancti enim de nobis in cęlo feſtum faciunt: quia gaudium eſt Angelis Dei: ⁊ animabus ſanctis, ſuper vno peccatore pęnitentiā agente. Lectio tertia.

At igitur eis viciſſitudineȝ rependamus: iuſtum eſt: vt, quia ipſi de nobis feſtuȝ agūt in cęlis: ⁊ nos de ipſis feſtum agamus

agamus in terris.

Dominica infra oct. ꝛ in ipſa oct. dup. lect. ꝛ die alia, vt in die.

Die.5. S. Zacharię Prophetę patris Johannis Baptiſtę. ix. lect.
Die.6. omnia de com. confeſ. nō Pōt.

S. Leonardi Abbatis ix. lec. Omnia vt vnius confeſ. non epi: ꝛ transferri debet poſt octau. ad diem vacantem. Oratio.

Maieſtati tuę, quęſumus domine, ſanctiſſimi confeſſoris tui Leonardi nos pia iugiter commendet oratio: vt, quem deuoto veneramur officio ipſius ſuffragio ſubleuemur optato. Per. Lectio j.

Leonardus dicitur fuiſſe circa annum domini quingenteſimum. Hic a ſancto Remigio Remēſium epō de ſacro fonte leuatus eſt: ꝛ ab ipſo ſalutaribus diſciplinis eruditus: cuius parentes primi erant in palatio regis Francorum. Hic tantā gratiam a rege obtinuit: vt omnes incarceratos, quos vellet, abſolueret. Lectio ſecunda.

Et, quia eius ſanctitatis fama excreſcebat: rex eum ſecum multo tempore manere coegit: volens ei de epiſcopatu prouidere. Quod vir ſanctus renuit: relictiſque omnibus, ſolitudinem petijt: ꝛ vſque Aurelianum prędicando cum fratre ſuo Liſardo peruenit. Lect. iij.

Poſtquam autem in quodā cęnobio aliquandiu vixiſſet: cum Liſardus ſupra ripam Ligeris ſolitarie manere vellet: ꝛ Leonardus per Spiritus ſancti monitionem in Aquitania prędicare diſponeret: oſculantes ſe abinuicem diſceſſerunt. Lectio quarta.

Leonardus igitur vbique prędicans, ꝛ multa miracula faciens, in quadam ſylua ciuitati Lemonicę vicina habitauit: vbi erat aula regia cauſa venationis conſtructa. Accidit autem, vt quadā die rex ibi venaretur: ꝛ regina illuc cauſa venationis egreſſa de partu periclitaretur. Tu autem. Lectio quinta.

Cum ergo rex, ꝛ familia propter reginę periclitationē lugerent: ꝛ Leonardus per nemus tranſiens lugentium voces audiret: pietate motus illuc acceſſit. Cumque interrogaretur a rege quis eſſet: reſpondit ſe ſancti Remigij, diſcipulum fuiſſe. Tunc rex bonam ſpem concipiens, ꝛ ipſum a bono magiſtro inſtructum perpendens, ad reginam introduxit: rogans eum, vt eius orationibus de recuperata coniuge: ꝛ edita prole duplex gaudium obtineret. Qui fuſa oratione ad dominum, quod petebat, mox impetrauit. Lectio vj.

Cumque rex multa in auro: ꝛ argento ſibi offerret omnia

omnia recuſauit: ſed pauperib⁹ ea eroganda admonuit: ⁊ ſolum locum deſertum in nemore poſtulauit: in eodem Chriſto ſeruiturus. Cum autem rex totum nemus ſibi tradere vellet: reſpōdit. Non totum accipio illud: ſed quantum cum meo aſello circuire poſſum: mihi concedi exopto. Quod ⁊ rex ſibi libēter obtulit: conſtructo itaque monaſterio: diu ibidem cum duobus monachis in abſtinentia multa permanebat. Lectio viij.

Cum vero infra milliare aquam non haberent: puteum ibidem ſiccum fodi iuſſit: quem orationibus ſuis aqua impleuit. Locum autem illum appellauit Nobiliacum: quia ei a nobili rege traditus fuit. Ibiqꝫ tantis coruſcauit miraculis: quod, quicunque incarceratus nomen eius inuocaret, mox ruptis vinculis nullo contradicente libere abiret. Et cum catenis, ⁊ compedibus ad eum venientes plurimi: cum eo domino ſeruierunt cum omni deuotione. Lectio nona.

Septem etiam de eius familia nobiles: venditis omnibus. ⁊ pretio pauperibus diſtributo: cum ipſo manentes in Dei ſeruitio: plurimos attraxerunt verbo: ⁊ exemplo. Denique Leonardus multis clarens virtutibus: octauo idus Nouemb. ad dominum feliciter migrauit. Tu autem domine miſerere no.

¶ S. Proſdocimi, Paduę epiſcopi, ⁊ confeſſ. nona lectio. Die. 5.

¶ Quatuor coronatorum mar. memor. tantum. Oratio. Die. 8.

Preſta quęſumus omnipotens Deus: vt, qui glorioſos martyres, Seuerum, Seuerianum, Victorinum, ⁊ Carpophorum: fortes in ſua confeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum noſtrum Ieſuȝ.

¶ S. Theodori mar. ix. lec. ora. Die. 9.

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confeſſione glorioſa circundas, ⁊ protegis: da nobis eius imitatione proficere: ⁊ oratione defendi. Per dominum noſtrum Ieſuȝ Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omn. Die 10.

¶ Tiberij, ⁊ ſociorum m. memo. Die 11.

¶ Sancti Martini epiſcopi, ⁊ confeſſo. dupl. Ad veſper. Cap. Ecce ſacerdos. ℟. Domine ſi adhuc. Hymn. Iſte confeſſor. ℣. Amauit. Ad Magnific. Añ. O Martine, o pie, quam pium eſt gaudere de te? o Martine prophetis conpar: Apoſtolis conſertus: pręſulum gemma: fide, ⁊ meritis egregie: pietate, miſericordia, ⁊ charitate ineffabili: ſuccurre nobis nunc, ⁊ ante Deum. Oratio.

Deus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius: vt interceſſione beati Martini confeſſoris tui, atque pontificis: contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrum. Eodem die memoria ſancti Menne martyris. Aña. Iſte ſanctus. ℣. Gloria et honore. Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens Deus: vt, qui Beati Menne martyris tui natalitia colimus, eius interceſſione tui nominis amore roboremur. per. Ad Mat. Inuita. Martinus ecce migrat: hic pauper: cęlo diues. Quem ſanctorum concentus Chriſto pſallens deducit: nos cęleſtibus hymnis, laudem⁹ in hunc Deum. Hym. Iſte confeſſor. In i. noct. Aña. Sanctus Martinus obitum ſuum longe ante preſciuit: qui et Diſcipulos in vnum congregauit: atque ſui diſſolutionem imminere predixit. Ps. Beatus vir. i. Aña. Cum repente viribus corporis cępit deſtitui: tunc meror, et luctus omnium: vox plangentium: vnaque precantium: ne paſtor oues deſeras. Ps. Quare fre. i. Aña. Scimus quidem te pater deſiderare Chriſtum: ſed ſalua ſunt tibi premia tua: noſtri potius miſerere, quos deſeris. Ps. Domine q. 2. ℣. Amauit. Lectio prima.

Martinus Sabarię in Pannonia natus, cum decimum attigiſſet annum, inuitis parentibus ad eccleſiam confugiens, in cathecumenorum numerum aſcribi voluit. Quindecim annos natus in militia profectus, primum in Conſtantij deinde Iuliani exercitu militauit. ℟. Hic eſt Martinus electus Dei Pontifex: cui domin⁹ poſt apoſtolos tantam gratiam conferre dignatus eſt: Ut in virtute trinitatis deifice: mereretur fieri trium mortuorum ſuſcitator magnificus. ℣. Sanctę trinitatis fidem Martinus confeſſus eſt. Ut. Lectio ſecunda.

Qui cum nihil haberet preter arma, et veſtimentum quo tegebatur; Ambiani pauperi ac nudo ab eo petenti, vt Chriſti nomine ſibi eleemoſynam tribueret, partem clamydis dedit. Cui ſequenti nocte Chriſtus dimidiata illa veſte indutus apparuit, hanc mittens vocem: Martinus Cathecumenus, hac me veſte contexit. ℟. Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſari⁹, non recuſo ſubire propter eos laborem: Fiat voluntas tua. ℣. Domine ſi adhuc in preſenti: pro caſtris tuorum: ſtare me precipis: non recuſo: nec fatiſcentem cauſabor etatem. Fiat. Lec. iii.

Decem et octo annos cum haberet baptizat⁹ eſt. Qua

re relicta militari vita ad Hilarium Pictauenſem epiſcopū ſe contulit, a quo in acolytorum numerum redactus eſt. Poſt factus epiſcopus Turonenſis, monaſterium ędificauit, vbi cum octoginta monachis ſanctiſſimę aliquandiu vixit. ℟. O beatum virum Martinum antiſtitem. Qui nec mori timuit: nec viuere recuſauit. ℣. O virum ineffabilem nec labore victum, nec morte vincendum. Qui. In ij. noct. Aña. Domine iam ſatis eſt: q̄ huſcuſque certaui: ſed, quoaduſque ipſe iuſſeris, militabo: ac, ſi parcis ętati: bonū eſt mihi: hos, quibus timeo: ipſe cuſtodias. Pſ. Cum inuo. 2. Aña. Artus ſebre fatiſcentes ſpiritui ſeruire cogebat. ſtratoque ſuo illo nobili cilicio recubans; nec terram videre iam dignatus eſt: cęlo totus inhiabat. Pſ. Verba mea. 2. Aña. Sinite, inquit, me cęlum videre, vt ſpiritus dirigatur ad dominum, nihil in me reperiet inimicus, ſed ſinus Abrahę me ſuſcipiet. Pſ. Domine dominus. 3. ℣. Iuſtum. Lectio quarta.

Qui cum poſtea ad Candacenſem, vicum ſuę diœceſis in grauem febrem incidiſſet aſſidua Deum oratione precabatur, vt ſe ex illo mortali carcere liberaret. Quem audientes diſcipuli ſic rogabant. Cur nos pater deſeris? cui nos miſeros derelinquis? Quorum voce commotus Martinus ita Deū orabat: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. ℟. Oculis ac manib⁹ in cęlum ſemper intentus Inuictum ab oratione ſpiritū nō relaxabat. ℣. Dum ſacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit ſuper caput eius. Inui. Lectio quinta.

Sed cum eum in illa vehementi febre ſupinū orantem viderent diſcipuli, ſuppliciter ab eo petierunt, vt conuerſo corpore tantiſper dum remitteret morbi vis pronus conquieſceret. Quibus Martinus. Sinite, me, inquit cęlum potius, quam terrā aſpicere: vt ſuo iam itinere iturus ad dominum ſpiritus, dirigatur. Inſtante iam morte viſo humani generis hoſte: Quid inquit, aſtas cruenta beſtia nihil in me funeſte reperies. ℟. Dum ſacramenta offerret beatus Martinus, Globus igneus apparuit ſup caput eius. ℣. Oculis, ac manibus in cęlū ſemper intentus: inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Glob. Lectio ſexta.

Qua in voce, vnum & octoginta annos natus animā Deo reddidit, quam angelorum chorus excepit, eîque diuinas canentes laudes, multi, in primiſque Seuerinus Colonienſis

epiſcopus audiuit. Et ſanctus etiam Ambroſius eodem tempore ad altare arctiori ſomno correptus, ac poſt tertiam horaꝫ excitatus: Scitote, inquit, fratrē meum Martinum exiſſe de corpore meqꝫ eius funeri piā operam dediſſe. ℟. Beatus Martinus obitum ſuum longe ante preſciuit: dixitqꝫ fratribus Diſſolutionem ſui corporis imminere: quia indicabat ſe iam reſolui. ℣. Uiribus corporis cepit repente deſtitui, conuocatiſqꝫ fratribus in vnum, dixit. Diſſolut. In iij. noc. Aña. Media nocte dominica ſanctus deceſſerat: cū in eius tranſitu multi audierūt voces in ſublimi: qui et vitro purior, lacte candidior: carne quoque monſtratus eſt gemma ſacerdotum. ℣. Domine quis. 5. Aña. Adeſt multitudo monachorum, et virginum: qui ſpeciali gloria precipue flebant. cum ſentirent magis eſſe gaudendum: ſi rationem vis doloris admitteret. ℣. Domine in virtu. 7. Añ. Exequie Martini non dicātur funeris: ſed triumphi: nam greges ſuos, qui ductu eius mundū vicerant, agebat ante ſe paſtor extinctus: qui, corpus ad ſepulchrum ſequentes pſallebant, et flebant. ℣. Domini eſt terra. 9. ℣. Juſtus vt palma florebit. Le. ...ng. Sint lumbi veſtri. Com. uni pluri. confeſſ. ℟. Dixerūt diſcipuli ad beatum Martinum: cur nos pater deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. ℣. Scimus quidē deſiderare te Chrm: ſed ſalua ſunt tibi premia tua: noſtri potius miſerere: quos deſeris. Inuadent. Lectio octaua. De Homelia. ℟. O quantus luctus omnium monachorum, in cuius tranſitu: Angelorum exultat chorus. Quia pium eſt gaudere Martino, et pium eſt flere Martinum. ℣. Beati viri corpus vſque ad locum ſepulchri hymnis canora celeſtis turba proſequitur. Quia. Lectio nona. De Homelia. ℟. Martinus Abrahe ſinu letus excipitur: Martinus hic pauper, et modicus, Celuꝫ diues ingreditur, hymnis celeſtibus honoratur. ℣. Martinus epiſcopus migrauit a ſeculo, viuit in Chriſto gemma ſacerdotum. Ha. Te Deum. ℣. Ora pro nobis beate Martine. Ut. In laud. Aña. Dixerunt diſcipuli ad beatum Martinum: cur nos pater deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? inuadent enim gregē tuuꝫ lupi rapaces. ℣. Dominus reg. Aña. Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius: non recuſo laborem: fiat voluntas tua. Añ. O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendū: qui nec mori timuit: nec viuere recuſauit.

recuſauit. Aña. Oculis, ac manibus in cęlum ſemper intentus: inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. halab. halá. Aña. Martinus Abrahę ſinu letus excipitur: Martinus hic pauper, ⁊ modicus cęlum diues ingreditur: hymnis cęleſtibus honoratur. Cap. hymn. ⁊ ℣. de communi. Ad Bñs. Aña. O quantus luctus omnium monachorum: in cuius tranſitu Angelorum exultat chorus: quia pium eſt gaudere Martino: ⁊ pium eſt flere Martinum. Oratio, vt ſupra memor. S. Mennę mart. ad hor. antiphonę de lau. cap. ℟. ℣. v in communi vnius epiſcopi, ⁊ confeſſo. cum oratione, vt ſupra Ad veſp. Antipho. Dixerunt di. ps. Dixit dom. ⁊c. ad cet. cap. Ecce ſacer. ℟. Martinus. Hym. Iſte confe. ℣. Ama uit. Ad Magnificat. Antipho. O beatum virum, cuius anima paradiſum poſſidet: vnde exultant Angeli: lętantur Archangeli: chorus ſanctorum proclamat: turba virginum inuitat, mane nobiſcum in ęternum.

¶ S. Martini Papę, ⁊ marty. ſup. omnia de communi pręter orat. ⁊ lect. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Martini martyris tui, atque pontificis ſolennitate lętificas: preſta quę: vt, qui eius beneficia poſcimus: dono tuę gratię conſequamur. Per dominum noſtrum. Lectio prima.

MArtinus de ciuitate Tudertina ſedit annos ſex: menſes vnum dies xxvj. Huius temporibus Paulus Conſtantinopolitanę ſedis epiſcopus: inflatus ſuperbię ſpiritu: aduerſus rectum dogma eccleſię pręſumpſit audacter paternis diffinitionibus contraire: inſuper ſtuduit quibuſdam ſubreptionibus: vt ⁊ clementiſſimo principi ſuaderet typum exponere: quo catholicum dogma deſtrueret. Tu autem domine. Lectio ii.

INſuper altare ſedis Apoſtolicę conſecratum ſubuertẽs diſrupit, prohibens ibidem immaculatam hoſtiam offerri. Tũc beatiſſimus Martinus congregauit in vrbe Roma epiſcopos centum, ⁊ quinque. Et fecit ſynodum ſecundum inſtituta patrum orthodoxorum: ⁊ damnauerunt Tyrum, ⁊ Alexandrum, Sergium, Pyrrhum, ⁊ Paulũ falſ. nominis patriarchas Conſtantinopolitanum: qui nouitates contra immaculatam fidem pręſumpſerunt innectere: quę ſynodus hodie archiuo eccleſię continetur. Lectio tertia.

IN diebus illis direxit Imperator Olympium cubiculariũ ⁊ Exarcũ in Italiã: ⁊ pręcepit ei, dicens. Oportet, vt ſicut

nobis ſuggeſſit patriarcha Paulus per omnes, eccleſias legere eũ, qui factus eſt a nobis orthodoxorum, typum, ⁊ omnes epiſcopi Italię in ipſo ſubſcribant. Olympius autem veniens Romam, ⁊ volens adimplere, quę iuſſa ſunt, armans ſecum exercitum: voluit ſchiſma ſanctę eccleſię intromittere: ſed non permiſit Deus illum: quę nitebatur: perficere. Lectio quarta.

Videns autem ſe ab eccleſia ſuperatum: quod non potuit per manum armatam facere: ſubreptiuo modo per miſſarum ſolennia in eccleſia ſanctę Marię Dei genitricis: dum ei communionem porrigeret ſanctiſſimus papa, voluit eum interficere: ſicut mandauerat ſuo ſpathario Sed omnipotens Deus excęcauerat ſpatharium Olympij Hexarchi: ⁊ non eſt permiſſus videre pontificem. Quod poſtmodum prędictus armiger diuerſis iureiurando profeſſus eſt. Lectio quinta.

Videns autem Olympius, quod manus domini circuntegebat Martinum ſanctiſſimum papam: neceſſe habuit ſe cum pontifice concordare: ⁊ omnia: quę ei iuſſa fuerant: eidem ſanctiſſimo viro indicare. Qui, facta pace cum ſancta Dei eccleſia: colligens exercitum profectus eſt in Siciliam, aduerſus gentem Saracenorum: quę tunc ibidem habitauit. Et poſt hęc idem Hexarchus graui interijt morbo. Lectio ſexta.

Deniq; directus eſt ab Imperatore Theodorus Hexarchus cum Theodoro imperiali cubiculario cum iuſſione: ⁊ tollentes ſanctiſſimum papam Martinum de eccleſia ſaluatoris perduxerunt Conſtantinopolim: ⁊ nec ſic acquieuit ei. Deinde directus eſt ſanctus Papa Martinus in exilium in locum qui dicitur Cerſona: ⁊ ibidem: vt Deo placuit, vitam finiuit in pace, Chriſti cõfeſſor. Poſt hęc autem Romam tranſlatum eſt corpus eius, ſepultumq; in eccleſia eius nomini ſacra, quã nunc poſſident fratres ſacri ordinis beatę Marię de monte Carmelo, vbi etiã multa miracula per eũ dñs opat vſq; i hodiernũ diẽ. Tres lec. de euang. Videte, vig. Cetera de cõi vnius mar: ⁊ epi. Per oct. S. Martini fiat de ipſo offiñ eo modo, quo ſupra in rub. xxx de octauis ſolen eſt notatu ⁊ de octa. S. Martini papę ⁊ marty. Fiat tñ mem. ad mat. ⁊ ad veſp. excepto die octa. in quo fiat officium plenum de ipſa octaua. hoc eſt die. 19. Nouembr. Sequentes are dicantur ad Bñs. ⁊ ad Mag per oct. Et, ſi neceſſe fuerit, reiterentur añæ. Martinus adhuc cathecumenus

nus hac me veſte contexit. Añ. Sanctę trinitatis fidem Martinus confeſſus eſt: & baptiſmi gratiá percepit. Aña. ego ſigno crucis, non clypeo, protectus, aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. Añ. Cófido in dño: q̄ filia mea pręcibus tuis reddita ſit ſanitati. Aña. Tetradius, cognita Dei virtute, ad baptiſmi gratiam peruenit. Añ. O ineffabilem virum, per quē nobis tanta miracula coruſcant. Añ. Dñs Jeſus non purpuratú, nec diademate renitentem venturú ſe eſſe prędixit. Aña Sacerdos Dei Martine, paſtor egregie ora pro nobis Deum. Aña Sacerdos Dei Martine apti ſunt tibi cęli, & regnum patris mei.

Die 13. ¶ S. Brici epi, & cf. tres lectio. Ad veſp. añę, & pſalmi de octa. Cap. &c. de ſancto Bricio Orõ

Da quęs omnipotens Deus: vt, qui beati Bricij cóſeſſoris tui, atque pontificis natalitia colimus: eius interceſſione in tui nominis amore roboremur. Per. Ad Matu Inuit. Regem confeſſo. Hym. Iſte confeſſo. Aña. Beatus vir, qui in lege. cum hac ſola ſuper pſalm. vnius epi, & confeſſ. lect. iij. de vita eius. ℟. & tria reſponſoria de communi, ſecundum ordinem dierum & turbarum. Lect. j.

Igitur poſt exceſſum beati Martini Turonicę ciuitatis epiſcopi, ſummi: & incomparabilis viri: ſanctus Bricius ad epiſcopatum ſuccedit. Ad Bricius cum eſſet primęuę ętatis iuuenis: ſancto Martino adhuc viuenti in corpore multas tendebat inſidias: pro eo quod ab eodem, cur faciles res ſequeretur, arguebatur. Quadam tamen die, dum quidam infirmus medicinam a Martino expeteret: Bricium adhuc diaconum in platea, conuenit. Lectio ij.

Qui ſimpliciter ait: Ecce ego pręſtolor beatum viruz, & neſcio vbi ſit: vel quid operis agat. Cui Bricius: Si, inquit: delirum illum quęris, proſpice eminus: ecce cęlum ſolito: ſicut amens, reſpicit. Cumque pauper ille occurſu reddito: qđ petierat, impetraſſet: Bricium diaconum vir ſanctus Martinus alloquitur: En ego, Brici, delirus tibi videor. Lectio iij.

Cumque ille confuſus hęc audiens dixiſſe ſe denegaret: ait vir Dei ſanctus Martinus: Nonne aures meę ad os tuum erant, cum hęc eminus loquebaris? Amen dico tibi, quia obtinui apud Deum: vt poſt me ad pontificatus honorem accedas: ſed noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum.

Si dñica fuerit. Lect. iiij.

Bricius hęc audiens: irri-

debat eum, dicens: Nonne verum dixi iſtum delira verba proferre? Sed ad preſbyterij honorem prędictus Bricius promotus: ſępius beatum Martinum conuicijs laceſſiuit. Adeptus ergo conſentientibus ciuibus pontificatus officium orationi vacabat. Lectio quinta.

Qui quanquam eſſet ſuperbus: ꝛ vanus: caſtus tamẽ habebatur in corpore. Triceſimo ordinationis ſuę anno oritur cõtra eum lamentabile crimẽ. Nã mulier, ad quam cubicularij eius veſtimenta deferebant ad abluendum, quę ſub ſpecie religionis erat veſte mutata concepit: ꝛ peperit. Lectio ſexta.

Qua de re ſurrexit omnis populus Turonorum in iram: ꝛ totum crimen ſuper epiſcopum referunt: volentes eum vnanimiter lapidare. Aiebant enim, Diu eſt, ꝙ pietas ſancti tuã celauit luxuriam. Lectio vij.

Nec nos Deus diutius ſinit manus tuas indignas oſculando pollui. Ille quoque econtrario viriliter hęc negante: afferte, inquit, infantem ad me: Cumque oblatus fuiſſet infans triginta dies ab ortu habens: ait ad eum Bricius epiſcopus. Adiuro te per Jeſum Chriſtum filium Dei omnipotentis: vt, ſi ego te generaui: coram cunctis edicas. Lectio nona.

At ille infans dixit ſancto Bricio epiſcopo. Non es tu, inquit, pater meus. Populo autem vrgente: vt, quis eſſet eius pater requireret: ille ait, non eſt hoc meum: feci, quod ad me pertinuit. Tu autem. Te Deum. Sacerd. ℣. Juſtum deduxit. In laud. Antiph. Poſt deceſſum beati Martini epiſcopi: beatus Bricius cathedram epiſcopalem ſuſcepit. Ps. Dominus regnauit. ꝛc. Antiphona. Triceſimo ordinationis ſuę anno: oritur contra eum lamentabile crimen: nam quędam mulier, quę cubicularijs veſtimenta abluebat: concepit: ꝛ peperit: ꝛ omne crimen ſuper epiſcopum obijciunt. Aña. Illo quoque negante: iuſſit afferri ſibi infantem: cumque oblatus fuiſſet triginta ab ortu habens dies: ait ad eum Bricius: adiuro te per Deum viuum: vt, ſi ego te generaui: coram cunctis edicas. Añ. Reſpõdens autem infans coram omni populo Beato viro, dixit: nõ es tu, inquit, pater meus. Añ. Beatus Bricius ſatisfaciens populis prunas in birro ardentes ab vrbe deferens: ꝛ ante ſepulchrum beati Martini coram populo proijciens: veſtimentum eius inuſtum apparuit. Cap. hymn. ꝛ ℣. de cõi. Ad Bñs. Aña. Populis autem non credentibus: ꝛ ab epiſcopatu eum proijcientibus

bus: Romam perijt: flens: & eiulans: atque dicens: merito hec patior: q̄a peccaui in ſcrū̄m Dei. Oratio vt ſ. ... ſcia hor. an laud. cetera de cōi. Ad veſp. aña. Dixerunt, &c. de Sancto Martino.

¶ Si feſtum ſancti Bricij die dominica venerit, viij. lect. hant de ſancto Bricio. vij. de euangelio dominice. Laudes de ſancto Bricio. Aña. Poſt deceſſum. &c. vſ. de ſancto Bricio cum j. antiphona laudum. &c. de communi. memoria de dominica.

Die ¶ S. Felicis epi, & mar. memor.
15 ¶ S. Pontiani pp, & m. ſemid.
Die ¶ S. Gregorij Thaumaturgi epi-
16. ſcopi, & confeſſ. de com. Doct.
Die ¶ Per oct. S. Martini dicant
17. infraſcripte lectiones: & in dñica.

¶ Die primo. Lectio prima.

LEgitur quoq; in dialogo Seueri, & Galli, diſcipulorum ſancti Martini: vbi multa ſuppleta ſuntq; in eius vita Seuerus dimiſerat: q Martinus quodam tempore Valentinianum Imperatorē, pro quadā neceſſitate, adijt, ſed ille ſciens eum velle petere: quod ipſe nolebat ... ſtores palatij ſibi claudi fecit. Lectio ſecunda.

AT Martinus ſemel, & iterum paſſus repulſam: cilicio obuolutus: & cinere conſperſus: per vnam hebdomadam: cibi, & potus abſtinentia maceratur. Tunc monente Angelo ad palatium venit: & nullo eum prohibente: ad Imperatorem vſq; peruenit. Lectio iij.

QUem cum venientem videret, iratus: quia fuiſſet admiſſus: ei aſſurgere noluit: donec ſellam regiam ignis operiret: & ipſum Imperatorem a parte poſteriori ignis ſuccenderet: Tunc ſancto Martino iratus aſſurgens: virtutem diuinam ſe ſenſiſſe confeſſus eſt: multumque ipſum complectens: ſibi omnia antequam rogaret conceſſit: multaque munera obtulit: ſed Martinus non accepit.

¶ Die ſecundo. Lect. prima.

IN eodem quoque dialogo legitur: qualiter tertiū mortuum ſuſcitauit. Cum enim quidam iuuenis defunctus fuiſſet: & mater eius pro reſuſcitatione filij beatum Martinum lachrymis exoraret: ille in medio campi, vbi erat innumerabilis multitudo gentilium: genua flexit, & cunctis videntibus puer ſurrexit. Lectio ſecunda.

QUa propter omnes illi gentiles ad fidem conuerſi ſūt. Eidem quoque viro ſancto obediebant etiam inſenſibilia: vegetabilia, & irrationabilia. Inſenſibilia, ſicut ignis aqua: nam cum in quoddam fanum ignem miſiſſet quidam: in domum proximam ei adherentē, agente vēto, flamma efferebatur. Lectio iij.

Tunc Martinus ſuper tectum domus aſcendens: obuium ſe aduenientibus flam mis inſeruit: mox contra vim venti flamma retorquetur: vt conflictus quidam compugnantium intra ſe elementorum videretur. Tu autem.

¶ Die tertio. Lectio prima.

Nauis etiam quędam cum periclitaretur: vt in prędicto dialogo legitur: quidam negociator needum Chriſtianus exclamauit: Deus Martini eripe nos: ⁊ ſtatim tranquillitas magna ſucceſſit. Lectio ij.

Similiter vegetabilia: nam cum in quodā loco tēplum antiquiſſimum ruiſſet: ⁊ arborē pini diabolo dedicatam vellet abſcindere: obſiſtentibus ruſticis, ⁊ gentilibus: vnus eorū dixit: ſi de Deo tuo fiduciā habes: nos hanc arborem ſuccidemus: ⁊ tu eam ſuſcipe: ⁊ ſi tecum eſt Deus tuus, vt dicis, euades. Lect. iij.

Quo annuente ſuccisę arbori, ⁊ iam verſus eum ibidē ligatum cadenti ſignum crucis oppoſuit: ⁊ in aliam partē rediēs: ruſticos, qui in tuto loco erant, fere oppreſſit: quo viſo miraculo, ad fidem conuerſi ſunt. Tu aūt.

¶ Die quarto. Lectio prima.

Irrationabilia quoque animalia ſibi pluries obedierūt ſicut legitur in prędicto dialogo. Cum enim canes lepuſculum in ſequentes vidiſſet: imperat canibus, vt animal inſequi deſiſterent: mox illi conſtiterūt, ⁊ quaſi vincti in ſuis veſtigijs fixi manſerunt. Tu. Lectio ij.

Serpens etiam, quidam cū fluuium quendam natando tranſiret: Martinus ait ad ſerpentē: In nomine domini iubeo te redire: mox ſe ad verbum ſancti retorſit: ⁊ in ripam aliam trāſmeauit: ⁊ ingemiſcens Martinus, ait ſerpentes me audiūt: ⁊ homines non audiunt. L. iij.

Canis ſimiliter cum in quendam ex Martini diſcipulis latraret: ille ad eum cōuerſus, ait: In nomine Martini iubeo te obmuteſcere: ⁊ canis continuo obmutuit: ac ſi linguam habuiſſet abſciſſam. Tu autem domine miſerere noſtri.

¶ Dominica infra octa. Le. j.

Erat autem beatus Martinus multę humilitatis: nā leproſum quendam, cunctis horribilem, Pariſiis obuiū habēs, ipſum oſculatus eſt, atq; benedixit, ſtatimq; mūdatus eſt. Lec. ij.

In ſacrario quoq; reſidens, nunquā cathedra [illegible]s eſt: nam in eccleſia nemo vnquam eum ſedere conſpexit: ſedebat autem in ſellula ruſticana: quam tripodā vocant. Tu. Lectio iij.

Multę dignitatis: quia par apoſtolis dictus eſt, ⁊ hoc propter gratiam ſpiritus ſancti: quę

quę in eum in ſpeciem ignis deſcendit, ſicut fuit in apoſtolis: vnde & apoſtoli frequenter cũ tanquã comparem viſitabãt. L. iiij.

Multę compaſſionis erga delinquentes, quia omnes volentes pęnitere compaſſionis ſinu recipiebat. Nam & cũ diabolus Martinum reprehenderet, cum ſemel lapſos ad pęnitentiã reciperet: eidẽ reſpondit: Si tu ipſe: o miſerabilis, ab hoĩum infeſtatione deſiſteres: & te factorũ tuorum pęniteret: ego, confiſus in domino: tibi Chriſti miſericordiam pollicerer: hoc audito, diſparuit. Lectio quinta.

Legitur enim in prędicto dialogo, quod quadã vice, dum Martinus ſolum in cella ſederet: & Seuerus, & Gallus, eius diſcipuli, prę foribus expectarent: ſubito mirabili concuſſi horrore plures in cella audiunt inſimul colloquentes: de quo cũ poſtmodũ Martinũ requiſiuiſſent: ille ait. Dicam vobis, ſed vos quęſo nulli dicatis. Lcõ vj.

Agnes, Tecla, & Maria ad me venerunt: nec tantum illa d[illegible] ſed ſępius ſe ab eis confeſſus eſt viſitari: & Petrum, & Paulum apoſtolos a ſe ſępe videri perhibuit. Multę iuſtitię erat cum enim ab Imperatore nomine Maximo inuitatus fuiſſet: & Martino primo poculum fuiſſet oblatum: ſpectantibus cunctis, vt poſt ſe regi tribueret presbytero ſuo dedit: nullũ ęſtimans digniorem: qui poſt ſe deberet bibere: & indignum indicans, ſi aut regem, aut regis proximos, presbytero prętuliſſet. Tu autem domine miſerere.

¶ In oct. S. Martini ſemiduplex de miraculis eius. Lcõ. j.

Arcadio vero, & Honorio Imperatoribus, qui cęperũt circa annos domini ccccxcix. vitę vero eius, 81. beatus Martinus Deo ſpiritum reddidit. Vultus quoq; eius tanquam iã glorificatus reſplenduit: ac chorus Angelorum ibidem concinens a multis auditus fuit. Ad eius tranſitum Pictaui: ſicut Turonici cõuenerunt: ibiq; magna altercatio orta eſt. Lectio ij.

Dicebant enim Pictauis noſter eſt monachus: nos requirimus commendatũ. Quibus illi: Vobis eſt ablatus: nobis a Deo donatus. Nocte igitur media Pictaui omnes penitus ſopiuntur: & ſic a Turonicis per feneſtram eiectum per Ligerim nauigio ad vrbem Turonicam cum magno gaudio deportatur. Tu autem. Lectio tertia.

Beatus autem Seuerinus Colonienſis epũs, cũ die dominica loca ſancta poſt matutinas more ſolito circuiret hora illa, qua ſanctus vir obijt: Angelos in cęlo cantantes audiuit.

 Vocanſque

Vocanſque archidiaconum interrogat, ſi aliquid audiret. Tu autem. Lectio quarta.

Et cum ſe nil audire diceret: et epiſcopus, vt diligenter auſcultaret, moneret: cepit ſurſum collum extendere, et aures erigere: et ſuper ſummis articulis baculo ſuſtentante ſe ſtare. Sed dum epiſcopus pro eo oraſſet: quaſdam in celo voces audire ſe dixit. Lectio quinta.

Ait epiſcopus: dñs meus Martinus eſt: qui migrauit e mundo: et nunc eum Angeli in celum deferunt. Demones autem affuerunt, qui eũ retinere voluerunt: ſed nihil ſuum in eum reperientes, confuſi receſſerunt. Archidiaconus igitur dié, et horam notauit: et tunc Martinum migraſſe cognouit. L. vj.

Seuerus etiam monachus, qui vitam eius ſcripſit, cũ poſt matutinas leuiter obdormiſſet: ſicut ipſe in quadam epiſtola teſtatur: ſanctus Martinus albis indutus: vultu igneo: ſtillantibus oculis: crine purpureo: tenens librum in manu dextera: quem de vita eius ibidem Seuerus ſcripſerat: eidem apparuit: Cumque poſt benedictionem in celum aſcendere ipſum videret: et eum aſcendere ſecum cuperet, euigilauit. Lect. vij. de Euang. Sint lumbi veſtri, vel de dominica, ſi in ea fuerit.

Lectio octaua.

Poſt hec autem nunciis venientibus: eadem nocte ſanctum Martinum migraſſe audiuit. Eo quoq; die ſanctus Ambroſius Mediolanẽſis epiſcopus miſſam celebrans ſuper altare inter prophetiam, et epiſtolam obdormiuit. Lectio ix.

Et cum nullus eum excitare preſumeret: et ſubdiaconus, niſi ipſo innuente, epiſtolam non auderet legere: tranſactis duarum, vel trium horarum ſpatiis: excitauerunt eum, dicentes. Jam hora preteriit: et populus valde laſſus expectat. Jubeat dominus noſter, vt clericus epiſtolam legat. Ad quos ille: Nolite turbari. Frater enim meus Martinus ad dominum migrauit: et ego eius funeri obſequium prebui: ſed vltimam orationem vobis excitantibus explere non valui.

¶ Helizabet regine memor. octaue Sancti Martini Pape, et martyr. ſemiduplex. Die 19.

¶ De feſtis deinceps venientibus habeatur recurſus quantũ ad modum ea celebrandi ad rubricam de in anno non obſtantibus his que hic in ſuis locis ſignantur.

¶ Sancti Eadmundi regis, martyr. lect. nona Ad veſper. ſuper Mag. Antiphona. Aue rex gentis Anglorum: miles regis Angelo-

Angelorum. O Eadmunde flos martyrum, velut roſa, vel lilium: funde preces ad dominū pro ſalute fidelium. Oratio.

Deus ineffabilis miſericordię: qui beatiſſimum regē Eadmundū tribuiſti pro tuo nomine inimicum moriendo ſuperare: concede propitius huic familię: vt eo interueniente mereatur antiqui hoſtis incitamenta ſuperando extinguere. Per. Lectio prima.

Sanctiſſimus, Deoque acceptus rex orientaliū Anglorum Eadmundus: ex antiquorum Saxonum nobili proſapia oriundus, a primęuo ſuę etatis tempore cultor extitit veraciſſimus fidei Chriſtianę. Qui ab atauis regibus cęlitus, cum bonis polleret moribus, omnium comprouincialium vnanimi fauore non tantum eligitur ex generis ſucceſſione, quantum rapitur, vt eis pręeſſet ſceptrigera poteſtate. Lectio ſecunda.

Beatus Eadmūdus conſecutus culmen regiminis, quantū fuerit in ſubiectos benignitatis: quantę in peruerſos diſcretionis: non eſt noſtrę facultatis euoluere: qui eius minima, quo conueniret ſermone, non poſſumus expedire: Nam erat ei ſpecies digna imperio: omnibus blando eloquio affabilis: humilitatis gratia pręditus: ⁊ inter ſuos mirabili manſuetudine reſidebat dominus: abſque vllo faſtu ſuperbie. Lectio iij.

Cumque iam conſpicuus in Chriſto, ⁊ eccleſia emineret bonorum actuum ornamentis eius patientiam, ſicut ⁊ beati Job, aggreſſus eſt experiri inimicus humani generis: qui bonis, ⁊ iuſtis magis inuidet: quo appetitu bonę voluntatis caret. Quo circa vnum ex ſuis membris etiam ei aduerſarium admiſit qui eum, omnibus, quę habebat, ſublatis, ad impatientiā ſi poſſet cogeret: vt deſperans deo in facie benediceret. Lec. iiij.

Vir ſanctus iam pręferebat in vultu, quod poſtea manifeſtatū eſt diuino nutu: quoniam a puero toto conamine virtutis arripuit gradum, quem diuina pietas pręſciebat martyrio finiendum. Fuit aduerſarius dicti regis Eadmundi vocabulo Hynguar dictus qui cum altero Hubba nomine eiuſdem peruerſitatis homine: niſi diuina impediretur miſeratione, conatus eſt in extremum adducere totius fines Britannię. Lec. v.

Predicti iniqui duces Northūbrorū primitus aggreſſi expugnare prouinciā grani depopulatione totā peruagantur ex ordine: quorum peſſimis conatibus nullus reſiſtere po-

tuit ex prouincialibus: quin mu-
tarentur merita ſupernę indi-
gnationis ira in agente miniſtro
iniquitatis Hubba. Lectio vij.

Q Uez prędа facta hymgnar
reliquit ibi crudelitatis
ſuę ſocium: ⁊ a parte orientali ſu-
bito aſtans cum magna claſſe ad
eius quandam ciuitatem laten-
ter appulit: quam ignaris ciui-
bus ignibus cremandam dedit.
Pueros vero, ⁊ ſenes cum iu-
nioribus in plateis ciuitatis ob-
uiam ferro iugulat, ⁊ matronas,
ſeu virgines ludibrio tradendas
mandat. Euang. Niſi granum
frumenti. Lectio octaua.

D Irigitur impius Hym-
gnar dux ad ſanctum Ead-
mundum, accito vno ex commi-
litonibus, qui exploret, quę ſit ei
ſumma rei familiaris: improui-
ſum; vt contingit quęrens ſub-
iugare tormentis: ſi eius nollet
obtemperare ferocibus dictis.
Tu autem domine. Lectio ix.

Q Umque ſanctum Dei mar-
tyrem Eadmundum ini-
quus hymgnar cõſpiceret Chri-
ſtum iugiter clamantem: lictori
mandat protinus, vt amputet ca-
put eius. Cumque ſtaret mitiſſi-
mus vt aries de toto grege ele-
ctus, volens fęlici commercio
mutare vitam, ſedulo orauit ad
dominum: vnde inter verba ora-
tionis, eum arrepto pugione
ſpiculator vno ictu decapitans:
hac luce priuauit. Tu autẽ domi.



I N feſto pſentationis beatę Marię totũ dup. Die xxi.
Ad veſ. Añ.
Fons hortorũ redũdans gratia, mundum replens cęli muneribus: mater dei fęcundãs oĩa. ⁊ reſtaurãs ſupernis ſedib⁹, florens hortus mox ab infantia, admirãdis fulſit virtutibus. Ps. Dixit do. 45. Aña. Rore cęleſtis grẽ in vtero ꝯfundit: mr̃ miſericordię vt ſtella ſplẽdẽs orit. Ps. Laudate pue. 45. Añ. A piis parẽtibus poſt vota impetrata: tẽpli penetralib⁹ eſt ſic mãcipata. Ps. Lętatus. 56. Añ. Tãtilla puella virtutis exẽplũ: nulla freta gerula aſcẽdit in tẽplum. Ps. Niſi dñs. Añ. Erudita puella ꝯtemplat mẽte cęleſtia regna flagrãti charitate. Ps. Lauda Jerlm. 62. Cap. Ego quaſi vitis. R. O q̃ purũ. Hym. Aue maris. V. Diffuſa eſt. Ad Mag. Añ. Nouę laudis adeſt feſtiuitas, grata mũdo, ac cęli ciuibus: qua beatę Marię ſanctitas, templo data eſt a parentibus: vt oliuę pinguis ſuauitas, vberius redundet fructibus. Oratio.

D Eus, qui ſanctam Dei genitricem templum Spiritus ſancti poſt triennium in templo

in tẽplo præſentari voluiſti: præ-
ſta quæſumus: vt, qui eius præ-
ſentationis feſta veneramur: ipſi
templum, in quo habitare digne
ris, efficiamur. Per. Ad com-
ple. añ. Hal. ſancta dei genitrix.
hal. ⁊c. Ad mat. Inuit. Uotis,
⁊ vocibus laudantes dominum.
Inſtemus, laudibus, virgini vir-
ginum. Ps. Venite. Hym. Quẽ
terra. In j. noct. aña. In templũ
dei gradibus ter quinis erat a-
ditus, quos compoſitis greſſibus
aſcendit fulta cælitus. Psal. de
beata virg. añ. Nihil inſolentiæ
virgo prætendebat: nam lux ſa-
piẽtiæ in ipſa fulgebat. Añ. Ex
affectu ſupplici deo famulatur:
ſed ex greſſu ſimplici cernentes
hortatur. ℣. Diffuſa. Lectio j.

QUæ eſt iſta puella, ma-
ter, ⁊ virgo ſemper,
Maria, fratres cha-
riſſimi: quæ nũc mũ-
do oſtenſa, quindecim gradus
aſcendens, hodie in tẽplo a pa-
rentibus Deo præſentatur? Un-
de proceſſit, vel ad quid aſcẽdit,
⁊ quantæ virtutis exiſtat, audia-
mus. Hæc eſt, inquam, dei tem-
plum, ⁊ fons ſignatus: ⁊ porta in
domo domini clauſa. Quid au-
tem putas, qualis olim fuerit,
vel nunc ſit illa: quæ ſanctis om
nibus ſpectanda proponitur, ⁊
imitanda? Certe illa eſt, quam
dei ſapientia ab omni macula
præſeruauit: ⁊ eam eius habi-
taculum fieri præordinauit. ℟.
Mente ſancta fuit, ⁊ humili ⁊
omni ſplendens ornatu gratiæ:
virgo pia: vnde ſic nobilis Thro-
nus dignus ſit regis gloriæ. ℣.
Thronus eburneus cum auro
fulgido: venter virgineus cũ cor
de prouido Thronus. Lectio ij.

INter omnes itaq; ſanctos
huius beatiſſimæ virginis me-
moria eo frequentius agitur:
quod maiorem apud deum gra
tiam inueniſſe creditur. Hæc qui-
dem virgo Maria, priuſquam
naſceretur: diuinis eſt oraculis
prænũciata, ⁊ miraculis deſigna-
ta. Tandem virgo nata, ⁊ proge-
nie diuinitus ordinata. Nata
ſiquidẽ eſt Nazareno patre Ioa-
chim dicto: Bethlehemita ma-
tre Anna nomine. Quas vrbes
Chriſti natiuitati deſtinatas eſ-
ſe prophetæ non tacuerunt: dicẽ
tes ipſam benedictionem om-
nium gentium ſuſcepiſſe. ℟. O
quam puram, quam ſanctam
decuit matrem eſſe, quæ deum
genuit: lacte quoq; vberum a-
luit: Strinxit vlnis, ⁊ manibus
tenuit. ℣. Tãto regi ſit tunc do-
meſtica, quem veſtiuit humana
tunica. Strinxit. Lectio tertia.

DEſcendit autem a radice
illius fide præclari Abra-
hæ: cui ſuperne promiſſa fuit be-
nedictio omniũ gentium in ſuo
ſemine: deſcendit etiam de ſtir-
pe Dauid: quem Deus propter

notam

notam ſibi probitatem ſublima-
uit dicens: Inueni hominem ſe-
cundum cor meum. Nam ipſa
etiam de regali tribu ſimul, ⁊ ſa-
cerdotali duxit originem: quę
ſummum regem, atq; pontificē
erat paritura. Quod quidem ſan
ctus Bernardus atteſtatur, di-
cens: Quoddam ſydus micat ex
ſemine Abrahę, ⁊ ex regibus o-
rum: dum hęc virgo nata eſt. ℟.
Ordo rectus ſeruatus noſcitur:
dum Maria in tēplo conditur:
nam contēplans deo perfruitur:
Sic ad alta mens eius rapitur.
℣. Cum in monte verbi lux ori-
tur, digna verbi mater diſponi-
tur. Sic. In ij noct. aña. Omni
virtute prędita, totum dat ad hoc
ſtudium: vt deo tota ſubdita, de-
uotū det obſequium. Añ. Rex
virtutum ſibi mirabilem matrē
fecit, mitem, ⁊ humilem: omni
quoq; dote ſpectabilem. Aña.
Deſponſata cor docile ad Ange
li colloquium, mire pręber, ⁊ hu
mile prompta ſpōdet obſequiū.
℣. Specie tua. Lectio quarta.

Bernardus de ortu iſtius
beatiſſimę virginis ſic inq̄t:
Hęc eſt virgo, quę totius mun-
di reparationem obtinuit: ⁊ ſa-
lutem omnium impetrauit. O
benedicta virgo miſericordię,
quis enarrare poſſet longitudi-
nem, latitudinem, ⁊ profundi-
tatem tuę gratię? Nam longi-
tudo miſericordię, ⁊ gratię ma-
net vſque in diem nouiſſimum
eam inuocantibus. Latitudo
eius replet orbem terrarū. Su-
blimitas eius miſericordię, ⁊ gra
tię: ruinas ſupernę ciuitatis in-
ſtaurauit, ⁊ profunditas ſeden-
tibus in tenebris redemptionem
obtinuit. ℟. Eminenti cęli dul
cedine ſtans in templo virgo re-
ficitur: Eius quoq; mens pul-
chritudine gratiarum reficitur.
℣. Magna ſemper exercens o-
pera, gratiora meretur mune-
ra. Eius quoq; mens pulchri-
tudine. Lectio quinta.

Qualis autem fuerit vita
beatę virginis exprimitur
in hęc verba. Virgo dei geni-
trix mente, ⁊ corpore fuit humi-
lis, animo prudens, loquendi
peritior: legendi ſtudioſior: in-
tenta operi: verecunda ſermo-
ne: arbitrum mentis deum, non
hominem quęrens nullum lę-
dere, cunctis bene velle: maio-
ribus aſſurgere: ęqualibus non
inuidere: iactantiam fugere.
Ipſa nanque eſt illa, quę cęlis
gloriam dedit, terris deum, pa-
cemque refudit: gentibus fi-
dem: vitijs finem: vi[illegible]ordi-
nem: ⁊ moribus diſciplinam.
℟. Alma virgo propoſitum nun
quam nubendi ſtatuit: Semper
dei placitum in hoc voto ſuppo-
ſuit. ℣. Gratus virge Ioſeph flos
emicat: ⁊ hunc ſponſum virginis
indicat. Semper. Lectio ſexta.

Q

Et licet ſecundum Hieronymum ad dei genitricem digne collaudandam nemo inueniatur idoneus: tamen vocis omnibus non debet ceſſare quilibet etiam peccatoꝛ ab eius laudibus: quia in ipſius laudibus eſt iter ſalutis noſtrę. Quare in honoꝛe dei genitricis non ceſſetis a laudibus: totiſq; medullis coꝛdium, ⁊ modis omnibus veneremur virginem benedictam: quia ſic eſt voluntas eius: qui totum nos habere voluit per illam. Ipſa eſt apud deum aduocata noſtra: quę non poteſt ſuſtinere repulſam: quia apud deum meruit gratiam. Tu autem domine. ℟. Nuptam ſic ex iudicio floꝛis, ⁊ ſancti ſpiritus in columbę myſterio: Gabꝛiel miſſus cęlitus ſalutat magno gaudio. Quę concepit diuinitus. ℣. In parentum manens hoſpitio, inuenitur a dei nuncio. Quę. In tertio noctur. Añа. Flos in floꝛis tempoꝛe ad locum floꝛis mittitur: ſic de floꝛis coꝛpoꝛe glorioſe concipitur. Añа. Jeſus flos: flos Maria: verq; tempus floꝛis, flos Nazareth patria: plena ſunt decoꝛis. Añа. Gaudens flos multiplicat virgulę decoꝛem: concepta gloꝛificat Marię pudoꝛem. ℣. Adiuuabit eam. Lect. iij. de euange. Liber generationis Jeſu Chꝛiſti, vt in nat. eiuſdem. ℟. Arca dei, in qua reconditur dulce manna, cibus ęthereus, quo plebs dei ſancta reficitur, Eſt Marię venter virgineus. ℣. Thalamus regis gloꝛię, quo iungitur eccleſię eſt. ℟. Mirabile deus commercium cum humano iniuit genere, ſuum nobis donans faſtigiũ. Noſtra dignans infirma ſumere. ℣. Nam, vt noſtrum ſanaret vitium, ſui amoꝛis dedit initium. Noſtra. ℟. Omnes gentes attendite ad tam pulchꝛum ſpectaculũ: deo gratias agite, qui ſic dilexit populum. Marię foꝛmam ſumite, quę virtutis eſt ſpeculum. ℣. Virgo ſancta templo data, poſt facta eſt dei templum: templum eſt plebs deo grata: Marię ſequens exemplum. Marię. ℣. Te deum. ℣. Oꝛa pꝛo nobis. In laud. añ. Lauda fęlix eccleſia almę matris infantiã: cuius immenſa gratia tibi parauit gloriam. ℣. Dominus regn. Añа. In templo deo laudibus virgo dedicata: a ſupernis ciuib⁹ gaudet viſitata. Añа. Omnis eius actio in deum tendebat: ⁊ toto vitę ſpatio meritum augebat. Añа. Quicquid egit penitus eſt foꝛma virtutis: ⁊ doctrina ſpiritus, ⁊ cauſa ſalutis. Añа. Quantum facultas ſufficit laudent mentes pię: nam omnis lingua deficit in laude Marię. Capit. Ego quaſi vitis.

Hym.

Hym O glorioſa. ℣. Elegit eā. Ad Bñs aña Benedictus vir ginis filius, replens matrem mi ſericordia, aduocatam dans hāc propitius, ne ſit quiſquam an ceps de venia. Ad iij. Cap Ego quaſi vitis. ℟ Diffuſa eſt gratia. Oratio, vt ſupra. Ad vj. Cap.

T Ranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me: et a generationibus meis adimplemini: ſpiritus enim meus ſuper mel dulcis: et hereditas mea ſup mel, et fauum: memoria mea in generatione ſeculorum. Ad ix. Cap.

Q Ui edunt me adhuc eſurient: et qui bibunt me adhuc ſitient: et qui operantur in me non peccabunt: et qui elucidant me vitam eternam habebunt. Ad veſp. añ Lauda felix. ps Dixit do. et cet. ad cete. Cap. Ego quaſi vitis. ℟. Omnes gētes. Hym. Aue maris. ℣ Diffuſa. Ad Mag. aña. Oliua fructifera mater pietatis: fugans mundi ſcelera ſtella claritatis: per quam cuncta proſpera dantur nobis gratie: nos tandem in ethera transfer cū beatis. Oro. Deus, qui. et vt ſup. Memo. de ſancta Cecilia. Añ. Uirgo glorioſa ſemper euangelium Chri[ſti] gerebat in pectore ſuo: et non diebu[s] neque noctibus a collo[quijs] diui[ni]s, et oratione vacabat. ℣ Specie tua, et pulchritudine. [...] Oratio.

D Eus, qui nos annua beate Cecilie virginis, et martyris tue ſolennitate letificas: da, vt quam veneramur officio: etiā pie cōuerſationis ſequamur exēplo. Per dominum noſtrum.

¶ Sancte Cecilie virg et mar. Dup. Ad mat. Inui. Agnū ſpōſum. Hymn. Uirginis proles. In j. noct. añ. Cecilia virgo Almachium ſuperabat: Tyburtiū, et Ualerianum ad coronas vocabat. ps. Beatus vir. 1. Añ. Expāſis manibus orabat ad dominum: vt eam eriperet ab inimicis. ps Quare fr. 2. Aña. Cilicio Cecilia membra domabat: Deum gemitibus exorabat. ps. Dñe quid. 2. ℣. Diffuſa. Lcō j. Die 22.

C Ecilia, virgo Romana, nobili genere nata, a prima etate Chriſtiane fidei preceptis inſtituta, virginitatem ſuam deo vouit: ſed cū poſtea contra ſuā voluntatem data eſſet in matrimonium Ualeriano, prima nuptiarum nocte hunc cum eo ſermonē habuit: Ego, Ualeriane, in angeli tutela ſum: qui virginitatem meam cuſtodit: quare ne quid in me committas: [q]uo ira dei in te cōcitetur. ℟ Uirgo glorioſa ſemper euangelium Chriſti gerebat in pectore ſuo: Et nō dieb[us], neq[ue] noctib[us] a colloquijs diuinis, et oratione vacabat. ℣. Cilicio Cecilia mēbra domabat: deū gemitib[us] exorabat. Et. L. ij.

Q uibus

Quibus verbis commotus Valerianus illam attingere non eſt auſus, quin etiam addidit, ſe in Chriſtum crediturum, ſi eum angelum videret. Cui Cecilia cum ſine baptiſmo negare id fieri poſſe, incēſus cupiditate videndi angelum, ſe baptizari velle reſpondit: quare hortatu virginis ad Urbanum papam, qui propter perſecutionem in martyrū ſepulchris via Appia latebat, veniēs, ab eo baptizatur. ℟. Cantantibus organis, Cecilia virgo in corde ſuo ſoli domino decantabat, dicens: Fiat domine cor meū, ⁊ corpus meum immaculatū vt non confundar. ℣. Biduanis, ac triduanis ieiunijs orans, ſuam domino pudicitiam commendabat. Fiat domine. Lectio tertia.

Inde ad Ceciliam reuerſus, orantem, ⁊ cum ea angelum, diuino ſplendore fulgentem, inuenit: quo aſpectu obſtupefact⁹, vt primum ex timore confirmatus eſt, Tiburtium fratrem ſuū accerſit, quia Cecilia Chriſti fide imbutus, ⁊ ab eodem Urbano baptizatus, ipſe etiam eiuſdē angeli, quē frater eius viderat, aſpectu dignatus eſt. ℟. Cilicio Cecilia membra domabat: Deū gemitibus exorabat: Almachiū ſuperabat: Tyburtium, ⁊ Valerianum ad coronas vocabat. ℣. Non diebus, neque noctibus a colloquijs diuinis, ⁊ oratione vacabat. In ij. noct. ana. Domine Ieſu Chriſte ſeminator caſti cōſilij, ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Cecilia ſeminaſti. Ps. Cum inuo. 2. Ana. Beata Cecilia dixit ad Tyburtium, hodie te fateor meum eſſe cognatum: quia amor dei te facit contemptorem idolorum. Ps. Verba. 2. Ana. Fiat domine cor meum, ⁊ corpus meum immaculatū, vt non confundar. Ps. Dn̄e do. 3. ℣. Specie tua. Lectio quarta.

Uterq; autem paulo poſt Almachio pręfecto cōſtanter martyrium ſubijt. Qui mox Ceciliam cōprehendi imperat, ab eaq; primum vbi Tiburtij, ⁊ Valeriani facultates ſint exquirit. ℟. Cecilia miſit me ad vos, vt oſtendatis mihi ſanctum Urbanum: Quia ad ipſum habeo ſecreta, quę perferam. ℣. Tunc Valerianus perrexit ad antiſtitem, ⁊ ſigno, quod acceperat, inuenit ſanctum Urbanū. Quia ad ipſum. Lectio quinta.

Qui cum virgo omnia illorum pauperibus diſtributa eſſe reſpondiſſet eo furore cōcitatus eſt, vt eam in ipſius ędes reductam, in balneo comburi iuſſerit. Quo in loco cum diem noctemq; ita fuiſſet, vt ne flamma quidem eam attingeret: eo immiſſus eſt carnifex, qui ter ſecuri ictam, cum caput abſcindere

dere non potuiſſet, femininam reliquit. ℟. Domine Jeſu Chriſte paſtor bone: ſeminator caſti conſilij: ſuſcipe ſeminũ fructus, quos in Cecilia ſeminaſti. Cecilia famula tua, quaſi apis argumentoſa tibi deſeruit. ℣. Nam ſponſum, quem quaſi leonem ferocem ſuſcepit: ad te velut agnũ manſuetiſſimum deſtinauit. Cecilia. Lectio ſexta.

Illa triduo poſt, decimũ Calendas Decembris, Commodo Imperatore, duplici virginitatis, & martyrij palma decorata, euolauit in cęlum: cuius corpus ab ipſo Urbano Pont. in Calixti cęmeterio ſepultũ eſt, in eius ędibus eccleſia ipſius Cecilię nomine conſecrata. Eius & Urbani papę, & Tiburtij ac Ualeriani corpora, a Paſchali primo Pontifice inde tranſlata in vrbem in eccleſia ſanctę Cecilię condita ſunt. ℟. Ceciliã infra cubiculum orantem inuenit, & iuxta eam Angelum dei ſtantẽ. Quem videns Ualerianus nimio terrore correptus eſt. ℣. Angelus dei deſcendit de cęlo, & lumen refulſit in tabernaculo. Quem. In iij noct. aña. Credimus Chriſtum filium dei verũ eſſe Deum, qui ſibi talem elegit famulã. ps. In domino. 4. Añ. Nos ſcientes nomine ſanctum domini, omnino negare nõ poſſumus. ps. Domine quis. 5. Añ. Tunc Ualerianus perrexit ad antiſtitem, & ſigno, quod acceperat, inuenit ſanctum Urbanum. ps. Eructa. 17. ℣. Adiuuabit. Euang. Simile eſt regnum cęlorũ decẽ virginibus. ℟. Beata Cecilia dixit Tyburtio: hodie te fateor meum eſſe cognatum: Quia amor dei te fecit eſſe contẽptorem idolorum. ℣. Sicut enim amor dei fratrem tuum mihi coniugem fecit: ita te mihi cognatũ faciat. quia. L. viij. de Uo. ℟. O beata Cecilia, quę duos fratres conuertiſti, Almachium iudicem ſuperaſti: Urbanum epiſcopum in vultu angelico demonſtraſti. ℣. Beata es virgo glorioſa, & benedictus ſermo oris tui Urbanũ. Cõix. & Homelia. ℟. Dũ aurora finem daret beata Cecilia dixit. Eia milites Chriſti, abijcite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. ℣. Cecilia valete dicens fratribus, & exhortãs eos ait. Eia. ps. Te deũ. ℣. Specie tua. In lau. añ. Cantantibus organis Cecilia domino decantabat, dicens, fiat cor meum, & corpus meum immaculatũ, vt non confundar. Añ. Eſt ſecretum Ualeriane, quod tibi volo dicere: Angelum Dei habeo amatorẽ, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. Aña. Ualerianus in cubiculo Ceciliam cum Angelo orantem inuenit. Aña. Benedico te pater

ter domini mei Jeſu Chriſti, q̄a per filium tuum ignis extinctus eſt a latere meo. Aña. Cecilia famula tua quaſi apis argumentoſa tibi deſeruit. Cap. Sapientia vincit. Hym. Jeſu corona vir. ℣. Elegit. Ad Bñs Aña. Dum Aurora finem daret, Cecilia ſãcta dixit: Eia milites Chriſti, abijcite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. halah. Oratio, vt ſupra. Ad horas añę de laud. Cap. ℟. ℣. vt in communi vnius virg. cuz oratione, vt ſup. Ad veſpe. añ. Cantantibus, ps. Dixit. &c. cuz hac ſola. Cap. Liberaſti. ℟. Cantantibus organis. Hym. Virginis proles. ℣. Diffuſa eſt. Ad Mag. aña. O beata Cecilia, quę duos fratres conuertiſti: Almachium iudicē ſuperaſti: & Vrbanum epiſcopuz in vultu Angelico demōſtraſti. Oratio, vt ſup. Memo. de ſancto Clemente Aña. Oremus omnes ad dominū Jeſum Chriſtuz, vt confeſſoribus ſuis, fontis venas aperiat. ℣. Gloria &. Orō.

Deus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atq; pontificis ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, virtutē quoq; paſſionis imitemur. Per domi.

¶ Sancti Clementis Papę & mart. ſemid. Ad mat. Inuitat. Juſtus florebit. Hym. añę, pſal. ℣. vt in cōi vnius mar. Lectio j.

Clemens, Romanus, Fauſtini filius, de regione Celij montis, diſcipulus beati Petri, cuius meminit Paulus ſcribēs ad Philippenſes: Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas, quę mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente, & cęteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitę. ℟. Oremus omnes ad dominū Jeſum Chriſtum, dixit beatus Clemens, vt confeſſoribus ſuis fontis venas aperiat. Et de beneficijs eius gratulemur. ℣. Qui percuſſit in deſerto Sinai petram, & fluxerunt aquę in abundantia, ipſe nobis latices affluentes impartiatur. Et de bene. Lectio ij.

Hic ſeptem Vrbis regiones diuiſit ſeptem notarijs ſingulas ſingulis attribuēs, qui vitas martyruz, & res ab eis geſtas diligentiſſime cōquiſitas, literis mādarent. Multa ſcripſit, & ipſe accurate, & ſalutariter, quibus Chriſtianam religionez illuſtrauit. ℟. Juſtus ger. Lectio iij.

Cum autem doctrina ac vitę ſanctitate multos ad Chriſti fidē conuerteret, a Traiano Imperatore relegatus eſt in inſulā Lycię in ſolitudinē vrbis Cerſonę, i qua duo millia Chriſtianorū repperit, qui ab eodem Traiano condēnati fuerāt: q cū in eruendis & ſecandis marmoribus aquę penuria laborarent.

℟.

℟. Iſte cognouit. &c. Lectio iiij.

Clemens facta oratione, in vicinum collem aſcendit, in cuius iugo vidit agnum dextro pede fontē aquę dulcis, qui inde ſcatebat attingentem, vbi omnes ſitim expleuerunt: eoque miraculo multi infideles ad Chriſti fidem conuerſi, Clemētis etiam ſanctitatem venerari cęperūt. ℟. Orante ſancto Clemente apparuit ei agnus dei. De ſub cuius pede fons viuus emanat, fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. ℣. Vidi ſupra mōtē Sion agnū ſtantē. De. L. v.

Quibus concitatus Traianus miſit in inſulam, qui Clementem alligata ad eius collum anchora, in profundū deijcerent. Quod cum factum eſſet, Chriſtianis ad litus orantibus, mare ad tria milliaria receſſit, eoq; illi accedētes, ędiculā marmoream in templi formā, & intus arcam lapideam, vbi martyris corpus conditum erat, & iuxta illud anchoram, qua merſus fuerat, inuenerunt. Quo miraculo incolę permoti, Chriſti fidem ſuſceperunt. Eius corpus poſtea Romam Nicolao primo Pontifice translatum, in eccleſia ſancti Clementis conditum eſt. ℟. Domine pręne. Lcō vj.

Eccleſia etiam, eius nomine in eo inſulę loco, vnde diuinitus fons manarat, Clementis nomine dedicata eſt. Vixit in pontificatu annos nouē, menſes duos, dies decem. Fecit ordinationes duas menſe Decēbri, quibus creauit epiſcopos ꝑ diuerſa loca quindecim, presbyteros decem, diaconos duos. ℟. Stola iucūditatis. Euang. Homo quidam peregre. ℟. Dediſti domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari in modum templi marmorei, angelicis manibus pręparatum. Iter prębens populo terrę, vt enarrent mirabilia tua. ℣. Hoc domine ad laudem, & gloriam nominis tui fieri voluiſti. Iter.

Lectio octaua de Homelia

℟. Ora pro nobis beate Clemens: Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. ℣. Tu autem martyr Chriſti beate Clemens ora pro nobis deum. Vt.

Lectio nona de Homelia.

℟. Miles Chriſti. ℟. Te deū. ℣. Poſuiſti. In lau. aña. Orante ſancto Clemente, apparuit ei agnus dei. ℟. Dominus regna. Aña. Non meis meritis ad vos me miſit dominus, veſtris coronis participem me fieri. Aña. Vidi ſupra montem Sion agnū ſtantem, de ſub cuius pede fons viuus emanat. Aña. De ſub cuius pede fons viuus emanat: fluminis impetus lętificat ciuitatē dei. Añ. Omnes gentes per gyrum crediderunt Chriſtū dominum.

minum. Cap. Beatus vir, qui ſuffert. Hym. Martyr dei. ℣. Magna eſt gloria. Ad Nocturnum. Dediſti domine habitaculũ martyri tuo Clemẽti in mari in modum templi marmorei angelicis manibus pręparatum: iter prębens populo terrę: vt enarrent mirabilia tua. Oratio. Deus, q nos beati. Ad horas. ℟. ℣. vt vnius mar. oratio vt ſ. Ad veſperas. Orante. ps. Dixit. cũ hac ſo. cap. Iſte ſanctus pro le. ℟. Dediſti. Hym. Deus tuorum. ℣. Gloria & honore co. Ad Magnificat. Inuenerunt ad modum templi marmorei habitaculum a deo pręparatuʒ. Ora. Deus, qui nos. Memo. de ſancto Criſogono. Antiphona. Iſte ſanctus. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput. Oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt, qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per dominũ noſtrum.

Die 24. ¶ Sancti Chryſogoni marty. ix. lectio. omnia de communi vnius mart. Lectio prima.

Diocletianus in Aquileię partibus poſitus: dum interficeret Chriſtianos, relatio cucurrit ad eum de Chriſtianis omnibus, a pręfecto Vrbano. Eo tempore in vinculis erat quidam vir nomine Chryſogonus, qui per annuʒ in vicarij officio degens multa pro Chriſti nomine perpeſſus fuerat. Lectio ii.

Hunc iuſſit Diocletian⁹ beatum Chriſogonum ſibi pręſentari. Cui & dixit. Recipe pręfecturę dignitatem: ſume etiam conſulatum: & dignitatem generis tui: deos adora, & eis ſacrificans condecora. Lectio tertia.

Beatus autẽ Chryſogonus reſpondit dicens: vnũ deũ mente adoro: corde colo: ſynceris obſequijs veneror. Iſtorum autem deorum, dearumq́ʒ ſimulachra: quia noui eſſe dęmonuʒ ideas execror: atq́ʒ accepta poteſtate comminuo. Poteſtates vero a te promiſſas: quaſi lutum, qui pedibus calcatur, abijcio. Tu autem do. Lectio quarta.

Diocletian⁹ vero iuſſit beatum Chryſogonum duci ad locum, qui dicitur ad aquas gradatas: & ibi cum capite truncari. Corpus vero eius tractum eſt ad litus: in quo tres ſorores Chriſtianiſſimę morabātur: Agape, Ethionia, & Ereme, cum Zoilo ſene presbytero. Tu autem domine. Lectio quinta.

Sanctus autem Zoilus presbyter collocauit corpus eiuſdem ſancti Chryſogoni in locello digno, & condiuit cum omni diligentia in domo ſua. Tu autem domine. Lectio ſexta.

Hic per reuelationem indicatum eſt, vbi mare iactaſſet caput eius: pergensq́ ad locum ita illud inuenit, quaſi eadem hora fuiſſet abſciſſum. Et afferens corpori eius compaginauit. Decollatus eſt autem ſanctus Chriſogonus ſub die octaua calendarum Decembris: & conditus loculo a Zoilo presbytero. Tu autem domine.

Die 25. ¶ Sanctę Catharinę virgi. & mart. dup. Ad veſpe. añ. & pſ. de die, prout veniunt. Cap. Liberaſti. ℟. Virgo. Hymnus.

Catharinę collaudemus:
Virtutum inſignia,
Cordis ei pręſentemus:
Et oris obſequia:
Vt ſpe certa reſpiremus:
Per eius ſuffragia.
Fulta fide Catharina:
Iudicem Maxentium:
Non formidat, lex diuina:
Sic firmat eloquium:
Quod confutat cum doctrina:
Doctores gentilium.
Victi Chriſtum confitentur:
Relictis erroribus:
Iudex iubet, vt crementur:
Nec pilis, nec veſtibus:
Nocet ignis, ſed torrentur:
Iniuſtis corporibus:
Velut aurum comprobatur:
Fornacis aduſtio:
Nam, quod foris conſeruauit:
Chriſtus ab incendio:
Hoc fit intus, & purgauit:
Fides, & confeſſio.
Poſt hoc blandis rex molitur:
Virginem ſeducere:
Nec promiſſis emollitur:
Nec terretur verbere:
Compeditur, cuſtoditur,
Tetro clauſa carcere.
Hinc rex furit, & tabeſcit:
Nec intra ſe capitur:
Quod nox ibi noctem neſcit:
Nox in diem vertitur:
Soli turba multa tradit:
Ieiuna reficitur.
Clauſę carcer reſeratur,
Veniente Porphyrio:
Qui reginę federatur:
Fidei collegio:
Quorum fidem imitatur:
Turbę magna concio.
Huius ergo concionis:
Concordi conſtantia:
Vim humanę paſſionis:
Pari patientia:
Superemus, vt cum eis:
Lętemur in gloria. Amen.

℣. Diffuſa eſt. Ad Mag. aña. Inclyta ſanctę Catharinę virginis ſolennia ſuſcipiat alacriter eccleſia: aue virgo deo digna: aue dulcis, & benigna; obtine nobis gaudia quę poſſides in patria. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui corpus glorioſę virginis, & martyris tuę, Catharinę in monte Sinai ab Ange-

tis deferri iuſſiſti: concede que ſumus nos obtentu eius ad arcem virtutum prouehi: vbi viſionis tue claritatem mereamur intueri. Per dominum noſtrum. Memoria ſancti Petri epiſcopi ꝛ martyris. Oratio.

Adeſto ſupplicationibꝰ noſtris, ꝛ intercedente beato Petro martyre tuo, atq̃ pontifice: ab hoſtium nos defende propitiatus incurſu. Per do. Ad mat. Inui. Adoretur virginum rex in ſeculorum ſecula: Uirgini qui Catharine contulit celeſtia. ps. Uenite. Hym. Uirginis proles. In primo noc. ana. Uirgo ſancta Catharina Grecie gemma Alexandrina: Coſti regis erat filia. ps. Beatus vir. j. Ana. Specie corporis decora nimis emicuit: ſed fide pulchꝛioꝛ ſpōſo ſuperno placuit. ps. Quare fre. i. Ana. Traditur ergo a patre doctoribus precipuis, imbuenda liberalibus ſtudijs. ps. Domine quis. 5. ℣. Diffuſa eſt gratia. Lectio prima.

Catharina, nobilis virgo Alexandrina, a prima etate ſue liberalium artium cum fidei ardore coniungens, breui ad eam ſanctitatis, ꝛ doctrine perfectionem peruenit, vt decem ꝛ octo annos nata, eruditiſſimum quemque ſuperaret. ℟. Nobilis, ꝛ pulchra, prudens Catharina puella. Flagrat amore deſpernit vana gaudia mundi. ℣. Cui rex carne pater fuerat, reginaque mater. Flagrat. Lectio ſecunda.

Hec cum, Maxentij iuſſu, multos propter chriſtiane religionis profeſſionem varie tormentis cruciatos, ad ſupplicium rapi videret, non dubitanter ipſum adijt Maxentium, eique nefariam immanitatē obijciens, ꝛ ſapientiſſimis rationibus Chriſti fidem ad ſalutem neceſſariam eſſe affirmauit. ℟. Martyrium ſitiens, libamina Ceſaris horrens: Exclamat Chriſtum, preter quem nil venerandum. ℣. Demonijs plena ſunt hec idola templi. Ex. Lectio tertia.

Cuius prudentiam Maxentius admiratus retineri eā iubet, accerſitis vndique doctiſſimis hominibus, maximiſque propoſitis premijs, ijs, qui conuictam Catharinam a Chriſti fide, ad idolorum cultum perduxiſſent. Quod contra accidit. ℟. Hec quinquagenos oratores ſuperatos. Dirigit ad celos: aurum velut igne probatos. ℣. Efficiens teſtes fidei, quos pertulit hoſtes. Dirigit ad celos: aurum. In ſecundo noctur. Ana. Cum eſſet virgo in annis puerilibus, charis orbata parentibus, mundi renunciauit opibus. ps. Cum inuoca. 2. Ana. Maxentius inſtat

ſtat impius: dum idolorum cultibus: puella voce libera: hęc ſunt clamat demonia: ⁊ Deū te Chriſte ſolum prędicat os virgineū. ℟. Verba mea. 2. Ana. Cęſar electos cōuocat rhetores, ⁊ grāmaticos, aduerſus illam diſputaturos, quos vincēs virgo Chriſti, fidem docuit: ⁊ martyres deo dignos exhibuit. ℟. Domine dominus. 3. ℣. Specie tua. Lectio iiij.

NAm quinquaginta philoſophi, qui ad eā coarguendam conuenerant, vi, ac ſubtilitate eius diſputationis tanto Jeſu Chriſti amore ſunt incenſi; vt pro illo mori non dubitauerint. Quamobrem Maxentius blanditijs, ac promiſſis Catharinā de ſententia deducere aggreditur: verum id fruſtra fieri intelligens verberibus affectam, plumbatiſq; contuſam, dies vndecim ſine cibo, ac potu incluſam tenet in carcere. ℟. O quā fęlices per te ſanctiſſima plures. Quos iubet occidi pro Chriſto turbidus hoſtis. ℣. Cum duce Porphyrio fit martyr Cęſaris vxor. Quos. Lectio quinta.

EO tempore, Fauſtina, Maxentij vxor, ⁊ Porphyrius, belli dux, viſendę virginis cauſa carcerem ingreſſi, ⁊ eiuſdem prędicatione in Jeſum Chriſtum credentes, poſtea martyrio coronati ſunt. Interim Catharina educitur e cuſtodia: ⁊ rota expeditur crebris, ⁊ acutis pręfixa gladijs; vt virginis corpus crudeliſſime dilaceraretur. ℟. Impius hanc Cęſar ſibi iubet ante tribunal. Hanc vt peruertat ſicut draco, vel leo certat. ℣. Illa manet conſtans: non blanda, vel aſpera curans. Hanc vt per. Lectio ſexta.

QUę machina breui, Catharinę oratione, confracta eſt: eoque miraculo multi Chriſti fidem ſuſceperunt. Ipſe Maxentius in impietate, ⁊ crudelitate obſtinatior, Catharinam ſecuri percuti imperat. Quę fortiter dato capite, ad ſeptimum Calendas Decembris ad duplicatum virginitatis, ⁊ martyrij pręmium euolauit: cuius corpus ab angelis in Sina Arabię monte mirabiliter collocatum eſt. ℟. Virgo flagellatur, cruciandam fame religatur: Carcere clauſa manet: lux cęlica fuſa refulget: Fragrat odor dulcis cantant cęli agmina laudes. ℣. Sponſus amat ſponſam: ſaluator viſitat illam. Frag. In tertio nocturno ana. Glorioſam virginem tyrannus flagellari imperat: ⁊ cruciandam fame in carcere recludi: cui eſcam per columbam Chriſtus fecit miniſtrari. ℟. In domino cōfido. 4. Ana. Illa agit gratias deo: in tenebris lux emicat: fragrat odor vincens balſama: adeſt ⁊ concio angelica,

ca, lacerato corpori cęleſtia adhibens medicamenta. ps. Domine in virtute. 7. Aña. Cum cętu virgineo adueniens ſaluator: ſponſus ſponſam pie viſitat, conſolatur, ꝛ roborat: conſtans eſto, ait, filia: ego tecum ſum; nil paueas. ps Eructauit. 17. ℣. Adiuuabit eā. Lec. vij. de euange. Simile eſt reg. cęl. theſ. ℟. Horrendo ſubdenda rotarum machinamento: Virgo deum clamat, de cęlis Angelus aſtat: Ecce repentinā dant plebsque, rotęque ruinam. ℣. Tanquam Chaldęis quondam fornax Babylonis. Ecce rep.

Lectio octaua de Homelia.

℟. Percuſſum gladio dat lac pro ſanguine collum, Quā manus angelica ſepeliuit vertice ſina. ℣. Membris virgineis olei fluit vnda salubris. Quam.

Lectio nona de Homelia.

℟. O mater noſtra, o ter ſancta, quaterq; beata: Cum prece deuota famulatum ſuſcipe vota. ℣. Jam Chriſto iuncta, ſponſoq; tuo ſociata. Cum pre. Te deū. Sacer. ℣. Specie tua. In lau. aña. Paſſionem glorioſę virginis Catharinę deuote plebs celebret fidelis, quę ſui memores deo commendat meritis: ꝛ iuuat beneficijs. ps. Dominus regna. Añ. Poſt plurima ſupplicia: martyr alma ad decollandum eſt ducta: ꝛ ad cęlum manus, ꝛ oculos tendens: collum ſub iugulo, orans, dat gloriam deo. Añ. Expecto pro te gladium: Jeſu benigne: tu meum da paradiſo ſpiritum: ꝛ fac miſericordiam mei agentibus memoriam. Antiphona. Vox de cęlo inſonuit: veni dilecta mea: veni intra thalamum ſponſi tui: quod poſtulas, impetraſti: pro quibus oras, ſalui erunt. Antiphona. Quia deuotis laudibus tui memoriam virgo recolimus: o beata Catharina ora pro nobis quęſum⁹. Cap. Sapientia vicit. Hym. Jeſu corona. ℣. Elegit eā. Ad bñs añ. Benedictus dñs rex cęleſtis, qui per merita beatę Catharinę virginis, medelam languidis pręſtat ſanitatis: ipſius corporis oleo fideliter perunctis. Oro. Omnipotens ſempiterne deus. Memo. ſancti Petri epiſcopi, ꝛ m. Ad ho. añę de lau. cū orone Omnipotens ſempiterne deus. ꝛc. de communi. Ad ij. veſpe. quinq; añ. lau. ſup pſ. Dixit dñs. ꝛc. Cap. hym. ℣. de communi. ℟. O mater noſtra. Ad Mag. añ. Prudens, ꝛ vigilās virgo qualis es cum ſponſo illo, qui te elegit de mundo: quam pulchra: ꝙ mirabilis: quanta luce ſpectabilis: inter Sion iuuenculas: ꝛ Jeruſalem filias thalamo gaudes regio, coniuncta dei filio. Oro. Omnipotens ſempiterne deus.

Die 26. ℭ Sancti Lini Papę, ꝛ mart. semiduplex. Oratio.

Preces noſtras, quęſumus domine, clementer exaudi: vt beati Lini martyris tui, atq; pontificis meritis adiuuemur: cuius paſſione lętamur. Per dominum. Lectio prima.

Linus Italicus de regione Tuſcia, patre natus Eſculcio: ſedit Romę annis xj. menſibus tribus, diebus xiij. Hic ex pręcepto beati Petri apoſtoli conſtituit, vt mulier in eccleſiam velato capite intraret. Hic martyrio coronatus eſt, ꝛ ſepultus in Vaticano: iuxta corpus beati Petri: vndecimo calendas Octobris. Lectio ſecunda.

Dicunt tamen quidā, qui de cathedra Romanę eccleſię diligentius pſcrutati ſunt: quod Linus, ꝛ Cletus non ſederunt, vt pontifices Romani: ſed, vt ſummi pontificis coadiutores: quibus in vita ſua beatus Petrus apoſtolus dedit eccleſiaſticarum rerum diſpenſationem. Lectio tertia.

Ipſe vero tantum orationi: ꝛ pdicationi vacabat. Propter hoc ergo, quod tanta ſunt ditati auctoritate, in catalogo pontificum poni merentur. Clementem vero ipſe beatus Petrus ſucceſſorem ſibi conſtituit. Igitur beatiſſimus Pontifex Linus: ſpiritus ſancti gratia cooperante: dęmones ab obſeſſis corporib⁹ effugauit: cęcis viſum: ſurdis auditum: claudis reſtaurauit greſſum. Lectio quarta.

Cumq; hęc per gratiam ſancti ſpiritus, ꝛ alia miracula innumerabilia faceret: ꝛ multos ad Chriſti fidem conuerteret, ꝛ baptizaret: inſuper cum Saturnini proconſulis filium, qui ipſum captauerat: a dęmone liberaſſet: Saturninus credens hoc magicis artibus factum, ipſum diuerſis pęnis afflixit: ꝛ poſtremo decollauit. Tu. Lectio v.

Et licet corpus eius, ſcilicet ſanctiſſimi Lini papę, pri⁹ in Vaticano fuerit ſepultum: poſtea tamē a beato Gregorio Hoſtienſi epiſcopo, cum multa ſolēnitate eſt inde deportatum: ꝛ in eccleſia maiori, quę nūc dicitur ſancti Laurentij: honorifice eſt reconditum. Lectio ſexta.

Quis fratres chariſſimi animam ſanctiſſimi martyris Lini ſequi poſſit, quę ſupergreſſa omnes aereas poteſtates ad altare cęleſte tetendit? Beata certe anima illa, quę ſibi occurrentes aereas dęmonum turmas martyrij perfuſa cruore deturbat. Quę ſic ſequitur Chriſtum: quoniam eam Chriſtus pręceſſit. Celebratio ſolennitatis martyrum: imitatio debet eſſe virtutum. Facile quidem eſt

eſt martyrem celebrando venerari: magnum vero fidem eius: & patientiam imitari. Tu autem domine. Cetera omnia, vt in communi vnius epiſcopi & mar. cum oratione prędicta.

Die 28 ¶ Iacobi Interciſi. memo.

Die 29. ¶ In vigilia ſancti Andreę fiat de ſancto Saturnino. Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum. Lectio prima.

SAturninus ab apoſtolorum diſcipulis ordinatus epiſcopus, in vrbem Tholoſanā directus eſt. Cū autem ipſo ingrediente dęmones a reſponſis ceſſarent: vnus gentilium dixit: quod niſi Saturninum occiderent: a dijs ſuis nil penitus obtinerent. Lectio ſecunda.

APprehendentes igitur Saturninum nolentem ſacrificare ad pedes tauri ligauerūt: eumq; cum ſtimulis agitantes a ſumma arce per gradus Capitolij pręcipitauerunt. Sicque capite confracto: & cerebro concuſſo martyrium conſummauit. Lectio tertia.

CVius corpus duę fęminę rapientes in profundo loco: propter metum gentilium: condiderunt. Quod poſtea ſucceſſores eius ad locum reuerentiorem tranſtulerunt. Tu autem domine. Lectio quarta.

FVit & alius Saturninus, quem Romę pręfectus diu in carcere maceratum: in equuleum leuari: neruis, fuſtibus, & ſcorpionibus cędi fecit. Lectio v.

DEniq; lateribus aduſtis depoſitum de equuleo decollari pręcepit: circa annum domini Ieſu Chriſti ducenteſimum octogeſimū ſeptimum, ſub Maximiano. Lectio ſexta.

FVit & alius Saturninus apud Africam: frater ſancti Satyri: qui cum prędicto fratre ſuo: & Reuocato: & Felicitate ſorore dicti Reuocati: nec non & cum Perpetua genere nobili paſſus eſt martyrium. Quorum paſſio alio tempore potiſſimum recolitur. Tu autem domine.

Secundum Iohannem. cap. 1.

IN illo tempore: Stabat Iohannes: & ex diſcipulis eius duo: & reſpiciens Ieſum ambulantem dixit, Ecce agnus Dei. Et reliqua. Homelia beati Gregorij papę. Lectio ſeptima.

COgnoſcamus ergo agnū fratres: cognoſcamus pretium noſtrum. Et audientes eum. Ecce duo ex diſcipulis Iohannis ſecuti ſunt Ieſum. Videte qualis erat Iohannes: iſte amicus ſponſi nō quęrebat gloriam ſuam: ſed teſtimoniū perhibebat veritati. Lectio viij.

NUnquid voluit apud ſe re-
manere diſcipulos ſuos: ne
ſequerentur dominum? Ma-
gis ipſe oſtendit diſcipulis ſuis,
quem ſequerentur: habebant e-
nim illum tanquā agnum. Et
ille. Quid me attenditis? Ego
non ſum agnus. Ecce agnus
dei. Et quid nobis prodeſt a-
gnus dei? Ecce qui tollit pecca-
ta mundi. Lectio nona.

SEcuti ſunt illum hoc au-
dito duo, qui erant cū Jo-
hanne: videamus ſequētia. Ec-
ce agnus dei. Hęc Johannes.
Et audierunt eum duo diſcipu-
li loquentem, ꝛ ſecuti ſunt Je-
ſum. Conuerſus autē Jeſus vi-
dens eos ſequentes ſe, dixit eis:
Quid quęritis? Qui dixerunt
Rabbi, quod dicitur interpreta-
tum magiſter, Ubi habitas?
Cętera omnia, vt in communi
vnius mar. ꝛ pōtcū ořone, vt ſu.

Die 30. Sancti Andreę apoſtoli du-
plex. Ad veſp. aña. Qui me con-
feſſus. pſ. Dixit dominus. ꝛ ce-
teri cum hac ſola. Capit. Non
vos me elegiſtis. ℟. Dilexit An-
dream. Hymnus.

ANdrea pie ſanctorum mi-
tiſſime:
Obtine noſtris veniā reatibus:
Et, qui grauamur ſarcina pec-
caminum:
Subleua tuis interceſſionibus.
℣. Annue Chriſte. ℟. In om-
nem terram. Ad Mag. Aña.
Ambulans Jeſus iuxta mare
Galileę: vidit Petrum, ꝛ An-
dream fratrem eius, ꝛ ait eis: ve-
nite poſt me: faciam vos fieri pi-
ſcatores hominū: at illi, relictis
retibus ꝛ naui, ſecuti ſunt eum.
Oratio. Quęſumus omnipotens deus.
Require in communi vnius apo-
ſtoli. Memo. de ſancto Satur-
nino. Ad matu. Inuit. Chri-
ſtum regem regum adoremus
dominum: Qui martyrio crucis
beatum glorificauit Andream
apoſtolum. pſ. Uenite. Hym.
Ęterna Chriſti mu. In j. noct.
Aña. Uidit dominus Petrū,
ꝛ Andream, ꝛ vocauit eos.
pſ. vt vnius apoſtoli. Aña. Ueni-
te poſt me, dicit dominus, faciā
vos fieri piſcatores hominum.
Aña. Relictis retibus ſuis ſecu-
ti ſunt dominū redemptorem.
℣. In omnē ter. Lectio prima.

ANdreas apoſtolus,
Bethſaidę natus, q
eſt Galileę vicus, fra-
ter Petri natu ma-
ior, diſcipulus Johannis Ba-
ptiſtę, cum eum de Chriſto di-
centē audiſſet: Ecce agnus Dei,
ſecutus Jeſum, fratrem quoque
ſuum ad eundem perduxit: cum
poſtea vna cum fratre piſcare-
tur in littore Galileę, ambo a pręt-
tereunte Chriſto domino ante
alios apoſtolos vocati illis ver-
bis: Uenite poſt me faciam vos
fieri piſcatores hominū, nullam
interpo-

interponentes moram, ⁊ relictis retibus ſecuti ſunt eum. ℟. Dum deambularet dominus ſup mare, ſecus litus Galileę, vidit Petrum ⁊ Andream retia mittentes in mare, ⁊ vocauit eos, dicẽs: Venite poſt me: ⁊ faciam vos fieri piſcatores hominum. ℣. Erant enim piſcatores, ⁊ ait illis. Venite.

Lectio ſecunda.

Poſt cuius paſſionem, ⁊ reſurrectionem Andreas, cũ in Scythiam Europę q̃ ei prouincia ad Chriſti fidem diſſeminandam obtigerat, veniſſet, deinde Epirum ac Thraciam peragraſſet, doctrina ⁊ miraculis innumerabiles hoies ad Chriſtum conuertit. Poſt Patras Achaię profectus, ⁊ in ea vrbe plurimis ad veritatem euangelicam perductis, Aegeam proconſulem, prędicationi euangelicę reſiſtentem liberrime increpauit, quod qui iudex hominuz haberi vellet, Chriſtum Deum omnium iudicem a dęmonibus eluſus non agnoſceret. ℟. Mox vt vocem domini prędicãtis audiuit beatus Andreas, relictis retibus ⁊ nauiquorũ vſu, actuque viuebat, ęternę vitę, ſecutus eſt: Pręmij largitorem. ℣. Ad vnius iuſſionis vocem Petrus, ⁊ Andreas: relictis retibus: ſecuti ſunt redemptorem. Pręmij largitorem.

Lectio tertia.

Tum Aegeas iratus, Deſine, inquit, Chriſtum iactare, cui ſimilia verba nihil profuerunt, quo minus a Iudęis crucifigeretur, Andream vero de Chriſto nihilominus libere prędicantẽ, quod pro ſalute humani generis ſe crucifigendum obtuliſſet, impia oratione interpellat, ac demum hortatur, vt ſibi conſulẽs, dijs velit immolare. ℟. Homo Dei ducebatur, vt crucifigerẽt eum: populus autem clamabat voce magna, dicens: Innocens eius ſanguis ſine cauſa damnatur. ℣. Cumque carnifices ducerent eum, vt crucifigeretur: factus eſt concurſus populorum clamantium, ⁊ dicentium. Innocens eius. In ij. noctur. Aña. Vnus ex duobus, qui ſecuti ſũt dominum, erat Andreas frater Simonis Petri. halah. Aña. Dilexit Andream dominus in odorem ſuauitatis. halah. Aña. Dignum ſibi dominus computauit martyrem, quem vocauit apoſtolum, dum eſſet in mari. halah. ℣. Conſtitues. Lectio iiij.

Ait Andreas: Ego omnipotenti Deo, qui vnus, ⁊ verus eſt immolo quotidie non taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum in altari: cuius carnem poſteaquã omnis populus credentium mãducauerit, Agnus, qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat ⁊ viuus. Quam ob rez ira

accenſus Aegeas, iubet eum in carcerē detrudi: vnde populus Andream facile liberaſſet, niſi ipſe ſedaſſet multitudinem, vehementius rogans ne ſe ad optatiſſimam martyrij coronam properantem impedirent. ℟. Doctor bonus, & amicus Dei, Andreas ducitur ad crucem: aſpiciens a lōge vidit crucem, & ait: ſalue crux. Suſcipe diſcipulum eius, qui pependit in te magiſter meus Chriſtus. ℣. Salue crux, quę in corpore Chriſti dedicata es: & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Suſcipe diſcipulum. Lectio quinta.

Gitur paulo poſt in tribunal productum, cū Aegeas crucis extollentem myſteria, ſibiq; ſuam impietatem exprobrātem, diutius ferre non poſſet, in crucem tolli, Chriſti mortem imitari iuſſit. Adductus Andreas ad locum martirij cum crucem vidiſſet, longe exclamare cępit. O bona crux, quę decorem ex membris domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſolicite amata, ſine intermiſſione quęſita, & aliquando cupienti animo pręparata, accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo: vt per te me recipiat, qui per te me redemit. ℟. O bona crux, quę decorem, & pulchritudinem de membris domini ſuſcepiſti: Accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo Chriſto, vt per te me ſuſcipiat, qui per te me redemit. ℣. Salue crux, quę in corpore Chriſti dedicata es: & ex membris eius, tanquam margaritis, ornata. Accipe. Lec. vj.

Taque cruci affixus eſt: in qua biduum viuus pendēs, & Chriſti fidem pędicare, nunquam intermittens, ad eum migrauit, cuius mortis ſimilitudinem concupierat. Quę omnia, presbyteri & diaconi Achaię, qui eius paſſionem ſcripſerunt, ſe ita, vt commemorata ſunt audiſſe, & vidiſſe teſtantur. Eius oſſa primum, Conſtantino Imperatore, Conſtantinopolim; Deinde Malphim tranſlata ſunt. Caput Pio ſecundo Pontifice: Romam allatum in baſilica ſancti Petri collocatum eſt. ℟. Dilexit Andream dominus in odorem ſuauitatis: dum penderet in cruce, dignum ſibi computauit martyrem: quem vocauit apoſtolum: dum eſſet in mari: Et ideo amicus Dei appellatus eſt. ℣. Elegit eum dominus, & excelſum fecit illum. Et. In iij. nocturno. Antiphona. Ego ſi patibulum crucis expaueſcerem, crucis gloriam non pędicarem. Antiph. Chriſtus me miſit ad iſtam prouinciam: vbi non paruum populum acquiſiui. Antiphona. Biduo viuens pendebat in cru

ce: pro Chriſti nomine: beatus Andreas, & docebat populum. ℣. Nimis honorati ſunt.

Secundum Mattheum. 4.

In illo tempore: Ambulans Jeſus iuxta mare Galileę: vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Et reliq.

Hom. btī Gregorij papę. L. vij.

Audiſtis fratres: quia ad vnius iuſſionis vocem Petrus, & Andreas, relictis retibus, ſecuti ſunt redemptorem. Nulla vero adhuc eum facere miracula viderant: nihil ab eo de pręmio ęternę retributionis audierant: &, tamen ad vnum domini pręceptum, hoc, quod poſſidere videbantur, obliti ſunt. ℟. Orauit Sanctus Andreas: & dum reſpiceret in cęlum, voce magna clamauit, & dixit: tu es domine Deus meus: quem vidi: Ne me patiaris ab impio iudice deponi: quia virtutem ſanctę Crucis agnoui. ℣. Tu es magiſter meus Chriſtus, quem dilexi, quem cognoui: quem confeſſus ſum: tantummodo in iſta voce me exaudi. Ne. Lectio octaua.

Quanta nos eius miracula videmus, quot flagellis affligimur: quantis minarum aſperitatibus deterremur, & tamen vocantem ſequi contemnimus? In cęlo iam ſedet, qui de conuerſione nos admonet: iam iugo fidei colla gentiū ſubdidit: iam mundi gloriam ſtrauit: iā ruinis eius crebreſcētibus diſtricti iudicij diem propinquum denunciat, & tamen ſuperba mens noſtra non vult hoc ſponte deſerere, quod quotidie perdit inuita. ℟. Expandi manus meas, tota die, in cruce ad populum non credentem: ſed contradicentem mihi: Qui ambulant vias non bonas, ſed poſt peccata ſua. ℣. Deus vltionū dn̄s. Deus vltionum libere egit: exaltare, qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis. Qui. L. ix.

Quid ergo fratres in eius iudicio dicturi ſumus, qui ab amore pręſentis ſeculi: nec pręceptis flectimur, nec verberibus emendamur? Sed fortaſſis tacitis cogitationibus aliquis diceret: Ad vocem dominicam vterque iſte piſcator, quid, aut quantum dimiſit, qui pene nihil habuit? Sed in his, fratres chariſſimi, affectum potius conſiderare debemus, quam cenſum: multum reliquit, qui ſibi nihil retinuit. ℟. Vir iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit: ſanctitate autem, & gratia plenus: iſte eſt, qui aſſidue orat, pro populo, & pro ciuitate iſta. ℣. Pro eo, vt me diligenter detrahebant mihi: ego autem orabam.

igitur continuo vocari artificem: ⁊ parietis infirmitatem illico cũ liniamentis reparari. Lect. ij.

Qui cum dicerent diſcipuli: opportunum domine tẽpus expectetur: vt tunc facilius: ⁊ ſolidius reparetur. At ille reſpondit: Sinite huc uſq; filioli: quoniam ſi modo non emendatur: me iam ſuperſtite: in tempore non emendabitur. Ex quo verbo pene iam cuncti tabefacti: atque in languorem verſi: ſuſpirantes, dixerunt: Non contingat domine famulis tuis hęc videre: quę loqueris: ſed magis annis multis ad ornamentum eccleſię ſuę: ſubſidiumq; pauperum: dñs beatitudinem tuã hic venerari permittat. Lectio iij.

Ad hęc ille ſupplices cęlo aſpectus dirigens: atq; ex imo pectoris longa ſuſpiria trahens, ait: Non veſtra ex hoc: voluntas Dei in me fiat. Exigit enĩ naturę conditio: vt poſt longam ęrumnam: tãdem pergamus ad patriam. Et vobis expedit proculdubio: iam tempus pręfinitũ eſt: nolite contriſtari: ſed potius gaudete: ⁊ congratulamini: quia olim hoc tempus deſiderabam.

Lectio quarta.

Illis itaque in męrorem verſis, ⁊ nihilominus in ambiguitate detentis ab huiuſmodi colloquio ceſſatum eſt. Nec mora poſt: leuiſſima febre corpori infuſa: cępit tędiari. Tunc certꝰ, quod diuina prouidẽtia de ſua morte ordinaſſet: cõdiſcens iuſſit conuocari omnes famulos: ⁊ miniſtros ſuos: ⁊ cępit eis finem dierum ſuorum palam facere: ⁊, ſicut ſemper cõſueuerat: inter cętera prędicare pacem ſemper habendam: charitatemque pręcipue tenendam. Lectio quinta.

Igitur cum eius infirmitas per vndecim dies protraheretur, ita dumtaxat: vt ſemper eandem deãbulando: baculoq; regente infirmos artus ſuſtentando: diſſimularet: nec ſic quidem a Dei opere ceſſabat: bonaq; hanc virtutum ſuarum conſummationem exiſtimans: ſi ad finẽ vſq; perduceret id, quod per lõga vitę ſpatia iugi inſtantia tenuiſſet. Per noctem enim vigilijs: ⁊ orationibus membris fatiſcentibus ſpiritui ſeruire cogebat: ⁊ mente quodammodo ad memoriam futurę beatitudinis tranſiens: nimium lętus cupidũ iter expectabat. Lectio ſexta.

Interea cum iam appropinquare profectionis ſuę ſalutarem diem ſentiret: ait famulis: ⁊ diſcipulis ſuis: Valete in Chriſti pace viſcera mea. Et eniꝫ viaꝫ ingredior carnis vniuerſę: ſed ⁊ cupio diſſolui: ⁊ eſſe in requie. Poſt hęc vergente die ad veſperam: fixis genibus orat ſuppliciter: gemens, ⁊ ſuſpirans, ⁊ dicẽs.

Com-

Commendo tibi eterne pater oues, quas tradidiſti mihi: ne fiant ſicut oues, quibus non eſt paſtor. Euang. Homo quidam peregre. Lectio octaua.

B Eatus autem Eligius in extremis poſitus: ſupplices oculos cum manibus eleuãs in celum: diu tacitam fudit orationem: deinde in vocẽ prorumpens, ait: Nunc dimittis ſeruū tuum domine: ſm verbum tuum in pace. Recordare queſo: quod ſicut introitum feceris me: ⁊ dum vis, educes me de corpore mortis huius. Lectio nona.

A Peri mihi preparatam vite ianuam: ⁊ deduc me in locum refrigerij: ⁊ in tabernaculū: qđ paraſti ſeruis tuis timentibus te. Et his dictis inter verba orationis emiſit ſpiritum. Statim vero ⁊ cum eſſet hora prima noctis: viſus eſt ſubito in ima claritate reſplendens ex eadem domo conſcendere: atq; inter mirantium obtutus: ſphera ignea crucis in ſe ſimilitudinem preferens: celi altitudinem penetrare. Tu. Cetera omnia de communi vnius epi: ⁊ confeſſoris: cū oratione predicta: cum mem. de aduentu, ⁊ ſancto Andrea.

Die.2. Bibiane virg. ⁊ mart. mem.

Die.3. Claudij ⁊ ſociorū mar. mem.

Die.4. Sancte Barbare virginis, ⁊ martyr. nona lect. ola de cõi.

Die.5. Sci Sabbe Abb. mem. tm.

Die.6. Sancti Nicolai epiſcopi, ⁊ confeſſoris feſtum dupl. Ad veſper. antiphone, ⁊ pſal. ſecundū feriam. Cap. Ecce ſacerdos. R. Dum adhuc penderet ab vbere matris: O noua res: quarta feria, ⁊ ſexta ſemel in die mamillas bibebat. V. Jam quodammodo ſacrij ieiunij ſe futurum preſignans amatorem Nicolaus. O noua. Hymn. Iſte confeſſor. V. Amauit. Ad Magn. Aña. O paſtor eterne, o clemens: ⁊ bone cuſtos: qui, dum deuoti gregis preces attenderes, voce lapſa de celo preſuli ſanctiſſimo: dignū epiſcopatu Nicolaum oſtendiſti tuum famulum. Oratio.

D Eus, qui beatum Nicolaum confeſſorem tuum, atque pontificem innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis queſumus: vt eius meritis, ⁊ precibus: a Gehenne incendijs liberemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum. Qui tecum viuit, ⁊ regn. Memoria de aduentu, ⁊ de oct. Ad Matutinum. Inuitatoriū. Adoremus regem ſeculorum: In quo viuit Nicolaus, honor ſacerdotum. ps. Venite. Hymn. Iſte confeſſo. In primo noctur. Antiphona. Nobiliſſimis ſiquidem natalibus ortus: velut lucifer Nicolaus emicuit. pſalm. de vno confeſſo. Antiphona.

Poſtquam

Poſtquam domi puerilem decurrit ętatem, cunctis mundi huius ſpretis oblectationibus, Chriſti ſe iugo ſubijciens, documentis ſanctis ſuum prębuit auditum. Aña. Pudore bono repletus Dei famulus: ſumptibus datis ſtupri nefas prohibuit. ℣. Amauit. Lectio prima.

Nicolaum illuſtri loco Patarę in Lycia natum parentes ſteriles a Deo precibus impetrarunt. Cuius viri ſanctitas quanta futura eſſet, iam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutricis frequens ſugeret, quarta, & ſexta feria ſemel duntaxat, idque veſperi ſugebat: quam ieiunij conſuetudinem in reliqua vita ſemper tenuit. ℟. Confeſſor Dei Nicolaus, nobilis progenie: ſed nobilior moribus: Ab ipſo puerili ęuo ſecutus dominum: meruit diuina reuelatione ad ſummum prouehi ſacerdotij gradum. ℣. Erat enim valde compatiens: & ſuper afflictos pia geſtans viſcera. Ab ipſo pue. Lectio ſecunda.

Adoleſcens parentibus orbatus, facultates ſuas pauperibus diſtribuit. Cuius illud inſigne eſt Chriſtianę benignitatis exemplum, quod, cum eius ciuis egens tres filias iam nubiles in matrimonio collocare nõ poſſet, earumque pudicitiam proſtituere cogitaret, re cognita Nicolaus, noctu per feneſtram tantum pecunię in eius domum iniecit, quantum vnius virginis doti ſatis eſſet: quod cum iterum, & tertio feciſſet, tres illę virgines honeſtis viris in matrimonium datę ſunt. ℟. Operibus ſanctis Nicolaus humiliter inſiſtens: Reuelatione diuina prouectus eſt ad ſummum ſacerdotij gradum. ℣. Voce clara quippe de cęlo lapſa: cuidam inſinuatur pręſuli, dignum ępatu. Nicolaum. Reuelatione. Lectio iij.

Cum vero ſe totum Deo dedidiſſet in Paleſtinã profectus eſt, vt loca ſancta viſeret & pręſens veneraretur. Qua in peregrinatione nauẽ cõſcendens, ſereno cęlo, & trãquillo mari, horribilẽ nautis tẽpeſtatẽ pręd ixit, moxque ortã, cũ eſſent oẽs in ſummo periculo, orans mirabiliter ſedauit. Unde cũ domũ reuerſus ſingularis ſctitatis oibus documenta pręberet, Dei admonitu Myreã, quę Lycię Metropolis erat venit, quo ipe eius vrbis ępo mortuo, prouinciales epiſcopi de ſucceſſore diligendo conſultabant. ℟. Quadam die tempeſtate quaſſati ſęuiſſima nautę: cęperunt ſanctũ inuocare Nicolaũ: Et ſtatim ceſſauit tempeſtas. ℣. Mox illis clamantibus: apparuit quidam dicens illis: ecce adſum, quid vocaſtis me? Et

In ij noct. Aña. Auro virginũ inceſtus: auro patris carũ inopiam: auro prorſus vtrorumq; deteſtabilem infamiam Dei ſeruus ademit Nicolaus. Aña Innocenter puerilia iura tranſcendens: euangelicę inſtitutionis diſcipulus effectus eſt. Aña Gloriam mundi ſpreuit: cũ ſuis oblectationibus: & ideo meruit prouehi ad ſummum ſacerdotij gradũ. ℣ Juſtũ deduxit. Lc.iiij.

Itaq; in ea deliberatione diuinitus admoniti ſunt, vt eũ eligerent, qui Nicolaus noīe poſtridie mane primus in Eccleſiam ingrederet. Qua obſeruatione adhibita, in Eccleſię ianua deprehenſus eſt Nicolaus, & ſummo oium conſenſu Myrę epiſcopus creatur. In epiſcopatu caſtitatem, quã ſemper coluerat grauitatez, orationis aſſiduitatẽ, vigilias, abſtinentiaz, liberalitatez, & hoſpitalitatẽ, in adhortando manſuetudinẽ, in reprehendendo ſeueritatez perpetuo adhibuit. ℟. Audiens Chriſti confeſſor triũ iuuenum innocẽtiũ necẽ, pcucurrit quantocyus ad locũ vbi fuerant pleciendi. Et liberauit eos. ℣. Statimq; ſolutos a vinculis: vſq; ad pretorium conſulis: eos ſecum adduxit. Et. Lectio v.

Viduis & orphanis pecunia, conſilio, opera non defuit. Oppreſſos adeo ſubleuauit, vt etiaz tres tribunos, per calũniam a Conſtantino Auguſto condemnatos, qui ſe propter famam eius miraculorũ orationibus longiſſimę abſenti commendarant, adhuc viuens cũ Imperatori minaciter eũ terrens apparuiſſet, liberauerit. Cũ vero cõtra edictũ Diocliciani, & Maximiani Chriſtianę fidei veritatẽ Myrę prędicaret, ab Imperatorũ ſatellitibus comprehenſus, & longiſſime adductus, in carcerem coniectus eſt: vbi fuit vſq; ad Conſtantinum Imperatorẽ: cuius iuſſu ex cuſtodia ereptus, Myream rediit, mox ad Nicenum concilium ſe cõtulit: vbi cũ trecentis illis decẽ & octo patribus Arianam hęreſim condẽnauit. ℟. Qui cũ audiſſent ſancti Nicolai nomen: ſtatim expandunt manus vtraſq; ad cęlum: Saluatoris laudantes clementiã. ℣. Clara quippe voce, coram omnibus, dignum referabant illum Dei famulum. Saluatoris. Lectio ſexta.

Inde reuerſus ad epiſcopatũ, non ita multo poſt, inſtante morte, ſuſpiciens in cęlũ, cuz angelos ſibi occurrentes intueretur, illo pſalmo pronunciato. In te domine ſperaui, vſq; ad eum locũ: In manus tuas commendo ſpiritum meum, in cęleſtem patriam migrauit octauo Idus Decembris, anno ſalutis humanę

humanę trecenteſſimo quadrageſimo tertio. ℟. Beatus Nicolaus iam triumpho potitus: nouit ſuis famulis prębere cęleſtia commoda: qui toto corde poſcũt eius largitiones. Illi nimirum oportet nos tota deuotione committi. ℣. Et apud Chriſtũ eius patrocinijs adiuuemur ſemper. Illi nimi. In tertio noct. Añа. Pontifices almi diuina reuelatione lętificati, Nicolaum pręſulem deuotiſſime cõſecrauerunt. Añа Sanctus quidem triticũ, quod a nautis poſtulauerat, acceptum, & ſagaciter diſtribuere, & augere precibus impetrauit. Añа. Muneribus datis, neci ſunt iuuenes innocentes ad dicti: quibus domini ſeruus fuit vitę pręſidio feſtinanter. ℣. Iuſtus, vt palma florebit. Lec vij. de euang. Sint lumbi. ℟. Summe Dei confeſſor Nicolae te venerantes protege: Namque credimus tuis precibus nos poſſe ſaluari. ℣. Qui tres pueros morti addictos illęſos abire feciſti: tuis precibus inſtantem conſerua plebem. Namque.

Lectio octaua. De Homelia.

℟. Seruus Dei Nicolaus auri pondo trium virginum ademit pudorem. Earumque patris impudicam, remenſo auro, fugauit inopiam. ℣. Affluens itaque miſericordię viſceribus: metallo duplicato propulſauit earum infamiam. Earum.

Lectio nona. De Homelia.

℟. Ex eius tumba marmorea ſacrum reſudat oleum, quo liniti ſanantur cęci: Surdis auditus redditur: Et debilis quiſque ſoſpes regreditur. ℣. Cater uatim ruunt populi cernere cupientes, quę per eum fiunt mirabilia. Surdis. Gloria. Et. ℟. Te Deum. Sacerd. ℣. Ora pro nobis. In laud. Antiph. Beatus Nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ℟. Dominus regnauit. &c. Aña Eccleſię ſanctę frequentans limina, ſacra pectori condebat mandata. Aña. Iuſte, & ſancte viuendo ad honorem ſacerdotij meruit promoueri diuinitus. Aña. Amicus Dei Nicolaus pontificali decoratus infula: omnibus ſe amabilem exhibuit. Aña. O per omnia laudabilem virum, cuius meritis ab omni clade liberantur: qui ex toto corde quęrunt illum. Cap. Benedictionem. Hymn. Ieſu redemptor. ℣. Iuſtus germinabit. Ad Bñs. Aña. Copioſę charitatis Nicolae pontifex, qui cum Deo gloriaris in cęli palatio condeſcende, ſupplicantibus, ad te ſuſpirantibus: vt exutos graui carne, pertrahas ad ſuperos. Oratio. Deus, qui beatum. Memor. de aduentu, & octa. Ad hor. Antiphonę lau.

Cap. R. V. vt vnius epiſcopi, & confeſſoris. Oratio vt ſup. Ad veſpe. Aña. Beatus Nicolaus ps. Dixit dominus & cetere ad ceteros. Cap. Ecce ſacerdos. R. Ex eius tumba. Hym. Iſte confeſſor. V. Amauit. Ad Mag. Aña. O Chriſti pietas omni proſequẽda laude: q ſui famuli Nicolai merita late, longeq; declarat: nam ex eius tumba oleum manat, cunctoſq; languidos ſanat. Oratio. Deus, qui beatum.

¶ In octa. S. Andreę fiat memo. tantum ad primas veſper. & matu. añe, vt in die. Oratio.

Protegat nos dñe ſępius btĩ Andreę apoſtoli tui repetita ſolennitas: vt, cuius patrocinia ſine intermiſſione recolim⁹: perpetuam defenſionem ſentiamus. Per dominum noſtrum.

Die. 7. ¶ Sancti Ambroſij epiſcopi, & confeſſoris dup. Omnia de com. Doct. pręter orat. & lect. Oratio.

Deus, qui populo tuo ſanctũ dediſti Ambroſium prędicatorẽ, pręſta quęſumus: vt ipſius interceſſione: & tuę pietatis defenſione, ab omnibus vtique liberemur aduerſis, & tranquilla proſperitate in tua iugiter laude lętemur. Per.

Lectio prima.

Ambroſius Romę natus, & diſciplinis liberalibus eruditus: iuxta parentum ſuorum nobilitatem ad regendas ciuitates conſularitatis ſuſcepit inſignia a Valentiniano: vt regeret Liguriam, & Aemiliaz. Cumq; adhuc infans dormiret aperto ore: examen apum adueniens os eius impleuit: vt quaſi alueolum ſuum intrarent pariter, & exirent.

Lectio ſecunda.

Quę poſtea euolantes in tãtam altitudinẽ aeris ſubleuatę ſunt: vt minime viderentur. Quo peracto, territus pater ait: Si vixerit infantulus iſte, aliquid magni erit. Poſtea cum adoleuiſſet, & videret Romę matrem, & ſororem virginem, cum alia virgine ſocia eporum oſcula ri manus: dexteram ſuã ludens ſorori offerebat, dicens: id ipſum ſibi fieri ab ea oportere. Illa vero, vt adoleſcentẽ: & quid diceret neſcientem reſpuebat. Lec. iij.

Cumque Mediolanum veniſſet: & ibidem tunc epiſcopus deceſſet: conuenij populus, vt ſibi de epiſcopo prouiderent. Sed cum inter Arrianos, & catholicos de eligendo epiſcopum ſeditio non modica oriretur: Ambroſius adhuc cathechumenus pro ſedanda ſeditione perrexit ad eccleſiam: & ſubito vox infantis clamauit Ambroſium dignum fore epiſcopũ. Cuius voci omnes vnanimes conſenſerunt, Ambroſium epiſcopum clamantes. Lectio iiij.

Quo ille cognito, tormentorū minas adhibuit, ⁊ meretrices publicas ad ſe ingredi fecit: ad hoc vt eas a propoſito reuocaret. Cumq; nihil ſic proficeret, putans ſe nocte cōtra Ticinum pergere: mane in porta ciuitatis Mediolanenſis, quę Romana dr̄, inuenitur. Fugit Ambroſius iterū, ⁊ latuit: ſed inuentus eſt. Tunc intelligens hāc eſſe voluntatē Dei: iuſſu Imperatoris Ambroſius capit: ⁊ a catholico epō baptizat, ⁊ receptis oībꝰ eccleſiaſticis officijs, octaua die, cum ſumma lętitia cunctorum epiſcopus eſt ordinatus. Lec. v.

Cum aūt poſt annos quatuor iuiſſet Romā: mr̄, ſoror, ⁊ alia virgo ſupradicta oſculantur eius dexterā. Qui ſubridens, ait: Ecce euenit, quod dicebam. Mediolanū aūt reuerſus ſuſtinuit multas inſidias a Juſtina Imperatrice: ꝙ fauebat Arrianis. Tunc etiam primo in eccleſia Mediolanenſi hymni, ⁊ vigilię celebrari cęperunt. Btūs Ambroſius tunc tpis etiā Theodoſio Imperatori propter mortem innocentium ingreſſum eccleſię negauit: donec publicam ageret pęnitentiam. Lectio vj.

Erat aūt vir ſanctus tante abſtinentię, ⁊ vigiliarū: ꝙ non conſueuerat prandere, niſi in die ſabbathi, ⁊ dominico: vel in natalitijs martyrum celebriorum. In labore nihilominus baptizandi: ⁊ in alijs diuinis officijs fortiſſimus fuit: nec operā ſcribēdi declinabat: niſi propter infirmitatem. Aurum, ⁊ argentum, quod habere poterat, dedit eccleſię, vel pauperibus. Euangelium. Homo quidam peregre. Lectio octaua.

Quotieſcunq; ſancto Ambroſio aliquis cōfitebatur peccata ſua: ita deflebat, vt etiā cōfitentem flere compelleret. Flebat etiā amariſſime, quando percipiebat de morte alicuius ſancti Sacerdotis, quod preceſſerat: vel quia difficile erat huiuſmodi hoiem inuenire. De morte vero ſua quidam vir ſanctus prędixit: quē rogauit, vt de vita liberari citius poſſet. In gemiſcebat enim cum videbat inuidiā, ⁊ auaritiam increſcere: ⁊ maxime in his, qui erant in poteſtatibus conſtituti. Lectio nona.

Cum autem iaceret in lecto propter ęgritudinem: vidit dominum Jeſum Chriſtum venientem ad ſe: ⁊ arridentem ſibi. Ab hora autem vndecima, quando migraturus erat, vſque ad horam mortis, expanſis manibus ad modum Crucis orauit. Honoratus autem ſacerdos eccleſię Vercelenſis: qui quieſcebat in domo: audiuit vocem ſibi tertio dicentem: Surge, feſtina: quia mo-

do Ambroſius epiſcopus eſt mi
graturus. Qui conſurgens Me
diolanum concitus venit: ⁊ ei
dominici corporis ſacramentū
dedit. Quo accepto emiſit ſpūm.
Die. 8. ¶ Conceptio immaculatę vir
ginis Marię totum dup. cuius
officium fuit, editum per reue
rendum patrem dominum Leo
nardum Nogarolum, prothono
tarium apoſtolicum, artium, ac
ſacrę theologię doctorem. In
primis veſperis. Antiphona.
Sicut liliū inter ſpinas, ſic ami
ca mea inter filias Adę. halel.
Ps. Lauda. pue. 46. Aña. Tota
pulchra es Maria, ⁊ macula ori
ginalis non eſt in te hal. Ps. Lau
date do. omnes gentes. 47. Aña.
Tu gloria Jeruſalem: tu lętitia
Iſrael: tu honorificentia populi
noſtri. halel. Ps. Lauda anima
mea. 62. Aña. Vox enim tua dul
cis, ⁊ facies illa tua decora nimis.
hal. Ps. Laudate dominum, quo
niam bonus eſt pſalmus. Aña.
Quę eſt iſta, quę aſcendit de de
ſerto, delicijs affluens, innixa ſu
per dilectum ſuum? halelu. Ps.
Lauda Jeruſalē. Capitulum.
Ego diligentes me diligo:
⁊ qui mane vigilant ad
me inuenient me: in vijs iuſtitię
ambulabo: vt ditem diligentes
me: qui me elucidant: habebunt
vitam ęternam. ℟. Tranſite ad
me. Hym. Aue maris ſtella. ℣.
Immaculata conceptio eſt ho
die ſanctę Marię virginis. ℟.
Cuius innocentia inclyta: cun
ctas illuſtrat deuotas animas.
hal. Ad Magn. Aña. Quam
pulchri ſunt greſſus tui: filia
principis: collum tuum, ſicut
turris eburnea, oculi tui diuini,
⁊ comę capitis tui, ſicut purpu
ra regis, quam pulchra es, ⁊ quā
decora chariſſima. hal. Oratio.
Deus, qui per imma
culatā virginis Ma
rię conceptionem di
gnum filio tuo habi
taculum pręparaſti: cōcede quę
ſumus: vt, ſicut ex morte eiuſdē
filij tui pręuiſa eam ab omni la
be pręſeruaſti: ita nos quoque
mundos eius interceſſione ad
te peruenire cōcedas. Per eum.
Ad Matut. Inuit. Immacula
tam cōceptionem virginis Ma
rię celebremus: Chriſtum eius
pręſeruatorem adoremus domi
num. Ps. Venite. Hym. Quem
terra. In j. noct. Aña. Multę
filię cōgregauerunt ſibi diuitias:
tu vero ſupergreſſa es vniuer
ſas. hal. Ps. Domine, dominus.
⁊ cęt. de virg. Aña. Surrexe
runt filij eius, ⁊ beatiſſimam prę
dicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit
eam. hal. Aña. Fortitudo, ⁊ de
cor indumentum eius: byſſus, ⁊
purpura veſtis illius. hal. ℣. Li
beraſti me domine ex ore leonis.
℟. Et a cornibus vnicornium
humilitatem meam, halelu iah.

Ex dictis btí Hieronymi. Lec. j.

Canitur in cãticis de Maria, Hortus cõclusus: fons signatus: emiſſiones tuę paradiſus: Hortus deliciarum, in quo ſunt conſita vniuerſa florum genera: ⁊ adornamenta virtutum: ſicque ſignatus: vt neſciat violari: neque corrumpi vllis inſidijs, fraudibuſve diaboli. Fons itaqꝫ ſignatus ſigillo totius trinitatis. ℞. Ego ex ore altiſſimi prodij, primogenitã ante omnem creaturam: ego in cęlis feci: vt oriretur lumen indeficiens; Et ſicut nebula texi omnem carnem. ℣. Gyrum cęli circuiui ſola: ⁊ in profundum abyſſi penetraui: in omni populo, ⁊ in omni gente primatum tenui. Et. Lectio ij.

Hic quid in Maria geſtũ eſt, totum puritas: totum veritas: totumque gratia fuit. Et iterum. Cęteris virginibus pręſtatur gratia per partes: Marię vero tota ſe infudit plenitudo gratię. ℞. Tranſite ad me omnes: qui concupiſcitis me, ⁊ a generationibus meis implebimini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, ⁊ hęreditas mea ſuper mel, ⁊ fauum. ℣. Qui audit me, non confundetur: ⁊ qui elucidant me vitam ęternam habebunt. Spiritus enĩ meus ſuper mel dulcis. Ex ſermonibus Augu. Lectio tertia.

Summa Dei ſapientia nulla in maſſa humani generis inuenit viam: per quam, vt diſpoſuit: in mundum veniens eius ſubueniret luctuoſę perditioni: donec ad illam: de qua loquimur: virginem ventum eſt: ſed hęc mox vt in mundum per humani generis lineam venit: tanta omnis boni virtute perfecte reſplenduit: vt eam Dei ſapiẽtia veridice iudicaret: vt per ipſam in hominem veniens non tantum reatum primorum parentum: ſed totius mundi peccata deleret. ℞. Meum eſt conſilium, ⁊ ęquitas: mea eſt prudentia: mea eſt fortitudo: per me reges regnant. Per me pĩncipes imperant, ⁊ potẽtes decernunt iuſtitiam. ℣. Ego diligentes me diligo: ⁊ qui mane vigilant ad me inuenient me. Per me principes imperant. Gloria patri, ⁊ filio. In ij. noctur. Aña.

Quid videris in Sunamitide: niſi choros caſtrorum. ℣. Ipſa eſt mulier: quam pręparauit dominus filio domini mei. Aña. Aquę multę non potuerũt extinguere charitatem: nec flumina peccatorum obruent Mariam. haleluia. ℣. Non tetigit eam Abimelech: ſed ipſa contereret caput ſuum. Antiphona. A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperauit Maria in domino: quia copioſa apud eum redemptio. haleluiah. ℣. Terra

ra in qua ſtas, ſancta eſt. ℣. Eruiſti a framea Deus animam meam. Et de manu canis vnicam matrem meam. Lect. iiij.

Magnifica illum, qui te ab omni peccato ſeruauit. Quis enim, inquit, dicere poterit: ſine peccato ſum natus: aut mundus ſum ab omni iniquitate? Quis dicere audebit: niſi illa virgo prudentiſſima: animatum templum Dei excelſi: quaꝫ Deus ſic elegit, & preelegit ante mundi conſtitutionem: vt ſancta, & immaculata mater Dei, & filia ab eterno reſeruata incorrupta ab omni labe peccati? ℟. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea: pulchre ſunt gene tue ſicut turturis: Faciamus adiutorium ſimile ſibi. ℣. Eo quod poſt virum tuum alterum neſcieris, ideo manus domini confortauit te, & ideo eris benedicta in eternum. Facia.

Ex dictis ſancti Ildefonſi Archiepiſcopi Toletani. Lectio v.

Beata virgo Maria niſi in vtero matris ſanctificata fuiſſet: minime eius natiuitas colenda eſſet. Sed quia auctoritate ſanctorum patrum digne, vt nouit veſtra charitas, veneratur: conſtat eam ab omni peccato originali fuiſſe immunem: per quam non ſolum Deus maledictio ſoluta eſt, verum etiam benedictio omnibus condonata. Nullis ergo, quando nata eſt, delictis in vtero ſubiacuit: nec originale peccatum in vtero ſanctificata contraxit. ℟. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: ruptique ſunt fontes abyſſi magne. Et factum eſt diluuium peccati ſuper omnem terrã. ℣. Arca vero deifera eleuata eſt in ſublime, & ferebatur ſuper aquas: coopertique ſunt omnes excelſi ſanctorum. Lectio vj. Hilarius.

O Uirgo benedicta ſuper omnes feminas, que Angelos vincis puritate: que oẽs ſanctos ſuperas pietate. Cyprianus. O virgo iuſta, & omni iuſtitia pleniſſima: cuius conceptio ſingularis. Baſilius. O Maria tu candoris, & decoris forma: cui in terris non eſt equalis: nec in celis ianua. Auguſtinus. O mater domini ſicut in prima femina abũdauit delictum: ita & in te ſuperabundauit omnis plenitudo gratie: & ideo ſuper omnes ignara delicti. ℟. Fiat mihi ſanctuarium: & habitabo in medio eorum, arcam de lignis ſethim compinge: & deaurabis eam auro mundiſſimo intus, & foris: Et pone ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper. ℣. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Et Gloria. In tertio noctur. Añ. Que

eſt

eſt iſta, quę aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? haleluiah. Antiphona. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum: aſcenſuꝫ purpureum media charitate conſtrauit. halelu. Ana. Quę eſt iſta, quę progreditur quaſi Aurora cõſurgens: pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? haleluiah. ℣. Vere dominus eſt in loco ſancto iſto: & ego neſciebam. ℟. Non eſt hic aliud, niſi domꝰ Dei, & porta cęli.

Lectio ſancti euang. ſm Lucã.

In illo tẽpore: Loquente Ieſu ad turbas: extollens vocẽ quędã mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quę ſuxiſti. Et reliqua.

Hom. lectio. eiuſdem. Lec. vij.

Legimus chariſſimi magni Dei librum intus, & foris ſcriptum eſſe, linitamque intrinſecus, & extrinſecus arcam: in qua manſiunculę, & triſtega, legemq; Dei multiplicẽ: auctore Iob: & multa myſtice, ac omnia in figuram patribus contigiſſe, ſecundum apoſtolum, vobis perſuadeatis. ℟. Omnes moriemini, quia in Adam peccauiſtis, quid habes Eſther eleuata in populis? ego ſum frater tuus, noli timere: non morieris: Non enim pro te, ſed pro omnibus hęc lex conſtituta eſt. ℣. Non extinguetur in nocte lucerna tua: & non timebis a frigore niuis. Non enim pro te.

Lectio octaua.

Omnes enim prophetię, vt Auguſtini vtar ſententia, quę non ſolum in verbis ſunt, verum etiam ſacra ſacerdotia: tabernaculum, ſiue templum: altaria: ſacrificia: cęremonię: dies feſti, & quicquid aliud ad illam ſeruitutem pertinet: ea ſignificata pronunciata ſunt. Quę propter vitam ęternam fidelium in Chriſto impleri cernimus, & implenda confidimus. ℟. Filius meus paruulus eſt, & dilectus: domus, quam ędificari volo, talis eſſe debet, vt in cunctis nationibus nominetur: Et ob hãc cauſam, ante mortem ſuam, oẽs pręparauit impenſas. ℣. Elegi, & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum: & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Et ob hanc.

Lectio nona.

Non immerito igitur Chriſti fideles, ac Marię deuotos, ad quos nobis hodie eſt ſermo: rogatos eſſe velim, vt arcana, atque profunda ſilentia perſcrutari non deſinãt. Audiãtq; id ſaluatoris: ſcrutamini ſcripturas: quia illę ſunt, quę teſtimo-

n ium perhibent de me. Videat etiam, quid de eius matre ſcriptum ſit. Virginem enim eam fuiſſe in ſacris codicibus contineri, nemo noſtrum eſt, qui ambigat. ℞. Domus, quam cupio ędificare, magna eſt nimis, ⁊ inclyta: Quia magnus Deus noſter, ſuper omnes Deos. ℣. Quis ergo poterit pręualere, vt ędificet ei dignam domum, ſi cęlum: ⁊ cęli cęlorum capere eum nequeunt? Quia magnus. ℞. Te Deum. ℣. Ora pro nobis. Ad laud. ⁊ ad hor. Aña. Domum tuam decet ſanctitudo domine, in longitudine dierum. hal. ℞. Dominus regnauit, cum reliqu. Aña Hęc eſt domus domini firmiter ędificata, bene fundata eſt ſupra firmam petram. hal. Aña. Fundauit eaȝ altiſſimus, qui ſuper Maria fundauit eam: ⁊ ſuper flumina pręparauit illā. hal. Aña. Dñs cuſtodit te ab omni malo Maria: cuſtodiat animā tuam, introitum tuum, ⁊ exituȝ tuum, in ſeculum. hal. Aña. Fluminis impetus lętificat ciuitatē Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Capitulum.

Beatus homo, qui audit me, ⁊ vigilat ad fores meas quotidie: ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam: ⁊ hauriet ſalutem a domino. Hym. O glorioſa domina. ℣. Non accedet ad te malum. ℞. Neqȝ flagellum appropinquabit tabernaculo tuo. hal. Ad B. Aña. Quā pulchra es amica mea: colūba mea, immaculata mea: ⁊ odor veſtimentorū tuoruȝ ſuper omnia aromata. hal. quaȝ cum cognouiſſet pater ait: tunica filij mei eſt. Oratio, vt ſup.

Ad tertiā. Capitulum.

Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę, pluſquā primę, ⁊ in loco iſto dabo pacē, dicit dñs, quia Euā matrē cunctarum gentiū corpore ſuperat Maria, q̄ eſt mr̄ Dei, ⁊ grę. ℞. Libera me ex ore leonis. Halel. halel. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam Halel. Gloria. Libera. ℣. Erue a framea Deus animam meā. ℞. Et de manu canis vnicam matrem meam. hal.

Ad ſextam. Capitulum.

Porta hęc clauſa erit peccatori: ⁊ non aperietur: quoniā dñs Deus ingreſſus eſt per eam, eritqȝ clauſa a principio ſuę formationis. ℞. Erue a framea deus animam meam. Halel. ℣. Et de manu canis vnicam matrē meā. Hal. Gloria. Erue. ℣. Vere dñs eſt in loco ſancto iſto, ⁊ ego neſciebam. ℞. Non eſt hic aliud, niſi domus Dei: ⁊ porta cęli. halel. Ad nonam. Capitulum.

Lętamini cum Maria, ⁊ exultate oēs, qui diligitis illam: gaudete vniuerſi, qui zelatis eam: quia hęc dicit dñs: ecce

ego declinabo ſuper ipſaʒ quaſi fluuium pacis: ꝛ quaſi torrentem innundantem melle ſuauiſſimo. ℟. Vere domin⁹ eſt in loco ſancto iſto, ꝛ ego neſciebam. Hal hal. ℣. Non eſt hic aliud, niſi domus dei, ꝛ porta celi. Hal. Gloria. Vere. ℣. Scalam vidit Jacob, cuius cacumen celum tangebat. ℟. Angelos quoque deſcendentes, qui eam lumine replebant. hal. In ii. veſp. Hieronymus. aña. Nihil eſt candoris: nihil eſt ſplendoris: nihil eſt numinis, quod non reſplendeat in virgine glorioſa. hal. Pſalmi de beata virgine. Origenes aña. Que neqꝫ ſerpētis perſuaſione decepta, nec eius venenoſis afflatibus infecta. hal. Auguſtinus. aña. Hanc, quam tu deſpicis Maniche, mater mea eſt, ꝛ de manu mea fabricata. haleluiah. Anſelmus. aña. Decuit virginē ea puritatē nitere: qua maior ſub deo nequit intelligi. haleluiah. Ambroſius. aña. Hec eſt virga, in qua nec nodus originalis: nec cortex venialis culpe fuit. haleluiah. Capitulum.

Vidi immaculatam deſcendentem de celo ſicut ſponſam ornatam: claritas enim Dei illuminabat illam: ꝛ vidi tabernaculum dei cum hominibus: ꝛ nox non erat illic: quia lucerna eius erat agnus. ℟. Domus. Hym. vt ſup. ℣. Domine dilexi decorem domus tue. ℟. Et locum habitationis glorie tue. hal. Ad Mag. aii. Vnica eſt columba mea: vna eſt pfecta mea, vna eſt genitrici ſue electa: viderant eam anime ſancte: ꝛ immaculatā prędicauerūt. hal. Oro, vt ſu.

¶ Notandum, quod ſi feſtum conceptionis in dominica venerit, fit de feſto: quia ſpecialis effectus dei fuit in tali die. Et ideo dominica transfertur ad diem ſequentem, ꝛ hoc ex diſpenſatione pontificis. Oct. vero erit de dominica, ꝛ feſtum transfertur ad diem ſequentem. Si vero venerit infra oct. fit de dominica cum commemoratio. feſti.

¶ Per octauas. primo die. L. j.

Venter intactus: venter ſanctus: venter immaculatus, mundus, virgineus, puritate plenus, verecundus, incognitus: Ambulate chariſſimi i porticu veri Salomonis, deambulate in thalamo tanti regis: mentes eleuate: introite cellam vinariam, omni ſuauitate, ꝛ odore repletam. Lectio ſecunda.

Hec eſt illa cella: illa anima, ille venter, quem pertranſiuit Chriſti gladius: Gladius puritatis: gladius innocentie: gladius Spiritus ſancti, procedens ex ore dei, ꝛ agni, profunde penetrauit: quia a longe prēuiſa ꝑęſeruauit. Lectio tertia.

Lancea militis latus Chriſti

ſi aperuit: cuius gladius pectus Marię iuſtificauit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum dei, ⁊ cuſtodiunt illud. O inenarrabilis filij in matrem dilectio charitatis, Non excludit mulieris dictum: ſed extollit incognitum: non matrem reprobat: ſed ipſam in ſublime exaltat. Tu autem domine.

¶ Secundo die. Lectio prima.

Audi muliercula diuina ſecreta: audi ſynagoga: audi turba Iudęorum: audi ignorantia mulieris, ⁊ craſſa: audi tu abſcondita: intellige admirandum ſponſum. Laudaſti mei matrem: ſed a laude defeciſti. Ignoras profecto, cuius ſit mater: qualiſcų ſit filius: ⁊ quanta ſit, quã laudas. Lectio ſecunda.

Audi me Marię filium: audi dominum, ⁊ deum tuū tibi abſconditum: Mater mea magni Dei mater eſt: non hominis ſolum: non tantum prophetę: ſed pluſquam prophetę: non ſolum ſancti viri, ſed ſancti ſanctorum, quia verbo concepit. Lectio tertia.

Audiuit, ⁊ obediuit: cuſtodiuit verbum, quod ſibi a domino per Angelum tranſmiſſum eſt. Non maculatus eſt venter: ſed concepit verbum, ſuſcipiendo ſapienter: Audiuit: obediuit: cuſtodiuit: ⁊ mater dei effecta eſt. Tu autem domine.

¶ Tertio die. Lectio prima.

Sanctum in ventre portaſſe laudis eſt: verbum dei audiuiſſe, cuſtodiſſe, ⁊ ex Spiritu ſancto concepiſſe, laudabilius, multoque pręſtantius eſt. Si, neſcis, mulier mater mea beatiſſima eſt: non ſolum beata, quia fecit ſibi magna, qui potens eſt. Lectio ſecunda.

Tranſmiſit enim me verbū ſuum in illū ſanctum vterum, beatumque ventrem, quia obediuit Angelico verbo, ⁊ de Spiritu ſancto concepit: ⁊ conceptum cuſtodiuit: nutriuit, ⁊ conſeruauit, conferens in corde ſuo. Lectio tertia.

Iſtam ergo, quantum digne eſt, ſi potes, lauda: iſtam extolle mulierem, quia ſimilẽ non inuenies. Talis profecto laudanda eſt: quę ſola ſuper omnes electa eſt: ⁊ poſt ruinam, mei gratia, ſola immaculata concepta eſt. Tu autem domine.

¶ Quarto die. Lectio prima.

Lauda tu iſtam: quia laudant eam in portis opera eius. Excludunt omnes ab iſta viuente actualem maculam: exclude igitur ⁊ tu a venie[illegible] originalem. Audi Auguſtinū, quē ī Iulianū clamat hereticū. L. ij.

Profecto, inquit, ſi Chriſt⁹ minor exiſtens originale pctm̃ habuiſſet, grādiori gratię acceſſu actuali nō caruiſſet. L. iij

Sane;

SAne, quia maior exiſtens actuale non habuit: minor exiſtens originale non habebit. Plenus igitur gratia Chriſtus, originali macula infectus: actuale culpę reſiſtere non poterit: & eius ancillam iam reſtitiſſe dabitur? Tu autem domine.

¶ Quinto die. Lectio prima.

LEge mulier tuum Canticorum librum. Vide ſi mater mea ab omni vitio ſenſuum ſit excluſa: ſiue hos dixeris interiores, ſiue exteriores, ſeu minutas cogitationes inſpexeris, Sancta quippe viſcera: ſancta porta: ſancti poſtes oſtij. Tu autem domine. Lectio ſecunda.

BEatus, qui obſeruat: qui dicit, qui confitetur poſtes oſtij principiũ conceptionis ſuę immaculatum. Tu. Lectio iij.

SAncta quippe, dum concipitur, ſancta, dum mundi portas intrat, ſancta in vtero: ſancta extra vterum: ſancta in operibus: ſancta videndo: dum audit: dum guſtat: dum tangit: dum loquitur, & tacet: ſancta in habitu: ſancta domi, & foris: nihilq; inquinatum in ea.

¶ Sexto die. Lectio prima.

DVm eſſet rex in accubitu ſuo: nardus noſtra dedit odorem ſuauitatis: quieſcente adhuc me filio in ſinu cęleſtis patris, nardus humilis ſatis herba, humilis Maria odorem dedit. Lectio ſecunda.

MEa chariſſima, quę ex faſciculo myrrhę reſeruata eſt ex mei morte dilecti filij a tota congerie paſſionis noſtrę: qui mirrha, & aloe perlinitus fuit: qui inter vbera commoratus eſt: quia caro noſtra caro vna eſt: lectulus noſter floribus eſt: & tigna domorum noſtrarum cedrina, quoniam ambo ſine macula. Lectio tertia.

VIde igitur mulier, & conſidera, quando mater, & ſoror mea alloquenda eſt: quomodo eam laudes, ne deficias a laude. Si enim paruula ſit, & vbera non habeat: ſi ex ſe vbertatẽ pręſeruandi a macula non teneat: murus tamen eſt, & oſtium.

¶ In die octauo. Lectio j.

MAria eſt igitur Maria virgo inexpugnabilis ab inſidijs, venenoque diaboli: quę neque furentis iacula, neque eius venenoſos timeat afflatus. Reuertere igitur mulier, & intuere modo ſuauitatem noſtram: vide quam pulchri ſunt greſſus filię principis: filię patris mei, & matris meę, & habitationis ſpiritus ſancti. Vide quomodo laudare debeas: vide miranda: audi ſtupenda: conſidera altiora. Iſta eſt, quę fęcundatur a patre meo: dum me verbum ſuum audiendo ſuſcepit. Lectio ſecunda.

P Reſeruatur a me filio: dum me verbū ab ipſa ſuſcipiendum intelligo: cuſtoditur a Spiritu ſancto: dum poſt me verbū ſuſceptum, ac ſuſcipiendum, eā actuali peccato maculari non permittit. Supra ergo te Deus, o Maria: τ in te deus, τ circa te deus, vt omnino nullis inſidijs diaboli violari poſſis. Lectio iij.

D Jcamus igitur cū Auguſtino, qđ, ſi pdicta incorruptio Marię non congruit, congruit tamen filio, quem genuit. Jllud ergo ſacratiſſimum corpus, de quo Chriſtus carnē aſſumpſit: in quo diuinam naturam humanę vniuit: eſcam vermibus traditā: nos vero tanto magis dicamus eſcam diabolo datam, quia, quod ſentire nō valeo: dicere pertimeſco. Lectio iiij.

L Ætare igitur Maria lętitia inenarrabili: etiā proprio filio per proprium filium: nec vllam pręcedere neceſſe eſt infectionis ęrumnam, quā nulla ſecuta eſt, tantum filium parturiendo integritatis corruptio: vt ſit ſemper immaculata: quā tanta perfudit gratia. Lectio v.

N On immerito igitur dies conſtituetur: in quo Deo exhibeantur debitę gratiarum actiones. Quia nulli dubiū eſt: teſte Hieronymo: quin totū ad laudem Chriſti pertineat, quicquid digne, ac laudabiliter genitrici ſuę fuerit impenſum, ac ſolenniter exhibitum. Diem ergo feſtum hunc celebremus: quia opus domini certe inuſitatum ſpecialis conceptio. Lectio vj.

M Alleus enim, τ omne ferramentū non auditur in domo domini. Qua ex re nullū opus ſeruile hęc dies ſentiat. Talem enim virginē venerari multum conuenit: τ vltra Angelicā dignitatem, quantum fas eſt cū gaudio laudibus digniſſime efferri. Hęc eſt igitur dies reginę cęli, τ terrę: quam fecit dominꝰ, exultemus: τ lętemur in ea iubilando cantantes, Tu gloria Jeruſalem. Tu lętitia Jſrael, tu honorificentia populi noſtri.

Tres le. de hom. euan. vt in die.

¶ Sancti Melchiadis papę, τ mart. memoria. Die 10.

¶ Sancti Damaſi papę, τ conf. ſemidup. Transfertur in primo die vacante. Die 11.

Oratio.

E Xaudi domine, preces noſtras τ interueniente beato Damaſo, confeſſore tuo, atq; pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus τ pacem. Per dominum. Lectio prima.

D Amaſus Hiſpanus, vir egregius, τ eruditus in ſcripturis, indicto primo Conſtantinopolitano concilio, nefariam Eunomij, τ Macedonij hereſim extinxit. Lectio ſecunda.

Idem:

IDem Ariminenſem conuētum condemnauit, in quo vt ſcribit ſanctus Hieronym⁹, Valentis potiſſimum ⁊ Urſatij fraudibus damnatio Nicenę fidei conclamata fuit: ⁊ ingemiſcens orbis terrarꝫ ſe Arianꝫ eſſe miratus eſt. Lectio tertia.

BAſilicas duas ędificauit, alteram ſancti Laurentij nomine, ad theatrū Pompeij, quam maximis muneribus auxit, eique domos ⁊ prędia attribuit, alteram via Ardeatina ad Catacumbas. Lectio quarta.

PLatoniam etiam vbi corpora ſanctorum Petri, ⁊ Pauli aliquandiu iacuerunt, dedicauit, ⁊ exornauit elegantibus verſibus. Idemque proſa, ⁊ verſu ſcripſit librum de Virginitate, multaque alia metro edidit. Lectio quinta.

POenaꝫ talionis conſtituit iis, qui alterum falſi criminis accuſaſſent. Inſtituit, vt in eccleſia pſalmi ab alternis canerentur, ⁊ in fine cuiuſq; pſalmi diceretur, Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Et vt confeſſio, Miſſę eſſet exordiū. Eius iuſſu ſanctus Hieronymus diuinę ſcripturę libros in latinum conuertit. Lectio ſexta.

CUm Eccleſiaꝫ rexiſſet annos decem, ⁊ octo, menſes tres, dies vndecim: ⁊ habuiſſet ordinationes quinq; menſe Decembri, quibus creauit presbyteros triginta duos, diaconos vndecim, epiſcopos per diuerſa loca ſexaginta duos, virtute, doctrina, ac prudētia clarus, prope octogenarius, Theodoſio ſeniore Imperatore, obdormiuit in domino: ⁊ via Ardeatina, vna cum matre, ⁊ ſorore, ſepultus eſt in baſilica, quā ipſe ędificauerat. Eius reliquię poſtea trāſlatę ſunt in Eccl'iā ſancti Laurētij in Damaſo, quā idem Pōtifex ad theatrū Pōpeij cōſtruxerat. Hom. in euāg. Vigilate. cętera de cōi pō. pōt.

¶ Epimachi, ⁊ Alexādri martyr. memoria. Die 12.

¶ Sanctę Lucię virg. ⁊ mart. Die 13.

Ad veſpe. Cap. Qui gloriatur. ℟. Rogaui dominuꝫ. Hym. Virginis ples. ⁊c. ℣. Diffuſa eſt grā. Ad Magnifi. añ. In patientia tua poſſediſti animaꝫ tuam, Lucia, ſponſa Chriſti: odiſti, quę in mundo ſunt, ⁊ coruſcas cum Angelis: ſanguine proprio inimicum viciſti. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter, vt, ſicut de beatę Lucię virginis, ac martyris tuę feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per. Ad mat. Inuit. Agnum ſponſum. Hym. añ. pſ. ⁊ ℣. vt in communi vnius virg. Lectio j.

LUcia, Virgo Syracuſana, genere, ⁊ Chriſtiana fide,

ab infantia nobilis, vna cum matre Eutitia quę ſanguinis fluxu laborabat, Catanam, ad venerandum corpus beatę Agathę, venit: quę ad eius ſepulchrū cum ſuppliciter oraſſet, Agathę interceſſione matri ſanitatē impetrauit. ℟. Diffuſa eſt. Lcō ii.

S Tatim vero matrem exorauit, vt quam dotem ſibi datura eſſet, Chriſti pauperib. tribui pateretur. Et igitur Syracuſas rediit, omnem pecuniam, quam ex facultatib. vendítis redegerat, pauperibus diſtribuit. ℟. Dilexiſti iuſtitiā. L. iij.

Q Uod vbi reſciuiſſet is, cui eam parentes contra virginis voluntatē deſponderant, apud Paſchaſium prefectum Luciam, quod Chriſtiana eſſet, accuſauit. Quam ille, cum nec precibus, nec minis ad cultum idolorum poſſet perducere, immo tanto magis incenſam videret ad celebrandas Chriſtianę fidei laudes quanto magis ipſe eam a ſententia auertere conabatur, Ceſſabunt inquit, verba, cum ventū erit, ad verbera. ℟. Audiui. Lectio quarta.

Q Ui virgo: Dei ſeruis verba deeſſe nō poſſunt, quibus a Chriſto domino dictum eſt: Cum ſteteritis ante reges, & preſides nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus ſanctus qui loquitur in vobis. ℟. Propter veri. Lectio quinta.

Q Uam cū Paſchaſius interrogaſſet: Eſt ne in te ſpiritus ſanctus? Reſpondit: Caſte, & pie viuentes, templū ſunt ſpiritus ſancti. At ille: Iubebo te ad Lupanar duci, vt te Spiritus ſanctus deſerat. Cui virgo: Si inuitam iuſſeris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Qua re Paſchaſius ira inflammatus Luciam eo trahi iuſſit, vbi eius virginitas violaretur: ſed diuinitus factum eſt, vt firma virgo ita cōſiſteret, vt nulla vi, ex loco dimoueri poſſet. ℟. Ueni electa mea. Lectio ſexta.

Q Uamobrem prefectus circum ipſam, pice, reſina, ac feruenti oleo perfuſam, ignem accendi imperauit: ſed cum ne flamma quidem eam lęderet, multis tormentis excruciatę, guttur gladio transfigi iubet. Quo vulnere accepto Lucia predicens Eccleſię tranquillitatē quę futura erat, Maximiano, & Diocletiano mortuis, vigeſimo Calendas Ianuarij ſpiritum Deo reddidit. Cuius corpꝰ Syracuſis ſepultum, deinde Conſtantinopolim, poſtremo Uenetias translatum eſt. ℟. Regnū mundi. Euange. Simile eſt regnum celorum theſau. ℟. Lu-

cia virgo, quid a me petis, quod ipſa poteris prȩſtare continuo? nam ⁊ matri tuȩ fides tua ſubuenit, ⁊ ecce ſalua eſt: Quia iucundum Deo in tua virginitate habitaculum prȩparaſti. ℣. Sicut enim per me ciuitas Cathanenſium ſublimatur a Chriſto: ita per te ciuitas Syracuſana decorabitur a dño. Quia iu.

Lectio octaua de Homelia.

℟. Rogaui dominum meum Jeſum Chriſtum: vt ignis iſte non dominetur mihi: Et impetraui a dño inducias martyrij mei. ℣. Pro eo, vt me diligerent, detrahebãt mihi, ego autẽ orabã. Et.

Lectio nona de Homelia.

℟. Grata facta eſt domino in certamine, quia apud dominum, ⁊ apud homines glorificata eſt: in conſpectu principum loquebatur ſapientiam. Et dominus omnium dilexit eam. ℣. Adiuuabit eam deus vultu ſuo, deus in medio eius non commouebitur. Te deum. ℣. Specie tua. In lau. aña. Orante ſancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, ⁊ conſolabatur ancillam Chriſti. Ps. Dominus regna. Aña. Lucia virgo, quid a me petis, quod ipſa poteris prȩſtare continuo matri tuȩ? Aña. Soror mea Lucia virgo deo deuota quid a me petis, quod ipſa poteris prȩſtare continuo matri tuȩ? Aña. Benedico te pater domini mei Jeſu Chriſti, quia per filium tuum ignis extinctus eſt a latere meo. Antiphona. Per te Lucia virgo ciuitas Syracuſana decorabitur a domino Jeſu Chriſto. Ps. Ȩmulor. Hym. ℣. vt in communi. Ad Benedictus aña. Columna es immobilis, Lucia Chriſti ſponſa, quia omnis plebs te expectat, vt accipias coronam regni. Halleluiah. Oratio. Exaudi. Ad hor. añȩ de laud. Cap. ℟. ℣. de communi. Oratio. Exaudi. Ad veſpe. aña. Orante. Ps. Dixit. ⁊c. cum hac ſola Cap. Liberaſti. ℟. Grata facta. Hym. ℣. de cõmuni. Ad Magnificat Antiphona. Tanto pondere eã fixit ſpiritus ſanctus: vt virgo domini immobilis permaneret. Oratio. Exaudi.

Sancti Spiridonis epiſcopi, ⁊ confeſſ. ordinis noſtri dup. Die 14

Semper domine Deus ſancti Spiridonis confeſſoris tui atq; Pontificis ſanctam feſtiuitatem nobis venerantibus tribue, ſicut iſte religionis a Propheta Helia inſtitutȩ orationibus, ⁊ operibus fuit fidelis imitator: ita nos eius ſequentes veſtigia cum eo te perfrui valeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, vt in communi vnius epiſcopi ⁊ confeſſ.

Oct. Cõceptionis ſemidup. Die 15

Et Valeriani epiſcopi memo.

Die 17. ¶ Sancti Lazari epiſc. ⁊ mar. ix. lec. Ad veſp. añ. pſal. cap. ⁊ ℟. de comuni vnius mar. Oratio.

Deus, qui per vnigenitum filium tuum dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ beatum Lazarum quatriduanum mortuum de monumento ſuſcitaſti fetidum: erige nos de tumulis peccatorum: vt mereamur adipiſci conſortia electorum tuorum. Per eundem.

Ad matut. omnia de communi vnius mart. Lectio prima.

Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de Caſtello Marię, ⁊ Marthe, ſororum eius. Maria autem erat, quę vnxit dominũ vnguento, ⁊ exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eũ, dicentes: Domine ecce, quem amas, infirmatur. Audiens autẽ Jeſus dixit eis: infirmitas hęc nõ eſt ad mortem: ſed pro gloria dei, vt glorificetur filius Dei per eum. Diligebat autem Jeſus Martham, ⁊ ſororem eius Mariam, ⁊ Lazarum. Ut ergo audiuit, quia infirmabatur: tunc quidem manſit in eodẽ loco duob⁹ dieb⁹. L. ij.

Deinde poſt hęc dicit diſcipulis ſuis: eamus in Judęam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi nunc quęrebant te Judęi lapidare: ⁊ iterum vadis illuc? Reſpondit Jeſus: Nonne duodecim ſunt horę diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucẽ huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo. Hęc ait: ⁊ poſt hęc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado: vt a ſomno excitẽ eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius. Domine ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Jeſus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo Jeſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt, ⁊ gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad cõdiſcipulos: Eamus ⁊ nos, ⁊ moriamur cũ eo. Lectio tertia.

Uenit itaq; Jeſus, ⁊ inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentẽ. Erat autem Bethania iuxta Jeroſolymam, quaſi ſtadijs .xv. Multi autem ex Judęis venerant ad Martham, ⁊ Mariam, vt conſolarent eas de fratre ſuo. Martha ergo, vt audiuit, quia Jeſus venit, occurrit illi: Maria autẽ domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Jeſum: Domine ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nunc ſcio: quia quęcunque popoſceris a Deo dabit tibi

tibi deus. Dixit illi Jeſus: Reſurget frater tu⁹. Dicit ei Martha: Scio, quia reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo die. Dixit ei Jeſus: Ego ſum reſurrectio, & vita. Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet, & omnis, qui viuit, & credit in me, nō morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi: vtiq; domine. Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui: qui in hunc mundum veniſti. Lectio quarta.

ET cum hoc dixiſſet: abijt, & vocauit Mariam ſororē ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te. Jlla vt audiuit, ſurrexit, & venit ad eum: nondū enim venerat Jeſus in caſtellū: ſed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Judęi ergo, qui erant cū ea in domo, & conſolabantur eam: cum vidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit, & exijt, ſecuti ſunt eam, dicentes. Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet, vbi erat Jeſus, videns eū cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine ſi fuiſſes hic: non eſſet mortuus frater meus. Jeſus ergo vt vidit eam plorantem: & Judęos, qui venerant cū ea, plorantes: infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit, vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei, domine veni, & vide. Et lachrymatus eſt Jeſus. Tu au. Lectio quinta.

DIxerunt ergo Judęi: Ecce quomodo amabat eū. Quidam autē ex ipſis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere, vt hic nō moreretur? Jeſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autē ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei: Ait Jeſus, tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius, q mortuus fuerat, Domine iam fętet; quatriduanus eſt enim. Dicit ei Jeſus, Nonne dixi tibi, quoniā, ſi credideris, videbis gloriā Dei? Tulerunt ergo lapidē. Tu. L. vj.

IEſus autem eleuatis ſurſū oculis dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circum ſtat, dixi, vt credant, quia tu me miſiſti. Hęc cum dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras: Et ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus manus, & pedes inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Jeſus: Soluite eum, & ſinite abire. Secūdū Johānnē.

IN illo tempore. Erat quidā languens Lazarus a Bethania de caſtello Marię, & Marthę, ſororum eius. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lectio ſeptima.

CUm eſſet dominus in templo, & in porticu, Salomonis

nis appellat⁹, doceret, non ferentes Judęi verba diuinitatis ei⁹ ſuſtulerunt lapides, vt lapidarent eum. Dominus vero inter manus lapidare volentium illęſus exiuit de tēplo, ⁊ abijt trans Jordanem, vbi prius fuerat Johannes baptizans. Cum ergo ibi eſſet, infirmabatur Lazarus in Bethania, quod erat caſtellum Marię, ⁊ Marthę, proximum vero Jeroſolymis. Maria autem erat, quę vnxit dominum vnguento, ⁊ exterſit capillis pedes eius. Tu. Lectio viij.

Quoniam tunc tēporis plures erant huius nominis, ne erremus ex nomine, oſtenditur ex notiſſima actione. Ipſa enim eſt Maria, quę quondam, vt euangeliſta ſuperius narrat, quia peccatrix erat, adhuc viuens pedes domini vnguento vnxit, lachrymis rigauit, capillis terſit, ſicque multorum criminum veniam a domino promeruit. Lectio nona.

Miſerunt ergo ad eū: quoniam abſens erat trans Jordanē, nunciantes: quod frater illarum Lazarus infirmaretur: vt tam ſibi, quam fratri ſuccurreret: iſtas dolore, illum ęgritudine, liberaret. Sed videam⁹, quid nunciantes dixerunt: Domine ecce, quem amas, infirmatur, nō dixerunt, veni, vt languētem ſanes: non auſę ſunt dicere, Audiens autem Jeſus dixit: Infirmitas hęc non eſt ad mortem. Ad Bñs. antia. Lazarus amic⁹ noſter dormit: eamus, ⁊ a ſomno excitemus eum. Oro, vt ſup. Ad hor. omnia de communi, cū oratione ſupradic. Ad veſp. añ. Qui me confeſſus. Pſalmus. Dixit dominus. cum hac ſola. Capitulum. Iſte ſanctus. R. Miles Chriſti. V. de communi. Ad Mag. añ. Domine ſi hic fuiſſes, Lazarus non eſſet mortuus: ecce iam fętet, quatriduanus in monumento. Oratio.
Deus, qui per. Die
¶ Ruffi, ⁊ Zoſimi mar. mem. 18.
¶ Vigilia ſancti Thomę. Die
¶ Sancti Thomę apoſtoli du 20.
plex. Ad veſpe. añ. ⁊ pſal. ſecun Die
dum feriam. Cap. Non vos me 21.
elegiſtis. R. Qui ſunt iſti. Hy⁹.

O Thoma Chriſti perluſtrator lateris: per illa ſancta te rogam⁹ vulnera: quę mundi cuncta diluerunt crimina: noſtros reatus terge tuis precibus. V. Annue Chriſte. V. In omnem ter. Ad Mag. Antiphona. O Thoma Didyme: per Chriſtum, quem meruiſti tangere: te precibus rogamus altiſonis: ſuccurre nobis miſeris ne damnemur cum impijs: in aduentu iudicis. Oratio.

Da nobis quęſum⁹ domine beati apoſtoli tui Tho

mę

me ſolennitatibus gloriari: vt eius ſemper et patrocinijs ſubleuemur: et fidem congrua deuotione ſectemur. Per dominuz.

Ad matutinũ omnia de cõi. L. j.

BEatum Thomaz cum reliquis diſcipulis ad officium apoſtolatus electum: et pſumque a domino Didymum, quod interpretatur geminus, vocitatum: fides euangelica narrat. Lectio ſecunda.

QUi poſt dominice gloriam aſcenſionis, Thadeuz vnũ ex ſeptuaginta diſcipulis ad Abagarum regem Ediſſene ciuitatis, tranſmiſit, vt eum ab infirmitate curaret, iuxta verbum, quod ei a domino dictum eſt: quod Thadeus taz libenter impleuit: ita vt veniens, impoſito regis capiti crucis ſignaculo, ab omni languore eum ſanaret. Tu autem do. Lectio tertia.

CUm Thomas apoſtolus eſſet apud Ceſaream, apparuit ei dominus Jeſus, et dixit ei: Rex Jndorum Gondoforus miſit prepoſitum ſuum ad Syriam querere hominẽ, qui ſciat ei edificare palatium. Ueni, mittam te ad eũ. Dixit ei Thomas: Domine, quo vis mitte me, preterquam ad Jndos. Lectio iiij.

DIxit ei dominus: Noli timere, quia ego tecum ſuz, et non te deſeram. Et cum acquiſieris mihi Jndos, cum palma martyrij venies ad me. Reſpõdit Thomas: Deus meus es tu: et ego ſeruus tuus: fiat voluntas tua. Lectio quinta.

HEc eo loquente, ecce predictus prepoſitus familie regis Jndorum, Abbanes nomine, querens predictum artificem. Cum autem dominus tradidiſſet ei Thomam, quaſi ſeruum ſuum: ingreſſi nauim venerunt in Andrinopolim. Et ingreſſi ſunt ad conuiuiũ, quod rex ciuitatis illius faciebat pro nuptijs filie ſue. Tu au. L. vj.

THomas autem cum attendens ad ea, que quedã mulier Hebrea cantabat, de vno Deo: nihil comederet, vel biberet: dedit ei pincerna alapam. Poſtmodum vero canis apportauit in conuiuium in ore ſuo manum dexteram percutientis, a leone interfecti, dum iret ad fontem. Tu autem domine.

Secundum Johannem. Ca. 20.

IN illo tempore: Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jeſus. Et reliq.

Homilia beati Gregorij Pape. Lectio ſeptima.

DOmino poſt reſurrectionem diſcipulis apparente: ille vnus apoſtolus defuit: reuerſuſque, quod geſtum eſt, audiuit: audita credere noluit: venit iterum dominus, et non

credēti diſcipulo latus palpan-
dum prębuit: manus oſtendit: ꝛ
oſtenſa ſuorum cicatrice vulne-
rum infidelitatis illius vulnus
ſanauit. Lectio octaua.

Rex igitur cognita Dei vir-
tute in apoſtolo, fecit ei be-
nedicere filiam ſuam, cum ſpon
ſo ſuo, qui ad eius pręd[i]catio-
nem baptizati ſunt: ꝛ in virgini-
tate permanſerunt, Et ſponſus
poſtea factus eſt epiſcopus in ea-
dem ciuitate: vbi multus eſt po-
pulus domino acquiſitus. Spō-
ſa vero martyr effecta eſt. L. ix.

Deinde venit apoſtolus in
Indiam, ꝛ receptus a Re-
ge narrauit eidem, quam mira-
bile palatium ſciret fabricare.
Rex vero proficiſcens ad bellū,
reliquit ei pecuniam infinitam
pro opere faciendo. Ille vero di-
ſcurrens per prouincias: dabat
eaȝ pauperibus. Omnia alia de
communi. Ad Benedictus añ.
Thoma infer digitū tuum huc:
ꝛ mitte in latus meum: ꝛ noli
eſſe incredulus, ſed fidelis.
Memo. de aduen. añã. Nolite
timere: quinta enim die veniet
ad nos dominus Deus noſter.
℣. Vox cla. Oratio ſecundum
quod tempus dictauerit. Ad ve
ſpe. omnia de cōmuni, cum ora-
tione ſupradic. Ad Mag. añã.
Quia vidiſti me Thoma, credi-
diſti: beati, qui non viderunt, ꝛ
crediderunt. Oratio, vt ſupra.

¶ De corona ſpinea fit feſtum
duplex feria ſexta poſt octā. pa-
ſchę: niſi in ea eſſet aliud feſtum
duplex: quo caſu transfertur of-
ficium coronę in primam ſextaȝ
feriam ſequentem, in qua non
occurrat feſtuȝ duplex. Ad pri-
mas veſperas. Capitulum.

Accipite armaturam
Dei: vt poſſitis reſi-
ſtere in die malo: ꝛ
in omnibus perfe-
cti ſtare. ℟. Chriſtus in patris
vinea. Hymnus.

Pange lingua glorioſę:
Lanceę pręconium:
Per quam nobis copioſe,
Sacrum fluit balneum:
Paſſo Chriſto doloroſe:
Pro ſalute gentium.
Haſta nitet Margaritis
Nimis coruſcantibus:
Mucro gemmis infinitis,
Sanguine vernantibus:
Muniamur armis iſtis,
Telis exclamantibus:
Dulcis haſta latus dei:
Te repleuit ſanguine:
Dulcis mucro per cor dei:
Voluitur in flumine:
Sic ſaluantur omnes rei,
Tanto Dei munere.
Armat haſta viatores:
Ne frangantur tędio:
Mucro lauat peccatores:
In feruenti fluuio:
Roborantur bellatores:
Ne ruant in prelio.

Impe-

Imperator ſplendor patris:
Cum clauis, et lancea:
Mundum purgat a peccatis:
Pro ſua clementia:
Salue tante pietatis:
Infinita gratia.
Gloria, et honor deo:
In paſchali gaudio:
Laus eterna ſit pro eo,
Quod geſſit in filio:
Fixa ſit in corde meo,
Crux cum ſuo domino. Amē.
℣. Accipiet armaturam zelus illius. ℟. Et armabit illum ad vltionem inimicorum. halłah.
Ad Mag. aña. O Chriſto plebs dedita, tot Chriſti donis prędita iucunderis hodie, tota ſis deuota: erumpens in iubilum depone mentis nubilum, tempus eſt lętitię, cura ſit ſemota: ecce crux, et lancea, claui, corona ſpinea: arma regis glorię tibi commēdantur: oēs terrę populi laudent auctorem ſeculi: per quem tantis gratię ſignis gloriantur. hal. ps Magnificat. Oratio.
Deus qui pro ſalute mundi paſſus es de corde filij tui aquam, et ſanguinem per lanceam militis emanare: vt ab operibus mortuis conſcientias noſtras emundares, quęſumus: vt, qui eiuſdem clauos, et lanceam, ac coronā ſpineā hodie veneramur: de peccatis omnibꝰ veniā conſequi mereamur. Per eun.
Ad completorium ſuper Nunc dimittis aña. Halłah. Accipite armaturam dei. halłah: vt poſſitis reſiſtere in die malo: halłah, halłah. Ad matur. Inuit. Regi qui regit omnia, Chriſto compatiamur. Sacra cuius inſignia deuoti veneramur. haleluiah. ps Venite. Hymnus.
Verbum ſupernū prodiēs:
Saluare quod perierat:
Clauis cruce ſe muniens:
Impleuit, ad quod venerat.
O glorioſa lancea:
Timor, et tremor dęmonum:
Regna pande ſyderea:
Per vitę ſanctę meritum.
De clauorum ſtigmatibus:
Emanat mundi pretium:
Prę cunctis aromatibus:
Fragrans amorem cęlicum.
In Chriſti corde mergitur:
Mucro ſole ſplendidior:
Fons viuus tunc exoritur:
Omni dulcore dulcior.
In ſole frangit phialam:
Furoris iracundię:
Cum miles figit lanceam:
In corde regis glorię.
Quęſumus auctor omniū, etc.
In noctur. iij. pſal. dicantur ſub vna aña. In primo noctur. aña.
Vexilla regis glorię iubilantis ecclesię laudibus attollamus, per quem de mortis nexibus: mortis confractis viribus: fideles liberantur. haleluiah. ps. Quare fremuerunt. 2. ps Domine quid. 2. ps. Domine domi-

 nus

nus noſter. 3. ℣. Accipiet arma/
turã zelus illius. ℟. Et arma/
bit illum ad vltionem inimico/
rum. halah. Lectio prima.

Dominus noſter Jeſus Chri/
ſtus: qui dat eſcam omni
carni, poſt multiplicationẽ quin
que panum ordeaceorum, prece
pit apoſtolis, vt fragmenta col/
ligerent, ne perirent: in hoc nos
erudiens ſpiritualis cibi reliquias
non eſſe negligendas, ſed ſolici/
te reſeruandas. ℟. Lux ecce ho
die magne ſolennitatis: laudũ
libantur hoſtie in ara puritatis.
Ne tante dona gratie auferan/
tur ingratis. haleluiah. ℣. Le/
tanter pſallant eccleſie, laudan/
tes regem glorie: pro donis ſibi
datis. Ne tãte dona gratie. L. ij.

Precipue autem paſſionis
ſue fragmenta, et minutie
in cophinis, hoc eſt, in memoriis
hominum humilium, et deuota/
rum animarum creduntur dili
gentiſſime reſeruande. Igitur
non ſit pigrum anime Chriſtũ
diligẽti ſingulas paſſionis Chri/
ſti minutias perſcrutari. Tu. ℟.
Dum leonis immanitas latet ſub
agni vellere: in inſontem atro/
citas inſanit prolis vipere. In/
ſti latus iniquitas letali fodit
vulnere. haleluiah. ℣. O mira
ferri ſanctitas: quod vibratur
hoc latere, quo vulnerata cha/
ritas, ſatiſfecit pro ſcelere. In/
ſti. Lectio tertia.

Quid enim tam pium fide/
lium affectibus: tam me/
dicinale morbus: quod ſic in/
terficit peccata, crucifigit vitia,
virtutes nutrit, et roborat: ſicut
Chriſti crucifixi, et ſpinis corona/
ti deuota memoria. ℟. Chriſtus
in patris vinea pro nobis vapu/
lauit: dum fructum gens erro/
nea petitum denegauit. Inſon/
tis latus lancea crudelis perfo/
rauit. haleluiah. ℣. Felix cuſpis
eſt ferrea: qua confoſſus a fra/
mea fideles liberauit. Inſontis.
Gloria. Inſontis. In ij. noct. añ.
Carnis indutus trabea: corona
Chriſtus ſpinea pro nobis coro/
natur: hec eſt preclara galea: qua
hoſtis horret framea: et cedes he/
betatur. haleluiah. ps. In domi
no. 4. ps. Domine in virtute. 7.
ps. Domini eſt terra 9. ℣. Mi/
lites plectentes coronam de ſpi/
nis. ℟. Impoſuerunt capiti e/
ius. haleluiah. Lectio quarta.

Recordetur chriſtiana re/
ligio: quãta inſtantia: quan
ta malitie ſequentis diligentia
truculenter Chriſtum domi/
num tractauerunt manus im/
piorum. Et verecundemur, ſi
minus amoris, et honoris negli/
genter impendimus, quam in/
tulerunt eidem dedecoris. ℟.
Æterni tabernaculi rex, et redem
ptor ſeculi vileſcit inſenſatis in/
dutus forma ſeruili. Spinis co/
ronant emuli dominum maie/
ſtatis,

ſtatis. halleluiah. ℣. Gerent in carne ſtimuli ſpinarum, ſordes populi fert liber a peccatis. Spinis. Lectio quinta.

Hinc Chriſoſtomus. Uniuerſum corpus Chriſti per totum iniurias patiebatur. Caput per arundinem, & ſpineam coronam: facies per colaphos, & ſputa: corpus per flagellationem: manus, & pedes per confoſſionem: latus per lanceę apertionem. ℟. Occidentem illuſtrat oriens, verum ſolem nobis adijciens: Spem vincendi coronam largiens. halleluiah. ℣. Uictor Chriſtus arma victorię ſuę nobis tranſmiſit hodie. Spem vin. Lectio ſexta.

Agentes igitur gratias ſaluatori ſceptro eius ſubiecti imperialis diadematis, & victorioſę coronę regis noſtri, ipſo adiuuante feſtiua pręconia celebremus. Precioſa ſunt nobis, & gratioſa, clauorum lanceę, & coronę arma. Licet enim fuerunt ſpinoſa: ſunt tamen deuotis fidelibus multum fructuoſa. ℟. De torrente bibens miſerię. Exaltauit caput rex glorię coronatum ſpinis anguſtię. halleluiah. ℣. Regnaturos decet anguſtia, vt coronę moneat materia. In tertio nocturn. aña. Cruci, coronę ſpineę, ſacroque ferro lanceę honorem impendamus: hęc ſunt vexilla regia, per quę coronę gaudia perpetuę ſperamus. halleluiah. ps. Omnes gentes. 18. ps. Jubilate deo omnis terra: pſal. 39. ps. Domine deus ſalutis. 34. ℣. Fui flagellatus tota die. ℟. Et caſtigatio mea in matutinis. halleluiah.

Secundum Johannem. ca. 19.

In illo tempore: Unus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi. Lectio ſeptima.

Unus militum latus eius aperuit. Uigilantia vero euangeliſta vſus eſt, vt non diceret. Latus eius percuſſit aut vulnerauit: aut aliud, ſed aperuit, vt illic quodammodo vitę oſtium panderetur, vnde ſacramenta eccleſię emanarent, ſine quibus ad vitam, quę vera vita eſt, non intratur. ℟. Felix ſpina: per cuius ſtimulum ſanguis exit: qui ſaluat populum. Recolamus agnum anniculum. halleluiah. ℣. O quam fęlices ſunt iſte: ſpinę vernantes agni roſeo ſanguine. Recolamus. Lectio octaua.

Ille ſanguis in remiſſionem peccatorum fuſus eſt. Aqua illa ſaluatoris temperat poculum. hęc & lauacrum pręſtat, & potum. Hoc prenunciabat, quod Noe in latere arcę oſtium facere iuſſus

eſt: quo intrarent animalia, quę non erant diluuio peritura, quibus prefigurabatur eccleſia. ℟. De coronis Exodi myſtice canamus: viam noſtri commodi tropice pangamus. Quorum ſit memoria pro coronę gloria. haleluiah. ℣. Noua lex preludicat: tranſierunt vetera: ſpiritus viuificat, ſed occidit litera. Quorum. Lectio nona.

Propterea prima mulier facta eſt de latere viri dormientis, et appellata eſt virago: materq; omnium. Magnum quippe ſignat bonum ante magnum preuaricationis malum. Hic ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit: vt inde formetur ſibi coniux: quę de latere dormientis effluxit. ℟. Si virtutum gradus iſti te ſuſtollunt miles Chriſti te prudenter prouehis. Cor fidele gaudeas, et premiſſis ſtudeas coronari lanceis. haleluiah. ℣. Arcam, menſam, et altare debes in te deportare cum coronis aureis. Cor fidele. Te Deum. ℣. Dicite in nationibus. ℟. Quia dominus reg. hal. In laud. aña. Spina pungens acumine dum carnem Chriſti perforat: eius nos rigat ſanguine: eiq; nos incorporat. halaih. ℣. Dominus regn. etc. 62. Aña. Spina, quę pupugerat patientem dominum, penitentes liberat a punctura criminum, haleluiah. Aña. Regis patientiam miles imitetur: vt per penitentiam coronetur. haleluiah. Aña. Sacerdotes ſacerdoti ſummo benedicite: et coronę ſacerdoti vos heredes ſubdite. haleluiah. Aña. Te laudamus Ieſu bone: qui certantes in agone confortas ex munere: dum honorem das coronę: fac ex tua paſſione: nos aduerſa vincere, haleluiah. Capitulum.

Dilexit nos, et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Deo gratias. Hymnus.

Lauda fidelis concio:
Spinę trophęum inclytum:
Per quam perit perditio:
Uiteq; datur meritum.

Nos a puncturis liberat:
Æterni patris filius:
Dum ſpinis pungi tolerat:
Spinarum culpę neſcius.

Dum ſpinarum aculeum:
Chriſtus pro nobis pertulit:
Per diadema ſpineum:
Uitę coronam contulit.

Plaudat turba fidelium:
Quod per ſpinę ludibrium:
Purgat creator omnium:
Spinas noſtrorum cordium.

Quęſumus auctor. ℣. Foderunt manus meas, et pedes meos. ℟. Et dinumerauerunt omnia oſſa mea. hal. Ad Benedictus Aña. Tu Chriſte noſtrum gaudium adeſto noſtris precibus, qui cum ſanctorum millibus veniens

ntens ad iudiciuȝ apparebis in nubibus:coronę cultoribus, coronādorū p̄mium.hal. Oro vt in j.veſp.ad hor. Aña de laud. Ad primam Jeſu Chriſte. ℣. Qui vulnerari voluiſti pro nobis,miſerere nobis.&c. Ad iij.Capit.

Sumet dñs ſcutuȝ inexpugnabile ęquitatis,acuet autē dirā irā ſuā in lanceā:& pugnabit pro illo orbis terrarū contra inſenſatos. ℟. Accipiet Armaturā zelus illius. hale.hal. ℣. Et armabit illū,ad vltionē inimicorū.hal.hal. Gloria Accipiet. ℣. Milites plectentes coronam de ſpinis. ℟. Impoſuerunt capiti eius. halelulah. Oratio vt ſ.

Ad ſextam Capitulum.

In ſplendore fulgurantis haſtę ſuę Deus, & homo regnauit a ligno: & in virtute clauorū ſuorū,& ſpineę coronę inimicum cōtriuit. ℟. Milites plectentes coronā de ſpinis.hal.hal. ℣. Impoſuerunt capiti eius.hal.halel. Gloria. Milites. ℣. Fui flagellatus tota die, ℟. Et caſtigatio mea in matutinis.hal. Oratio.

Omnip̄s ſempiterne Deus da nobis ita dñice paſſionis inſtr̄a recolere: quatenus in exitu pręſentis vitę ipſoꝝ protecti auxilio: redēptionis noſtrę fructib⁹ perēniter potiamur. p eun. Ad ix.Cap. Dilexit nos. vt ſu. Ad mat. ℟. Fui flagellatus tota die,hal.hal. ℣. Et caſtigatio mea in matutinis.hal hal. Gl'ia. Fui flagellatus. ℣. Foderunt manus meas:& pedes meos. ℟. Et dinumerauerūt oia oſſa mea. hal.

Deus,qui de dextro latere tui ſacri corporis per lanceam militis,ſanguinem,& aquā in lauacrū effudiſti,concede propitius: vt, qui armorum militię tuę feſta percolim⁹:ab omni hoſte ipſorum protectione muniamur. Qui vi. Ad ij veſp.aīę de laud.ſuper pſal. Dixit dominus. 45. ꝟ. Credidi propter. 47. Ad dñm cum tribularer.56. ꝟ. Sępe expugnauerunt.57. ꝟ. Voce mea. 60. Cap.vt in j.veſp. ℟. Si virtutū. Hym. & ℣.vt in j veſ. Ad Mag. Aña O rex clementię, ſaluator ſola ſpes venię: poſt lapſum criminum pręcamur hodie: te ſanctum dñm huic da familię palmaȝ certaminū:coronā glorię poſt vitę terminum. halelulah. Oratio vt in j. veſper.

Hęc eſt ſcala pcōrum,per quam Chriſtus rex cęlorū ad ſe traxit oia. Paſſio Chriſti conforta me, & me recipere digneris: ad te venientem,vt ego ſitiam te, fonteȝ ęterni luminis tuo pretioſo ſanguine redemptum deſque mihi audire vocem illam, Venite benedicti patris mei,vt poſſim cuȝ ſanctis tuis epulari, & coronari in ſecula ſeculorum, Amen.

Explicit proprium Sanctorū.


QVI SEQVITVR ME NON AMBVLAT
IN TENEBRIS.







COMMVNE SANCTORVM.


¶ In vig. vnius, vel plurimorum Apoſt. proprietatem non habentium. Ad Matu. Inuitatorium. Hym. Añę, pſal. ℣. ſecundum feriam. Euan. ſm Iohannem. 15.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis Ego ſũ vitis vera, & pr me⁹ agricola ẽ. Et reliq.

Homilia beati Gregorii Papę.

DOminus, ac redemptor noſter Ieſus Chriſtus vitem ſe eſſe, & patrem agricolam oſtendit Secundum hoc ergo vitis Chriſtus eſt: ſecundum quod ait pater maior me eſt. Secundum vero





Venite, adoremꝰ. ps. Venite. hyꝰ.

Eterna Chriſti munera:
Apoſtolorum gloriam:
Laudes canentes debitas.
Letis canamus mentibus,
Eccleſiarum principes,
Belli triumphales duces:
Celeſtis aule milites:
Et vera mundi lumina.
Deuota ſanctorum fides:
Inuicta ſpes credentium:
Perfecta Chriſti charitas:
Mundi triumphat principē.
In his paterna gloria:
In his voluntas ſpiritus:
Exultat in his filius:
Celum repletur gaudijs.
Te nunc redemptor queſumꝰ:
Vt ipſorum conſortio:
Iungas precantes ſeruulos.
In ſempiterna ſecula. Amē.

In j. noct. Aña. In omnem terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Celi enarrant. 7. Aña. Clamauerunt iuſti, ⁊ dñs exaudiuit eos. ps. Benedicam. 12. Aña. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ps. Eructauit cor meum. 17. ℣. In omnē terram. ⁊c. Sermo ſancti Maximi epiſcopi. Lectio prima.

Apoſtoli latino ſermone dicuntur miſſi. Qui ergo honorant miſſos: manifeſtum eſt eos honorare mittentem. Quoniam dignitas, que defertur miniſtris, illi ſine dubio, cuius miniſtri ſunt, exhibetur: vt ait ipſe ſaluator ad diſcipulos. Qui vos audit, me audit: ⁊ qui vos ſpernit, me ſpernit. ℟. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum dicit dominus: Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, ⁊ ſimplices ſicut columbe. ℣. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis ſitis, dicit dominus. Eſto. Lectio ſecunda.

Hi ſunt, quibus mediator Dei ⁊ hominum manifeſtauit nomen tuum domine potiſſimum, ⁊ annunciauit eis omnia. Hi ſunt, qui conſtituti ſunt principes ſuper omnem terraȝ: quorum tuba predicationis ad totius mūdi aures peruenit. ℟. Tollite iugum meuȝ ſuper vos, dicit dominus, ⁊ diſcite a me, quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Iugum enim meū ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue. ℣. Et inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim. Lectio tertia.

Iſti, ſicut ab initio viderunt ⁊ miniſtri fuerunt ſermonis: tradiderunt nobis regni tui myſteria nunquam comperta: ⁊ nimirum verba illoruȝ credibilia faciente ſignis potentibus, ⁊ virtutibus varijs, mirifiſqȝ ſancti ſpiritus diſtributionibus. ℟. Duȝ ſteteritis ante reges, ⁊ preſides: nolite cogitare qño, aut, quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa

illa hora, quid loquamini. ℣. Nõ enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Dabitur. In ij. noct. Añ. Principes populoꝝ congregati ſunt cum Deo Abraham. ℟. Omnes gen. 18. Añ. Dediſti hereditatem timentibus nomen tuum domine. ℟. Exaudi Deus ðe. 23. Añ. Annunciauerunt opera Dei: ꝛ facta eius intellexerunt. ℟. Exaudi Deus. 23. ℣. Conſtitues eos. Lec. iiij.

Hi ſunt qui impleti ſpiritu ſancto linguis oīuꝫ loquūtur: errores fidenter arguunt: veritatem ſaluberrimam ꝑdicant: hoīes ad penitētiā hortātur: preterite vite culpabilis indulgentiā de diuina grā pollicentur: ꝛ predicatione veritatis miracula conſequunt. ℟. Uidi cōiunctos viros habētes ſplendidas veſtes: ꝛ Angelus dñi locut⁹ eſt ad me, dicens. Iſti ſunt viri ſancti, facti amici Dei. ℣. Uidi Angelum Dei volantem per medium celi, voce magna clamantem, ꝛ dicentem. Iſti. Lectio quinta.

Iſti non ſolum ſtelle: ſed ſupra ſtellas ſunt: quia ſtelle in celo: apoſtoli ſupra celos ſūt: ſtelle de igne ſenſibili: Apoſtoli de igne intelligibili: Stelle in die obſcurantur: apoſtoli die ac nocte ſuis radijs effulgent. Stelle orto Sole tenebreſcunt: apoſtoli Sole iuſtitie reſplendente luceſcunt. ℟. Iſti ſunt triumphatores, ꝛ amici Dei, qui contemnentes iuſſa principum: meruerunt premia eterna: Modo coronantur, ꝛ accipiunt palmam. ℣. Iſti ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, ꝛ lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Modo coronantur. Lectio ſexta.

Stelle in reſurrectione cadent vt folia: apoſtoli vero rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aera. In iſtis ſyderib⁹ aliud appellatur Aries: aliud lucifer: apoſtoli aūt luciferi ſūt oēs: ꝛ ideo ſtellis maiores. ℟. Fuerunt ſine querela ante dñm: ꝛ ab inuicem non ſunt ſeparati: Calicem dñi biberunt, ꝛ amici Dei facti ſunt. ℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia: ideo coronātur, ꝛ accipiūt palmā. Calicem. In ij. noc. Añ. Exultabuntur cornua iuſti. hal. ℟. Confitebimur. 28. Añ. Lux orta eſt iuſto. hal. ꝛ rectis corde leticia. hal. ℟. Dominus reg. 37. Añ. Cuſtodiebant teſtimonia eius, ꝛ precepta eius haleluia. ℟. Dominus regn. iraſc. 38. In lxx. ꝑo. Exaltabūtur. dicitur. Añ. Tollite iugum meum ſuper vos: quia mitis ſum, ꝛ humilis corde. Añ. Iugum enim meū ſuaue eſt, ꝛ onus meum leue, dicit dñs. Añ. Cuſtodiebant teſtimonia eius, ꝛ precepta eius, que dedit illis. ℣. Nimis honorati.

Secundum

Secundum Johannem. c. 15.
In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos. Et reliq.
Hom. beati Grego. papæ. Lec. vij.
Cum cuncta eloquia dñicis præceptis ſint plena: quid eſt, quod de dilectione, quaſi de ſingulari mádato, dñs dicit? Hoc eſt præceptū meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos? niſi: qa omne mandatū de ſola dilectione eſt: & omnia vnum præceptū ſunt: quia quicquid præcipitur in ſola dilectione ſolidatur. ℟. Iſti viuentes in carne plantauerunt eccleſiam ſanguine ſuo: nō ſunt de terris corpora eorum ſeparata: Quorum merito ſunt in cęlo animę ſanctorum coęquales. ℣. Sancti per fidem vicerunt regna: operati ſunt iuſtitiam: adepti ſunt repromiſſiones. Quo. Lectio octaua.
Ut enim multi arboris rami ex vna radice prodeūt, ſic multę virtutes ex vna charitate generantur: nec habet aliqd viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice dilectionis: Præcepta ergo dominica & multa ſunt, & vnum: multa per diuerſitatem operis: vnum in radice dilectionis Qualiter autē iſta dilectio ſit tenenda ipſe inſinuat: qui in pleriſque ſcripturę ſanctę ſententijs, & amicos iubet diligi in ſe, & inimicos propter ſe. ℟. Iſti ſunt viri ſancti, quos elegit dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam ſempiternā. Quorum doctrina fulget eccleſia vt Sol, & Luna. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum Quorum. Lec. ix.
Ille autem veraciter charitatem habet: qui & amicum diligit in Deum, & inimicum propter Deū diligit. Nam ſunt nonnulli, qui diligunt proximos: ſed per affectionem carnis, & cognationis: quibus tamen in hac dilectione ſacra eloquiā non contradicunt. Sed aliud eſt, quod ſponte impenditur naturę: aliud, quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientię. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa ſublimia dilectionis præmia nō aſſequuntur: quia amorem ſuū non ſpiritualiter, ſed carnaliter impendunt. Tu autem. ℟. Ciues apoſtolorū, & domeſtici Dei aduenerunt hodie portantes facem, & illuminantes patriam: dare pacem gentibus, Et liberare populū domini. ℣. Audite preces ſupplicum vitę ęternę poſſcentes præmia: qui fertis in dextris manipulos iuſtitię: quiquē gaudentes aduniſtis hodie. Portantes. Gloria. Et. ℣. Tē Deum laudamus: te dominum.

Aliud

Aliud euang. ſm Joannem. 15.

IN illo tempore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Hec mando vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Et reliq.

Hom. btí Auguſt. epi. Lectio j.

IN lectione euangelica, que hanc antecedit: dixerat dominus. Nõ vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, ꝛ poſui vos, vt eatis, ꝛ fructũ afferatis, ꝛ fructus veſter maneat, vt quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo det vobis. Lectio ſecunda.

DE quibus verbis iaʒ nos, quod dedit dominus, diſſeruiſſe meminiſtis. Dic autem dicit in ſequenti, ſcilicet lectione, quam modo, cum recitaret, audiſtis. Hec mando vobis, vt diligatis inuicem. Ac per hoc intelligere debemus hunc eſſe fructum noſtrũ: de quo ait: ego vos elegi, vt eatis, ꝛ fructũ afferatis, ꝛ fructus veſter maneat. L. iij.

ET quod adiunxit, vt quod cunqꝫ petieritis patreʒ in nomine meo det vobis. Tũc itaque dabit nobis: ſi diligamus inuicem: cum ꝛ hoc ipſum eſſe dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum: qui non euʒ nos elegeramus: ꝛ poſuit nos, vt fructum afferamus, hoc eſt inuicem diligamus.

Aliud euan. ſecũ dñ Lucã. 18.

IN illo tempore. Facta eſt contẽtio inter diſcipulos Jeſu, qs eoꝝ videret eſſe maior. Et rel.

Hom. vener. Bedę preſb. Le. j.

SIcut boni moris eſſe ſolet: in ſcripturis ſemper exempla precedentium patrũ inquirere, quibus ad meliora ꝓficiãt: quibus agnitis de ſuis actibus iudicent: ſic econtrario reprobi ſiquid forte in electis reprehenſibile reperiunt, quaſi ſuas ex eo nequitias obiecturi: aut pro iniuſto defenſuri: libentiſſime ſolent amplecti. Tu autem. Lec. ij.

IDeoqꝫ multo ardentius legunt, ꝙ facta eſt contentio inter diſcipulos Jeſu, quis eorũ videretur eſſe maior: quaʒ quod multitudinis credentium, erat cor vnum, ꝛ anima vna. Le. iij.

VErum licet qua ex cauſa contenderint ſcire cupiamus: ſpiritualem tamen magiſtrum: quid iuſſerit audiamus. Reges gentium dominantur eorum, ꝛ qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur: nõ ſic inter vos. Sacerd. ℣. Dediſti hereditatem. ℟. Timentibus nomẽ tuũ domine. In iau. Aña. Hoc eſt preceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. ps. Dominus reg. ꝛc. Ad L. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Aña. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, que ego precipio vobis, dicit dominus. Aña. Beati pacifici: beati mũdo corde

de: quoniam ipſi Deum videbūt. An. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Capitulū.

PEr manus autem apoſtolorum fiebant ſigna, ⁊ prodigia multa in plebe, ⁊ magnificabat eos populus. Hymnus.

EXultet cęlum laudibus:
Reſultet terra gaudijs:
Apoſtolorum gloriam:
Sacra canunt ſolennia.
Vos ſecli iuſti iudices:
Et vera mundi lumina:
Votis precamur cordium:
Audite preces ſupplicum.
Qui cęlum verbo clauditis:
Seraſq; eius ſoluitis:
Nos a peccatis omnibus:
Soluite iuſſu quęſumus.
Quorum pręcepto ſubditur:
Salus, ⁊ languor omnium:
Sanate ęgros moribus:
Nos reddentes virtutibus.
Ut cum iudex aduenerit:
Chriſtus in fine ſeculi:
Nos ſempiterni gaudij:
Faciat eſſe compotes.
Deo patri ſit gloria. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Ad B. Añ. Eſtote fortes in bello: ⁊ pugnate cum antiquo ſerpente: ⁊ accipietis regnum ęternum. Halleluiah. Oratio.

DEus, qui nos annua apoſtolorum tuorum. N. ⁊ N. ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, quorū gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum. Ad j. An. Hoc eſt pręceptum; ps. Deus in nomine tuo. Ad iij. Aña. Maiorem. ps. Legem po. Cap.

IBant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. ℟. In omnem terram exiuit ſonus eorum. ℣. Et in fines orbis terrę verba eor. ℣. Cōſtitues eos. Or.

PRotege domine populum tuum, ⁊ apoſtolorum tuorum. N. ⁊ N. patrocinio confidentē, perpetua defenſione conſerua. Per. Ad vj. Aña. Vos amici. ps. Defecit. ⁊c. Cap. Per manus autem Apoſtolorū. ℟. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. ℣. Memores erunt nominis tui dñe. Gloria. ℣. Nimis hon. ſunt. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ apoſtolorū tuorū. N. ⁊ N. tuere pręſidijs: quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. per dominum. Ad ix. Aña. In patientia. ps. Mirabilia. Cap.

SCimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: his, qui ſecundum propoſitū vocati ſunt ſancti. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. ℣. Nimis confortatus eſt principatus eorum. Gloria. ℣. Annunciauerunt opera Dei. Oratio. Protege domine.

vt ſu. ad iij. Ad veſp. Añ. Iurauit dñs, ⁊ non pęnitebit eum, tu es ſacerdos in ęternũ. ps. Dixit. 45. Añ. Collocet eum dñs cũ principibus populi ſui. ps. Laudate pue 46. Añ. Dirupiſti dñe vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. ps. Credidi pp. 47. Añ. Euntes ibant, ⁊ flebant mittentes ſemina ſua. ps. In cõuertendo. 57. Añ. Confortatus eſt principatus eorũ, ⁊ honorati ſunt amici tui Deus. ps. Dñe probaſti. 59. Cap. Non vos. vel Cap.

Iam non eſtis hoſpites, ⁊ aduenę: ſed eſtis ciues ſanctorum, ⁊ domeſtici Dei: ſuperędificati ſupra fundamẽtum apoſtolorum, ⁊ prophetarum: ipſo ſummo angulari lapide Chrõ Ieſu. Si dupl. fuerit, vel in aduentu, vel in xl. ℟. Ciues. Hym. Exultet cęlũ. ℣. In oẽm. Ad Mag. añ. Beati eritis cum vos oderint homines: ⁊ cũ ſeparauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen veſtrum tanquam malum propter filiũ hominis: gaudete, ⁊ exultate: ecce enĩ merces veſtra copioſa eſt in cęlis. vel Añ. Dum ſteteritis ante reges, ⁊ pręſides, nolite cogitare quõ, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, qd loquamini vel Añ. Iſti ſunt viri ſancti, quos elegit dñs in charitate non ficta, ⁊ dedit illis gloriam ſempiternam: quorũ doctrina fulget eccleſia, vt Sol, ⁊ Luna. Añ. In regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael, dicit dominus. Oratio: vt ſu. Ad Matutinum.

IN COMMVNI

Vnius Euangeliſtę. Extra tempus Paſchale duplex Feſtum. Ad Veſp. Añę, ⁊ Pſalmi dici, prout euenerint. Capitulum.



In medio eccleſię aperuit os ei⁹, ⁊ impleuit eũ dñs ſpiritu ſapiẽtię, ⁊ intellectus, ſtolã glorię induit eum. ℟. Deo gratias. ℟. Quatuor facies vni erant, ⁊ quatuor pennę vni: pedes eorũ pedes recti: planta pedis eorum, vt vituli. Et ſcintillę quaſi aſpectus ęris cãdentis. ℣. Sub pennis eorum manus hominis in quatuor partibus. Et ſcintillę. Gloria. Et ſcintillę. Hym. Annue Chriſte. vt ſupr. ℣. In omnem. Ad Mag. Añ. Ecce ego Iohannes vidi oſtiũ apertum in cęlo, ⁊ ecce ſedes poſita erat in eo, ⁊ in medio ſedis, ⁊ in circuitu eius quatuor animalia plena oculis ante ⁊ retro: ⁊ dabant gloriam, ⁊ honorem, ⁊ benedi-

benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum. Oratio.

DEus, qui fideliſſimis ſanctorum Euangeliſtarum tuorum ſcriptis, myſterium a ſeculis abſconditum vniuerſo orbi teſtamentum eſſe voluiſti: concede nobis famulis tuis tam ſolida fide iugiter in te ſubſiſtere: vt nullo vnquam aut verbo, aut opere a celeſti nos doctrina aberrare patiaris. Per dominum.

Et dicatur ad omnes horas.

Ad Matutinum. Inuitatoriũ. Regem Euangeliſtarum dominum. Venite adoremus. ps. Venite. Hymni. Aeterna Chriſti munera. In primo nocturno. Aña. Conuocatis Jeſus duodecim Apoſtolis miſit illos predicare regnum Dei: egreſſi autem euangelizabant, et curabant vbique. ps. Celi enarrant. 7. Antipho. Mittens dominus, et alios ad predicandum, dicebat illis, Meſſis quidem multa, operarij vero pauci. ps. Benedicam dominum. 12. Antiphona. Jeſu Chriſti domini gratia credentibus populis doctores, et Euangeliſte ſunt in miniſterium fidei miſſi. ps. Eructauit. 17. ℣. In omnem terram. Sermo beati Gregorij Pape. Lectio j.

SAncta quatuor animalia que prophetie ſpiritu futura preuidentur, ſubtili narratione deſcribuntur: cum dicitur, Quatuor facies vni, et quatuor penne vni. Quid per faciem niſi notitia: et quid per pennam niſi volatus exprimitur? Tu autẽ. ℞. In viſione dei vidi, et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, nubeſq; magna, et ignis inuoluens, ſplendorq; in circuitu eius. Et ex medio eorum ſimilitudo quatuor animaliũ, et aſpectus hois erat in eis. ℣. De medio aũt ei⁹ quaſi ſpecies electri: hoc ẽ de medio ignis. Et ex. L. ij.

PEr faciem quippe vnuſquiſque cognoſcitur: per pennã vero in altum auiũ corpora ſubleuantur. Facies itaq; ad fidem pertinet: penna ad contẽplationẽ. Tu. ℞. Quatuor facies vni erant, et quatuor pẽne vni: pedes eorũ pedes recti: plãta pedis eorũ, vt vituli: Et ſcintille, quaſi aſpectus eris cãdẽtis. ℣. Sub pennis eorum manus hois in quatuor partibus. Et ſcintille. L. iij.

ECce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo: ꝛ inuentus eſt iuſtus: ꝛ in tempore iracundię factus eſt reconciliatio Deo. ℟. Sancte M. Chriſti. Hymnus.

ISte confeſſor domini ſacratus:
Feſta plebs cuius celebrat per orbem:
Hodie lę tus meruit ſecreta:
Scandere cęli.

Qui pius, prudens, humilis pudicus:
Sobrius, caſtus fuit, ꝛ quietus:
Vita dum pręſens vegetauit eius:
Corporis artus.

Ad ſacrum cuius tumulum frequenter:
Membra languentum modo ſanitati:
Quolibet morbo fuerint grauata:
Reſtituuntur.

Unde nunc noſter chorus in honorem:
Ipſius hymnum canit hunc libenter:
Vt pius eius meritis iuuemur:
Omne per euum.

Sit ſalus illi, decus, atque virtus:
Qui ſupra cęli reſidens cacumen:
Totius mundi machinam gubernat:
Trinus, ꝛ vnus, Amen.

℣. Amauit. Ad Mag. Añа.

Confeſſor

Confeſſor domini N. aſtantem plebem corrobora ſancta interceſſione: vt, qui vitiorum pondere premimur, beatitudinis tue gl'ia ſubleuemur: ꝛ te duce eterna premia conſequamur. Oro.

Da queſumus omnipotens Deus, vt beati N. confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolennitas: ꝛ deuotionem nobis augeat, ꝛ ſalutem. Per. Ad Matu. Inuitatorium. Regem confeſſorum dominum, Venite, adoremus. ps. Venite. Hy. Iſte confeſſor. In j. noctu. Añ. Beatus vir, qui in lege domini meditatur: voluntas eius permanet die, ac nocte, ꝛ omnia quecunque faciet ſemper proſperabuntur. ps. Beatus vir. 2. Añ. Beatus iſte ſanctus: qui confiſus eſt in domino predicauit preceptum domini: conſtitutus eſt in monte ſancto eius. ps. Quare fre. 3. Añ. Tu es gloria mea: tu es ſusceptor meus domine: tu exaltās caput meū: ꝛ exaudiſti me de mōte ſancto tuo. ps. Domine quid. ꝟ. Amauit eū.

Lectiones de libro paſtorali beati Gregorij Pape. Lectio j.

Celebrantes chariſſimi huius ſancti pontificis N. ſolennia: qui eo quod digne prefuit honore duplici: ſcilicet in celo, ꝛ in terra dignus eſt habitus. De paſtoralis cura regiminis: quod traditum tenemus a ſanctis patribus: ad memoriam reuocemus. R. Euge ſerue bone, ꝛ fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituā. Intra in gaudium domini tui. ꝟ. Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. In. Lectio ij.

Penſandum quippe valde eſt ad culmen regiminis qualiter quis veniat: atq; ad hoc rite perueniens qualiter viuat: ꝛ bene viuens qualiter doceat: ꝛ recte docens infirmitatem ſuā quotidie quanta cōſideratione cognoſcat: Ne aut humilitas acceſſum fugiat: aut peruentioni vita contradicat: aut vitam doctrina deſtituat: aut doctrinam preſumptio extollat. R. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. Ideo iureiurando fecit illum dominus creſcere in plebem ſuam. ꝟ. Benedictionem omnium gentium dedit illi: ꝛ teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput eius. Ideo. Lectio tertia.

Nulla ars doceri preſumitur niſi intenta prius meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo paſtorale magiſterium, qua temeritate ſuſcipitur: quando ars artium eſt regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera occultiora eſſe neſciat vulneribus viſcerum: Et tamen ſepe, qui nequaquā ſpiritualia precepta

cepta cognouerint: cordis ſe medicos profiteri non metuunt: dūque pigmentorum vim neſciūt videri medici carnis non erubeſcunt. ℟. Iurauit dominus, ⁊ non pœnitebit eum tu es ſacerdos in æternum: ſecundum ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis. Tu. In ij. noc. añ. Inuocātem exaudiuit dominus ſanctum ſuum, dominus exaudiuit eum: ⁊ conſtituit eum in pace. ps. Cum inuoca. An. Lętentur omnes, qui ſperant in te domine: quoniam tu benedixiſti iuſto: ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti eum. ps. Verba. 2. Añа Domine dominus noſter: quā admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra: quia gloria, ⁊ honore coronaſti ſanctum tuū: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. ps. Domine dominus noſter. 3. Iuſtum deduxit. Lectio quarta.

Sunt etiam nōnulli, qui intra ſanctam eccleſiam per ſpeciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores appetunt: tranſcendere cęteros cōcupiſcunt: atq; teſtante veritate primos in cęnis recubitus primas: ꝯuētibus cathedras quꝛunt: q ſuſceptū curę paſtoralis officiū miniſtrare digne tāto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magiſteriū ex ſola elatione peruenerūt. ℟. Poſui adiutoriū ſuper potētem, ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Manus eni mea auxiliabitur ei. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Manus. Lec. v.

Sunt etiam nonnulli, qui ſolerti cura ſpiritalia ſcrutātur pręcepta: ſed, quę intelligēdo penetrant: viuendo conculcant. Repente docent: quę non opere, ſed meditatione didicerant: ⁊, quod verbis prędicant, moribus impugnant, Unde fit, vt cum paſtor per abrupta graditur: ad pręcipitium grex ſequatur. ℟. Amauit eum dominus: ⁊ ornauit eum: ſtolam glorię induit eum: Et ad portas paradiſi coronauit eum. ℣. Induit eum dominus loricā fidei, ⁊ ornauit eum. Et. Lectio ſexta.

Nullus quippe amplius eccleſię nocet: quam qui peruerſe agens, nomen, vel ordinē ſanctitatis habet. Delinquentē namque eū redarguere nullus pręſumit, ⁊ in exemplum vehementer culpa extenditur: quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. ℟. Ecce vir prudens, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram in cuius ore non eſt inuentus dolus. Quia Deus elegit eum in ſacerdotem ſibi. ℣. Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt, Quia Deus. In iij. noctu. Añа. Domine iſt ſanctus e

ſanctus habitabit in tabernaculo tuo: qa operatus eſt iuſtitiaȝ, requieſcet in monte ſancto tuo. ℣. Dñe qs hab ꝯ. Añ. Uitã petijt a te, ⁊ retribuiſti ei dñe: gloriã, ⁊ magnũ decorem impoſuiſti ſuper eũ: poſuiſti in capite eiꝰ coronam de lapide pretioſo. ℣. Dñe in vir. 7. Añ. Hic accipiet benedictionẽ a dño: ⁊ miſericordiam a Deo ſalutari ſuo: quia hec eſt generatio querẽtium dominum. ℣. Domini eſt ter. 9. ℣. Juſtus vt palma flo.

L. cõ ſ. euã. ſ3 Matthe ũ. L. vij.

IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolã hãc: Homo quidam peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, ⁊ tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij pape.

LEctio ſancti euangelij fratres cariſſimi: ſollicite conſiderare nos admonet: ne nos, q plus ceteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimꝰ, ab auctore mundi grauius inde iudicemur. Cũ enim augent dona, rõnes etiã creſcũt donoꝝ. Tãto ergo eſſe humilior, atq3 ad ſeruiendũ Deo promptior quiſq3 debet ex munere: quãto ſe obligatiorẽ eſſe cõſpicit in reddenda rõne. Ecce homo q peregre proficiſcit ſeruos vocat, eiſq3 ad negociũ talẽta partit. Poſt multũ vero tẽporis poſiturꝰ cũ eis rõnẽ reuertitur: bene aũt operãtes pro apportato lucro remunerat, ſeruũ vero a bono opere torpentẽ dãnat. ℟. Magnificauit eum in conſpectu regum. Et dedit illi coronã glorie. ℣. Statuit illi teſtamẽtũ ſempiternũ Et. L. viij.

QUis itaq3 eſt iſte homo q peregre pficiſcit, niſi Redẽptor noſter, q in ea carne quã aſſumpſerat, abijt in celuȝ? Carnis enim locus proprius terra eſt, q̃ quaſi ad peregrina ducit, dũ p Redẽptorẽ noſtruȝ in celo collocat. Sed homo iſte peregre proficiſcẽs ſeruis ſuis bona ſua tradidit: qa fidelib. ſuis ſpiritualia dona cõceſſit. Et vni quideȝ dedit qnq3 talenta, alij aũt duo, alij vero vnum. Quinq3 etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet viſus, auditꝰ, guſtꝰ, odoratus, ⁊ tactus. Quinq3 igit talẽtis, donum qnq3 ſenſuũ. i. exterior ſcientia exprimitur. Duobꝰ vero, intellectus, ⁊ operatio deſignant. Unꝰ autẽ talẽti noĩe intellectus tantũmodo deſignatur. ℟. Uir Jſraelita gaude coheres Chriſti ⁊ Ora pro nobis. ℣. Ut precibus tuis a Deo veniã ſperemꝰ: ad quẽ ad te ꝯfugimus. Ora. L. cõ ix.

SEd is q qnq3 talẽta acceperat, alia qnq3 lucratus eſt: qa ſunt nõnulli, q etſi interna ac myſtica penetrare neſciũt, p intẽtione tñ eterne patrie docẽt recta quos poſſunt, de ipſis exteriorib q̃ acceperũt, dumq3

ſe a carnis petulātia, a terrenarū rerū ambitu, atq̧ viſibiliū voluptate cuſtodiūt, ab his etiā alios admonēdo cōpeſcūt. Et ſūt nōnulli, q, quaſi duob⁹ talētis ditati intellectū atq̧ opationē pcipiūt, ſubtilia de internis intelligunt, mira in exteriorib⁹ opant. Cumque ⁊ intelligēdo ⁊ opando aliis pdicāt, quaſi duplicatū de negocio lucrū reportant. ℞. Sancte N. Chriſti confeſſor audi rogantes ſeruulos: Et impetratā nobis celitus: Tu defer indulgentiā. ℣. O ſancte N. ſydus aureū dñi gratia: ſeruorū gemitus ſolita ſuſcipe clementia. Et gloria. Et, ℞. Te Deū. ℣. Juſtū ōduxit.

In lau. Añ. Ecce ſacerdos magnus, q in dieb⁹ ſuis placuit deo, ⁊ inuentus eſt iuſtus. ps. Dñs. reg. Añ. Beatus ille ſeruus, quem, cum venerit dñs eius: ⁊ pulſauerit ianuam: ⁊ inuenerit eum vigilantem. ps. Jubilate. Añ. Fidelis ſeruus, ⁊ prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. ps. Deus, Deus meus. Añ. Sacerdotes Dei benedicite dñm: ſerui domini hymnum dicite Deo in eternū. ps. Benedicite. Añ. Serue bone ⁊ fidelis, intra in gaudium domini tui. ps. Lauda. Capitulū.

Benedictionem omnium gentium dedit illi: ⁊ teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput eius; dominus Deus noſter. Hymnus.

Jeſu redemptor omnium:
Perpes corona preſulum:
In hac die clementius.
Noſtris faueto precibus.
Qui ſacri qua nominis:
Confeſſor almus claruit:
Huius celebrat annua:
Deuota plebs ſolennia.
Qui rite mundi gaudia:
Huius caduca reſpuens:
Cum angelis celeſtibus:
Letus potitur premijs.
Huius benignus annue:
Nobis ſequi veſtigia:
Huius precatu ſeruulis:
Dimitte noxam criminis.
Sit Chriſte rex piiſſime:
Tibi, patrique gloria:
Cum ſpiritu paraclito:
In ſempiterna ſecula. Amē.

℣. Juſtus ger. Ad B. Añ. Euge ſerue bone, ⁊ fidelis: qa ſuper pauca fuiſti fidelis, ſup: a mlta te ōſtituā, dicit dñs. Añ. Amauit eū dñs, ⁊ ornauit eū: ſtolā glorie induit eū: ⁊ ad portas paradiſi coronauit eū. Añ. Dū eſſet ſummus pōtifex: terrena nō metuit: ſed ad celeſtia regna feliciter puenit. Oratio vt ſupra ad hor. añe de laud. Ad tertiam. Cap.

Non eſt inuent⁹ ſimilis illi, q ōſeruaret legē excelſi: iōiureiurādo fecit illū dñs creſcere in plebē ſuam. ℞. Amauit eum dñs: Et ornauit eum. ℣. Stolam glorie induit eum. ℣. Juſtum

Iuſtum deduxit. Oratio vt ſup.
Ad ſextam Capitulum. Bene-
dictionem omnium. ℟. Iuſtū
deduxit dñs Per vias rectas.
℣. Et oſtendit illi regnum Dei.
℣. Iuſtus vt palma. Oratio, vt ſ.
Ad Nonam. Capitulum.

Magnificauit eum in con-
ſpectu regum: ⁊ dedit illi
coronam glorię. ℟. Iuſtus vt
palma florebit: In domo domi-
ni. ℣. Sicut cedrus Libani mul
tiplicabitur. ℣. Iuſtus germina
bit ſicut liliū. ℟. Et florebit in
ęternum ante dñm. Ad veſ. An.
Ecce ſacerdos. ps. Dixit ⁊c. Ca.

Dedit illi dominus fungi
ſacerdotio: ⁊ habere lau-
dem in nomine ipſius: ⁊ offerre
illi incenſum dignum in odorem
ſuauitatis. Si duplex fuerit vel
in aduen. vel in xl. ℟. Uir iſrae-
lita. Hym. ℣. vt ſ. Ad M. An.
Iſte eſt qui ante Deum magnas
virtutes operatus eſt: ⁊ omnis
terra doctrina eius repleta eſt:
ipſe intercedat pro peccatis om-
nium populorum. Uel alia
Antiphona de ſupra ſignatis
ad Magnif. Oratio; vt ſupra.
Lectio ſcti Euang. ſm Lucam.

In illo tempore: Dixit Ieſus
ca. 19. diſcipulis ſuis parabolā hanc.
Homo quidam nobilis abiit in
regionem longinquam, Et rel.
Hom. venerab. Bedę preſby. ex
tractatu ſuper Lucā. L. vij.

Homo nobilis ille eſt, cui
cęcus ſupra clamabat: fili Dauid
miſerere mei: ⁊ venienti Ieroſo-
lymam cōcinnebant, hoſanna filio
Dauid benedictus qui venit in
noie dñi rex Iſrael. Longinqua
regio eccleſia eſt ex gentibus: de
qua eidē homini nobili, qui lo-
quitur, Ego autē conſtitutus ſum
rex ab eo, dicitur a patre, Poſtu
la a me, ⁊ dabo tibi gentes here-
ditatem tuam, ⁊ poſſeſſionē tuam
terminos terrę. Lectio octaua.

Quę videlicet hereditas, ac
poſſeſſio bifaria ratione re
gio longinqua vocatur, vel, q͞a a
finibus terrę clamat ad dñm, vel,
quia longe eſt a peccatoribus ſa-
lus. Et cū Deus vbiqꝫ ſit pñs,
longe tñ ab eorū ſenſu, qui ido-
la colūt, Deus verus abeſt. Sed,
qui erant longe, facti ſunt prope
in ſanguine Chriſti. Lectio ix.

Uocatis autē decem ſeruis
ſuis, dedit illis decem mi-
nas. Denarius numerus ad legē
pertinet propter decalogū. Uo-
cauit itaque decem ſeruos pater
familias, quia elegit ſibi diſcipu-
los per literam legis imbutos:
dat illis decē minas, q͞a legis di-
cta ſpūaliter itelligēda reuelat.
Lco ſcti Euāg. ſm Mattheum.

In illo tempore: Dixit Ieſus ca. 24.
diſcipulis ſuis: Uigilate, quia
neſcitis, qua hora dominus ve-
ſter venturus ſit. Et reliqua.
Hom. ſcti Iohannis Chryſoſto-
mi, ex tractatu ſup Mat. L. vij.

Qui

QVa enim rõne quoq; ab hoie abſconditus eſt dies mortis ipſius, videlicet vt ſemp benefaciat, ſemper mortẽ ſuam ſperans, eadẽ ratione ⁊ ab oibus hoibus abſconditus eſt dies ad uentus Chriſti: videlicet, vt non vna generatio ſaluet, ſciens aduentũ ipſius, ſed oẽs, dum in ſingulis quibuſq; generationibus Chriſti aduentus ſperat. L. viii.

I Deo ⁊ interrogantibus ſe diſcipulis ſuis, dñe, ſi i tpe hoc reſtitues regnũ Iſrael? reſpõdit: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quę pater poſuit in ſua poteſtate. Illud autem ſci ⁊ ote, quia ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, ⁊ non ſineret perfodi domum ſuam. Lectio nona.

PAterfamilias eſt vnuſq; ſq; ſm animã in domo patris ſui: fur aũt diabolus eſt: domus aũt noſtrę corpora: ianuę ſunt os, ⁊ aures: feneſtrę autem oculi. Sicut autem per ianuas, ⁊ feneſtras cito ingreditur latro, ⁊ ſpoliat patremfamilias, ſic per os, ⁊ aures, ⁊ oculos hois facile inuenit diabolus occaſionẽ ad aiam, ⁊ facit eã captiuã: ſicut ⁊ in Ieremia tale aliqd ſcriptũ eſt, quia mors intrat p feneſtras noſtras.

¶ In natali vnius epi, ⁊ conf. iii. lec. Ad veſpe. Añę, ⁊ ps. ſm fer Cap. hym. ℣. ⁊ Añę, ⁊ oratio vt i cõi ix. lec. Ad Mat. Inui. Regem conf. Hym. Iſte confeſ. Dicta ſm ſe. ℣. ⁊ Ria ꝺ hyſtor. Euge ſerue. ſecundum quod ſcria dictabit: ⁊ cęte. vt ſupra.

¶ In natali vnius confeſ. non epi ix. lec. vel ſup. extra tempus paſch. Ad veſ. Añę, ⁊ pſ. ſm fer.

¶ Si feſtũ eſt dup. añę laudũ, ⁊ ps. Dixit dñs. cum reliq. Cap.

IVſtum deduxit dñs p vias rectas, ⁊ oſtendit illi regnũ Dei, ⁊ dedit illi ſcientiam ſcõrum: honeſtauit illũ in laboribus ſuis: ⁊ cõpleuit labores illi⁹. ℟. Vir Iſraelita. vel ℟. Sancte N. Hymn. Hic pius. ℣. Ama. Ad Mag. Añ. Similabo eũ viro ſapiẽti: qui ędificauit domũ ſuã ſupra petrã. Añ. Iuſtũ deduxit dñs p vias rectas, ⁊ oſtendit illi regnũ dei: ⁊ dedit illi ſciẽtiã ſctõrũ: honeſtauit illũ i laborib⁹ ſuis ⁊ cõpleuit labores illius. Oro.

COncede q̃s oſs Deus: vt ad meliorẽ vitã beati N. confeſſoris tui exempla nos prouocent: quatenus, cuius ſolẽnia colimus: etiã actus imitemur. p.

De vno Abbate. Oratio.

INtercesſio nos q̃s dñe beati N. abbatis tibi cõmẽdet: vt, ꝙ noſtris meritis nõ valemus: ei⁹ patrociniis aſſequamur. per.

Ad Mat. Inuit. Iuſtus florebit in domo dñi plantatus. Gaudeamus, ⁊ exultemus in eius ſacra ſolẽnitate. ps. Venite. Hy. Hic

plur. In j. et ij. et iij. noc. añe. ps. et ℣. vts. vnius episcopi, et confess.

Sermo scti Johã. Chrisost. L. j.

Beati ℞. dies cuius hodie memoriã celebramus, ad ipsius benefactorũ enarrationẽ linguam nrãm euocauit: si qdẽ hodie beatus ille ad trãquillã omnisqz pturbationis expertẽ vitã trãslatus est, eoqz nauigiũ appulit, vbi deinceps nõ poterit metuere naufragiũ, nec vllã animi deiectionem aut dolorẽ, si qdẽ virtutũ eius gratia nõ sermonibus exponẽda sit: sed operibus cõprobãda. ℞. Euge serue bone, et fidelis, qa i pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã. Intra in gaudiũ domini tui. ℣. Dñe quinqz talẽta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. In. Lc. ij.

Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, cũ Paulus hoibus adhuc i hac vita degẽtib. loquẽs dicat: sẽp gaudete, sine itermissione orate? ℞. Iustus germinabit sicut liliũ: Et florebit in eternũ añ dñm. ℣. Plãtatus in domo dñi in atriis domus Dei nostri. Et florebit. Lectio tertia.

Quod si hic, vbi morbi, vbi insectationes, vbi premature mortes, vbi calũnie, vbi inuidie, vbi desperationes, vbi ire, vbi cupiditates, vbi innumerabiles insidie, vbi quotidiane solicitudines, vbi ppetua sibiqz coherẽtia mala sunt, innumeros ex oĩ pte dolores afferẽtia, Paulus dixit, fieri posse vt semp gaudeamus. ℣. Iste cognouit iustitiã: et vidit mirabilia magnã: et exorauit altissimũ: Et inuẽtus ẽ in numero sctõ rũ. ℣. Iste ẽ, q ɔtẽpsit vitã mundi: et puenit ad celestia regna. Et.

In secundo noct. ps. sup. L. iiij.

Si qs paululũ ex rerũ mundanarũ fluctib. erexerit caput, vitãqz suã recte moderet, cõposueritqz: multo magis, postquã hinc demigrauerimus, facile cõpotes erimus eius boni, cũ hec oĩa sublata fuerint, aduersa valetudo, morbi, peccandi materia, vbi nõ est meũ, ac tuũ, frigidũ illud verbũ, et qcqd ẽ malorũ i vitã nrãm inuehẽs, innumeraqz gignẽs bella. ℞. Desideriũ aĩe eius tribuisti ei dñe: Et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eum. ℣. Posuisti dñe sup caput eius coronã de lapide ptioso. Et Lect. v.

Quamobrem maximopere gratulor huius scti felicitati, qõ quãquã trãslatus est, atqz hãc, q apud nos est, ciuitatẽ reliquit, tñ in alterã transiit ciuitatẽ, nẽpe Dei, et digressus ab hac ecclesia, ad illã peruenit que est primogenitorũ descriptorũ in celis: ac relictis hisce festis transiit ad celebritatẽ angelorũ. ℞. Amauit eũ dñs, et ornauit eũ: stolã glie induit eũ: Et ad portas paradisi coronauit eũ. ℣. Induit eum

dñs lorica fidei, tornauit. Et ſ. vj.

Tenim quod τ ſuperne ſit ciuitas eccleſia, ac celebritas, audi Paulū dicētē: Acceſſiſtis ad ciuitatē Dei viuentis, ad Jerl'm cęleſtē, τ multorū milliū angelorꝫ frequentiā, τ eccl'am primitiuorū ℟. Iſte ſanctus digne in memoriā vertitur hoīum: qui ad gaudium tranſit angelorum. Quī in hac peregrinatione ſolo corpore cōſtitutus, cogitatione, τ auiditate: In illa ęterna patria conuerſatus eſt. ℣. Vinculis carnis abſolutus talentum ſibi creditum dño ſuo duplicatum reportauit. Quoniam. Euang. Videte, vigilate. τc. vt ſupra in martyribus Secundū Lucā. xi.

In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nemo accendit lucernam, τ in abſcondito ponit: neqꝫ ſub modio: ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Et reliq.

Homi. venerab. Bedę preſb. ex tractatu ſuper Lucam. Lec. vij.

De ſeipſo dñs hic loquitur oſtendēs, τ ſi ſupra dixerit nullū gñationi neqꝫ niſi ſignum Jonę dandū: nequaquā tñ ſuę lucis claritatē fidelibus occultādā. Ipſe quippe lucernā accēdit: qui teſtā humanę naturę flāma ſuę diuinitatis impleuit. ℟. Magnificauit eū in ꝯſpectu regū: Et dedit illi coronā glie. ℣. Statuit illi teſtm̄ ſempiternū. Et. L. viij.

Quam profecto lucernam nec credentibus abſcōdere: nec modio ſupponere: hoc eſt ſub mēſura legis includere: vel intra vnius Judeę gētis terminos voluit cohibere: ſed ſupra cā delabrū, ingt: vt qui ingrediunt lumē videant. ℟. Vir Iſraelita gaude cohęres Chriſti: Ora pro nobis. ℣. Ut precibus tuis a deo veniam ſperemus: deuoti ad te confugimus. Ora. L. ectio nona.

Candelabrū eccleſiā dicit: cui lucernā ſuppoſuit: qa in nr̄is frontibus fidē ſuę incarnationis affixit: vt q eccl'am fideliter ingredi voluerint lumē veritatis palā queāt intueri. Cū ſētentia Judęorꝫ quoqꝫ proceres condēnat: qui ſigna q̄rentes exterius: apertā lucis ianuā noluerunt intrare credendo. ℟. Sctē Chri confeſſor audi rogāter ſeruulos: Et ipetratā nobis cęlit⁹. Tu defer indulgentiā. ℣. O ſctē N. ſydus aureū dñi gr̄a: ſeruorū gemitus ſolita ſuſcipe clemētia Et. Glia. Tu. ps Te Deū. ℣ Ora pro nobis btē N. In laud. Aña. Juſtū deduxit dñs per vias rectas, τ oñdit illi regnū Dei. ps. Dñs reg. Aña. Beatus ille ſeruus, τc. ps Jubila. Aña Fidelis ſeruus. τc. ps. Deus, Deus meus. An. Ecce vere Iſraelita, in quo dolus nō eſt. ps. Benedicite. An Serue bone. ps. Laudate d. L. a. Iſte cognouit. Rp.

Jeſu corona celſior
Et veritas ſublimior.
Qui confitenti ſeruulo
Reddis perenne premium.
Da ſupplicanti cetui,
Obtentu huius optimi,
Remiſſionem criminum,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni recurſo tempore,
Dies illuxit lumine,
Quo ſanctus hic de corpore
Polum migrauit prepotens.
Hic vana terre gaudia,
Et luculenta predia,
Polluta ſorde deputans,
Ouans tenet celeſtia.
Te Chriſte rex piiſſime
Hic confitendo iugiter
Calcauit hoſtem fortiter,
Superbum ac ſatellitem.
Uirtutum actu, et fide,
Confeſſionis ordine.
Jeiuna membra deferens
Dapes ſupernas obtinet.
Proinde te piiſſime
Precamur omnes ſupplices,
Ut huius almi gratia
Nobis remittas debita.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Una cum ſancto ſpiritu.
In ſempiterna ſecula. Amen.

℣. Juſt⁹ germinab. Ad ℬ. An. Euge ſerue. vel An. Hic vir deſpiciens mundum. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationib⁹ noſtris, quas in beati con- feſſoris tui .N. ſolennitate defe- rimus: vt, qui noſtre iuſtitie fidu- ciam non habemus: eius: qui ti- bi placuit precibus, et meritis adiuuemur. Per dominum n.

Ad horas Antiphone de laud.

Ad tertiam. Capitulum.

Juſtus cor ſuum tradidit ad vigilandũ diluculo ad dñm, qui fecit illum: et in cõſpectu al- tiſſimi deprecabitur. ℟. Amauit eum dñs. Reliqua, vt ſup. vnius epiſcopi et confeſſoris. Oratio.

Exaudi dñe preces noſtras, et interueniente beato .N. cõfeſſore tuo: ſupplicationes no- ſtras placatus intende. Per.

Ad vj. Cap. Iſte cognouit. ℟. Juſtũ ded. etc. vt s. Orõ. Exaudi dñe. Ad ix. Cap. Beatus vir, q inuentus eſt ſine macula. etc. reli. vnius mart. ℟. Juſtus vt pal. vt s. vnius epi. et confeſſ. Oratio.

Da nobis q̃s oĩps Deus, vt, qui beati .N. confeſ. tui ſo- lennia colimus: eius apud te in- terceſſionibus liberemur. Per.

Ad veſp. Añ. Juſtum deduxit. ps. Dixit dñs. Cap. Juſtus cor ſuum. Si dup. fuerit, vel in ad- uen. vel in xl. ℟. Iſte ſanctus. Hy. ℣. vt s. in j. veſ. Ad M. añ. Hic vir deſpiciens mundum et terrena triumphans, Diuitias celo condidit, ore, manu, vel añ. Amauit. Oro. vt ſup. in j. veſp.

In natali vnius docto. ponti- ficis fit offm ſicut in vno confeſ- ſore pontifi. Si non fuerit peni- uſq;

cutex. Et ſicut in vno confeſſore non pontifice, preter ea que infra ſpecialr aſſignát. Ad veſ.ca.

Ecc.15 In medio eccleſie aperuit os eius: et impleuit eum dñs ſpiritu ſapientie, et intelle ctus, et ſtolam glorie induit eu3 Et or in vtriuque veſp.iau et tertijs. R. prol. Sancte N. Chriſti confeſſor. Hymn Iſte confeſſor vel Hic pi⁹ prudẽs. Ad m.añ. O doctor optime, eccleſie ſancte lumen: beate N. diuine legis amator, deprecare pro nobis filium dei. Oratio.

Deus qui eccleſie tue beatum N. confeſſorem tuu3, doctorem mirabilem tribuiſti: cõcede propitius, vt apud te hũc pium ſemper interceſſorem habere mereatur. Per dominum. De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorũ conſeruabit: et in verſutias parabolarum ſimul introibit. O culta prouerbiorum exquiret, et in abſcõditis parabolarum conuerſabitur. In medio magnatorum miniſtrabit, et in conſpectu preſidis apparebit. In terram alienigenarum gentiũ pertranſiet: bona enim et mala in omnibus tentabit. Lectio ij.

Cor ſuum tradet ad vigilãdum diluculo ad dñm q fecit illum, et in conſpectu altiſſimi deprecabit. Aperiet os ſuũ in oratione, et pro delictis ſuis deprecabit. Si.n. dño magn⁹ voluerit, ſpiritu intelligentie replebit illum: et ipſe tanquã imbres emittet eloquia ſapientie ſue, et in oratione confitebitur dño: et et ipſe diriget conſilium eius, et diſciplinam: et in abſcõditis ſuis conſiliabitur. Lectio tertia.

Ipſe palam faciet diſciplinã doctrine ſue, et in lege teſtamenti dñi gloriabit. Collaudabunt multi ſapientiã eius, et vſq3 in ſeculum non delebitur. Non recedet memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes et laudem eius annunciabit Eccleſia. Ex libro Moralium ſancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

Quid poſt Orionas hyadu3 nomine, niſi doctores ſancte Eccleſie deſignãtur? qui ſubductis martyribus eo iam tpe ad mundi notitiã venerunt, quo fides clarius elucet: et repreſſa infidelitate hyeme, altius ꝑ corda fideliũ ſol veritatis caleſ: q remota tẽpeſtate ꝑſecutionis, expletis lõgis noctibus infidelitatis, tunc ſancte eccleſie exorti ſunt, cũ ei iã per crudelitatis vernum lucidior annus aperitur. Lec. v.

Nec imerito doctores scti hyadū nūcupatione signant: Græco qppe elogo hyetos pluuia vocat, ꝛ hyades nomē a pluuiis acceperūt, qa ortę, ꝓculdubio imbres ferūt: Bene ergo hyadū appellatione doctores expreſſi ſunt, q ad ſtatū vlis Eccleſię quaſi in cęli faciē deducti, ſup arentē terram humani pectoris ſctē ꝑdicatiōis imbres fuderūt: Si. n. ꝑdicatiōis ſmo pluuia nō eēt, Moyſes minime dixiſſet: Expectetur ſicut pluuia eloquiū meū, ꝛ nequaq̄ p Iſaiā veritas diceret: Mādabo nubibus meis, ne pluant ſup eā imbrē. Atq; hoc qd paulo ante protulimus, quāobrem prohibite ſunt ſtellę pluuiarum. L. vi.

Dum ergo hyades cū pluuiis, veniūt, ad cęli ſpatia altiora ducit ſol: qa apparēte doctoꝝ ſcia, dū mēs nra ibre ꝑdicatiōis infundit, fidei calor auget, ꝛ ꝑfuſa terra ad fructū ꝑficit, cū lumē hui9 ſigni i cęlo apparuerit: qa vberi9 frugē boni opis reddimus. dū p ſacrę eruditionis flāmā in corde clarius ardem9. Dūq; per eos dieb9 ſingulis magis magiſq; ſciētia cęleſtis ondit: quaſi interni nobis luminis vernū tps aperit, vt nouus ſol nris mentibus rutilet, ꝛ eorū verbis nobis cognitis, ſe ipſo quotidie clarior micet. Urgente etenim mundi fine, ſuperna ſcientia proficit, ꝛ largius cum tempore excreſcit,

Lcō ſcī euā ſm Matth. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jeſ9 diſcipulis ſuis. Uos eſtis ſal terrę: qd ſi ſal euanuerit, i quo ſalietur? Ad nihilū valet vltra niſi vt mittat foras, ꝛ ꝯculcet ab hoib9. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Oſtēdit dñs fatuos eſſe iudicādos, qui tpaliū bonorū vel copiā ſectantes, vel inopiam metuētes, amittūt ęterna q̄ nec dari pñt ab hoibus nec auferri. Itēq; ſi ſal ifatuatū fuerit, i quo ſalietur? i. ſi vos p quos ꝯdiēdi ſunt quodāmodo populi, metu perſecutionū tpaliū amiſeritis regna cęlorum, qui erunt homines, per quos a vobis error auferat, cum vos elegerit Deus, per quos errorē auferat cęterorum? L. viij.

Ergo ad nihilū valet ſal infatuatū: niſi vt mittat foras ꝛ cōculcet ab hoibus. Non itaq; calcatur ab hoibus, qui patitur perſecutionē, ſed qui perſecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non pōt, niſi inferior: ſed inferior nō eſt, qui quāuis corpore multa in terra ſuſtineat, corde tamen fixus in cęlo eſt. L. ix.

Uos eſtis lux mundi. Quo ſuperius dixit ſal terre, ſic nunc dicit lumē mūdi. Nā neq; ſuperi9 iſta terra accipienda eſt quā pedib9 corporeis calcamus, ſed hoies, q in terra habitāt, vel ēt pcōres, quoꝝ ꝯdiēdis ꝛ extinguēdis putorib9, ꝛ aplicum ſalē

dñs miſit in múdú: ⁊ hic múdú, nõ celú ⁊ terrá, ſed hoies, q ſunt in múdo, vel diligunt mundū, oportet intelligi, qbus illumina⁊dis apl'i miſſi ſunt nõ põt ciuitas abſcondi ſupra monté poſita: id eſt fundata ſuper inſignem, magnáqꝫ iuſtitiá, quá ſignificat etiá ipſe mons, in quo diſputat dñs. Ad B. Añ. In medio eccleſie aperuit os eius, ⁊ impleuit eum dñs ſpiritu ſapiétie ⁊ intellect⁹, ſtoláqꝫ glorie induit eum, halel. Oratio, vt ſup. Ad iij. Non eſt inuétus. Oratio vt ſu. Ad vj. cap.

Sap. 7 Optaui, ⁊ dat⁹ eſt mihi ſen⁊ſus: ⁊ inuocaui, vt venit in me ſpūs ſapiétie: ⁊ ꝓpoſui illam regnis ⁊ ſedib⁹: ⁊ diuitias nihil eſſe duxi in ꝯparatione illi⁹. Orõ. Deus, q nos bti. N. cõfeſſoris tui atqꝫ doctoris volui ſti magiſteriis eradiri ei⁹ nos meritis dignare ab oi inſidiatoris fraude ꝓtegere per. Ad ix. Cap.

Sap. 7 Mihi aūt dedit Deus dicere ex ſententia, ⁊ preſumere digna honorum, que mihi dantur: qm̃ ipſe ſapientie dux eſt, ⁊ ſapientium emendator. Oratio. Deus qui eccleſiá tuá bti N. ꝯfeſſoris tui atqꝫ doctoris eruditione docuiſti: concede tuis fidelib⁹, ei⁹ ſemp meritis adiuuari, ⁊ beneficiis gratulari. p. Ad ij. veſp omnia de communi. Ad Mag. Añ. O doctor optime. Oratio. Deus qui, vt ſup.

¶ In natali vnius confeſſ. non pontifici ix. lect. Ad veſp. Añe. ⁊ pſal ſm fer. Capitulum.

Hic vir deſpiciens mundum ⁊ terrena triumphans: Diuitias celo condidit ore, manu. Hym. ℣. Añe ⁊ oratio, vt ſupra. Ad M. Inuit. Regé confeſſor. Lec. vt e. 3 alne feſt. iij. lec ſignát.

¶ In natali plur. conf. ix le. vel, Ad veſp añ. ⁊ ps. ſm feriam. Si feſtú eſt dup. añe lau. ⁊ ps. Dixit dñs. cum reliq. Capitulum.

Iuſti aūt in ꝑpetuū viuent: ⁊ apud dñm eſt merces eoꝝ: ⁊ cogitatio eoꝝ apud altiſſimū. R. Corpora ſcõrum. Hym Sctõrū me. ℣. Hi ſunt, quos ret. ℣. Te ſūma deitas. ℣. Letamini. regre oia in cõi plu. mar. Ad M. Añ. Fulgebūt iuſti: ⁊ tanꝗ̃ ſcintille i arūdineto diſcurrét: iudicabūt nationes: ⁊ regnabūt in eternnū. Sanctoꝝ conf. tuoꝝ. Orõ. N. ⁊ N. nos dñe qs foueat glorioſa confeſſio: ⁊ pia iugiter interceſſio tueatur. Per dñm. Si Pontifices fuerint. Oratio. Deus, q nos ſcõꝝ cõf. tuorū, atqꝫ pontificū. N. ⁊ N. annua ſolennitate letificas, ꝓſta qs, vt quorū natalitia colimus: ꝑ eorū ad te exempla gradiamur. Per. Ad M. Inuit. Regé cõfe. Hym. vt e. in j. veſ. In j. noc. añ. Secus decurſus aquarum plantauit vineam iuſtorum: ſed in lege domini fuit voluntas eo-

 rum

rum. ℣. Beatus vir. An. Pre-
dicantes preceptū dñi conſtituti
ſunt in mōte ſcō eius. ℣. Quare
fre. 1. An. Filij hoium ſcitote, q̄a
dñs ſanctos ſuos mirificauit. ℣.
Dñe quid. ℣. Letamini. Lc. j.

Dominicus ſermo: quē de-
bemus oēs non ſolum ſtu-
dioſe: verūetiā ſapienter audire
cui nos oportet humiliter: t de-
lectabiliter obedire: moderatio-
nis ſue tenens vbiq̄ téperié: vt
nec ouibus deſint pabula: nec pa-
ſtoribus alimenta: quedam ſpe-
cialiter ſolis nobis precipit: que-
dam vero generaliter nobis, t
vobis. ℟. Abſterget de. vt in
communi plurimo. mart. Le. ij.

Nobis nāq̄, ideſt ſuis ſuis,
quos ille paterfamilias re-
rū oium dñs ad hoc in ſua ma-
gna domo cōſtituit: vt pplo eius
verbū gratie miniſtremus, ſpe-
cialiter iniungitur ſcē pdicatio-
nis officium: gnāliter vero t no-
bis t vobis ſalutaris inducitur
obedientia mandatorū. ℟. San-
cti tui dñe. vt in coi plurimorū
mart. poſt iiij. lec. Lectio iij.

In qbus denuo mādatis tā-
quā ditiſſimis ferculis: ſic ce-
leſtiū delitiarū copia ſpiritalis
exuberat: vt in verbo Dei abun-
det, q̄ perfectus cōmedat, abun-
det et q̄ paruulus ſugat. ℟. Sā-
cti mei. vt pluri. mart. poſt vij.
lec. In ij. noc. An. Scuto bone
volūtatis tue coronaſti eos dñe.
℣. Verba mea. 2. An. In vniuer-
ſa terra glia, t honore coronaſti
eos dñe. ℣. Dñe dñs noſter. 3.
An. Habitabūt in tabernaculo
tuo: requieſcēt in mōte ſcō tuo.
℣. Dñe quis habitabit. 5. ℣.
Exultent iuſti. Lectio quarta.

Ibi eni eſt ſimul t lactēs po-
tus: quo tenera fidelium nu-
triat infantia: t ſolidus cibus: quo
robuſta pfectorū iuuētus ſpirita-
lia ſcē virtutis accipiat incremē-
ta. Ibi prorſus ad ſalutē pſulitur
vniuerſis, quos dñs ſaluare di-
gnat. ℟. Corpora ſanctorū. vt plu-
rimorum mar. poſt ix. lec. Le. v.

Ibi eſt, quod omni etati con-
gruat: ibi, q̄ omni profeſſio-
ni conueniat: ibi audimus prece-
pta, q̄ faciamus: ibi cognoſcimus
premia, que ſperemus. Ibi eſt
iuſſio, que nos per literā doceat:
inſtruat ad ſciētiam: ibi promiſ-
ſio, que per gratiā trahat: t per-
ducat ad gloriam. ℟. Vidi con-
iunctos. vt in coi apoſtolorum
poſt quartam lectio. Lectio vj.

Seruorū igitur, quos pplo
ſuo ppoſuit dñs ſpecialē vo-
lens offiñ demonſtrare, ait, q̄ ex
euangelio modo audiuimus: Quis
putas eſt fidelis ſeruus t pru-
dens: quem conſtituit dñs ſuper
familiam ſuā, vt det illi in tem-
pore tritici menſuram? Beatus
ille ſeruus: quem, cum venerit
dominus, inuenerit ita facientē.
℟. In circuitu tuo domine lu-
men

men eſt, quod nūquā deficiet: vbi conſtituiſti lucidiſſimas māſiones: Ibi requieſcunt ſanctorū animę. ℟. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis domine: & eternitas temporum. Ibi requi. In iij. noc. ana. Sanctis, qui in terra ſunt eius, mirificauit omnes voluntates meas inter illos. ℟. Conſerua. 5. Ana. Letamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. ℟. Beati quorum. 12. Ana. Sapientiam ſanctorum narrant populi: & laudem eorum pronunciat omnis ecclefia ſanctorum. ℟. Exultate iu. 12. ℣. Iuſti autē in perpetuum. ſm Lucam.

ca. 12. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Sint lumbi veſtri pręcincti: & lucernę ardentes in manibus veſtris. Et rel. Hom. beati Greg. Papę. L. vij.

Inter cęteras virtutes, quas dominus Jeſus Chriſtus diſcipulis ſuis tradidit: & per diſcipulos nobis maximam, & pręcipuam caſtitatem oſtendit. Nam cum ſuperius, ad ſpontaneam paupertatem amandam nos inuitaſſet, dicens: facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt: theſaurum non deficientem in cęlis: quo fur non appropinquat: neq3 tinea corrumpit: continuo de ſeruanda caſtitate dominus adiecit, dicēs. Sint lumbi veſtri pcincti, ℟. Propter teſtamētū, vt in communi plurim. martyr. poſt octauam lec. Lectio viij.

Quod enim luxuria viris in lūbis ſit: & fęminis in vmbilico dominus teſtatur: cum de diabolo ad beatum Job loquitur, dicens. Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illi⁹ in vmbilico ventris eius. Lumborum ergo nomine hic luxuria ſignatur, cum dicitur: Sint lumbi veſtri pręcincti. ℟. Sint lumbi veſtri pręcincti: & lucernę ardētes in manibus veſtris: Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum: quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Et. Lec. ix.

Lumbos ergo pręcingim⁹: cum ardorem libidinis amore caſtitatis refręnamus. Taliter lumbos pręcinctos habebat Johānes Baptiſta: de quo ſcriptum eſt Quia erat veſtitus pilis cameli: & zona pellicea circa lumbos eius. ℟. Concede nobis domine quęſumus veniam delictorum intercedentibus ſanctis: quorum hodie ſolennia celebramus: Talem nobis tribue deuotionem, Vt ad eoru3 peruenire mereamur ſocietatem. ℣. Adiuuent nos eorum merita, quos propria impediūt ſcelera: excuſet interceſſio: accuſat quos actio: &, qui eis tribuiſti cęleſtis palma3 triumphi: nobis veniam

non deneges peccati Talem. ps. Te deum ꝛ. ℣. Exultent iuſti. In lau. aῆ. Juſtorum animę in manu Dei ſunt: ꝛ non tanget illos tormentum malitię. ps. Dominus reg. Aῆ. Dabo ſanctis meis locum nominatum in regno patris mei, dicit dominus. ps. Jubi. Aῆ. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt: ꝛ viuent nomina eorum in ęternũ. ps. Deus, Deus. Aῆ. Spiritus ꝛ animę iuſtorum hymnum dicite deo noſtro hal. ps. Benedicite. Aῆ. Exultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis. ps. Laudate. Cap. Fulgebunt iuſti. Hym. Deuota ſanctorum fides. ℣. In his paterna gloria: in his. ℣. Te nũc redemptor. vt ſu. de Apoſtolis i hym. Æterna Chriſti munera. ℣. Mirabilis de⁹. Ad Bñs aῆ. Sint lumbi veſtri pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manibus veſtris, ꝛ vos ſimiles hominibus expectãtibus dñm ſuum, quando reuertatur a nuptijs. Oratio. Deus, qui nos. Ad hor. aῆę de laud. Ad iij. Cap. Fulgebunt iu. ℟. Lętamini in. ꝛc. ℟. vt ſup. in cõi plur. mart. cũ oratione, vt ſup.

Ad ſextam. Capitulum.

Iuſtorũ animę in manu dei ſunt, ꝛ non tanget illos tormentum malitię: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Ad nonam. Cap. Sancti, ꝛ iuſti. Ad veſpe. aῆę. Juſtorum animę. ps. Dixit dominus.

Capitulum.

Iuſti autem in perpetuum viuent: ꝛ apud dominum eſt merces eorum, ꝛ cogitatio eorũ apud altiſſimum. Si dupl. fuerit: vel in aduentu vel in xl. ℟. Concede nobis. Hym. ℣. vt in j. veſpe. Ad Mag. aῆa. Iſti ſunt viri ſancti quos elegit dominus in charitate non ficta, ꝛ dedit illis gloriam ſempiternam: quorum doctrina fulget eccleſia vt Sol, ꝛ Luna, hal. Oratio, vt ſup.

In Natali plur. confeſſ. iij. lec. Ad veſp. aῆę, ꝛ pſ. ſecundum fer. Cap. hym. ℣. aῆę, ꝛ oratio, vt ſup. Ad mat. Inui. hym. ꝛ ℟ia, vt ſupra. Dieta ſecundum fer. ꝛc. vt ſup. in alijs feſt. iij. lec.

In Natali vnius virg. ꝛ martyr. ix. lec. Ad veſpe. aῆę, ꝛ pſal. diei. Si feſtum eſt dupl. aῆę laud. ꝛ ps. Dixit dominus. cũ ra reliq.

Capitulum.

Liberaſti me a perditione, ꝛ eripuiſti me de tempore iniquo: propterea confitebor tibi: ꝛ laudem dicam nomini tuo domine Deus noſter. ℟. Regnum mundi. Hymnus.

Virginis proles, opifexq; matris:
Virgo quem geſſit, peperitq; virgo:
Virginis feſtum canimus trophęum:

Accipe votum.
Hęc tua virgo duplici beata:
Sorte dum geſtit fragilem domare:
Corporis ſexū domuit cruentum:
Corpore ſeclum.
Unde nec mortem, nec amica mortis:
Sęua pęnarum genera paueſcens:
Sãguine fuſo meruit ſacratū,
Scandere cęlum.
Huius obtentu Deus alme noſtris:
Parce iam culpis vitia remittens:
Quo tibi puri reſonemus almum:
Pectoris hymnum.
Gloria patri, genitęq; proli:
Et tibi cōpar vtriuſq; ſemper:
Spiritus alme: de' vn' omni:
Tempore ſecli. Amen.
℣. Diffuſa. Ad Mag. añā. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: ꝛ roborauit brachium ſuum: ideoq; lucerna eius non extinguetur in ſempiternū. Oratio.
Omnipotens ſempiterne Deus: qui infirma mundi eligis: vt fortia quęq; cōfundas: concede propitius, vt, qui beatę N. virginis, ꝛ martyris tuę ſolēnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per domi. Ad Mat. Inu. Regem virginum dominum: Venite, adoremus: vel Agnum ſponſum virginum: Venite adoremus dominum Jeſum Chriſtum. ℣s. Venite, ex. Hym. Uirginis proles. In j. noc aña. Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. ℣s. Domine dominus noſter. 3.
Si fuerit martyr ꝛ habuerit proprias añas dicantur ℣s. Beatus vir. 1. ꝛc. ſicut de vno martyre. Excepto, quod vltim' erit. ℣s. Eructauit. 17. Añ. Unguentum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulę dilexerunt te nimis. ℣s. Cęli enarr. 7. Aña. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. ℣s. Domini eſt ter. 9. ℣. Diffuſa eſt gratia.
Ex homilia ſancti Gregorij papę. Lectio prima.
Media nocte clamor factus eſt: Ecce ſpōſus venit: exite obuiam ei. De aduentu iudicis clamor media nocte fit, quia ſic dies iudicij ſubrepit: vt prępuideri non valeat, quando venit. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: Propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, ꝛ odiſti iniquitatem. Pro. Lectio ſecunda.
Unde ſcriptum eſt: Dies domini ſicut fur: ita in nocte veniet. Tunc omnes virgines ſurgunt, quia ꝛ electi, ꝛ reprobi a ſomno ſuę mortis excitantur: Lampades ornant: quia ſua

ſecuȝ opera numerant: pro qui-
bus eternam accipere beatitu-
dinem expectant. ℟. Dilexiſti
iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: ⁊
Propterea vnxit te Deus, De⁹
tuus oleo letitie. ℣. Propter ve-
ritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iu-
ſtitiam. Pro. Lectio tertia.

SEd lampades fatuarū ex-
tinguuntur: quia earuȝ o-
pera, que clara hominibus appa-
ruerant: in aduentu iudicis ob-
ſcurantur: ⁊ a deo retributioneȝ
nō inueniunt: quia pro eis rece-
perunt ab hominibus laudes,
quas amauerunt. Quid eſt au-
tem, quod tunc a prudentibus
oleuȝ petunt: niſi, quod in aduē-
tu iudicis, cum ſe intus vacuas
inuenerint: teſtimonium foris
querunt? ℟. Propter veritatē,
⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam:
Et deducet te mirabiliter dex-
tera tua. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊
inclina aureȝ tuam, ⁊ obliuiſce-
re populum tuum, ⁊ domum pa-
tris tui. In ij. noct. aña. Specie
tua, ⁊ pulchritudine tua, intēde,
proſpere procede, ⁊ regna. Ps.
Eructauit. 17. Aña. Adiuua-
bit eam deus vultu ſuo: deus in
medio eius non commouebitur.
Ps. Deus noſter refu. 18. Aña.
Leua eius ſub capite meo: ⁊ dex-
tera illius amplexabitur me.
Ps. Fundamenta. 34. ℣. Specie
tua. Lectio quarta.

AEſt de fiducia acceptiſ: pro-
ximis dicant. Quia nos quaſi ſi-
ne opere repelli conſpicitis: di-
cite de noſtris operibus quid vi-
diſtis? Sed prudentes virgines
reſponderunt, dicentes. Ne for-
te nō ſufficiat nobis, ⁊ vobis. ℟.
Pulchra facie, ſed pulchrior fi-
de, beā es M. virgo reſpuēs mū-
dum: letaberis cuȝ Angelis: In-
tercede pro omnibus nobis. ℣.
Specie tua, ⁊ pulchritudine tua
intende, proſpere procede, ⁊ re-
gna. In. Lectio quinta.

IN illo die, quod tamen de
quibuſdam in pace eccleſie
quieſcētibus loquor ſibimetipſi
teſtimonium vniuſcuiuſq; vix
ſufficit: quanto minus ⁊ ſibi, ⁊
proximo? Unde ⁊ protinus per
increpationem ſubdunt: Ite po-
tius ad vendentes, ⁊ emite vo-
bis. Venditores quippe olei ſunt
adulatores. Qui enim accepta
qualibet gratia vanis ſuis lau-
dibus nitorem glorie offerunt:
quaſi oleum vendunt. ℟. Spe-
cie tua, ⁊ pulchritudine tua: In-
tēde, proſpere procede, ⁊ regna.
℣. Propter veritatem, ⁊ man-
ſuetudinē, ⁊ iuſtitiam. In. L. vj.

DE quo profecto oleo pſal-
miſta ait: Oleuȝ aut pec-
catoris non impinguet caput
meum. Principale etenim mē-
brum caput noſtrum eſt. Appel-
latione autē capitis ea, que prin-
cipatur corpori, mens vocatur.
Impinguat autem caput oleum

pecca-

peccatoris: cum demulcet mentem fauor adulantis. ℟. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dominus præparauit in æternum. Pro cuius amore ſanguinem tuum fudiſti. Et cũ Angelis in paradiſum introiſti. ℣. Ueni electa mea: ꝛ ponam in te thronum meum, quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Pro.

In natali vnius virg. non mart. ſextum. ℟. Induit me dominus veſtimento ſalutis, ꝛ indumento lætitię circundedit me: Et tã quam ſponſam decorauit me corona. ℣. Quaſi ſponſum decoratum corona, ꝛ tanquam ſponſam ornataꝫ. Decorauit. Gloria. Et. In iij. noc. añ. Cuꝫ eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuauitatis. ℞. Cantate. j. 36. Añ. Surge Aquilo, ꝛ veni Auſter: perfla hortum meuꝫ, ꝛ fluet aromata illius. ℞. Dominus regnauit. 37. Añ. Nigra ſum, ſed formoſa filia Jeruſalem. ideo dilexit me rex, ꝛ introduxit me in cubiculum ſuũ. ℞. Cãtate. ij. 38. ℣. Adiuuabit.

Ca. 13. Secundum Mattheum.

In illo tempore, Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit, ꝛ prę gaudio illius vadit, ꝛ vendit vniuerſa, quę habet, ꝛ emit agrum illum. Et reliqua.

Hom. beati Greg. papę. L. vij.

In hac re hoc quoqꝫ notandum eſt, quod inuentus theſaurus abſconditur, vt ſeruetur, quia ſtudium cęleſtis deſiderij a malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit: qui hoc ab humanis laudibus nõ abſcondit. ℟. Hęc eſt virgo ſapiens, quam dominus vigilantem inuenit: quę accepta lampade ſumpſit ſecuꝫ oleum. Et veniente domino, introiuit cum eo ad nuptias. ℣. Media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Et. Lectio viij.

In pręſenti eteniꝫ vita, quaſi in via, ſumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem Spiritus iter noſtruꝫ quaſi quidã latrunculi obſident. Deprędari ergo deſiderat, qui theſauruꝫ publice in via portat. ℟. Ueni electa mea: ꝛ ponam in te thronum meum: Quia concupiuit rex ſpecieꝫ tuam. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intẽde, proſpere procede, ꝛ regna. Quia. Lectio nona.

Hoc autem dico: nõ: vt proximi opera noſtra bona nõ videant, cum ſcriptũ ſit: Videãt opera veſtra bona, ꝛ glorificent patrem veſtruꝫ, qui in cęlis eſt: ſed, vt per hoc, quod agimꝰ, laudes exterius nõ quęramus. Tu. ℟ Regnum mundi, ꝛ omnem ornatum ſęculi contempſi propter

pter amorem domini mei Jeſu Chriſti:Quem vidi,quem amaui, in quem credidi: quem dilexi. ℣. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Quem. ℟. Te deum. ℣. Specie tua. In lau.añ. Hec eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudentum. ℟. Dominus reg. Añ Hec eſt virgo ſapiens:quā dominus vigilantem inuenit. Aña Veni ſponſa Chriſti:accipe coronam,quam tibi dominus preparauit in eternum. Aña Media nocte clamor factuseſt: ecce ſponſus venit: exite obuiā ei. Aña Tunc ſurrexerunt omnes virgines ille: ⁊ ornauerunt lampades ſuas. Capitulum

Domine deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam: ⁊ pro morte defluente deprecata ſum. Hymnus.

Jeſu corona virginum:
Quem mater illa concipit:
Que ſola virgo parturit:
Hec vota clemens accipe.
Qui paſcis inter lilia:
Septus choreis virginum:
Sponſas decorans gloria:
Sponſiſq; reddens premia.
Quocunq; pergis virgines:
Sequuntur,atq; laudibus:
Poſt te canentes curſitant:
Hymnoſq; dulces perſonant.
Te deprecamur largius:
Noſtris adauge ſenſibus:
Neſcire prorſus omnia:

Corruptionis vulnera.
Deo patri. ℣. Elegit eam.
Ad Bñ añ Simile eſt regnū celorum ſagene miſſe in mare,⁊ ex omni genere piſciū congregāti,quā,cum impleta eſſet, educētes,⁊ ſecus litus ſedentes,elegerūt bonos in vaſa ſua:malos autē foras miſerunt. vel Aña Simile eſt regnū celorum decē virginibus:que accipiētes lāpades ſuas exierunt obuiā ſpōſo,⁊ ſpōſe. Aña Hec eſt virgo ſapiens: quam dñs vigilantem inuenit: que acceptal lāpade ſumpſitoleū ſecum:⁊ veniente dño introiuit cū eo ad nuptias. Aña. Prudētes virgines aptate lampades veſtras:ecce ſponſus venit:exite obuiam ei. Oratio, vt ſup. Ad veſp. Ad hor. añe de lau. Ad iij. cap. Liberaſti me. ℟. Diffuſa eſt gratia i labijs tuis. ℣. Propterea benedixit te Deus in eternum. ℣. Specie tua. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula etiā in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: cōcede propitius: vt,cuius natalitia colimus: per eius ad te exempla grad[illegible]mur. Per do. Ad ſextam. Capit.

Qui gloriatur, in domino glorietur:non eni,qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt:ſed,quem deus commendat. ℟. Specietua, Et pulchritudine tua. ℣. Intēde, pſpere ⁊c.

℣.

℣. Adiuuabit. Oratio, vt ſupra. Ad iij. Ad ix. Capitulum.

Emulor enim vos Dei emulatione: deſpōdi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. ℟. Adiuuabit eā Deus vultu ſuo. ℣. Deus in medio eius non commouebitur. ℣. Elegit eam Deus, ꝛ preelegit eam. ℟. Et habitare eā facit in tabernaculo ſuo. Oratio, vt ſupra ad iij. Ad veſpe. aña. Hec eſt virgo. ℟. Dixit, ꝛc. Cap. Liberaſti. Si dupl. fuerit, vel in aduentu, vel in xl. ℟. Regnum mundi. ꝛc. Hym. Virginis proles. ℣. Diffuſa eſt gratia. Ad Mag. aña. Quinque prudētes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. vel Aña. In celis gaudent virgines: ꝛ cātant canticum nouū ante Dei thronum: quia notum fecit dominus ſalutare ſuū. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus, q infirma. ꝛc.

In natali vnius virgin. non mar. ix. lec vel ſup. In hym. Virginis proles. omittatur. ℣. Vnde nec mortem. ꝛ ſequens ℟. dicatur pro ſexto ℟io. ℟. Induit me dominus. ꝛc. vt ſup. Lec. omnia vt pri⁹ de vna virg. ꝛ martyr. ſunt ſignata cum oratione. Omnipotens ſempiterne deus, qui infir. vel oratione.

Exaudi nos domine deus noſter: vt ſicut de beate N. virginis tue feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum.

In natali vnius virgi. ſiue mart. ſiue non. iij. lec. Ad veſpe. ꝛ ad matut. ꝛ ad horas, vt prius iuxta modum de feſto iij. lect. ſupra poſitum.

Secundum Mattheum. ca. 25.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolā hāc: Simile eſt regnum celorum decem virginibus: que accipiētes lampades ſuas exierūt obuiam ſponſo, ꝛ ſponſe. Et reliqua. Hom. beati Greg. Pape. L. vij.

Redemptoris voce regnum celorum decem virginibus ſimile dicitur: que omnes dicūtur virgines: ꝛ tamen intra beatitudinis ianuā non omnes recepte ſunt: quia earū quedam, dum de virginitate ſua gloriam foris expetunt, in vaſis ſuis oleū habere noluerunt. Lectio viij.

Quid itaque in hac ſententia regnū celorum, niſi preſens eccleſia dicitur? In qua, quia mali cū bonis, reprobi cū electis coniuncti ſunt: recte ſimilis virginibus ꝛ fatuis, ꝛ prudentibus perhibetur. Tu. Lectio nona.

Sunt plerique continentes, q ab exteriori ſe appetitu cuſtodiunt: ꝛ ſpe ad interiora

rapiun-

excipiuntur: carnem macerant, ⁊
toto deſiderio ad ſupernam pa-
triam anhelant: ęterna pręmia
expetunt pro laboribus ſuis accipe
re laudes humanas nolunt. Tu.

In Natali unius matronę
ix lec. vi ſup. Ad veſp. anę, ⁊
pſal. ſecundũ feriam. Si feſtum
eſt dup. anę laud. ps. Dixit dñs
cum reliq. Capitulum.

Mulierem fortem, quis
inveniet? procul ⁊ de
ultimis finibus pre
tium eius: confidit
in ea cor viri ſui: ⁊ ſpoliis nõ in
digebit. R. O mater noſtra, o
ter ſancta, quaterque beata. Cum
prece cuncta famulantum ſuſci
pe vota. V. Jam Chriſto iuncta
es ſponſoque tuo ſociata. Cum.
Hym. Huius obtentu. V. Glo
ria patri, genitęque proli, ⁊c.
Quęre in hymno Virginis pro
les. V. Diffuſa. Ad Mag. aña.
Accinxit fortitudine. ut ſupra
unius virginis. Oratio.

Quęſumus omnipotẽs deus:
ut nobis beatę N. venerã
da feſtivitas ſalutis pręſtet in
crementum: cuius admiranda
vita ſalutare pbet exẽplũ. Per.
Ad mat. Invit. Chriſtum regẽ
regum adoremus. Qui devicto
e cęlo ſanctam .N. tranſvexit ad
gloriam. Ps. Venite. Hym. Hu
ius obtẽtu. V. Glia. In i. noc. añ.
O quam pulchra eſt caſta gene
ratio cum claritate. Ps. Domine
dominus noſter. ⁊c. pſal. de
una virgine. An. Tota pulchra
es amica mea, ⁊ macula non eſt
in te. Aña. Trahe me poſt te:
curremus in odorem unguento
rũ tuorũ: oleum effuſum nomẽ
tuũ. V. Diffuſa. ut de una virg.
Sermo ſancti Augu. Lectio i.

Scriptum eſt in evangelio:
quod mater, ⁊ fratres Chri
ſti, hoc eſt conſanguinei carne
eius: cum illi nunciatum fuiſſet
quod foris expectarent, quia nõ
poſſent eum adire prę turba, ille
reſpondit: Quę eſt mater mea:
⁊ qui ſunt fratres mei? R. Dif
fuſa eſt gratia i labiis tuis: Pro
pterea benedixit te deus in ęter
num. V. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊
odiſti iniqtatẽ. Propterea. ij.

Et extendẽs manus ſuper
diſcipulos ſuos ait: Hi ſũt
fratres mei. Quicunque enim fe
cerit voluntatem patris mei, qui
i cęlis eſt: ipſe mihi frater, ſoror,
⁊ mater eſt. R. Dilexiſti iuſtitiã,
⁊ odiſti iniquitatem: Propterea
unxit te deus deus tuus oleo lę
titię. V. Propter veritatem, ⁊
manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam.
Propterea. Lectio tertia.

Quid aliud nos docet, niſi
carnali cognationi genus
noſtrum ſpirituale pręponere?
nec inde beatos eſſe homines, ſi
iuſtis carnis propinquitate iun
guntur: ſed ſi eorum doctrinę ac
moribus obediendo, atque imi

tādo cohęreſcunt. ℟. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam: Et adducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam, ⁊ obliuiſcere populum tuum, ⁊ domum patris tui. In ii. noc. omnia vt ſu. de vna virg. Lectio iiij.

Beatior ergo Maria percipiendo fidem Chriſti: quā concipiendo carnē Chriſti. Nā dicenti ſibi cuidam: Beatus vēter, qui te portauit: ipſe reſpondit: Immo beati, qui audiunt verbum Dei, ⁊ cuſtodiunt illud. ℟. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam, ⁊ obliuiſcere populum tuum, ⁊ domum patris tui, ⁊ concupiſcet rex decorem tuum: Quoniam ipſe eſt dominus deus tuus. ℣. Induit te dominus veſtimento ſalutis, ⁊ indumento lętitię circundedit te. Quoniam. Lectio quinta.

Denique fratribus eius, id eſt cognatis ſecundū carnē, qui non in eū crediderunt, quid profuit illa cognatio? Sic ⁊ materna propinquitas nihil Marię profuiſſet: niſi fęlicius Chriſtum corde, quā carne geſtaſſet. ℟. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: Intende, proſpere procede, ⁊ regna. ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam. Intende. Lectio ſexta.

Hinc etenim ⁊ Maria laudabilius atq; beati⁹ Chri-

B. C. M.

ſti mater eſt ſecundū ſupra memoratam eius ſententiam: quicunq; facit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe mihi frater, ſoror, ⁊ mater eſt. ℟. In ſanctitate fulgida, ⁊ plena fęlicitate compleuit dies ſuos ſanctiſſima N. Hacq; die clara ſuſcepit cęleſtia gaudia. ℣. Pulchra facie, ſed pulchrior fide fęliciſſima N. Hacq;. In iij. no. vel ſ. ſona? ℣.

Secundum Mattheum.

In illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas: ecce mater, ⁊ fratres ſtabant foris quęrentes loqui ei. Et reliqua.

Hom. ſancti Augu. epi. Lectio vij.

Occupatus erat dominus miracula faciendo, ⁊ in doctrina populos exercēdo: eo autem prędicante, ⁊ Iudęos redarguente mater eius, ⁊ fratres ſteterunt foris. Dixit ei quidam. Ecce mater tua, ⁊ fratres tui foris ſtant quęrentes te. ℟. Veni electa mea, ⁊ ponam in te thronum meum: Quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende, proſpere procede, ⁊ regna. Quia. Lectio octaua.

Videtur iſte, qui hoc domino nunciauit, non ſimplici animo hoc nunciaſſe: ſed potius tentandi calliditate: vtrum dominus parentelę amori pręponeret prędicationem euangelij, an non. ℟. Regnum mundi, ⁊

Nnn omnem

omnem oꝛnatū ſeculi cōtempſi propter amoꝛem domini mei Jeſu Chꝛiſti. Quē vidi: quem amaui: in quem credidi: queȝ dilexi. ℣. Eructauit coꝛ meum verbuȝ bonum: dico ego opera mea regi. Quem. Lectio nona.

Sed ipſe intelligens illius cogitationem, ⁊ nequitiaȝ nō pꝛetulit religionis amoꝛi cōiunctionem carnalem: ſed dixit: Que eſt mater mea, ⁊ qui ſunt fratres mei? Hec dicendo non negauit beatam Mariam matreȝ ſuam eſſe: ſed ſicut diximus pꝛetulit diuinum verbuȝ carnali coniunctioni. ℟. O mater noſtra, o ter ſancta, quaterqȝ beata: Cum pꝛece deuota famulantum ſuſcipe vota. ℣. Jam Chꝛiſto iuncta es, ſpōſoqȝ tuo ſociata. Cum. ps. Te deum. ℣. Specie tua. In lau. aīa. Veni electa mea, ⁊ ponam in te thꝛonum meum, quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ps. Dominus regn. aīa. Unguentum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentule dilexerunt te nimis. ps. Jubilate. aīa. Ueni ſponſa Chꝛiſti, accipe coꝛonam, quaȝ tibi dominus pꝛeparauit in eternum. ps. Deus, deus meus. Aña. Sicut malus inter ligna ſyluarum: ſic amica mea inter filias. ps. Benedicite. Añ. Reuertere, reuertere, Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. ps. Laudate.

Cap. Mulieręȝ foꝛtem. Hym. Hec rite mundi gaudia. ℣. Diffuſa eſt gratia. Beatus uero Ihs benigne. ℟. Sit Chꝛe. vt in pꝛ. Jeſu redempt. oium. videlicet vnius cōfeſſ. ℣. Elegit eā deus. Ad bñs aī. Simile eſt reg. cel. ſag. Oꝛatio, vt ſu. Ad hoꝛ. añe de lau.

Ad tertiam. Capitulum.

Accinxit foꝛtitudine lumbos ſuos: ⁊ roboꝛauit bꝛachium ſuuȝ: guſtauit, ⁊ vidit, quia bona eſt negociatio eius: ideoqȝ non extinguetur in nocte lucerna eius. ℟. ⁊ ℣. vt vnius virgin. Oꝛatio, vt ſupꝛa. Ad vj. Cap.

Multe filie congregauerunt ſibi diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Ad ix. Cap.

Mulier timens deum ipſa laudabitur: date ei de fructu manuum ſuarum: ⁊ laudent eaȝ in poꝛtis opera eius. Ad veſpe. añ. Ueni electa. ps. Dixit do. Cap. Mulierē foꝛteȝ. Si dup. fuerit, vel in aduen. vel in x. ℟. O mater no. Hym. ℣. vt in pꝛimis veſpe. Ad Mag. aña. Simile eſt regnum celoꝛum homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas: inuenta autem vna pꝛetioſa margarita: dedit oīa ſua ⁊ cōparauit eā. Oꝛatio vt ſup.

In Natali plurimarum virginum, ix. lect. vel ſup. ad veſpe. aña. ⁊ pſ. de die. Si feſtum eſt duplex. antiphone laud. ⁊ pſal. Dixit dominus. cum reliq. Capitulum.

Quaꝫ pulchra eſt caſta generatio cuꝫ claritate: immortalis eſt enim memoria illius: quoniam apud Deum nota eſt, ⁊ apud homines. ℟ Audiui vocem de cęlo, dicentem, venite omnes virgines ſapientiſſimę: Oleū recondite in vaſis veſtris: Dum ſponſus aduenerit. ℣. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſpōſus venit. Oleum. Gloria. Dum. Hym. Jeſu corona virginum. ℣ Adducentur regi virgines poſt eam. ℟ Proximę eius afferentur tibi. Ad Mag. Aña. Pangamus deo noſtro gloriaꝫ, quę ſanctis virginibus talem dedit victoriam: vt carnis calcarēt deſideria: ⁊ peruenirent ad cęleſtia regna. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui nos idoneos non eſſe perpendis ad maieſtatem tuam, ſicut dignum eſt, exorandaꝫ: fac ſanctas virgines pro noſtris interuenire peccatis: quarum meritis nobis indulgentiam largiaris. Per. Ad mat. Inuit. Agnum ſponſum virginum: Venite, adoremus dominum Jeſum Chriſtum. ps. Venite. Hym. Jeſu corona virg. In ij. noct. aña. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus: quę accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo, ⁊ ſponſę. ps. Domine, dominus noſt. 3. Aña. Quinqꝫ autem ex eis erant, fatuę, ⁊ quinqꝫ prudētes: ſed quinque fatuę acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum. ps. Cęli enar. 7. Aña. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lāpadibus: moram autem faciente ſponſo dormitauerunt omnes, ⁊ dormierunt. ps. Domini eſt ter. 9. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam.

Ex ſermone ſancti Auguſtini epiſcopi. Lectio prima.

Sanctę ac deuotiſſimę virgines, quarum hodie feſta celebramus, mori pro deo nō potuiſſent in corpore: ſi prius a terrenis deſiderijs mortuę nō fuiſſent in mente. Erectus nanqꝫ in virtutuꝫ culmine earum animus tormenta deſpexit: pręmia calcauit. ℟ Innumerabilis virginum chorus ſpreta liberorum propagine: Dum ſponſo, qui in cęlis eſt, perenni mente, actu, ⁊ habitu applicari maluit. ℣. Ecce florentem mundum mentis deſpectu calcauit. Dum. ℟. cō. ij.

Hæ virgines ante armatos reges, ⁊ pręſides ductę ſteterunt: feriente robuſtiores: iudicante ſublimiores. Quid inter hęc nos barbari, ⁊ debiles dicimus, qui ire ad regna cęleſtia puellas per ferrum videmus: quos ira, atqꝫ ſuperbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat.

inquinat. ℟. Feliciter virgines vincunt mundũ: Que poſt victorias vinci non norunt. ℣. Beate de prelio redeũt, ⁊ hoſteſ ſuos moriẽdo deuincunt. Lectio iii.

Si adipiſci regna celorum per bella perſecutionũ nõ poſſumus: hoc ipſum nobis turpe ſit: quod deum nolumus ſaltem per pacem ſequi. Ecce multis noſtrum hoc tempore dicit deus: Si pro me non vis mori: illicita vite deſideria tantũmodo occide. Qui ergo i pace ſubijcere carnis deſideria nolumus: quomodo in bello pro deo ipſaz carnez damnaremus? ℟. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei: Tunc ſurrexerunt omnes virgines ille, ⁊ ornatis lampadibus ſuis: Intrauerunt cũ eo ad nuptias. ℣. Hora iam noctis media vox intonuit de celo lapſa: ecce ſponſus venit. Tunc. Gloria. Intraue. In ii nocturno aña. Media nocte clamor fact⁹ eſt: ecce ſpõſus venit: exite obuiam ei. ps. Eructa. 17. Aña Tunc ſurrexerũt omneſ virgines ille, ⁊ ornauerunt lampades ſuas: fatue autem ſapientibus dixerũt: date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtre extinguũtur. ps. Deus noſter. 18. Aña. Reſpõderunt prudentes dicentes: ne forte non ſufficiat nobis, ⁊ vobis, ite potius ad vendentes, ⁊ emite vobis. ps. Fundamenta. 34. ℣. Media nocte clamor factus eſt. Lectio quarta.

Scitis etenim fratres quid vult euangelicum dictuz, cum ait: Media nocte clamor factus eſt. Quid enim media nocte: niſi, quando omnino nõ ſperatur: quando non creditur? ℟. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi: In letitia, ⁊ exultatione. ℣. Adducentur in templum regi domino. In. Lectio quinta.

Noctem vero poſuit pro ignorantia. Denique clamore facto media nocte qd clamabitur? Ecce ſponſus venit. Quid ſequitur? Surgunt omnes. ℟. Simile eſt regnuz celorum decem virginibus: que accipientes lampades ſuas: Exierunt obuiam ſponſo, ⁊ ſpõſe. ℣. Prudentes autez virgines acceperunt oleuz in vaſis ſuis cuz lampadibus. Lectio ſexta.

Ad nouiſſimaz ergo tubam ſurgent omnes. Et prudẽtes ille tulerunt oleum ſecuz in vaſis ſuis. Stulte vero ille non tulerunt oleum ſecum, quod eſt in vaſis ſuis? Certe in cordibus ſuis: vt dicit apoſtolus: Gloria noſtra hec eſt, teſtimonium conſcientie noſtre. ℟. Audiui. In iii noc. an. Dum autẽ irent emere: venit ſponſus. ⁊, que parate erant, intrauerunt cum eo ad

ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua. ℟. Can. 36. Añ. Nouiſſime autē venerunt, ⁊ reliquę virgines dicentes, domine, domine aperi nobis. ℟. Domin⁹ reg. exul. 37. Añ. Reſpondens autem Dominus dixit virginibus: amē dico vobis, neſcio vos, vigilate itaque, quia neſcitis diem, neq; horam. ℟. Cantate. ij. 38. ℣. Tunc ſurrexerūt omnes virgines illę.

Ca. 25. Secundum Matth. um.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus: quę accipientes lampades ſuas exierūt obuiam ſponſo, ⁊ ſponſę. Et reliqua. Hom. beati Greg. Papę. L. vij.

SUnt nanq; plerīq; continentes, qui ab exteriori ſe appetitu cuſtodiunt, ⁊ ſpe ad interiora rapiuntur: carnem macerant: ⁊ toto deſiderio ad supernā patriam anhelant: Æternam patriam appetunt: ⁊ pro laboribus ſuis recipere laudes humanas nolunt: Hi nimirum gloriam ſuam in ore hominum non ponunt: ſed ita conſcientiā contegunt. ℟. Quinq; prudētes virgines acceperunt oleū in vaſis ſuis cū lampadibus: media autē nocte clamor factus eſt. Ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. ℣. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę: ⁊ ornauerunt lampades ſuas. Ec. Lectio octaua.

SUnt etiam plerīq;, qui corpus per abſtinentiam affligunt: ſed de ipſa ſua abſtinentia humanos fauores appetunt. Doctrinę inſeruiunt: indigentibus multa largiuntur: ſed fatuę profecto virgines ſunt: quia ſolam laudis retributionem tranſitorię quęrunt. ℟. Has virgines ⁊ fidei, ⁊ corporis commendat integritas: Has vitę ſynceritas: ⁊ meritorum exaltat ſublimitas. ℣. Nomen ergo ſempiternum dabit eis dominus, quod non peribit Has. Lectio nona.

UIde ⁊ aperte ſubditur. Quinque vero fatuę non ſumpſerunt oleū ſecum. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis. Per oleum vero nitor glorię deſignatur. Vaſcula autem ſunt corda noſtra, in quibus ferimus cuncta, quę cogitamus. ℟. Patris verbum altiſſimi Chriſtus elegit has ſibi ſponſas beatas virgines: Quarū hodie feſtus eſt dies. ℣. Pſallam⁹ pro affectu cordium laudes virginū. Quarum. Gloria. Qua. Te deū. Sacer. ℣. Orate pro nobis virgines ſanctę Dei. ℟. Ut digni efficia. In lau. añ. Uirgines ſanctę dei orate pro nobis: vt ſcelerum veniā per vos accipere mereamur. ps. Dominus regna. ⁊c. Alia. Beatę eſtis virg. ſanctę, quę gaudijs cęleſtibus perfrui meruiſtis. Alia. Prudentes

virgines aptate lampades veſtras: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Añ. Virgines domini dominum benedicite in eternum. Aña. Laus, ⁊ honor Jeſu Chriſto: cuius dono ſancte virgines honorantur ſemper in terris, ⁊ gloriam habent perpetuam in celis. Cap. O quaȝ pulchra. Hym. Ret glorioſe virginū. ℣. Aurem benignaȝ. ℣. Tu vincis in martyribus. vel virginibus. ℣. Deo patri. ℣. Prudētes virgines. ℟. Aptate lampades veſtras. Ad Bñe aña. Iſte ſunt prudētes virgines, que accepto oleo in vaſis ſuis cuȝ lampadibus exierunt obuiam ſponſo, ⁊ ſponſe: quo veniente intrauerunt cū eo para te ad nuptias. Oratio, vt ſup. in veſp. Ad hor. añe lau. Ad tertiaȝ. Capitulū.

Sapientia vincit malitiaȝ, attingit a fine vſq; ad finē fortiter: ⁊ diſponit omnia ſuauiter. ℟. Adducentur Regi: virgines. ℣. Poſt eam. Proxime eius: afferētur tibi. Regi. Gloria. ℣. Media nocte clamor. Oro, vt ſup. Ad vi. Cap. Qui gloriatur. ℟. Media nocte Clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit: exite obuiā ei. Clamor. ℣. Tunc ſurrexerunt. Oratio, vt ſupra. Ad ix. Cap. Æmulor enim vos. ℟. Tunc ſurrexerūt omnes virgines ille. ℣. Et ornauerunt lampades ſuas. ℣. Prudentes virgines. ℟. Aptate lampades veſtras. Oratio, vt ſu. ad veſp. añ. Virgines ſancte dei. ps. Dixit ⁊ cet. cum hac ſola. Sed ſi dup. fuerit dicantur cetere añe ad ceteras. Capit. O quam pulchra. Si dupl. fuerit vel in Aduentu, vel in xl. ℟. Patris verbum. Hym. ⁊ ℣. vt in primis veſper. Ad Mag. añ. Venerande eſtis virgines ſancte que carnis deſiderijs reſtitiſtis, ⁊ in Jeſu Chriſti ſeruitio permanſiſtis, ipſum rogate, vt nobis indignis propitius eſſe dignetur in hoc ſeculo, ⁊ in futuro. Oratio, vt ſupra.

In natali plurimarum virg. iij. lec. fiat offi. de predicta hiſtoria iuxta modum poſitum ſupra de alijs feſtis iij. lec. vt ſupra. De memorijs per totuȝ annum in feſtis nouem lectionum.

¶ De memo. cōmunibus per totum annum dicendis tam in feſt. ix. lec. ⁊ ſemid. ⁊ p oct. cōes, quam in feſtis iij. lec. ⁊ diebus ferialibus. Memo. de reſurrec. a dominica j. poſt paſcha vſq; ad Aduentum, ⁊ de beata virgi. De ſancta Anna: de Angelis: ⁊ de ſanctis, Alberto, ⁊ Angelo, fit quotidie per totum annum, preterquam in feſt. duplicibus, ⁊ totis dup. ⁊ preterquam per oct. ſolennes, ⁊ quando de beata virg. agitur. Omittuntur etiam dicte memo. dominica j. aduentus ad vtraſq; veſpe. ⁊ ad mat. ⁊ fer.

& fer. iiij. in quatuor tēporibus aduen. ob reuerentiā euangelij Miſſus eſt. & in veſpe. per octo dies ante natalem domini, quādo aña. O ſapientia. & cęteræ pronunciantur. & in vig. natiui. Domini. Item in vig. Epiphanię: & dominica in paſſione, vſq; i craſtinum octa. paſchę. & quoniam aliquę ex prędictis mem. mutātur, quando fit in choro de fer. & alię pręterea adduntur: vt pote de ſancta cruce, de oībus ſanctis, & de pace: iccirco de ijs primū, q̄ in feſt. ix. lec. & per oc. cōmunes: deinde de ijs, quę in feſt. iij. lec. & diebus ferialibus debent dici, ſeparatim, & ſuo ordine agem⁹.

¶ Ad mat. diebus ſabb. de reſurre. añ. Surgens Jeſus mane prima ſabbati apparuit primo Marię Magdalenę, d̄ qua eie cerat ſeptē dæmonia. hal. ℣. Surrexit dñs de ſepulchro. ℟. Qui p nobis pependit in ligno. Oro.

PReſta quęſumus omnipotens deus, vt qui gratiam dñicę reſurrectionis agnouim⁹, ipſi quoq; per amorem ſancti ſpirit⁹ a morte animę reſurgam⁹. Per eundem Chriſtum. Dñicis diebꝰ aña. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum orto iam Sole. hal. ℣. Surrexit dominus. Oratio.

DEus, qui per vnigenitum tuum ęternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti vota noſtra, quę præueniendo aſpiras: etiam adiuuando proſequere. Per eundem Chriſtum. reliquis vero diebus aña. Surrexit Chriſtus, & illuxit populo ſuo, quem redemit ſanguine ſuo halelulah. ℣. vt ſup. Oratio. Pręſta quęſumus omnipotēs Deus, vt, qui gratiam. vt ſup. a.

De beata virg. diebus ſabb. per totum annum. Ad mat. añ. Aue ſtella matutina: peccatorum medicina: mundi princeps, & regina. Uirgo ſola digna dici: contra tela inimici: clypeum pone ſalutis: tuę titulum virtutis. Tu es enim virga Jeſſę: in qua Deus fecit eſſe: Aaron amygdalum: mundi tollens ſcandalum. Tu es area compluta: cęleſti rore imbuta: ſicco tamen vellere. Tu nos in hoc carcere: ſolare propitia: de plena gratia. O ſponſa Dei electa, eſto nobis via recta: ad ęterna gaudia: vbi pax eſt, & gloria. Tu nos ſemp aure pia: dulcis exaudi Maria.

¶ Alijs diebus dicat vna ex ſequentibus. Añ. Beata Dei genitrix virgo Maria, virgo pֿpetua, templum domini, ſacrarium ſpiritusſancti: tu ſola ſine exemplo placuiſti fęmina Jeſu Chriſto. Ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fęmineo ſexu. vel. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: fauus

diſtillãs labia tua, mel ⁊ lac ſub lingua tua: odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata: iam enim hyems tranſijt, imber abijt, ⁊ receſſit: flores apparuerunt: vineę florentes odorem dederunt: ⁊ vox turturis audita eſt in terra noſtra: ſurge, propera amica mea, veni de Libano, veni: coronaberis.

¶ Per aduentum. ℣. Egredietur virga de radice Ieſſę. ℟. Et flos de radice eius aſcẽdet. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero verbũ tuum Angelo nunciante carnẽ ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eã dei genitricem credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eun.

¶ A natiu. dñi vſq; ad purific. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio.

Deus, qui ſalutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda humano generi pręmia pręſtitiſti: tribue quęſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitę ſuſcipere dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ A purifica. vſque ad aduen. ℣. Specioſa facta es, ⁊ ſuauis. ℟. In delicijs tuis ſancta dei genitrix. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęſumus domine deus, perpetua mentis, ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per Chriſtum.

¶ De ſancta Anna per totum annum de quocunq; agatur ad matut. aña. Anna matrona nobilis, quę ſemper regnas cum Angelis: illic noſtri ſic memor eſto, vt tuo mereamur ſociari collegio. ℣. Ora pro nobis beata mater Anna. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oratio.

Deus: qui beatam Annam dilectę genitricis tuę matrem egregiam ad ęternę vitę ſublimaſti gaudia: fac nos quęſumus eius glorioſis meritis, ⁊ precibus ad ęternam pertingere beatitudinem: ex cuius puerperio ſalutari, pro ſalute mundi, humanam dignatus es aſſumere carnem. Qui viuis, ⁊ regnas.

¶ De Angelis per totum annum de quocunque agatur ad matut. aña. Laudemus dominum, quẽ laudant Angeli: quẽ Cherubim, ⁊ Seraphim, ſanctus, ſanctus, ſanctus proclamãt. ℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templum ſanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo. Oratio.

Perpetuum nobis dñe tuę miſerationis pręſta ſubſidium: quibus ⁊ Angelica pręſtitiſti ſuffragia nõ deeſſe. Per Chriſtum.

De

De ſanctis Alberto, & Angelo per totum annum de quocunq; agatur. Ad Mag. Añ. Oliuę binę ex Carmeli vertice, Alberte ſplendens copioſis meritis: & ſacro fulgens Angele martyrio: nobis ſuccurrite ſanctis precibus: qui piam veſtram memoriã facimus. ℣. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. ℟. Et glorioſus. Oro.

Omnipotẽs & clemẽtiſſime Deus, qui montis Carmeli ordinem glorioſiſſimę virginis Marię genitricis filii tui dñi noſtri Ieſu Chriſti ſacrato titulo inſignitum meritis ſancti Alberti confeſſoris tui: & glorioſo Beati Angeli Ieroſolymitani martyrio decoraſti: tribue nobis quęſumus: vt per amborũ ſuffragia ab inſtantibus malis animę, & corporis liberati: ad te verũ Carmeli verticẽ gaudentes peruenire valeamus. Per eundẽ Xpm.

¶ Ad veſp. de reſurre. quando fiunt ix. lec. in choro, vel per oct. communes diebus ſabb. Aña. Veſpere autem ſabbathi, quę luceſcit in prima ſabbathi: venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum. hal. ℣. Surrexit dñs de ſepulchro. Orõ.

Preſta quęſumus omnipotens, & miſericors Deus: vt in reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti percipiamus veraciter portionẽ. Per eũdẽ Xpm. Aliis vero diebus. Aña. Surrexit dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. Alleiu. hal. hal. ℣. In reſurrectione tua Chriſte. ℟. Cęli, & terra lętentur. Oratio. Preſta quęſumus omnipotens, & miſericors.

¶ De beata virgine per totum annũ feriis ſextis. Ad veſp. Añ. Aue regina cęlorum: aue domina Angelorum: ſalue radix ſancta, ex qua mundo lux eſt orta: gaude glorioſa, ſuper omnes ſpecioſa: vale valde decora, & pro nobis ſemper Chriſtum exora.

¶ Nota, ꝙ quando in ordinali dicitur, ꝙ hęc ſuprapoſita Aña. dicatur per totum annum feriis ſextis de quocunque agatur pro memo. de beata virg. hoc intelligi debet, quando de ipſa glorioſa virg. non fit in choro ipſa feria ſexta, quia, ſi de ipſa fieret, Aña. de ij. veſp. vt puta. Alma redẽp. vel aliqua alia eſſet dicẽda, & nõ Aue regina cęlorum. Diebus ſabb. per totum annum extra tẽpus paſchale. Ad veſp. memo. Alma redemptoris mater, quę peruia cęli Porta manẽs: & ſtella maris: ſuccurre cadẽti, Surgere qui curat populo, tu quę genuiſti. Natura mirante tuum ſanctum genitorẽ. Virgo prius, ac poſterius Gabrielis ab ore, Sumẽs illud aue, peccatorũ miſerere.

¶ Aliis diebus dicatur vna ex ſequentibus. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. quęſiui

queſiui illū, ⁊ nō inueni: vocaui eū ⁊ non reſpondit mihi: inuenerunt me cuſtodes ciuitatis: percuſſerunt me, ⁊ vulnerauerunt me, tulerunt palliū meū cuſtodes murorū: filię Jeruſalē nunciate dilecto: quia amore lāgueo. vel Deſcendi in hortum meum: vt viderem poma conuallīū: ⁊ inſpicerē ſi floruiſſent vineę: ⁊ germinaſſēt mala punica: reuertere reuertere Sunamitis: reuertere, vt ītueamur te. vel Quā pulchra es: ⁊ quā decora: chariſſima in delicijs: ſtatura tua aſſimilata eſt palmę: ⁊ vbera tua botris: caput tuū vt Carmel⁹: collū tuū ſicut turris eburnea: veni dilecte mi: egrediamur in agrū: ⁊ videamus ſi flores fructus parturiūt: ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea, halelujah.

¶ Per totū tps paſchale excepto fer. vj. Ad veſ. mem. Regina celi lętare. hale. qa, quē meruiſti portare. hal. reſurrexit, ſicut dixit. hale. ora p nobis deū hal. In aduen. ℣. Egredietur. Orō. Deus, qui de beatę. vt ſu. Ad Mat. ¶ A nati. dñi vſq ad purifi. ℣. Poſt partū. Orō. De⁹, q ſalutis. vt ſu. Ad mat. A purific. vſq ad Aduentū. ℣. Poſt partū. Orō.

Famulorum tuorū qs dñe delictis ignoſce: vt, qui tibi placere de actib⁹ nr̄is non valemus: genitricis filij tui dñi Dei nr̄i intercesſione ſaluemur. P eū.

¶ De ſancta Anna per totum annum. Ad veſpe. mem. Anna parens ſublimis dñe q eſt mater miſericordię: gemma lucens cęleſtis curię, te veneramur amore filię. ℣. ⁊ oratio, vt ad Matut.

¶ De Angelis per totū ann. ad veſp. mem. Excelſi regis filiū col laudāt ciues cęlici: quē Cherubim, ⁊ Seraphim ſanctus pclamāt ſeduli. ℣. ⁊ orō, vt ad Mat.

¶ De SS. Alberto, ⁊ Angelo ad veſp. mem. per totum annū. Mōtis Carmeli iubilat religio luminis bini decorata radio: Alberti meritis, ⁊ Angeli martyrio ℣. Lętamini i dño, ⁊ exultate iuſti. ℟. Et gliamini oēs recti cord. Oratio, vt ſu. ad mat. Solo tempore paſch. reſponſiones verſic. terminentur cum Hal. qñ agit de feria, hoc modo fiunt memo.

¶ In aduen. ad mat. de btā virgine mem. Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas habens in vtero filium Dei. hal. ℣. Egredietur virga. Oratio. Deus, qui de Beatę Marię.

¶ De ſctā Anna: de Angelis: de ſcis Alberto: ⁊ Angelo, vt ſu. in feſtis ix. lec. De oībus ſctis mem. Ecce dñs veniet, ⁊ oēs ſcti eius cum eo: ⁊ erit in die illa lux magna, haleiu. ℣. Ecce apparebit dñs ſup nubem candidā. ℟. Et cum eo ſanctorum millia. Orō.

Conſcientias nr̄as qs dñe viſitanda purifica: vt veniens

niens Jeſus Chriſtus fili⁹ tuus dñs nr̃ cũ oĩbus ſanctis paratã ſibi in nobis inueniat manſionem. Per eundem Chriſtum. De pace memo. ad matut. Tua eſt potentia, tuũ regnũ dñe: tu es ſup oẽs gẽtes: da pacẽ dñe in diebus noſtris. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oratio.

Deus, a quo ſctã deſideria, recta pſilia, ⁊ iuſta ſũt opa: da ſeruis tuis illã, q̃ mũdus dare nõ põt, pacem vt, ⁊ corda nr̃a mandatis tuis dedita: ⁊ hoſtiũ ſublata formidine: tpa ſint tua protectione trãquilla. Per Ch.

¶ Ab oct. Epiph. vſq ad purificatio. ad mat. mem. de beata Virg. Germinauit radix Jeſſe: orta eſt ſtella ex Jacob: virgo peperit ſaluatorem: te laudamus Deus noſter. ℣. Poſt par. Oro. Deus qui ſalutis ęternę.

¶ De S. Anna: de Angelis: de ſctis: Alberto, ⁊ Angelo, vt in feſt. ix. lect. De oĩbus ſctis mem. Oẽs electi Dei noſtri memoramini ante Deũ, vt veſtris pcibus adiuti: mereamur vobis adiũgi. ℣. Orate pro nobis oẽs ſcti Dei. ℟. Vt digni efficiamur. Oratio.

Quũ ſctõrum tuorũ q̃s dñe intercẽſſione placat⁹: ⁊ veniã nobis delictor tribue: ⁊ remedia ſempiterna cõcede. Per. De pace, vt ſupra in Aduentu.

¶ A purific. vſq ad dñicam in paſſ. De btã virg. ad matu. mem. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. vel Sancta Maria ſuccurre miſeris: iuua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu. ℣. Specioſa facta es. Oratio. Concede nos famulos.

¶ De ſancta Anna: de Angelis: de SS Alberto: ⁊ Angelo, vt ſup de oĩbus ſanctis. Omnes electi. vt poſt Epiph. De pace. Tua eſt potentia. vt in Aduentu.

Tpe paſch. De cruce ad mat. me. Crucifixus ſurrexit a mortuis, ⁊ redemit nos ſanguine ſuo hale. ℣. Dic ite in nationib⁹. ℟. Quia dñs regnauit. haleluiah. Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti: vt inimici a nobis expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis eius gratiam conſequamur. Per eundẽ Chriſtuz. De reſurr. vt s. in feſt. ix. lect. De beata virgi. Sicut liliũ. ℣. Specioſa. Oratio. Deus, qui ſalutis.

¶ De S. Anna: de Angelis: de SS. Alberto, ⁊ Angelo, vt o. De oĩbus ſanc. In cęleſtibus regnis ſanctorũ habitatio eſt hale. ⁊ in ęternũ reges eor hal. ℣. Vox lętitię, ⁊ exultationis. ℟. In tabernaculis iuſtorũ. hal. Oro. Omnium ſanctorum. vt ſupra. De pace. Pacem meam do vobis. halel.

pacem relinquo vobis. halelu. ℣. Fiat pax in virtute. Oratio. Deus, a quo ſancta deſ. vt ſupra.

¶ A Trinitate vſque ad aduentum. De ſancta cruce. Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti. ℣. Omnis terra adoret te Deus: et pſallat tibi. ℟. Pſalmum dicat nomini tuo. Oratio.

DEus, qui vnigeniti filii tui domini noſtri pretioſo ſanguine viuifice crucis vexillum ſanctificare voluiſti: concede queſumus: eos, qui eiuſdem ſancte crucis gaudent honore: tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundem Chriſtum dominum. De reſurre. vt in feſt. ix. lect. De beata virgin. Sicut lilium. vel Sancta Maria. ℣. Specioſa. Oratio. Concede nos famulos. De ſancta Anna: de Angelis: de ſanctis, Alberto, et Angelo, vt ... De omnibus ſanctis. Omnes electi. ℣. Orate pro nobis. Oratio. Omnium ſanctorum. De pace. Tua eſt potentia. ℣. Fiat pax. Oratio. Deus, a quo ſancta. vt in aduen.

¶ ... a veſp. in diebus ferialibus memorie hoc modo fiunt. In Aduentu de beata virgin. Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. hale. ℣. Egredietur. Oratio. Deus, qui de beate Marie. De ſancta Anna: de Angelis: de ſanctis, Alberto, et Angelo: vt in feſtis ix. lect. De omnibus ſanctis. Ecce dominus veniet. vt ſupra. Ad matu. De pace. Da pacem domine in diebus noſtris: quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis niſi tu Deus noſter. ℣. Fiat pax. Oratio.

DEus auctor pacis, et amator, quem noſſe viuere, cui ſeruire regnare eſt: protege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos: vt, qui in defenſione tua confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per.

¶ Ab oct. Epipha. vſque ad purificationem. De beata virgi. ad veſp. ... Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Poſt partum. Oratio. Deus, qui ſalutis. De ſancta Anna: de Angelis: de ſanctis, Alberto, et Angelo, vt in feſt. ix. lect. De omnibus ſanctis. Sancti Dei omnes, qui eſtis conſortes ſupernorum ciuium: intercedite pro nobis. ℣. Letamini in domino, et exultate iuſti. Oratio.

INfirmitatem noſtram queſumus domine propitius reſpice: et mala omnia, que iuſte meremur: ſanctorum tuorum interceſſione auerte. Per Chriſtum. De pace. Da pacem domine. ℣. Fiat pax. Oratio. Deus auctor pacis, et ama. vt ſup. in Aduentu.

¶ A

¶ A purific. vſque ad dominicam in paſſione. De btā virgine. Sancta Dei genitrix virgo ſemper Maria: intercede pro nobis ad dominum Deum noſtrū. vel Sancta Maria non eſt tibi ſimilis orta in mundo inter mulieres: florens vt roſa: fragrans ſicut lilium: ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℣. Poſt partum. Oratio. Famulorum tuorum. De S. Anna: de Angelis: de ſanctis Alberto, ℞ Angelo, vt in feſt. ix. lect. De omnibus ſanctis. Sancti Dei omnes. ℣. Letamini. Oratio. Infirmitatem vt poſt epiph. De pace. Da pacem. ℣. Fiat pax. Oratio. Deus auctor. vt ſupra, in Aduent. domini. ¶ Tempore Paſchali. De ſancta cruce ad veſp. memo. Crucē ſanctam ſubiit, qui infernum confregit: accinctus eſt potētia: reſurrexit die tertia. hal. ℣. Dicite in nationibus. ℟. Quia dominus regnauit haleluiah. Oratio.

Solita queſumus domine, quos ſaluaſti, pietate cuſtodi: vt, qui tua ſunt redempti paſſione: letentur etiam tua reſurrectione. Qui viu. De reſurrectione, vt [illegible] feſtis ix. lec. De btā virg. Halel. Sancta Dei genitrix hal. intercede pro nobis. hal. hal. vel Sancta Maria non eſt tibi ſimilis. ℣. Poſt partum. Oratio. Famulorum tuorum. De ſancta Anna: de Angelis: de ſanctis Alberto, ℞ Angelo, vt in feſtis ix lectio. De omnibus ſanctis. Sancti tui domine florebunt ſicut lilium. haleluia. ℞ ſicut odor balſami erunt ante te. halelu. ℣. Vox letitię. Oratio. Infirmitatem. vt in. De pace. Pax vobis: ego ſum, nolite timere. haleluia. ℣. Fiat pax. Oratio. Deus auctor pacis. vt ſupra. in Aduent. Dni. ¶ Ab octa. Trinit. vſq; ad Aduent. De ſcrā cruce ad veſ. mem. Salua nos Chriſte ſaluator per virtutem S. crucis: qui ſaluaſti Petrum in mari miſerere nobis. ℣. Omnis terra adoret te Deus. Oratio.

Adeſto nobis domine Deus noſter: ℞, quos ſancte crucis letari facis honore, eos quoque perpetuis defende ſubſidijs. Per Chriſtum dominum noſt. De reſurrectione. Crucem ſanctam ſubiit. ℣. Dicite in nationibus. Oratio. Solita queſum' domine. vt tempore Paſchali. De beata Virgine. Sancta Dei genitrix. ℣. Poſt partū. Oratio. Famulorum. De ſancta Anna: de Angelis: de ſanctis, Alberto, ℞ Angelo: vt in feſt. ix. lec. de omnibus ſanctis. Sancti Dei omnes. ℣. Letamini in domino. Oratio. Infirmitat. vt poſt Epiphaniā De pace. Da pacem domine. ℣. Fiat pax. Oratio. Deus auctor pacis. vt ſupra, in Aduentu.

Ordo

Ordo ad vngendũ infirmuz.

In primis pulſet cãpana capituli, ꝛ fratres, qui poſſunt in eccleſiam cõueniant: quibus congregatis, ꝛ ſacerdote cum miniſtris preparatis, vt ſu. ſacerdos accipiat oleum ſanctũ: deinde ordinate procedunt cum pſal. Miſerere. ſicut in cõmone infirmorum determinatum eſt. Cum aũt peruentũ fuerit ad locũ, vbi iacet infirmus, ſacer. intrans, dicat. Pax huic domui. ℟. Et oibus habitãtibus in ea. Deinde ſtans an̄ egroti dicat. ℣. Adiutoriũ nr̄m in noie dn̄i. ℟. Qui fecit celũ, ꝛ. ℣. Dn̄s vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Introcant dn̄e Ieſu Chriſte domũ hãc ſub nr̄e humilitatis ingreſſu eterna felicitas: diuina proſperitas: ſerena letitia: charitas fructuoſa: ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus demonũ: adſint Angeli pacis: domũ hanc deſerat effugata diſcordia: magnifica dn̄e ſuper nos nomẽ ſctũm tuũ: ꝛ bn̄ ✠ dic nr̄e cõuerſationi: ſanctifi ✠ ca noſtre humilitatis ingreſſuz qui ſctũs, ꝛ pius es: ꝛ permanes cum Deo patre, ꝛ ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oratio.

Oremus, ꝛ deprecemur dominum nr̄m Ieſuz Chr̄m, vt bn̄dicendo bn̄ ✠ dicat hoc tabernaculuz, ꝛ oẽs habitantes in eo: ꝛ det eis Angelum bonũ cuſtodem: faciat eos ſibi ſeruire ad conſiderandũ mirabilia de lege ſua: auertat ab eis oẽs cõtrarias poteſtates: eripiat eos ab omni formidine, ꝛ ab oi perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignet. Qui cũ patre, ꝛ ſpiritu ſctõ viuit, ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oro.

Exaudi nos dn̄e ſancte pater oĩps eterne Deus, ꝛ mittere digneris ſanctum Angelũ tuum de celis: qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq; defendat oẽs habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtũ dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Deinde in modum crucis aſpergat egrotum aqua benedicta. Poſtea domuz dicendo. Añ. Aſperges me. ꝛc. pſ. Miſerere mei, ꝛ Gloria patri, ꝛ Sicut erat. ꝛ repetit. Añ. Aſperges me. Deinde immediate dicat egrotus Confiteor. Quo dicto oẽs ſacerdotes ſimul aſtantes eum abſoluant: ꝛ ex tunc clerici aſtantes dicant legendo ſeptem pſalmos penitentiales cũ litanijs. Sacerdos aũt dum illi legunt pſalmos, intincto pollice in oleo ſancto, dicat abſoluere. In nomine patris, ꝛ filii, ꝛ ſpũs ſancti, extinguatur in te ois virtus diaboli: per impoſitionẽ manuum noſtrarũ: imo per inuocationem oium ſanctorum Angelorum: Archangelorum: patriarcharũ:

charũ: prophetarũ: aplorũ: martyrum: confeſſorũ: virginũ: atqꝫ ſimul oium ſanctorũ. ℟. Amen.

Quo dicto faciat ſignum crucis de oleo ſancto in corpore egroti in ſeptẽ locis ſubſcriptis: ad vnã quãqꝫ crucem propriã orationẽ dicendo. Et primo ad oculos.

PEr iſtã ſanctã vnctionẽ ✠ ꝛ ſuã puſſimã miſericordiã parcat tibi dñs quicquid oculoꝝ vitio deliquiſti. ℟. Amen.

Miniſter vero tergat locum inunctum cũ ſtupa reponens eã in vaſe mũdo: ꝛ ſic fiat poſt quãlibet vnctionem. Ad aures.

PEr iſtam ſanctam vnctionem ✠ ꝛ ſuã piiſſimam miſericordiã, parcat tibi dominꝰ quicquid aurium vitio deliquiſti. ℟. Amen. Ad nares.

PEr iſtã ſctãm vnctionẽ, ✠ ꝛ ſuã piiſſimã miſericordiã. Parcat tibi dñs quicqd nariũ vitio deliquiſti. ℟. Amẽ. Ad os.

PEr iſtam ſanctam vnctionẽ, ✠ ꝛ ſuã piiſſimã miſericordiam parcat tibi dñs quicqd linguę, vel oris vitio deliquiſti. ℟. Amen. Ad manus.

PEr iſtam ſanctam vnctionem, ✠ ꝛ ſuam piiſſimã miſericordiam parcat tibi dominus quicquid tactus vitio deliquiſti. ℟. Amen. Ad pedes.

PEr iſtam ſanctam vnctionẽ ✠ ꝛ ſuam piiſſimam miſericordiã parcat tibi dominus quicquid inceſſus vitio deliquiſti. ℟. Amen. Ad lumbos.

PEr iſtam ſanctam vnctionem, ✠ ꝛ ſuam piiſſimam miſericordiam parcat tibi dominus quicquid lumborum, ſeu carnis vitio deliquiſti. ℟. Amẽ.

Quibus omnibus peractis: ꝛ a clericis pſal. ꝛ lita. ſ lectis ſacer. dicat. Kyrie ele. Chriſte eleiſon. Kyrie ele. Pater noſter. ſub ſilentio. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Saluum fac ſeruũ tuum dñe. ℟. Deus meus ſperan ẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Eſto ei turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſc. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DOmine Deus, qui per Apoſtolũm tuuꝫ locutus es: Infirmatur quis in vobis? inducat preſbyteros eccleſię: ꝛ orẽt ſuper eum vngentes oleo ſancto in nomine domini: ꝛ oratio ſi dei ſaluabit infirmum: ꝛ alleuiabit eum dñs: ꝛ ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: Cura qs redemptor noſter gratia Sancti ſpiritus languores iſtius infirmi: ꝛ ſua ſana vulnera, eiuſque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis, ꝛ corporis ab eo

expelle

Omnes ſancti, ⁊ ſancte Dei or.
Propitius eſto, parce ei dñe.
Propitius eſto, libera eũ dñe.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte libera eum dñe.
A periculo mortis libera eum domine.
A pęnis inferni libera eũ dñe.
A poteſtate diaboli libera eum domine.
Ab omni malo libera eum dñe.
Per natiuitatem tuam libera eum domine.
Per ſanctam crucem tuam libera eum domine.
Per mortem, ⁊ ſepulturam tuã libera eum domine.
Per glorioſam reſurrectionem tuam libera eum domine.
Per admirabilem aſcenſionem tuam libera eum domine.
Per gratiam Spiritusſancti paracleti libera eum domine.
In die iudicij libera eum dñe.
Peccatores te rogamus, audi n.
Ut ei parcas, te rogamus, audi.
Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſ.

¶ Deinde pro vicino morti, cum in agone sui exitus anima viſa fuerit anxiari, dicantur hę omnes orationes. Oratio.

Proficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo. In nomine Dei patris omnipotentis: qui te creauit. In nomine Jeſu Chriſti filij Dei viui: qui pro te paſſus eſt. In nomine Spiritus ſancti: qui in te effuſus eſt. In nomine Angelorum, ⁊ Archangelorum. In nomine Thronorũ, ⁊ Dominationum. In nomine Principatuum, ⁊ Poteſtatuʒ. In nomine Cherubim, ⁊ Seraphim. In nomine patriarcharũ, ⁊ prophetarum. In nomine ſanctorum apoſtolorum, ⁊ euangeliſtarum. In nomine ſanctorum martyrum, ⁊ confeſſorum. In nomine ſanctorum monachorũ, ⁊ eremitarum. In nomine ſanctarum virginum, ⁊ omnium ſanctorum, ⁊ ſanctarum Dei hodie ſit in pace locus tuus: ⁊ habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟ Amen. Oremus. Oratio.

Deus miſericors: Deus clemens: Deus, qui ſecundũ multitudinem miſerationũ tuarum peccata pęnitentium deles: ⁊ pręteritorum criminuʒ culpas venia remiſſionis euacuas: reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum N. ⁊ remiſſionem ſibi omnium, peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renoua in eo piiſſime pater quicquid terrena fragilitate corruptum: vel quicquid diabolica fraude violatum eſt: ⁊ vnitati corporis eccleſię membrum redemptionis annecte. Miſerere domine gemituum eius: ⁊ miſerere lachrymarum eius: ⁊ non habentem fiduciam, niſi in tua miſe-

miſericordia, ad tuę ſacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum dominum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Commendo te omnipotenti Deo frater chariſſime: & ei, cuius es creatura, committo, vt, cum humanitatis debitum morte interueniẽte perſolueris: ad auctorem tuum, qui te de limo terrę formauerat, reuertaris. Egredienti itaq; animę tuę de corpore ſplendidus Angelorũ cętus occurrat: iudex apoſtolorum tibi ſenatus adueniat: candidatorum martyrũ triumphator exercitus obuiet: liliata rutilantium confeſſorum turma circundet. Iubilantium te virginũ chorus excipiat: & beatę quietis in ſinũ patriarcharum te complexus aſtringat: mitis atq; feſtiuus Chriſti Ieſu tibi conſpectus appareat: qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris: quod ſtridet in flammis: quod cruciat in tormẽtis. cedat tibi teterrimus Satanas cũ ſatellitibus ſuis: in aduẽtu tuo te comitantibus Angelis contremiſcat atq; in ęternę noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius & fugiant, qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereãt peccatores a facie Dei, Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei Confundantur igitur, & erubeſcant omnes Tartareę legiones: Et miniſtri Satanę iter tuum impedire nõ audeant. Liberet te a cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Liberet te a morte Chriſtus: qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui inter paradiſi ſemper amęna virentia: & inter oues ſuas te verus ille paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat: atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciẽ videas: & pręſens ſemper aſſiſtens manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum: contemplationis diuinę dulcedine potiaris in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

Suſcipe domine ſeruum tuum in locum ſperandę ſibi ſaluationis a miſericordia tua. ℟. Amen. Libera domine animam ſerui tui ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pęnarum: & ex omnibus tribulationibus. ℟. Amen. Libera domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Enoch, & Heliam de communi morte mundi. Amẽ. ℟. Libera dñe animam ſerui tui, ſicut liberaſti Noe de diluuio. ℟. Amẽ. Libera domine animã ſerui tui, ſicut

ſicut liberaſti Abraham de Ur
Chaldeorum. ℟. Amen. Libera
dñe animam ſerui tui: ſicut libe
raſti Job de paſſionibus ſuis. ℟.
Amen. Libera dñe animã ſer-
ui tui: ſicut liberaſti Iſaac de ho-
ſtia, ⁊ de manu patris ſui Abra-
he. ℟. Amen. Libera dñe ani-
mã ſerui tui: ſicut liberaſti Lot
de Sodomis, ⁊ de flamma ignis.
℟. Amen. Libera domine ani-
mã ſerui tui: ſicut liberaſti Moy-
ſen de manu Pharaonis regis
Aegyptiorum. ℟. Amen. Libe
ra dñe animam ſerui tui: ſicut li-
beraſti Danielem de lacu leonũ.
℟. Amen. Libera dñe animã
ſerui tui: ſicut liberaſti tres pue-
ros de camino ignis ardentis, ⁊
de manu regis iniqui. ℟. Amẽ.
Libera dñe animam ſerui tui: ſi-
cut liberaſti Suſannã de falſo
crimine. ℟. Amen. Libera do-
mine animam ſerui tui: ſicut li-
beraſti Dauid de manu regis
Saul, ⁊ de manu Golię. ℟. Amẽ.
Libera dñe aiam ſerui tui: ſicut
liberaſti Petrũ, ⁊ Paulũ de car
ceribus. ℟. Amẽ. Et ſicut beatiſ-
ſimã Teclã virginẽ, ⁊ martyrẽ tuã de
tribus tormentis atrociſſimis
liberaſti: ſic liberare digneris
animam ſerui tui huius: ⁊ tecũ
facias congaudere cęleſtibus. ℟.
Amen. Oremus. Oratio.

Commendamus tibi dñe
animã famuli tui N. pre-
camurq; te Jeſu Chriſte ſalua-
tor mũdi, vt propter quod ad terrã
miſericorditer deſcẽdiſti, patriar
charum tuorũ ſinibus inſinuare
nõ renuas. Agnoſce dñe creatu
rã tuã non ex dijs alienis creatã:
ſed a te ſolo Deo viuo, ⁊ vero: quia
non eſt alius Deus pręter te, ⁊
non eſt ſm opera tua. Lętifica
dñe aiam eius in conſpectu tuo:
⁊ ne memineris iniquitatũ eius
antiquarũ: ⁊ ebrietatum, quas
ſuſcitauit furor, ſiue feruor mali
deſiderij. Licet enim peccauerit:
tñ patrem, ⁊ filium, ⁊ ſpiritũ ſan-
ctum non negauit: ſed credidit:
⁊ zelum Dei in ſe habuit: ⁊ Deũ,
qui fecit omnia, adorauit. ℟.
Amen. Oremus.

Delicta iuuentutis, ⁊ igno-
rantias eius q̃s ne memi-
neris domine: ſed ſm magnam
miſericordiam tuã memor eſto
illius in gloria claritatis tuę.
Aperiantur ei cęli: collętentur
illi Angeli: in regnum tuum ſer
uum tuum ſuſcipe. Suſcipiat
eum ſanctus Michael Archan
gelus Dei: qui militię cęleſtis me
ruit principatum. Veniant illi
obuiam ſancti Angeli Dei: per-
ducant eum in ciuitatẽ cęleſtẽ
Jeruſalem. Suſcipiat eũ beatus
Petrus apoſtolus, cui a Deo cla
ues regni cęleſtis traditę ſunt.
Adiuuet eũ ſcũs Paulus, qui
dignus fuit eſſe vas electionis.
Intercedat pro eo ſanctus Jo-
hannes electus Dei Apłus: cui

reuelata ſunt ſecreta cęleſtia. Orent pro eo omnes ſancti apoſtoli: quibus a domino data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Intercedant pro eo omnes ſancti Dei: qui pro Chriſti nomine in hoc ſeculo tormenta ſuſtinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęleſtis: pręſtante domino noſtro Ieſu Chriſto: qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat i ſecla ſeculorum. Amen. Si anxiatur adhuc anima, eius dicantur hi pſ. Confitemini. Beati immaculati. Ad dominum, cum tribularer. Egreſſa autem anima, dicatur hoc. ℟. Subuenite ſancti Dei, occurrite angeli domini: Suſcipientes animam eius. Offerentes eã in conſpectu altiſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus: qui vocauit te: & in ſinũ Abrahę Angeli deducant te. Suſcipientes. ℣. Requiem ęternam Poſtea. Kyrie eleiſon Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Requiem ęternam dona ei domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animã eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus

Tibi domine cõmendamus animam famuli tui N. vt defunctus ſeculo tibi viuat: & quę per fragilitatem mundanę conuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per Chriſtum dominũ. ℟. Amen. Deinde incipiatur abſolute dicendo. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pater. ſecreto. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo domine. ℟. Quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta. ℟. Erue. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Suſcipe domine animam famuli tui N. quã de ergaſtulo huius ſeculi vocare dignatus es: & libera eam de locis pęnarũ quietis, ac lucis ęternę beatitudine perfruatur: vt inter ſanctos & electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum dominum. ℟. Amen. Deinde fratres ordinate vadãt, & corpus portent in eccleſiam decantando hoc ℟. Subuenite ſancti. vt ſup. Et depoſito corpore in eccleſia ſacerdos dicat hanc

hanc orationem. Oratio.

NOn intres in iudicium cũ ſeruo tuo dñe: quia nullus apud te iuſtificabitur homo: niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio: non ergo eũ quęſumus tua iudicialis ſententia premat: quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianę cõmendat: ſed gratia tua illi ſuccurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui, dum viueret, inſignitus eſt ſignaculo ſancte Trinit. Qui viuis, et regnas Deus per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.

Poſtea cantor incipiat ℟ Subuenite ſancti. vel ℟ Libera me. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Pater noſter. ℣ Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣ A porta. ℟. Erue. ℣. Credo videre. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DEus, cui omnia viuunt, et cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutãtur in melius: te ſupplices deprecamur: vt ſuſcipi iubeas animam famuli tui per manus ſanctorũ Angelorum deducendam in ſinum amici tui Abrahę patriarchę, reſuſcitandamq; in nouiſſimo iudicij magni die: et, quicqd vitiorum diabolo fallente contraxit: tu pius, et miſericors abluas indulgendo. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amẽ.

Finita oratione cantor incipiat. ℟. Libera me domine de morte ęterna in die illa tremenda: Quñ cęli mouendi ſunt, et terra. Dum veneris iudicare ſeculũ per ignẽ. ℣. Tremens factus ſum ego, et timeo: dum diſcuſſio venerit, atq; ventura ira. Quando. ℣. Dies illa, dies irę, calamitatis, et miſerię: dies magna, et amara valde. Dũ. ℣. Requiem ęternam dona ei domine: et lux perpetua luceat ei. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſ. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. In memoria ęterna. ℟. Ab auditione mala. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiſcum. Oratio.

HAc quęſumus dñe hanc cũ ſeruo tuo defuncto miſericordiam, ut factorum ſuorũ in pęnis non recipiat uicem: qui tuam in uotis tenuit uoluntatẽ: ut, ſicut hic eum uera fides iũxit fideliũ turmis: ita illic eum tua miſeratio aſſociet Angelicis choris. Per Chriſtũ dñm. ℟. Amẽ.

INCIPIT OFFICIVM Sepulturę paruulorũ Chriſtianorum.

Quando puer extrahit de domo ſiat ſm vſum patrię, vel incipiatur Ps. Beati immaculati Ps. Laudate pueri. cum Gloria patri. Quando puer eſt in eccleſia incipitur Antipho.

HIc accipiet benedictionem a domino: et miſericordiã a Deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dñm

Domini eſt terra. Quo finito dicatur Kyrie ele. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pater noſter. Et ne nos. Sed lib. Me autē ꝓpter innocētiam ſuſcepiſti. Et ↄfirmaſti me in ↄſpectu tuo in eternum. Dñs vob. Oratio.

Omnipotens, ⁊ mitiſſime Deus, qui omnibus paruulis renatis baptiſmate dum migrant a ſeculo ſine vllis eorum meritis vitã illico largiris ęternam: ſicut animę huius paruuli credimus te feciſſe: fac nos quęſumus domine per interceſſionem beate Marię virginis: ⁊ omnium ſanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari: ⁊ in paradiſo beatis paruulis perenniter ſociari. Per. Dum portat ad tumulum, dicant ps. Benedicite omnia opera. Añ. Iuuenes, ⁊ virgines: ſenes cum iunioribus laudate dominum. ps. Laudate dominum. Deinde Añ. Iuuenes. Kyrie el. Chriſte ele. Kyrie elei. Pater noſter. Et ne. Sed libera. Sinite paruulos venire ad me. Talium eſt enim regnum cęlorum. Dominus vobiſcum. Oratio.

Omnipotēs ſēpiterne deus ſancte puritatis amator: q animã huius paruuli ad regnū cęlorum hodie miſericorditer vocare dignatus es: concede nobis ita miſericorditer agere: vt meritis tuę ſanctiſſimę paſſionis, ⁊ interceſſione beatę Marię virginis, ⁊ omnium ſanctorū tuorum in eodem regno nos cū omnibus ſanctis tuis, ⁊ electis ſemper facias congaudere in cęleſtibus. Qui viuis. Benedicamus domino.

Iſta eſt forma abſolutionis abſtracta de formulario domini Papę pro habentibus indulgentiã plenariam a pęna: ⁊ a culpa. Primo dicat infirmus, ſi pōt, Confiteor Deo oīpotenti, totum. Si vero non poteſt dicat alius loco ſui. Poſtea confeſſor, cui fuit gñaliter, vel ſpāliter confeſſus, dicat Miſerere. Cōſequenter ſubiungat, ⁊ dicat. Indulgentiã abſol. ⁊c. Abſolutio plenaria a pęna, ⁊ a culpa.

Auctoritate Dei, ⁊ beatorũ Apoſtolorum, Petri, ⁊ Pauli, ⁊ ſanctę Romanę eccleſię tibi conceſſa, mihique in hac parte commiſſa, ego te abſoluo ab omni ſententia excōmunicationis maioris, vel minoris: ſi quam incurriſti: ⁊ reſtituo te vnitati fidelium: ⁊ ſanctis ſacramentis eccleſię. Item eadem auctoritate mihi commiſſa, ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis contritis, confeſſis, ⁊ oblitis, ⁊ tranſgreſſione regulę, ⁊ ſtatutorum. Item auctoritate Dei, ⁊ beatorum Apoſtolorum, Petri, ⁊ Pauli, ⁊ ſanctę Romanę eccleſię: ⁊ etiam domini noſtri Papę

Papę ✠ ſummi pōtificis mihi
in hac parte cōmiſſa: inquantū
claues ſanctę eccleſię ſe exten-
dūt ſi iſta vice morieris: abſoluo
te ab omnibus peccatis tuis in
purgatorio debitis propter cul-
pas, ⁊ offenſas, quas cōtra Deū,
animam tuam, ⁊ proximum tuū
commiſiſti: ⁊, quantū mihi per-
mittitur, reſtituo te illi innocen-
tię, in qua eras. quando baptiza-
tus fuiſti. Si vero iſta vice non
morieris: reſeruo tibi plenariam
indulgentiam conceſſam a do-
mino Papa pro vltimo articu-
culo mortis tuę: vt in ea cōmiſ-
ſione pręfatę indulgentię domi-
ni noſtri papę cōtinetur. In no-
mine ✠ patris, ⁊ ✠ filij, ⁊ ✠ ſpi-
ritus ſancti. Amen.

¶ Iſta eſt forma abſolutionis
epi, facta confeſſione dicat abſol
uens Miſereatur tui. ⁊c. po-
ſtea ſubiungat, ⁊ dicat. Oratio.

Dominus nr̄ Jeſus Chrs te
abſoluat: ⁊ ego auctoritate
eius, ⁊ auctoritate dn̄i Epi no-
ſtri, qua fungor in hac parte: tibi
cōceſſa: mihi commiſſa: abſoluo
te ab omni vinculo excōicatio-
nis maioris, vel minoris ad eum
pertinentis, ſiquam incurriſti: ⁊
a participatione cum excommu-
nicatis, ſi teneris: ⁊ reſtituo te ſa-
cramentis eccleſię, ſi neceſſe eſt.
Iterum abſoluo te ab iſtis, ⁊ ab
alijs peccatis tuis mortalibus, ⁊
venialibus mihi confeſſis: ⁊ ob-
litis, quomodocunq̃, vel quali-
tercunque offendiſti creatorem
tuum: animam tuam: proximū
tuum: ⁊ regulam tuam. In no-
mine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ ſpi-
ritus ſancti. Amen.

¶ Iſta eſt forma abſoluēdi pro
illis: qui habent indulgentiam
eligendi ſibi ſemel tantum cōfe.
qui eos abſoluat ab omni caſu
etiā pertinente ad papā. Oratio.

Dominus nr̄ Jeſus Chri-
ſtus te abſoluat: ⁊ ego au-
ctoritate ipſius, ⁊ beatorum apo
ſtolorū, Petri, ⁊ Pauli: ⁊ ſum-
mi pontificis mihi commiſſa, ti-
bi in hac vice conceſſa: abſoluo
te ab omni vinculo excōicatiōis
maioris, vel minoris: vel ſenten-
tia ſuſpēſionis, ⁊ interdicti: ⁊ di-
ſpenſo tecū ſup omni irregulari-
tate, ſiquam incurriſti: ⁊ reſtituo
te vnioni, ⁊ participationi fide-
lium, necnon ſanctis ſacris. Ec-
cleſię. Item abſoluo te ab oībus
peccatis tuis, mihi confeſſis, con-
tritis, ⁊ oblitis, cum circunſtan-
tijs eorum, quōcunq̃, vel quali-
tercunque offendiſti creatorem
tuū: aiam tuam: proximū tuū: ⁊
regulam tuam. In nomine pa-
✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus
✠ ſancti. Amen.

¶ Iſta eſt ... forma abſolonis
abſoluēdi a minori excōicatione

Abſoluimus te a vinculo
excōicationis huius, quam
confeſſus es: ⁊ alia, ſi teneris,

in quantum poſſumus, ⁊ debe-
mus ⁊ reſtituimus te eccleſiaſti-
cis ſacramentis. In nomine pa
✠ tris, ⁊ ✠ filij, ⁊ ſpūs ✠ ſcī. Amē.
¶ Iſta eſt forma abſoluendi
excōmunicatum ab excōicatio-
ne maiori. Primo faciat abſol-
uens iurare ſtare ſemꝑ ſubiectū
ꝓceptis ſancte matris eccleſie; ⁊
ſuorū ꝑlatorū: neqꝫ vnq̄ excōica
tionē contēnerē. Et cū chorda,
vel baculo ꝑcutiat plane, ⁊ leui-
ter dorſuꝫ abſoluēdi, dicēdo pſ.
Miſere mei De⁹. ⁊c. totū. vel pſ.
Deus miſereať nrī. totuꝫ poſtea
dicatur. Kyrie el. Chriſte eleiſ.
Kyrie elei. Pr noſter. ℣. Et ne
nos. ℟. Sed libera. ℣. Saluū fac
ſeruū tuū. ℟. Deus me⁹ ſperan-
tem in te. ℣. Dn̄e exaudi oꝛōnem
meam. ℟. Et clamor meus ad
te veniat. ℣. Dominus vobiſcū.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus cuius proprium eſt
miſereri ſemper, ⁊ parce-
re: ſuſcipe deprecationeꝫ noſtrā:
⁊ hunc famulum tuum, quē ſen
tentia excōmunicationis ligat:
miſeratio tue pietatis abſoluat.
Per Chriſtum. ℟. Amen.

Dominus noſter Jeſus Chri
ſtus te abſoluat: ⁊ ego au-
ctoritate Dei oīpotentis, vt ſup.
¶ Iſta eſt forma abſolutionis
generalis peccatorum: qua qui-
dem ſacerdotes vti debēt. Poſt
Miſereatur tui ⁊ cet. ⁊ Indul-
gentiam, Sacerd. dicat,

Dominus noſter Jeſus
Chriſt⁹ te abſoluat: ⁊ ego
te abſoluo auctoritate, qua fun
gor ab omnibus peccatis tuis,
mihi confeſſis, ⁊ oblitis: ⁊ quo-
rum memoriam non habes: ⁊
omnia bona, que feciſti, ⁊ que
facturus es, ſint ad laudem dei
omnipotentis: ⁊ in remiſſionem
omnium peccatorum tuorum.
In nomine ✠ patris, ⁊ ✠ filij
⁊ ✠ ſpiritus ſancti. Amen.

Ordo abſolutionum, quibus
alma Carmelitaruꝫ religio
vtitur ſpecialiter. Pꝛimo pecca-
tor ab excōicatione ſi eſt implica
tus, abſoluitur. Scdo ab irregu-
laritate. Tertio ab aliis delictis.
De pꝛima ſic abſoluit. Excōicat⁹
dicat. Confiteor Deo patri, ⁊c.
Sacerdos percutiendo excōica-
tuꝫ ſubiungat. Miſereatur tui
oīps, ⁊c. Indulgentiam, abſolu-
tionem, ⁊ remiſſionem omnium
peccatorum tuorum, ⁊c. Hic
dicatur vnum. Pater noſter.
vel Aue Maria. ſeu aliquid
aliud pro ſpeciali penitentia: ⁊
ita fiat in aliis abſolutionibus,
excepta tamen flagellatione, hoc
tamē obſeruando, qꝫ, antequā inci
pias abſoluere: peccatori [illegible]
rem penitentiā ſine aliquo ama-
ritie affectū diſcrete imponas.

Dominus nr̄ Jeſus Chriſtus
per ſuam ſanctam miſeri-
cordiam, ⁊ paſſionem te abſol-
uat: ⁊ ego auctoritate ipſi⁹, mihi
in hac

in hac parte commiſſa, in quantum poſſum, ⁊ debeo te abſoluo ab iſto vinculo excommunicationis, quam incurriſti: tranſgrediendo preceptum maioris tui, ſcilicet percutiendo clericum. Ibi delictum ſemper nominari debet per quod in excommunicationem incurrit. ⁊ reſtituo te ſacramentis ſancte matris eccleſie: ⁊ orationibus diuinis abſolutum. In nomine patris, ✠ ⁊ filij, ⁊ Spiritus ſancti. ✠ Amē. Cetera bona, que feciſti: ⁊ intendis facere, ſint, ⁊ valeant tibi in remiſſionem omnium peccatorum tuorum: in augmentū gratie, ⁊ glorie: ⁊ premium vite eterne amen. Vade in pace: ⁊ noli amplius peccare: ⁊ dolore preterita plange: atque futura caue. In nomine pa ✠ tris, ⁊ filij, ⁊c. Secundo, ſi irregularitatis abſolutione indigeat, eā ſtatim ſubiunges.

Eadē auctoritate mihi in hac parte cōceſſa, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, ſeu irregularitatibus contractis, ſcilicet in miniſtrando, ſeu participando in diuinis, vel alio quocunque modo, ſi indiges: ⁊ reſtituo te ſacramentis ſancte matris eccleſie. ⁊c. vt ſupra. Tertio poſt peccatorum confeſſionem iſtā abſolutionem facies. Miſereatur tui omnipotens deus, ⁊ dimittat tibi. ⁊c. Indulgentiam, abſolut. ⁊c. vt ſup. Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ⁊c. vt ſup.

Et ego auctoritate ipſius, mihi in hac parte commiſſa, in quantum poſſum, ⁊ debeo, te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, mihi modo cōfeſſis: contritis, ⁊ oblitis: ⁊ ab omni ſententia excommunicationis minoris, ſi incurriſti, participando cum excōmunicatis: ⁊ reſtituo te ſacramentis ſancte eccleſie. ⁊c. omnia, vt ſupra in prima abſolutione plenariam abſolutionem hic ponere non curo.

CONTRA AEREAS tempeſtates.

Cum primo videantur aura immoderate leuari: tunc proijciat ſacerdos contra illam aquam benedictam, ⁊ mox cum clericis ante altare accumbat dicens ſeptem pſal. Ps. Beatus vir. 1. Ps. Domine quis. 5. Ps. Deus in no. 3. Ps. Deus in adiu. Ps. Funda. Ps. Dominus regn. deco. Ps. Beati omnes. Quibus completis dicat ſac. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum, ⁊ terram. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nō nocebit nobis. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quēadmodum ſperauimus in te. ℣. Saluum fac populum tuum domine, ⁊ benedic hereditati tue. ℟.

Et reges eos vſque in ſeculum. ℣. Vox domini ſuper iuſtos. ℟. Aures eius in preces eorum. ℣. Deus meus eripe me. ℟. De manu peccatoris. ℣. Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. ℟. Domine virtutum beatus homo, qui ſperat in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſc. ℟. Et cuȝ ſpir. Oremus. Oratio.

Rex eterni imperij omnipotens deus: qui das eſcam omni carni: qui operis celū nubibus, ⁊ paras terre pluuiam: ⁊ ianuas celi aperis: qui transfers Auſtrum de celo ⁊ inducis in virtute tua Africum: qui rigas montes de ſuperioribus ſuis: ⁊ de fructu operum tuoruȝ ſatiabitur terra: qui Angelo precepiſti: vt terre, mari, ⁊ arboribus ne noceret: parce metuentibus, ⁊ propitiare ſupplicantibus. Te etenim domine ſupplices exoramus, vt procul abſcedat incurſio turbinum: calamitas tempeſtatum: fragor grandinum: percuſſio fulminum, ⁊ que libet inſidie inimici tēperētur: infeſta tonitrua: noxieq; pluuie: ventorū fulmina fiant moderate ſuſpenſa: omnis quoq; ſpiritus procellaruȝ, ⁊ aeree tempeſtates dextera tue virtutis proſternātur: diſcēdat queſumus domine de ſuḡ Spirituſſanctius: vt fugatis omnibus cōtrarie poteſtatis virtutibus, fruges man⁹ ſeruet Angelica: ⁊ poſt ſopitos nubiuȝ imperus, in laudibus, ⁊ deuotionis ſpiritualis augmentuȝ tranſeat comminatio poteſtatis. Qui viuis. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui celum, ⁊ terram creaſti, ⁊ operari voluiſti, ⁊ flumen Jordanem benedixiſti: benedicere, ⁊ ſanctificare digneris has nubes, quas video: vt deficiāt, ⁊ trāſeant in aquam benedictā: ⁊ cadat tempeſtas in loca deſerta: vbi non noceat aliquibus Chriſtianis, nec aliquibus animalibus: per virtutem ſancti Spiritus, ⁊ beatiſſime virginis, ⁊ ſancti Simeonis, ac ſancte Barbare: Catharine, ⁊ ſancte Brigide, virginū: ⁊ per orationes ſanctorum, ⁊ ſanctarum dei. Qui viuis, ⁊ regnas in ſecula ſeculorū. Amen.

Coniuro vos o maligni ſpiritus per creatorem celi, ⁊ terre: ⁊ per incarnationem ⁊ natiuitatem: ⁊ circunciſionem ⁊ apparitionem: baptiſmum: ieiunium: paſſionem: crucem: mortem: reſurrectionem: ⁊ per glorioſam aſcenſionem domini noſtri Jeſu Chriſti: ⁊ per gratiam ſpirituſſancti paracliti: ⁊ per glorioſam Mariam matrem Dei: ⁊ per ſanctos Angelos: Archāgelos: pphetas: apoſtolos: ⁊ euāgeliſtas Dei: vt non deponatis

trã veſtram ſuper locum iſtũ, nec in finibus iſtis, ſed in mari, vel in aquis, aut in ſylueſtribus locis longe agentibus: vt in die iudicij non habeatis licentiam dicendi, nemo nobis contradixit. Ego vero vobis contradico in nomine patris: ✠ ⁊ filij: ⁊ ✠ ſpiritus ſancti ✠ Amen. Reſume ter iſtud. Coniuro vos o maligni ſpiritus. Per Chriſtum.

DE RECEPTIONE nouitiorũ: ⁊ modo recipiendi.

Cum vero nouitius recipiẽdus fuerit ad ordinem noſtrũ: radatur, ⁊ calcetur ad modum fratrum, ⁊ tunica ordinis indutus cum aliqua veſte ſeculari ducatur ad capitulum, vel ad eccleſiam: qui cum deductus fuerit, proſternat ſe in medio capituli: poſtea pſidẽs petat ab eo. Quid queris? Reſpõdeat. Miſericordiam dei, ⁊ veſtri ordinis paupertatem: ac fratrum ſocietatem. Et multa debet querere pſidẽs ab eo primo. Es tu cõiugatus? es ratiocinijs obligatus? es alicuius ordinis mendicantium profeſſus? ⁊ multa alia, que ſunt contraria religioni. Et poſitis his omnib[9] requirat voluntatẽ eius. Qui, ſi reſpõderit ſe velle cuncta ſeruare, ⁊ ſeculo renunciare: dicat pſidens. Oportet te eſſe in obedientia, ⁊ caſtitate, ⁊ paupertate: vis ergo in his deuote perſeuerare? reſpondeat; quod cum dei gratia, ⁊ fratrum oratione eſt paratus. Tunc pſidens dicat. Deus, qui te incepit in nobis ipſe perficiat. Per Chriſtum. Tunc pſideus exuens eũ veſtibus ſecularibus, dicẽs ſup quãlibet. Exuat te dominus veterem hominem cũ ſuis actibus: Mox dicat orationes ſequẽtes.

Deus indulgentie, ⁊ miſericordiarũ pater: qui ſeueritatem tue diſcretionis temperans induliſti, ne filius portet iniquitatẽ patris: qui mira etiã diſpẽſatione malis bene ꝑ tue dignationis gratiã frequẽter operaris: q̃s clementiã tuã: vt huic famulo tuo non abſiſtat, ꝙ habitum noſtre ſacre religionis ad honorem beate virginis Marie de monte Carmelo dedicate per nos tam ac taliter indignos accipit: ſed miniſteriũ, quod exterius per nos exhibetur: tu interius per donum ſancti ſpiritus exequaris. Per Chriſtum.

Deus, qui per coeternũ filiũ tuum cuncta creaſti: quiq; mũdũ peccatis inueteratum per miniſteriũ ſancte incarnationis eius renouare dignat[9] es: te ſuppliciter exoram[9]: vt eiuſdem domini noſtri gratia ſuper hunc famulũ ad renunciationẽ ſeculi profitentem clementer reſpicere digneris: per quã in ſpiritu ſpe mentis renouatus veterẽ

homi-

hominez cū actibus ſuis exuat, & nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundē Chriſtū.

Domine Jeſu Chriſte, qui es via, ſine qua nemo venit ad patrem: quęſumus clemētiam tuam: vt hunc famulum tuuz a carnalibus deſiderijs abſtractum per iter diſciplinę regularis deducas: &, qui peccatores vocare dignatus es: dicens: venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiā vos: pręſta vt hęc vox inuitationis tuę ita in eum conualeſcat: quatenus peccatorū onera deponens, quaz dulcis es guſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur: & ſicut veſtiri de tuis ouibus dignatus es: agnoſce eum inter ones iſtas: vt ipſe te agnoſcat, & alienum non ſequatur, ſed te. Nec audiat vocem alienorum, ſed tuā, quę dicit, quis mihi miniſtrat: me ſequatur. Qui viuis, &.

Sancte ſpiritus, qui te deū, ac dominū reuelare dignatus es mortalibus: poſtulamus immenſam tuę pietatis gratiaz: vt, ſicut vbi vis ſpiras: ſic huic famulo tuo affectum deuotionis indulgeas: vt, qui tua ſapientia eſt conditus, tua quoq; prouidētia gubernetur: quem iuxta tuā conſuetam gratiaz vnctione tua digneris: & per interceſſionem beatiſſimę virginis Marię, quā pręcipuaz huius ſanctę religionis patronam dediſti: eum a vanitate ſeculi veraciter cōuerte: & ſicut es omnium peccatorum remiſſio: ita deprimentes impietatis obligationes in eo diſſolue, & ad obſeruantiam huius ſancti propoſiti fac eum ita certatim feruere: vt in tribulationibus, & anguſtijs tua indeficiente conſolatione valeat reſpirare: vt iuſte, & pie per veram humilitatem, atq; obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, in fraterna charitate fundatus, atq; radicatus, quod te donante promittit, fęliciter perſeuerātia compleat: quod ipſe pręſtare digneris: qui cum deo patre, ſanctoque vnigenito eius, domino noſtro Jeſu Chriſto: vnus gloriaris deus per infinita ſęcula ſęculorum. Amen.

Mox finita oratione prelatus induat eum habitu religionis cum ſigno dicens ſuper eum.

Induat te dominus nouum hominem, qui ſcdm deū creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate.

Et aſpergat eum aqua benedicta: deinde dicatur hęc oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, & hūc famulum tuum benedicere dignare: cui in tuo ſancto nomine habitū ſacrę religionis imponimus: & pſta, vt te largiēte & deuot⁹ in eccleſia tua perſiſtere: & vitā percipere mereatur ęternā. Per

Et ſic receptus, ⁊ indutus ducatur proceſſionaliter in chorum, ⁊ proſternat ſe ante altare ceteris fratribus ſtantibus in ſtallis ſuis: ⁊ tunc prior incipiat ſolenniter hym. Veni creator ſpūs. ⁊ chorus proſequatur: ad j. verſum oēs flectāt genua. finito hy. dicat Kyrie. Chrie. Kyr. Paf nr. Deinde prior ſtans iuxta ipſum prope cornu altaris dicat. ℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libera. ℣. Manda deus virtuti tuę. ℟. Confirma hoc deus, quod operatus es in eo. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Ora pro eo ſancta dei genitrix: vt dign⁹ efficiatur promiſſionib⁹ Chriſti: Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſc. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus, qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemꝑ cōſolatione gaudere. Orō.

Protege domine famulum tuum ſubſidijs pacis: ⁊ beatę Marię ſemper virginis patrocinijs cōfidentē a cunctis hoſtib⁹ redde ſecurū. Orō.

Deus, qui iuſtificas impiū ⁊ non vis mortem peccatorum: maieſtatem tuā ſuppliciter exoramus: vt famulum tuū de tua miſericordia confidentem celeſti protegas benignus auxilio: ⁊ aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famuletur: ⁊ nullis tētationib⁹ a te ſeparet. Orō.

Deus miſericors: Deus clemēs: cui cuncta bona placent, ſine quo nihil bonum inchoatur, nihil bonū perficitur: adſint noſtris humilibus precibus tuę pietatis aures, ⁊ hunc famulum tuum, cui in tuo ſancto nomine ſacrę noſtrę religionis habitū imponimus: ⁊ a mūdi impedimento: ⁊ ſeculari deſiderio defende: ⁊ concede ei, vt in hoc ſancto propoſito deuot⁹ perſiſtere: ⁊ remiſſione peccatorū percepta, ad electorum tuorum valeat cōſortiū peruenire. Orō.

Deus, qui non vis mortem peccatoris: ſed penitentiam, ⁊ vitę emendationem ſemper inquiris: te ſuppliciter deprecamur: vt huic famulo tuo ſecularibus actibus renunciāti largę tuę pietatis gratiam infundere digneris: quatenus caſtris tuis inſertus ita tibi militando ſtadium vitę pręſentis percurrere valeat: vt brauium ęternę remunerationis te donāte percipiat: ⁊, ſicut iſte te deo inſpirāte noſtris optat iungi conſortijs: propter quod damus ei commu-

nē ſocietatē viuendi nobiſcum: quantuʒ a te domine poſſumus promereri, ⁊ noſtrum eſt largiri: ſic cum electus a te remuneratore omniū bono℞ valeat pręmia repromiſſa percipere. Per Chriſt.

His finitis eleuetur, ⁊ aſpergat aqua benedicta, ⁊ oſculetur, primo reuerenter altare: ſecundo priorem: tertio fratres: ⁊ poſtea locetur i ult. locis chori, ſic fratres.

DE PROFESSIONE ad ordinē noſtri receptorū.

Ante tempus profeſſionis nouitius humiliter profeſſionem ſuam petat trib⁹ vicib⁹ a conuentu. Cū vero tempus profeſſionis ipſius aduenerit, nouitius veſtit⁹ tunica ſua: ſcapulari, ⁊ capa ſtet in pręſentia pręſidentis, ⁊ cōuentus, ⁊ requiratur ab eo: ſicut ſupra de nouitijs eſt expreſſū. Quiſi impedimētū nō pariat, flexis genib⁹ ponat man⁹ ſuas īter man⁹ pſidētis, ⁊ dicat.

Ego frater N. facio profeſſionē, ⁊ promitto obedientiā Deo, ⁊ beatę Marię de monte Carmelo, ⁊ tibi fratri N. priori generali fratrū ordinis beatę Marię de mōte Carmelo, tuiſque ſucceſſoribus ſm regulā prędicti ordinis vſq; ad mortem.

¶ Si alteri alij, quam Priori generali, profeſſio fuerit facienda tunc dicatur ſic.

Ego frater N. facio profeſſionē, ⁊ promitto obedientiā Deo, ⁊ beatę Marię de monte Carmelo, ⁊ fratri N. priori generali fratrum ordinis Carmelitarum, ſuiſq; ſucceſſoribus ſm regulā prędicti ordinis vſq; ad mortem. ⁊ dicatur ter: quo facto dicat pręſidens. Deus, qui in te incepit, in te perficiat. Amē.

Sequitur benedictio ſuper fratrem. Deus indulgentię pater. Cum alijs ſequentibus, require in receptione nouitiorum: quibus dictis ſequitur benedictio ſuper habitum. ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiā tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis. ℟. Dñe deus virtutum conuerte nos. Et oſtende faciem tuam, ⁊ ſalui erimus. ℣. Dñe exaudi orationem meam. Dñs vobiſcum. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui regimen noſtrę mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tuę largitatis abundantiam in hoc genus effluere veſtimenti: quod ſancti patres ad innocentię, vel humilitatis indicium abrenunciantibus ſeculo ferre ſanxerunt: ſic ipſum benedicere digneris: vt hic famulus tuus, qui eo vſus fuerit, te induere mereat. Per eundē Chriſt. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte auctor virtutum, ⁊ amator pęnitentium: qui maxime paupertatem: ⁊ caſtitatem cum

ceteris virtutibus corporaliter in mundo elegiſti: ⁊ peccatores ad penitentiam miſericorditer vocaſti: ⁊ omnes fideliter ſe conuertentes pie ſuſcepiſti: tuam ineffabilem miſericordiam ſuppliciter exoramus: quatenus hunc habitū ſanctificare, ⁊ bene✠dicere digneris: ⁊ concede propitius: vt quicunq; illum deuote in ſignum ſancte conuerſationis geſtauerit: cum veſte candida, ⁊ immaculata ante tribunal tuum in ſanctorū agmine glorificatus in die iudicij valeat apparere, qui cum patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuis, ⁊ regnas de⁹ in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Deinde aſpergat aqua benedicta dicendo. In nomine pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpiritus✠ ſancti. Amen. Poſtea prior induat eum habitu dicens. Accipe hunc habitum in remiſſionē peccatorum tuorum, ⁊ noſtre ſancte religionis augmentum. In nomine pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpiritus✠ ſancti. Amen. Similiter dicat de capa. Accipe hoc ſignum in remiſſionem peccatorum tuorum, ⁊ noſtre religionis augmentum. In nomine pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpiritus✠ ſancti. Amen. Quibus factis ſequitur oratio ſuper profeſſum genuflectentem.

Oremus. Oratio.

Dominus Jeſus Chriſtus pater miſericordiarum, ⁊ conſolator peccatorum: qui dixit, nolo mortem peccatorum, ſed magis, vt conuertantur, ⁊, qui non venit vocare iuſtos, ſed peccatores, ad penitentiam: ipſe ſua ineffabili miſericordia, ⁊ ſolita pietate te ad veram cordis contritionem vocet, ⁊ gratiam deuote penitentie inſpiret: vt digne habitum ſancte profeſſionis valeas accipere: ⁊ votum tue profeſſionis, ⁊ promiſſa ſancti ordinis adimplere: ac in ſancto ſuo ſeruitio perſeuerare: ⁊ cum electis eius ad eterna gaudia feliciter peruenire: qui cum patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuit, ⁊ regnat deus in ſecula ſeculorum. Amen. Deinde aſpergat aqua benedicta, ⁊ poſtea ducatur, proceſſionaliter ad chorum, ⁊ ante altare iaceat proſtratus, alijs fratribus ſtantibus in ſtallis ſuis, Prior incipiat ſolenniter hym. Te deū laudamus. Quem proſequatur conuentus, quo dicto prior ſtando ad pedes profeſſi dicat. Kyrie eleiſon. Chriſte el. ⁊ omnia alia, ⁊ orationes, ſicut ſtant in rub. nouitiorum: Quibus dictis, ⁊ completis, omnibus aſpergat eum aqua benedicta, ⁊ oſculatur altare, ⁊ poſtea priorem, ⁊ fratres omnes, ⁊ ponatur in loco ſuo inter profeſſos, ⁊ laicos ſuper nouitios.

AD BENEDICENDVM aquam

Omnibus diebus dominicis Sacerdos cum ſtola dicat ℣ Adiutorium noſtrum. ℟. Qui fecit cęlum ℣ Sit nomen dñi. ℣ Dñs vobiſc. Oremus.

Exorcizo te creatura aquę in nomine dei ✠ patris omnipotentis: ⁊ in nomine ✠ filij eius Jeſu Chriſti, ⁊ in virtute ✠ ſpiritus ſancti: vt fias aqua exorcizata: ad effugandam omnem poteſtatem inimici: ⁊ ipſum inimicum eradicare, ⁊ explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem eiuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. Amen. Oremus.

Deus, qui ad ſalutē humani generis maxima quęqꝫ ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊ elemēto huic multimodis purificationibus pręparato virtutem tuę be✠nedictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abijciendos dęmones, morboſqꝫ pellendos diuinę gratię ſumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hęc vnda reſperſerit, careat omni immūditia: liberetur a noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens: non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidię latentis inimici: ⁊, ſiquid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti: aſperſione huius aquę effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per.

¶ Benedictio Salis. Oratio.

Exorcizo te creatura ſalis per deum ✠ viuum: per deum ✠ verum: per deum ✠ ſanctum: per deum, qui te per Eliſeum prophetam in aquam mitti iuſſit: vt ſanaretur ſterilitas aquę: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium: et ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animę, ⁊ corporis: vt effugiat, atqꝫ diſcedat ab eo loco, in quo aſperſum fueris omne Phantaſma, ⁊ nequitia, vel verſutia diabolicę fraudis: omniſqꝫ ſpiritus immundus adiuratus: per eū, qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. Amen. Oremus. Oratio.

Immenſam clemētiam tuā omnipotens ęterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum humani generis tribuiſti: bene✠dicere, ⁊ ſancti✠ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumētibus ſalus mentis, ⁊ corporis: ⁊ quicquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit: careat omni immunditia, omniqꝫ impugnatione

ne

ne ſpiritalis nequitię. Per. Hic mittatur ſal in aqua in modum crucis dicendo Commiſtio ſalis, ⁊ aquę pariter fiat. In nomine patris, ✠ ⁊ filij, ⁊ ✠ ſpiritus ſancti ✠ Amen. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

DEus inuicte virtutis auctor: ⁊ inſuperabilis imperij rex, ⁊ ſemp magnific⁹ triumphator: qui aduerſę dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſęuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes, ⁊ ſupplices deprecamur, ac petimus: vt hanc creaturam ſalis, ⁊ aquę clementer aſpicias: benignus illuſtres: pietatis tuę more ſancti ✠ fices: vt vbicunq; fuerit aſperſa per inuocationē ſancti tui nominis omnis infeſtatio immūdi ſpiritus abijciatur: terrorq; venenoſi ſerpentis procul pellatur, ⁊ pręſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus vbiq; adeſſe dignetur. Per do. ℣. Aſperges me domine. ℟. Miſerere mei Deus. ℣. Oſtende nobis domine. Oremus. Oratio.

EXaudi nos domine, ſancte pater omnipotens, ęterne Deus: ⁊ mittere digneris ſanctū Angelum tuum de cęlis: qui cuſtodiat: foueat: protegat: viſitet, atq; defendat oēs habitantes in hoc habitaculo: Per Chriſtū.

¶ Bñ. aquę ſancti Alberti.

ADiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum, ⁊ terram. ℣. Sit nomen dñi benedictū. ℟. Ex hoc, nūc, ⁊ vſq; in ſeculum. Dñs vobiſc. ℟. Et cū ſpiritu. Oremus. Orō.

FIdelium deus omnium fortitudo, ⁊ ſalus: qui ſocrum beati Petri apoſtoli tui febribus magnis detentam pio rogationis intuitu perfecte ſanaſti: ſancti ✠ fica, ⁊ bene ✠ dic creaturam hanc aquę in tuo ſacratiſſimo nomine, ⁊ reliquijs ſanctiſſimi confeſſoris tui Alberti: quem ſpreto ſęculo ad almę tuę genitricis religionem vocare dignatus es: ⁊ concede eius glorioſis meritis, atque interceſſionibus: vt, quicunque febrium vexatione grauantur: per huius aquę ſumptionem humilem: a cunctis animę, ⁊ corporis languoribus liberentur: atq; eccleſię tuę repręſentari mereantur: gratiarum tibi actiones in ea iugiter referendo. Qui vi.

Deinde ponat ter reliquias cū cruce in aqua dicendo.

BEnedic dñe meritis ſancti Alberti creaturā hanc aquę: qui glorioſo tuo corpore benedixiſti aquas Iordanis: ⁊ pręſta: vt omnes guſtantes ex ea, tam corporis, quam animę recipiant ſanitatem. Qui viuis, ⁊ re. ℣. Ora pro nobis beate pa-

ter Alberte. ℣. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Oratio.

Concede deus omnipotens, ⁊ miſericors Deus: vt per virtutem benedictionis aque, ⁊ per meritum paſſionis dñi noſtri Jeſu Chriſti: ⁊ per itercеſſionē beate Marie virginis, ⁊ omnium ſanctorum, ⁊ ſanctarum Dei, ⁊ beati Alberti patris noſtri: oēs fideles, qui pie, ⁊ deuote aquam iſtam guſtauerint: ⁊ anime, ⁊ corporis ſanitatem recipere valeant: ⁊ in tuo ſancto ſeruitio ſemper permanere. Per Chriſtum dominum noſtrum Jeſum.

¶ Benedictio itinerantium. ℣. Ad te leuaui. Kyrie. Pater noſter. Et ne nos. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℞. Deus meus ſperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de ſancto. ℞. Et de Siō tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. ℣. Dñe exaudi. ℞. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum. Oremus. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationib⁹ noſtris: ⁊ viam famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt inter oēs vie, ⁊ huius varietates: tuo ſemper protegantur auxilio. Per Chriſtū. [illegible] Ad te leuaui. Pater noſter. [illegible] Et ne nos. ℣. Saluos fac ſeruos, ⁊c. ℣. Conuertere domine vſquequo: ℞. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine exaudi oratio. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus miſerere his famulis tuis: ⁊, quicquid eis in via ſurripuit viſus, aut auditus male rei, aut ocioſi ſermonis, totum ineffabili pietate tua indulge, ⁊ abſterge. Per Chriſtum dñm.

Benedictio menſe, ⁊ gratiarum actio: rubrica. Facto primo ſigno ad prandium ſtatim fratres conueniant: ⁊ ablutis manibus decenter reſideant ante refectorium in clauſtro, vel in alio loco ad hoc ordinato. Dum autem prelatus campanellam refectorij primo [illegible] tetigerit ingrediantur refectorium bini, ⁊ bini iunioribus precedentibus: ⁊ dum ingrediuntur pulſet prelatus campanellam plena pulſatione. Qua finita lector menſe vadens ad medium refectorium ante locum, in quo ſtat, dicat: Benedicite. Quo dicto inclinet: ⁊ ſic reuertatur ad locum ſuum: dicto vero Benedicite, tempore, quo bis reficiuntur fratres: cantor, vel ſacerdos ſecundum quod hebdomada fuerit incipiet. ℣. Oculi omnium in te ſperant domine, ⁊ tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis in manum tuam, ⁊ im-

pies omne animal benedictione. Gloria patri. ⁊c. Et conuentus ipſum, cum ſequentibus cõmuniter proſequatur cũ: Gloria patri, ⁊c. Kyrie. Chriſte eleiſon. Kyrie ele. Pater noſter. Deinde ſubiungat, qui miſſam celebrauerit in conuentu: Et ne nos. Conuentus reſpõdeat: Sed libera. Oremus. Benedic nos domine ✠ ⁊ hec dona, que de tua largitate ſumus ſumpturi. Per Chriſtum dominum n. faciendo tantum vnam crucem: faciendo ſuper omnes menſas: ⁊ reſponſo. Amen. Qui lecturus eſt in menſa ſtans in medio, vt prius dicat. Jube domine benedicere. ⁊ ſacerdos predictus det bñdictionem. Menſe celeſtis participes: faciat nos Chriſtus rex eterne glorie. ⁊ reſponſo. Amen. Fratres ſe collocent ordinate per menſas; ⁊ lector vadat ad locum, in quo legendum eſt: ⁊ fratribus collocatis incipiat legere. Legatur autem regulariter per annum de biblia: ⁊ in feſtis ſanctorum quorum proprie videbitur de eorum vitis, vel de aliquo ſermone, vel de hom. que feſtis congruant.

Finito prandio, ⁊ facto ſigno a prelato cum campanella, lectio terminetur per. Tu autem domine. Hoc prouiſo a prelato antequam ſignum faciat, quod ſit idonea terminatio; dicto autem. Deo gratias. Prelatus ſtans in ſede ſua pulſet campanellam quouſque maior pars fratrum ſe collocauerit in locis ſuis ante menſas: ⁊ pulſatione terminata: cantor vel ſuccentor incipiat. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Et ſancti tui benedicant tibi. Gloria patri. Et conuentus communiter proſequitur ſubiungens Gloria patri. Quo dicto, qui fecit benedictionem, verſo vultu ad imaginem, que debet eſſe ſuper ſedem prelatoris in quolibet refectorio, dicat: Agimus tibi gratias omnipotens Deus pro vniuerſis beneficiis tuis: qui viuis, ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. ⁊ ℟. Amẽ. Cantor vel ſuccentor incipiat pſalm. Miſerere mei, in voce mediocre, ⁊ ſine clamore miſſo liuro, ⁊ conuentus ipſum proſequatur vtroque choro alternatim ſuum ℣. dicente: ⁊ ſic proceſſionaliter precedentibus iunioribus ad chorum vadant: ⁊ finito pſalmo cum. Gloria patri. ſubiungat Kyrie eleiſon. ⁊ Pater noſter. Quo dicto ſubiungat ſacerdos predictus. Et ne nos. ℣. Diſperſit dedit pauperibus. ℟. Juſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. ℣. Benedicam dominum in omni tempore. ℟. Semper laus eius in ore meo. ℣. Jn dño laudabitur aia mea. ℟.

¶ In collatione tempore ieiu‑niĩ pulſato primo ſigno ad completorium: et facto ſigno cũ campanella refectorij fratres conueniant: ſe ordinate in menſis collocantes quibus collocatis, lector in loco ad legendum ſedẽs dicat Iube dñe benedicere. Et hebdomadarius ſurgens det benedictionem Diuinum auxilium, maneat ſemper vobiſc. Deinde infra lectionem facto ſigno cum manu ſuper menſam a prælato dicat lector Benedicite. et hebdomadarius ſtando in loco ſuo det benedictionem ſuper potũ faciendo tantũ vnã crucem. Largitor omnium bonorum: benedicat potum ſeruorum ſuorum. Poſtquam vero fratres biberint ad ſignum prælati finiatur lectio per Tu autem domine miſerere nobis. Et poſt modũ hebdomadarius verſus ad imaginẽ dicat. ℣. Sit nomen domini benedictũ. Et interim poterit pulſari ſecundum ſignũ ad completorium: vt fratres de collatione directe ad eccleſiam poſſint ire. Prædictus modus de benedictione menſę, et gratijs, et collatione per totum annum obſeruetur: niſi, quod in die cenę domini, et paraſceues cãpanella non pulſetur: et, quod in die paraſceues gratię dicantur in refectorio ſine nota. Item nota, quod per capitulum ſtatutum eſt, quod poſt gratias extra chorum facias a quolibet fratre dicatur hec añ. Aue regina celorum: aue mater regis Angelorum: o Maria flos virginum: velut roſa, vel lilium: funde preces ad filium pro ſalute fidelium. ℣ Ora pro nobis. Oremus. Protege domine etc.

Benedictio agni paſchalis.
℣ Adiutorium noſtrum. ℣ Dominus vobiſc. et ſic dicatur ante omnes benedictiones. Oratio

Deus, qui per famulum tuum Moyſen in liberatione populi tui de Ægypto agnũ occidi iuſſiſti in ſimilitudinem domini noſtri Ieſu Chriſti: et vtroſque poſtes domorum de ſanguine huius agni perungi præcepiſti: bene ✠ dicere, et ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis: quam nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus per reſurrectionem dñi noſtri Ieſu Chri. Qui tecũ viuit.

¶ Benedictio carnium, ouium vel auium. ℣ Adiutoriũ. Oro.

Signare domine deus omnipotens bene ✠ dicere, et ſancti ✠ ficare has ouium, ſiue auium carnes: vt quicunque ex populis tuis fideliter de eis comederint, omni benedictione cum gratia ſaturati repleantur bonis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, et re, etc.

¶ Benedictio caſei, ⁊ ouorum. ℣. Adiutoriū noſtrum. Oratio.

Deus creator: ⁊ conſeruator generis humani, dator gratię ſpiritualis, largitor ęternę ſalutis, effunde bene ✠ dictionem tuam ſuper hanc creaturam caſei, ⁊ ouorum: vt armata cęleſti defenſione: quicunque ex eis guſtauerint, ſibi proficere ſentiant ad ſalutem, Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum.

¶ Benedictio Panis. ℣. Adiutorium noſtrum. Oratio

Domine ſancte pater omnipotens, ęterne deus, bene ✠ dicere digneris hunc panem tua ſancta ſpirituali benedictione, vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, ⁊ corporis: atq; cōtra omnes morbos, ⁊ vniuerſas inimicorū inſidias tutamen, Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, panem, qui de cęlo deſcendit ⁊ dat vitam, ⁊ ſalutem mundo: ⁊ tecum viuit, ⁊ regnat deus per omnia ſęcula ſeculorum. Amē.

¶ Benedictio loci, vel domus. ℣. Adiutorium. Oratio.

Bene ✠ dic dn̄e deus omnipotens locum iſtum: vel domum iſtam vt ſit in eo, vel in ea, ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, ⁊ manſuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarum actio deo patri, ⁊ filio, ⁊ Spiritui ſancto, ⁊ hęc benedictio maneat ſuper hunc locum, vel ſuper hanc domum, ⁊ ſuper habitantes in eo, vel in ea. Per dominum noſtrum.

¶ Benedictio ad quęcūq; volueris. ℣. Adiutorium. Oratio.

Bene ✠ dic domine creaturam iſtam N. vt ſit remedium ſalutare generi humano: ⁊ pręſta per inuocationem ſancti nominis tui: vt quicunque ex ea ſumpſerint, vel guſtauerint, corporis ſanitatē, ⁊ animę tutelam accipiant. Per dn̄m.

¶ Benedictio vuę, vel ficuum. ℣. Adiutorium noſtrū. Oratio.

Bene ✠ dic domine hos fructus nouos, vuę, ficuum quos tu domine per rorem cęli ⁊ inundantiam pluuiarum, ⁊ tempora ſerena, atq; tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarum actionē, Per dominum noſtrum ⁊c.

¶ Benedictio ouorum. ℣. Adiutorium noſtrum. Oratio.

Subueniat quęſumus domine tuę benedictionis gratia huic ouorum creaturę, de qua pullos gallinarum procreare dignatus es: vt cibus ſalubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actionem ſumentibus. Per dominum. ⁊c.

¶ Benedictio thalami. ℣. Adiutorium noſtrū. Oratio.

Bene ✠ dic domine thalamum

mum hunc, et omnes habitantes in eo in tua pace conſiſtant, et in tua voluntate permaneant, et ſeneſcant, et multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtum dominum, poſtea aſpergat thalamum aqua benedicta.

¶ Benedictio candelarum ℣. Adiutorium noſtrum. Dominus vobiſcum. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte fili Dei viui bene✠dic candelas iſtas ſupplicationibus noſtris: infunde eis domine per virtutem ſancte cru✠cis benedictionem celeſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talemque bene✠dictionem ſignaculo ſancte Cru✠cis accipiant, vt quibuſcunque locis accenſe, ſiue poſite fuerint, diſcedant principes tenebrarum, et contremiſcant, et fugiant pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus illis: nec preſumant amplius inquietare, aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis, et regnas.

¶ Benedictio ignis quandocunque volueris. ℣. Adiutorium noſtrum. Oratio.

Domine deus noſter pater omnipotens, lumen indeficiens, conditor omnium luminum, exaudi nos famulos tuos, et bene✠dic hunc ignem, qui tua ſanctificatione, atque benedictione conſecretur, et qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: illumina tenebras cordis noſtri, et conſcientias noſtras igne tue charitatis: vt tuo lumine igniti, et tuo igne illuminati, expulſis a cordibus noſtris peccatorum tenebris, ad vitam te illuſtrante peruenire mereamur eternam. Per.

Poſtea aſpergat ignis aqua bndicta.

¶ Benedictio nauis nuper facte. ℣. Adiutorium. Oratio.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris, et bene✠dic nauem iſtam dextera ſancta tua, et omnes, qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulante in diluuio, et Abraham, Iſaac, et Jacob: porrige eis dñe dexteram tuam, ſicut porrexiſti btõ Petro ambulanti ſupra mare, et mitte ſanctum Angelum tuum de celis, qui liberet, et cuſtodiat eam ſemper a periculis vniuerſis cũ omnibus, que in ea differenda ſunt: ac famulos tuos portu ſemper optabili: curſuque tranquillo tuearis, et rite perfectis negocijs omnibus iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum.

¶ Benedictio domus noue. ℣. Adiutorium noſtrũ. Oratio.

Te deum patrem omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hac domo, et pro domus huius habitatoribus, vt

bene✠dicere, ⁊ ſanctificare di-
gneris, ac bonis operibus am-
pliare: vt ſint promptuaria eorũ
plena eructãtia ex hoc in illud.
Tribue eis de rore cęli abundan
tiam: ⁊ de pinguedine terrę vitę
ſubſtantiam: ⁊ deſideria voti eo-
rum ad effectum tuę miſeratio-
nis perducas. Ad introitum er-
go noſtrum bene✠dicere, ⁊
ſanctificare dignare hanc do-
mum, ſicut benedicere digna-
tus es domum Abrahę, Iſaac:
⁊ Iacob, ⁊ intra parietes do-
mus iſtius Angeli tuę lucis in-
habitent, qui eam, ⁊ eius habi-
tatores cuſtodiant. Per domi-
num, ⁊ aſper. aqua benedicta.

¶ Benedictio cuiuslibet mu-
neris, quod offertur in eccleſia.

℣. Adiutorium noſtrum. Oro.

DEus, cuius verbo, ⁊ poten
tia facta ſunt omnia, cu-
ius dono percepimus, quę ad-
tę præſentis remedium poſſide-
mus: te ſupplices exoramus: vt
a ſede maieſtatis tuę huic obla-
tioni tuorũ fidelium ſancti✠fi-
cator accedas. Suſcipe de manu
famulorum tuorum hoc munus
oblatum, quod a tua clementia
benedictum in vſu huius ſan-
ctuarij maneat cõſecratum. Tu
eis domine pro paruis magna
compenſa: propter terrena cęleſtia
tribue: ⁊ pro temporalibus ſem-
piterna concede. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſt. ⁊c.

¶ Benedict. ſuper paruulos.

℣. Adiutorium noſtrũ. Oratio

TE deum patrem omnipo-
tentem, atque clementem,
trinum, ⁊ vnum, mundis facto-
rem, vitę auctorem depreca-
mur, qui es terribilis, pius, mi-
ſericors, ⁊ laudabilis, innocens,
⁊ innocentię amator, humilis,
⁊ humilitatis aſſumptor, man-
ſuetus, ⁊ manſuetudinis habi-
tator: qui venientibus ad te par-
uulis manus tuę benedictio-
nis imponens talium dixiſti eſ-
ſe regnum cęlorum: bene✠dic
quęſumus ⁊ hos paruulos, qui
hodie in Eccleſia ad benedicen-
dum ſunt præſentati: tu eis do-
mine da intellectum ⁊ pietatis
augmentum, vt te ſapiant, te
diligant, te ament, te timeant ⁊
⁊ mandata tua cuſtodiant: ⁊ te
concedente vſque ad vltimam
perueniant ſenectutem: per te
Saluator mundi Deus, Qui
cum patre.

¶ Coniuratio contra temp
ſtates, ⁊ grandinem immine
tem. ℣. Adiutorium noſtrum
in nomine domini noſtri Ieſu
Chriſti. Amen. Symbolum.
Quicunque vult vſq; in finem
Kyrie eleiſon. Pater noſter.
Dominus vobiſcum. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui
feciſti cęlum, ⁊ terram, ma
re, ⁊ omnia, quę in eis ſunt:
quique flumini Iordani bene
dixiſti,

dixiſti: atque in eo baptizari voluiſti ⁊ tuas ſanctiſſimas manus, ⁊ brachia ſanctiſſima in cruce extendiſti: quibus aerem ſanctificaſti: obſecramus immenſã pietatis, ⁊ bonitatis tuę abundantiam: quatenus has nubes: quas ante me, poſt me, ⁊ ſupra me, ⁊ a dextris, ⁊ a ſiniſtris video aerem perturbare: diſſoluere, ⁊ annihilare digneris: vt alligata poteſtas dęmonum impie deſęuiens deficiat: ⁊ turbetur: ad laudem tui ſanctiſſimi nominis: ⁊ omnipotentiſſimę maieſtatis tuę. Qui viuis, ⁊ regnas in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Poſtea conuerſus ad nubes: ⁊ eas, ſigno crucis ſignãs, dicat,

Circundet te, nubes, Deus pa✠ter: circũdet te Deus fi✠lius: circundet te Deus ſpiritus ✠ ſanctus. Deſtruat te Deus pa✠ter deſtruat te Deus fi✠lius: deſtruat te Deus ſpiritus ✠ ſanctus Amen Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus, ⁊ immortalis miſerere nobis. Diſperdat vos Deus, ne nobis noceatis. In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti. Amen. Ecce cru✠cem D[illegible]mini: fugite partes aduerſę: vicit leo de tribu Juda, ex ſtirpe Dauid, qui viuit, ⁊ regnat in ſecula ſeculorum Amen.

In eleuatione corporis Chriſti ſancti Thomę de Aquino.

ADoro te deuote latẽs veritas, quę ſub his figuris vere latitas tibi cor meuum ſe totum ſubijcit, quia te cõtemplãs totum deficit, viſus, guſtus, tactus in te fallitur. ſed auditu ſolo tuto creditur. Credo quicqd dixit Dei filius. Nil verius hoc verbo veritatis. In cruce latebat ſola deitas, ſed hic latet ſimul ⁊ humanitas. Ambo tamen credens, atque cõfitens peto, quod petiuit latro pęnitens. Plagas ſicut Thomas non intueor: Deũ tamen meum eſſe confiteor. Fac me tibi ſemper magis credere, in te ſpem habere. te diligere. O memoriale mortis domini, panis verus vitam pręſtans homini: pręſta meę menti de te viuere, ⁊ te ſemper illi dulce ſapere. Pie pellicane Jeſu domine, immundum munda tuo ſanguine, cuius vna ſtilla ſaluum facere totum mundum poſſet ab omni ſcelere. Jeſu pie, quem nunc velatum aſpicio, quãdo fiet illud, quod tam ſitio: vt te reuelata cernens facie viſu ſim beatus tuę glorię? Amen.

Alia in eleuatione corporis Chriſti.

DOmine Jeſu Chriſte, qui hanc ſac[illegible]tiſſimam car[illegible]m: ⁊ hunc p[illegible]oſiſſimũ ſan-

guinem tuum de glorioſę virginis Marię vtero aſſumpſiſti: ⁊ eundem ſanguinem in ara crucis de ſacratiſſimo latere tuo pro ſalute noſtra effudiſti: ⁊ in hac glorioſa carne a mortuis reſurrexiſti, ⁊ ad cęlos aſcendiſti: ⁊ iterum venturus es iudicare viuos, ⁊ mortuos: libera me per hoc ſacratiſſimum corpus tuum, quod modo in altari tractatur, ab omnibus immunditijs mentis, ⁊ corporis, ⁊ ab vniuerſis malis pręſentibus, pręteritis, ⁊ futuris. Amen.

Alia oro ante communionem.

Domine Jeſu Chriſti fili Dei viui, immenſam clementiam tuam humili deuotione depoſco: vt non iraſcaris mihi indigno famulo tuo, pro eo, quod immūdus corpore, ⁊ mente in domum tuam intrare, ⁊ ad ſanctum corpus, pręcioſumque ſanguinem ſumendum accedere pręſumo. Sed recordare obſecro, quia mulierem ſanguinis fluxum patientem a tactu fimbrię veſtimentorum tuorum nō prohibuiſti: illam quoque peccatricem, ac pęnitentem a ſanctorum tuorum pedum oſculo non ſpreuiſti. Quapropter domine mi Jeſu dulciſſime, ſeruator meus, vita animę meę, Deus meus, miſericordia mea, firmamentū meū, refugium meū, liberator meus, [ad]iutor meus, ſpes mea, conſolatio mea, ⁊ gaudium cordis mei. Te deprecor per indulgētiſſima miſericordię tuę viſcera, ne me pro innumeris ſceleribus meis a communione tanti myſterij velut immundum, ⁊ peccatorem repellas, ſed pęnitentiā tibi agere dignam: fontemque lachrymarum habere cōcedas: vt in Sindone munda, id eſt mundo corde, ac corpore: non ad iudicium, ſed pura conſcientia remedium illud animę: ⁊ remiſſionem omnium peccatorum te miſerante merear percipere, piiſſime Jeſu Chriſte, rex cęli, ⁊ terrę, domine Deus noſter. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre, ⁊ ſpiritu ſancto per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ITINERARIUM.

Clericus in ipſo itineris ingreſſu, dicat quę ſequuntur in ſingulari, ſi ſolus fuerit, ſi cum ſocijs, in plurali. Antiphona. In viā pacis. Canticum. Benedictus dominus Deus Jſ. 64. In fi. Gloria patri. Poſtea repetatur antiphona. In viā pacis ⁊ proſperitatis dirigat me, ſi fuerit ſolus, nos, ſi fuerint ſocij. Omnipotens, ⁊ miſericors dominus, ⁊ Angelus Raphael comitetur mecum, vel nobiſcum in via, vt cum pace, ⁊ ſalute, ⁊ gaudio reuertar. vel reuertamur ad propria. Kyrie eleiſ. Chriſte el. Kyrie el. Pater noſter. ℣. Et ne. ℟. Sed libera. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperan-

ſperantes in te. ℣. Mitte nobis domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Syon tuere nos. ℣. Eſto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis. ℣. Benedictus dominus die quotidie. ℟. Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum. ℣. Vias tuas domine demonſtra nobis. ℟. Et ſemitas tuas edoce nos. ℣. Vtinam dirigatur vię noſtrę. ℟. Ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. ℣. Erunt praua in directa. ℟. Et aſpera in vias planas. ℟. Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟. Vt cuſtodiãt te in omnibus viis tuis. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus qui filios Iſrael per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti: quiq; tribus Magis iter ad te ſtella duce pandiſti: tribue nobis quęſumus iter proſperum, tempuſq; tranquillum: vt angelo tuo ſancto comite, ad eum quo pergimus locũ, ac demũ ad ęternę ſalutis portũ peruenire fęliciter valeamus.

DEus, qui Abraham, puerum tuum, de Vr Chaldeorum eductum, per omnes ſuę peregrinationis vias illęſum cuſtodiſti quęſumus, vt nos famulos tuos cuſtodire digneris, eſto nobis domine in procinctu ſuffragium, in via ſolatium, in ęſtu vmbraculum, & in pluuia, & frigore tegumentum, in laſſitudine vehiculum, in aduerſitate pręſidiũ, in lubrico baculus, in naufragio portus: vt te duce, quo tendimus proſpere perueniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADeſto, quęſumus domine, ſupplicationibus noſtris: & viam famulorum tuorum in ſalutis tuę proſperitate diſpone: vt inter omnes vię, & vitę huius varietates, tuo ſemper protegamur auxilio.

PReſta quęſumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam ſalutis incedat: & beati Iohannis pręcurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem pręd ixit, ſecure perueniat dominuz noſtrum Ieſum Chriſtum, filiũ tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

℣. Procedamus in pace.

℟. In nomine domini. Amen.

Explicit Breuiarium, iuxta Ordinem Fratrum Glorioſiſſ. DEI Genitricis ſemperque Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, nuperrimè iuſſu Reuerendiſſimi P. D. IOANNIS BAPTISTÆ CAFFARDI SENENSIS, Ipſius Ordinis Proprioris Promagiſtriq; Generalis Apoſtolici, per R. P. HON. FRANC. TARVIS. reformatum, & locupletatum.

Regiſtrum.

✠ 1 2 3 4 5 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp.

Omnes ſunt quaterniones, pręter 1, & 5, duerniones, & Ppp terniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, APVD IVNTAS, M D LXXIX.

Digitized by Google